This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford - Messer
Bequest

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXVI.

S. ATHANASIUS ALEXANDRINUS ARCHIEPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

Digitized by Google

SÆCULUM IV.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, ETC., NECNON AD COMMELINIANAS LECTIONES CASTIGATA, MULTIS AUCTA : NOVA INTERPRETATIONE, PRÆFATIONIBUS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA : NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, ONOMASTICO, ET COPIOSISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA, OPERA ET STUDIO MONACHORUM ORDINIS S. BENEDICTI E CONGREGATIONE S. MAURI,

NOVISSIMIS NUNC CURIS EMENDATIORA, ET QUARTO VOLUMINE AUCTA;

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS SECUNDUS.

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 45 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

—

1857

Digitized by Google

BR 60 .M61 v.25

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XXVI CONTINENTUR

Quæ stellula præmotantur nunc primum inter Athanasii opera comparent.

S. ATHANASIUS ALEXANDRINUS ARCHIEPISCOPUS.

OPERA HISTORICA ET DOGMATICA.

	col.
Orationes adversus Arianos.	11
Epistolæ ad Serapionem.	525
Epistola de synodis Arimini in Italia et Seleuciæ in Isauria celebratis.	681
Tomus ad Antiochenos.	793
Epistola ad Jovianum imp.	813
Vita S. Antonii.	835
Epistolæ duæ ad Orsisium.	978
Narratio Athanasii ad Ammonium episc. et alios de fuga sua sub Juliano.	989
Liber de incarnatione Verbi Dei et contra Arianos.	984
Epistola ad Afros.	1029
Epistola ad Epictetum.	1049
Epistola ad Adelphium.	1071
Epistola ad Maximum philosophum.	1085
De incarnatione Domini nostri Jesu Christi contra Apollinarium.	1093
Epistolæ duæ ad Amunem monachum.	1169
Epistola ad Rufinianum.	1179
Epistolæ duæ ad Luciferum.	1181
Epistola ad monachos.	1185
Liber de Trinitate et Spiritu sancto.	1191
Fragmenta varia.	1217
Sermo major de fide.	1262
Fragmenta et sermones.	1293
* Opusculum de azymis.	1327
* Epistolæ heortasticæ.	1339

Ex typis MIGNE, Petit-Montrouge.

Digitized by Google

ADMONITIO

IN QUATUOR ORATIONES CONTRA ARIANOS

318 I. *Historiæ Arianorum ad monachos a S. Athanasio missæ subjungere visum est quatuor orationes contra Arianos. Namque si, ut nonnullorum est sententia, hoc ipsum opus est quod una cum Arianorum Historia ad monachos misit S. Athanasius, proprius hic ejus locus est. Sed si alii probabilius existiment illas orationes alias plane esse ab opere ad monachos misso: nec idcirco incommode hic collocantur. Cum enim constet eas post intrusum Georgium, a S. Athanasio in solitudine tum degente esse compositas : potest utique fieri ut illas nonnisi post epistolam cæteraque ad monachos missa opera scripserit ; nam quo definite anno conscriptæ fuerint, certo dici non potest. Sed de his fusius in Præfatione generali: cætera nunc, quæ ad ipsas attinent orationes, prosequamur.*

II. *Volumine superiori* (a), *in admonitione in Epistolam encyclicam ad episcopos Ægypti et Libyæ jam observavimus quatuor duntaxat esse orationes contra Arianos, non quinque, ut alii editi habent, ipsamque encyclicam epistolam ab illis orationibus penitus esse distinctam : verum operæ pretium est plenius hic ea de re disserere. Inter se non consentiunt manuscripti codices in assignando numero orationum contra Arianos. Seguerianus optimæ notæ codex quinque numerat, quarum prima est epistola encyclica ad episcopos Ægypti et Libyæ, ad cujus initium in margine hæc nota legitur, quam noluimus omittere:* Οὗτος ὁ ἐνταῦθα πρῶτος λόγος τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων τέταρτος φέρεται. Καὶ Σεβῆρος δὲ ὁ δυσσεβὴς ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τοῦ τρίτου λόγου τῶν κατὰ τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ ἐπισκόπου Καισαρείας Παλαιστίνης τοῦ ἀπὸ γραμματικῶν τέταρτον τὸν παρόντα λόγον ὀνομάζει. Ὁ δὲ ἐν ὁσίοις Θεόδωρος ἐπίσκοπος τῆς Φαρᾶν, ἀνὴρ λόγιος, καὶ συγγράμματα καταλελοιπὼς ἀξιάγαστα, ἐν τῷ κατὰ Ἀγνοητῶν αὐτοῦ διαλόγῳ τέταρτον τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου κατὰ Ἀρειανῶν λόγον ὀνομάζει τὸν καὶ ἐν τῷδε τῷ τεύχει τέταρτον κείμενον, οὗ ἡ ἀρχή· Οἱ Ἀρειομανῖται, ὡς ἔοικε, κρίναντες ἅπαξ ἀποστάται γενέσθαι. *Id est:* « *Hæc, quæ hic inscribitur oratio prima S. Athanasii in aliquibus exemplaribus quarta dicitur. Et vero impius Severus in vicesimo tertio capite libri tertii adversus Joannem a grammaticis Cæsareæ in Palæstina episcopum, quartam appellat præsentem orationem. At S. Theodorus episcopus Pharan, vir eruditus, qui et egregia reliquit opera, in suo adversus Agnoetas dialogo, quartam S. Athanasii orationem contra Arianos appellat, quæ item isto in volumine quarta est, cujus videlicet initium est :* « *Quandoquidem semel Ariani, ut videtur, animum induxerunt a* « *veritate desciscere.* » *Hæc ibi, quæ item habentur in codice Gobleriano, eaque Felckmannus ait esse cujusdam lectoris Romani nomine qui codicem Goblerianum scripsit. Editi Græci codices, et ms. Felckmanni secundus licet illam epistolam non inscribant primam orationem; tamen eam quam jam nos primam inscribimus, secundam appellant. In Basiliensi codice tres primæ orationes eodem ordine, quo jam a nobis, numerantur, sed quam quartam inscribimus, ibi sexta dicitur; forte nempe quod epistola encyclica ad episcopos Ægypti et Libyæ, in aliquibus codicibus oratio quarta in Arianos appellatur, et oratio de Incarnatione Verbi, cujus initium,* Οἱ κακοτέχνως, *quinta numeratur, ut in Felckmanni quinto codice ms. In Regio ms. codice chartaceo tres primæ exstant orationes eadem serie, ut hac in nostra editione, numeratæ, sed quarta deest. In alio Regio optimæ notæ ms. codice, qui mediam Operum S. Athanasii partem continet, duæ ultimæ initio habentur orationes, quæ item ibidem tertia et quarta nuncupantur. Sed ne diutius in percurrendis manuscriptis codicibus immoremur, vide discrepantes lectiones quas studiose collegimus ad initium singularum orationum, nec non epistolæ encyclicæ ad episcopos Ægypti et Libyæ, et tractatus modo memorati de Incarnatione. Multi præterea antiqui scriptores eodem ordine illas citarunt orationes ac nos numeramus, ut Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, Justinianus imperator, quemadmodum suis in locis observamus. Verum nihil opus longiore disputatione, cum clarum sit ex hisce ipsis quatuor orationibus nihil eas commune cum ullo alio opere habere, sed ita inter se cohærere, ut unum ipsæ opus simul conficiant, quarum prima sit principium, quarta autem omnium sit finis, quam sane ob causam sola hæc ultima solita terminatur conclusione. Ratio autem cur quinque adversus Arianos orationes in multis numerentur codicibus, nulla alia videtur, quam quod in illis codicibus epistola encyclica ad episcopos Ægypti et Libyæ proxime erat ante quatuor orationes, quæ quidem cum et ipsa sit in Arianos composita, inscripta idcirco est,* « *Oratio prima contra Arianos.* »

III. *Supersedemus hic a proponendis singularum orationum argumentis; res enim nos longius deduceret : sed singula, quæ digna observatione nobis visa sunt in indice adnotare nobis curæ fuit, quæ, cui lubuerit, facile*

(a) Pag. 212. — Hic et infra non semel, cum ad loca parallela revocatur Lector, paginas intelligat editionis Venetæ quæ in nostro textu repræsentantur. Edit. Patrol.

255218 Digitized by Google

possit perlustrare. Satis interim sit generatim observare, Arianam impietatem plene hic confutari, variaque Arianorum argumenta et responsa referri et refelli. Nec vero solam Arianorum hæresim conterit S. Pater, sed aliorum etiam hæreticorum, qui circa Christum Dominum erraverunt, commenta obiter dissolvit, sive qui Christum purum esse hominem, sive qui eum nonnisi phantasticum habuisse corpus, sive qui quid aliud finxerunt. Quin etiam ita nitide veram de Christo Domino fidem exponit, ut ipsorum quoque, qui post ipsum exorti sunt, confodiat hæresim. Hinc Nestorium profligat cum docet Christum, Deum licet et hominem, unum tamen esse, uniusque esse ejus cum divina tum humana opera; cum Verbum non in hominem descendisse, sed hominem factum esse ostendit: cum denique beatam Virginem Mariam, Θεοτόκον, Deiparam sæpius appellat. Non minus etiam Eutychis errori adversatur, cum passim demonstrat distinctas Christi naturas, variaque earum munia diserte explicat. Hinc sancti Patres in conciliis, in quibus illorum hæreticorum damnata impietas est, tanti doctoris testimonia adducere, fidemque catholicam ejus confirmare auctoritate non omiserunt, uti ad propria loca monuimus.

319 IV. *Photii, qui quidem ipse quinque S. Athanasii orationes contra Arianos numerat, de iisdem orationibus judicium non hic duximus prætermittendum. Sic igitur ille* Bibliothecæ *codice* CXL: Ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ ἁγίου (Ἀθανασίου) ἡ κατὰ Ἀρείου καὶ τῶν αὐτοῦ δογμάτων πεντάβιβλος. Τὴν μὲν οὖν φράσιν σαφὴς τέ ἐστιν, ὡς καὶ ἐν πᾶσι, καὶ ἀπέριττος καὶ ἀφελὴς, δριμὺς καὶ βαθὺς, καὶ τοῖς ἐπιχειρήμασιν εὔτονος. Καὶ τὸ γόνιμον δὲ αὐτοῦ ἐν τούτοις ἡλίκον, ὅσον καὶ θαυμάσιον· λογικαῖς τε μεθόδοις οὔτε γυμνῶς καὶ ἀπὸ ἐκεῖθεν ἰδέξεων, ὥσπερ οἱ παῖδες καὶ ἀρτιμαθεῖς μειρακιώδη φιλοτιμίαν ἐπιδεικνύμενοι πράττουσιν, ἀλλ' ἐμφιλοσόφως τε καὶ μεγαλοπρεπῶς, καὶ ταῖς ἐννοίαις μόναις καὶ ταύταις διεσχηματισμέναις ἀποκέχρηται· γραφικαῖς τε μαρτυρίαις καὶ ἀποδείξεσιν εἰς τὸ καρτερὸν κατωχύρωται· καὶ ἁπλῶς ἀρκεῖ τὸ βιβλίον τοῦτο κατὰ πάσης Ἀρειανῆς παρατάξεως. Καὶ εἴ τις τὸν θεολόγον Γρηγόριον καὶ τὸν θεῖον Βασίλειον ἐκ ταύτης, ὥσπερ πηγῆς, ἀρυσαμένους φαίη τῆς βίβλου τοὺς καλοὺς ἐκείνους καὶ διειδεῖς τῶν οἰκείων λόγων κατὰ τῆς πλάνης ῥεῦσαι ποταμοὺς, οὐκ ἂν, οἶμαι, σφαλείη τοῦ παραδείγματος. Id est: «*Lecti sunt ejusdem sancti* (*Athanasii*) *libri quinque contra Arium et ejus dogmata. In his ut in omnibus ejus operibus, dictio nitida est, simplex nec redundans. Acrem hic se præbet et profundum, vehementemque in argumentando: tantaque ejus ubertas est quam et admiranda. Logicis autem methodis ita utitur, ut non nude nec in ipsis vocibus versetur, uti pueri et tirones adolescentes qui docti videri cupiunt, solent agere, sed philosophice et magnifice, solisque verborum sententiis hisque diverse innititur. Scripturæ similiter testimoniis et probationibus firmissime se communit. Denique istud opus adversus universam Arianorum aciem possit sufficere. Atque si quis ex eo libro tanquam ex fonte Theologum Gregorium et divinum Basilium hausisse dixerit pulchros illos et perlucidos suarum contra errorem orationum fluvios, hunc ego non putem a veri similitudine aberraturum.*» *Hæc Photius.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΚΑΤΑ ΑΡΕΙΑΝΩΝ ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ [1].

—

S. P. N. ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ

ADVERSUS ARIANOS ORATIO PRIMA.

—

1. Omnes quidem hæreses, quotquot hactenus a veritate recessere, evidens est insanas sibi excogi-

1. Αἱ μὲν αἱρέσεις (2) ὅσαι τῆς ἀληθείας ἀπέστησαν, ἐπινοήσασαι μανίαν ἑαυταῖς φανεραὶ τυγχάνουσι, καὶ

(1) Ita Regius codex ms. et Basiliensis. Seguerianus, τοῦ αὐτοῦ κατὰ Ἀρειανῶν λόγος δεύτερος. Anglicanus, Goblerianus, Felckmanni 1, 2 et 5 habent item cum editis, λόγος δεύτερος. Omnibonus ita hanc orationem inscribit, *contra Arianos sermo primus*. Sed idem epistolam ad episcopos Ægypti et Libyæ sic inscribit, *Athanasii liber primus contra hæreticos*.

(2) Seguer., ἃ μὲν αἱρέσεις. Idem et Reg. Basil. Gobler. Felckm. 1 et 5, ὅσαι τῆς ἀληθείας ἀπέστησαν, ἐπινοήσασαι. Alii cum editis, ὅσαι κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπινοήσασαι.

Digitized by Google

τούτων ἡ ἀσέβεια πάλαι πᾶσιν ἔκδηλος γέγονε (3). Τὸ γὰρ ἐξελθεῖν ἀφ' ἡμῶν τοὺς ταῦτα ἐφευρόντας δῆλον ἂν εἴη, ὡς ἔγραψεν ὁ μακάριος Ἰωάννης, ὅτι τῶν τοιούτων οὔτε ἦν (4), οὔτε νῦν ἐστι μεθ' ἡμῶν τὸ φρόνημα. Διὸ καὶ, ὡς εἶπεν ὁ Σωτὴρ, Μὴ συνάγοντες μεθ' ἡμῶν, σκορπίζουσι (5) μετὰ τοῦ διαβόλου, παρατηρούμενοι τοὺς κοιμωμένους, ἵνα, τὸν ἴδιον ἰὸν τῆς ἀπωλείας ἐπισπείραντες, ἔχωσι τοὺς συναποθνήσκοντας ἑαυτοῖς (6). Ἐπειδὴ δὲ ἡ μία τῶν αἱρέσεων ἡ ἐσχάτη, καὶ νῦν ἐξελθοῦσα πρόδρομος τοῦ Ἀντιχρίστου, ἡ Ἀρειανὴ καλουμένη, δόλιος οὖσα καὶ πανοῦργος, βλέπουσα τὰς πρεσβυτέρας ἑαυτῆς (7) ἀδελφὰς ἄλλας αἱρέσεις ἐκ φανεροῦ στηλιτευθείσας, ὑποκρίνεται περιβαλλομένη τὰς τῶν Γραφῶν λέξεις, ὡς ὁ πατὴρ αὐτῆς ὁ διάβολος, καὶ βιάζεται πάλιν εἰσελθεῖν εἰς τὸν παράδεισον τῆς Ἐκκλησίας, ἵνα, πλάσασα ἑαυτὴν ὡς Χριστιανὴν, ἀπατήσῃ τινὰς κατὰ Χριστοῦ φρονεῖν τῇ πιθανότητι τῶν παραλογισμῶν· εὔλογον γὰρ οὐδὲν παρ' αὐτῇ· καὶ ἐπλάνησέ γε (8) τῶν ἀφρόνων ἤδη τινὰς, ὥστε τούτους μὴ μόνον φθαρῆναι τῇ ἀκοῇ, ἀλλὰ καὶ λαβόντας κατὰ τὴν Εὔαν γεύσασθαι, καὶ λοιπὸν ἀγνοοῦντας νομίζειν τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὴν βδελυκτὴν αἵρεσιν λέγειν καλήν· ἀναγκαῖον ἡγησάμην προτραπεὶς παρ' ὑμῶν διελεῖν τὴν πτύξιν (9) τοῦ θώρακος τῆς μιαρᾶς αἱρέσεως ταύτης, καὶ δεῖξαι τὴν δυσωδίαν τῆς ἀφροσύνης αὐτῆς· ἵνα οἱ μὲν πόρρωθεν ὄντες αὐτῆς (10) ἔτι φύγωσιν αὐτὴν, οἱ δ' ἀπατηθέντες ἀπ' αὐτῆς μετασγῶσι, καὶ ἠνεῳγμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς καρδίας νοήσωσιν (11), ὅτι, ὥσπερ τὸ σκότος οὐκ ἔστι φῶς, οὐδὲ τὸ ψεῦδος ἀλήθεια, οὕτως οὐδὲ ἡ Ἀρειανὴ αἵρεσίς ἐστι καλή. Ἀλλὰ καὶ οἱ τούτους καλοῦντες (12) Χριστιανοὺς πολὺ καὶ λίαν πλανῶνται, ὡς μήτε τὰς Γραφὰς ἀνεγνωκότες (13), μήτε ὅλως εἰδότες τὸν Χριστιανισμὸν καὶ τὴν ἐν αὐτῷ πίστιν.

tasse opiniones, illarumque impietas omnibus jam dudum est patefacta. Dubitari enim non potest quin earum auctores ex nobis exierint, quemadmodum scripsit beatus Joannes [1], quandoquidem neque fuit unquam, neque nunc nobiscum est illorum doctrina. Idcirco, ut dixit Salvator [2], non colligentes nobiscum, dispergunt cum diabolo, dormientesque observant, ut sparso suo exitiali veneno, mortis socios habeant plurimos. Quia vero una et postrema hæresum, quæ prævia Antichristo, modo exorta est, Arianaque appellatur, vafra et callida, animadvertens antiquiores se sorores alias hæreses palam notatas, ipsa sese Scripturarum vocabulis, sui patris diaboli exemplo, simulate induit, nihilque non molitur ut in Ecclesiæ paradisum sibi regredi liceat, ut Christiana specie assumpta, aliquos ad prave de Christo sentiendum possit falsis argumentationibus adducere; siquidem nihil in se habet quod rationi sit consentaneum: cum, inquam, nihilominus nonnullos insipientes jam circumvenerit, adeo ut illi non tantum auribus sint depravati, sed etiam Evæ similes acceptum errorem gustaverint, indeque ignorantia obcæcati amarum dulce æstiment [3], atque detestandam hæresim appellent bonam: vobis hortantibus necessarium duxi thoracis nefandæ hujusce hæresis sinus explicare, atque ejus stultitiæ patefacere fetorem, **320** ut qui procul ab ea sunt remoti, eam magis adhuc fugiant, qui autem ab ea decepti fuerunt, resipiscant, apertisque cordis oculis intelligant, quemadmodum tenebræ non sunt lux, nec mendacium veritas, ita Arianam hæresim bonam minime esse, imo vero eos qui Arianos Christianos vocant, multum profecto valdeque errare, tanquam qui nec Scripturas legerint, nec quid sit Christianismus et Christianæ religionis fides omnino sciant.

2. Τί γὰρ ὅμοιον ἑωρακότες τῆς αἱρέσεως πρὸς τὴν εὐσεβῆ πίστιν φλυαροῦσιν ὡς μηδὲν κακὸν λεγόντων ἐκείνων; Τοῦτό ἐστιν ἀληθῶς (14) καὶ τὸν Καϊάφαν αὐτοὺς εἰπεῖν Χριστιανὸν, καὶ τὸν προδότην Ἰούδαν ἔτι συναριθμεῖν τοῖς ἀποστόλοις, τούς τε τὸν Βαραββᾶν (15) αἰτησαμένους ἀντὶ τοῦ Σωτῆρος, λέγειν μηδὲν κακὸν πεποιηκέναι· καὶ Ὑμέναιον δὲ καὶ Ἀλέ-

2. Quid enim simile hæresim inter et rectam piamque fidem animadverterunt, ut nugatorie asseverent nihil illos mali dicere? Si ita est, illis æque liceat Caipham Christianum nuncupare, proditorem Judam inter apostolos numerare, contendere nihil eos mali fecisse qui Barabbam præ Salvatore petierunt; Hymenæum et Alexandrum [4] tanquam

[1] I Joan. II, 20. [2] Luc. XI, 23. [3] Isa. V, 20. [4] I Tim. I, 20.

(3) Regius, πάλαι πρόδηλος γέγονε. Mox Seguer., τοὺς ταύτην ἐφευρόντας.

(4) Sic mss., excepto Felckm. 2, qui, ut et editi, omittit, οὔτε ἦν, quod in Basiliensi recenti manu additum est. Seguer. habet οὔτ' ἦν.

(5) Felckm. 2 et editio Commel., σκορπιάζουσι. Seguer. ibid., μετὰ διαβόλου.

(6) Sic Seguer. Gobler. et Felckm. At alii et editi, αὐτοῖς.

(7) Seguer. Gobler. Felckm. 1, αὐτῆς. Paulo post Gobler. et Felckm. 1, post περιβαλλομένη addunt iterum, δόλιος οὖσα καὶ πανοῦργος.

(8) Γε deest in Regio. Idem et Basil., Anglic. et Felckm. 5, ἀφρόνων ἤδη τινάς. Seguer. Gobler. Felckm. 1, δέ τινας. Editi, ἀφρόνων τινάς.

(9) Sic Reg. Seguer. Anglic. Gobler. Felckm. 1 et in Basil. emendatum, in quo legebatur τάξιν Felckm. 5, πτῆξιν. Editi, πύξιν, mendose.

(10) Seguer. Gobler. Felckm. 1, αὐτῆς omittunt. Mox Felckm. 5, ἀπατηθέντες ὑπ' αὐτῆς. Gobler. et Felckm. 1, ἐπ' αὐτῆς.

(11) Seguer., Gobler. et Felckm. 1, διανοηθῶσιν.

(12) Seguer., οἱ τοὺς Ἀρειανοὺς καλοῦντες. Mox πολὺ καὶ abest a Gobler. et Felckm. 1. At Felckm. 5, πολλοὶ καί, etc.

(13) Seguer. Gobler. Felckm. 1, γινώσκοντες Basil., ἀναγινώσκοντες, et alia manu, ἀνεγνωκότες, Reg., ἀνεγνῶντες. Mox Seguer., Gobler. et Felckm. 1, μήθ' ὅλως.

(14) Seguer. Gobler. et Felckm. 1, ἔστι γὰρ ἀληθῶς, etc. Ibid. Seguer. Angl. Gobler., αὐτοὺς εἰπεῖν. Reg. Basil. Felckm. 2, αὐτοῖς εἰπεῖν. Editi, αὐτὸν εἰπεῖν.

(15) Seguer. Gobler. Felckm. 1, Βαραββᾶν. Editi et alii, Βαρκβᾶν.

Digitized by Google

recte sentientes commendare, affirmareque Apostolum falsa illis affinxisse. Verum nemo Christianus ista vel audire voluerit : nemo eum, qui hæc ausit dicere, sana mente esse putaverit. Enimvero pro Christo Arius illis est, uti Manichæis Manichæus. Similiter pro Moyse aliisve viris sanctis, nescio quem Sotadem qui ipsis gentilibus ludibrio est, et filiam Herodiadis repererunt. Namque et illius fractos effeminatosque mores Arius, Thalias quoque ipse scribendo, imitatus est, et hujus saltatricis saltationem suis in Dominum maledictis saltando et ludendo est æmulatus, adeo ut qui in hujusmodi hæresim inciderint, mente conturbentur et desipiant, et nomen Domini gloriæ mutent in similitudinem imaginis corruptibilis hominis [5], ac denique pro Christianis Ariani nominentur, hocque suæ impietatis habeant insigne. Nec enim seipsos conentur defendere, nec quod illis probro est in eos false conjiciant, qui sui similes non sunt, ut etiam Christianos a propriis magistris velint appellare, quo nimirum hoc pacto ipsi quoque videantur Christiani appellari. Ne, inquam, in tam probroso hoc suo nomine erubescentes velint nugari : aut si vere erubescunt, vel sese abscondant, vel a propria resiliant impietate. Nec enim unquam populus a propriis episcopis nomen accepit, sed a Domino in quem et fidem habemus. Hinc licet beati apostoli magistri nostri et Evangelii Salvatoris administri fuerint, ex illis tamen non nominamur, sed a Christo Christiani et sumus et dicimur. Hi autem qui ab aliis habent suæ fidei originem, congruenter illorum nomine notantur, utpote qui ad eosdem pertineant.

3. Sane cum nos omnes a Christo Christiani et essemus et nominaremur, ejectus olim est **321** Marcion hæresis auctor : atque hi quidem qui cum illo permanserunt qui Marcionem expulit, Christiani nomen retinuerunt; qui vero secuti sunt Marcio-

ξανδρον συνιστάνειν ὡς καλῶς φρονοῦντας, καὶ ψεύδεσθαι κατ' αὐτῶν τὸν Ἀπόστολον. Ἀλλ' οὔτε ταῦτ' ἂν ἀκοῦσαι (16) Χριστιανὸς ἀνάσχοιτο, οὔτε τὸν τολμῶντα λέγειν τοῦτο ὑγιαίνειν ἄν τις τοῦτον ταῖς φρεσὶν ὑπολάβοι. Ἀντὶ γὰρ Χριστοῦ παρ' αὐτοῖς Ἄρειος, ὡς παρὰ Μανιχαίοις Μανιχαῖος, ἀντὶ δὲ Μωϋσέως καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων Σωτάδης (17) τις ἐξεύρηται παρ' αὐτοῖς ὁ καὶ παρ' Ἕλλησι γελώμενος (18), καὶ ἡ θυγάτηρ Ἡρωδιάδος. Τοῦ μὲν γὰρ τὸ κεκλασμένον καὶ θηλυκὸν ἦθος μεμίμηται (19) γράφων Ἄρειος καὶ αὐτὸς Θαλίας · τῆς δὲ τὴν ὄρχησιν ἐζήλωσεν ἐξορχούμενος καὶ παίζων ἐν ταῖς κατὰ τοῦ Σωτῆρος δυσφημίαις (20), ὥστε τοὺς ἐμπίπτοντας εἰς τὴν αἵρεσιν διαστρέφεσθαι μὲν τὸν νοῦν καὶ ἀφρονεῖν, ἀλλάσειν δὲ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου τῆς δόξης ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἀντὶ Χριστιανῶν λοιπὸν Ἀρειανοὺς ὀνομάζεσθαι, τοῦτό τε (21) τῆς ἀσεβείας ἔχειν τὸ γνώρισμα. Μὴ γὰρ προφασιζέσθωσαν, μηδὲ ὀνειδιζόμενοι καταψευδέσθωσαν κατὰ τῶν μὴ ὄντων ὡς εἰσὶν, οὕτω καλοῦντες (22) καὶ αὐτοὶ τοὺς Χριστιανοὺς ἀπὸ τῶν διδασκάλων, ἵνα δόξωσι καὶ αὐτοὶ οὕτως καλεῖσθαι Χριστιανοί· μηδὲ αἰσχυνόμενοι τὸ ἐπονείδιστον ἑαυτῶν ὄνομα, παιζέτωσαν· εἰ δὲ αἰσχύνονται, ἐγκαλυπτέσθωσαν, ἢ ἀποπηδάτωσαν ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν ἀσεβείας. Οὐδὲ πώποτε (23) γὰρ λαὸς ἀπὸ τῶν οἰκείων ἐπισκόπων ἔσχε τὴν ἐπωνυμίαν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Κυρίου, εἰς ὃν καὶ τὴν πίστιν ἔχομεν· τῶν γοῦν μακαρίων ἀποστόλων διδασκάλων ἡμῶν γενομένων, καὶ διακονησάντων τὸ τοῦ Σωτῆρος (24) Εὐαγγέλιον, οὐκ ἐξ ἐκείνων ἐκλήθημεν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ Χριστιανοὶ καὶ ἐσμὲν, καὶ ὀνομαζόμεθα. Οἱ δὲ παρ' ἑτέρων ἔχοντες τὴν ἀρχὴν ἧς νομίζουσι πίστεως, ἐκείνων εἰκότως ἔχουσι καὶ τὴν ἐπωνυμίαν, ὡς αὐτῶν γενόμενοι κτῆμα.

3. Ἀμέλει πάντων ἡμῶν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ Χριστιανῶν ὄντων καὶ καλουμένων, ἐξεβλήθη πάλαι (25) Μαρκίων αἵρεσιν ἐφευρών· καὶ οἱ μὲν παραμείναντες μετὰ τοῦ ἐκβαλόντος ἐκεῖνον ἔμειναν Χριστιανοί· οἱ δ' ἀκολουθήσαντες Μαρκίωνι (26) οὐκέτι μὲν Χρι-

[5] Rom. I, 23.

(16) Seguerian., ταῦτ' ἂν ἀκοῦσαι. Regius, ταῦτα ἀκούσας. Alii et editi, ταῦτα ἀκοῦσαι. Mox Anglic. Basil. Felckm. 2 et 5, λέγειν τοῦτο, ὑγιαίνειν ἄν τις τοῦτον ταῖς φρεσὶν ὑπολάβοι. Sic item Gobler. et Felckm. 1, sed τοῦτον omittunt. Seguer., τοῦτο λέγειν, ὑγιαίνει ἂν τις ταῖς φρεσὶν ὑπολάβοι. Regius, λέγειν τοῦτον, ὑγιαίνει ἂν τοῦτον ταῖς φρεσὶν ὑπολάβοι. Editi, λέγειν τοῦτον ὑγιαίνειν ἄν τις ταῖς φρεσὶν ὑπολάβοι.

(17) Seguer., Gobler. et Felckm. 1, Σωτάτης. Sic etiam emendatum legitur in Anglicano. Porro duos poetas hujus nominis commemorat Suidas, de quibus hæc habet : Σωτάδης Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῆς μέσης κομῳδίας. *Sotades Atheniensis, poeta comicus mediæ comœdiæ.* Σωτάδης Κρὴς, Μαρωνείτης, δαιμονισθεὶς, ἰαμβογράφος, ἔγραψε Φλύακας ἤτοι Κιναίδους διαλέκτῳ Ἰωνικῇ. *Sotades Cretensis, Maronita, dæmoniacus, iamborum scriptor, composuit Phlyacas (id est scurras) sive cinædos, Ionica dialecto.* De isto ultimo sermo hic habetur.

(18) Basiliensis, γενόμενος, et alia manu, γελώμενος. Anglicanus, γενώμενος.

(19) Seguer., Glober. et Felckm. 1, μιμεῖται, et mox, Θαλείας.

(20) Reg., βλασφημίαις. Mox Seguer. Anglic. Gobler. Felck., τὸν νοῦν καὶ φρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν.

(21) Sic Seguer. At alii et editi, τούτου τε.

(22) Seguer. Gobler. Felckm. 1, ὡς εἰσὶν αὐτοὶ, καλοῦντες, etc. Mox Seguer., δόξωσι. Anglic. διδάξωσι. Editi et alii, δείξωσι. Ibidem Seguer. Reg. Anglic. Gobler. Felckm. 1, καλεῖσθαι Χριστιανοί. Alii et editi, καλεῖσθαι Ἀρειανοί.

(23) Seguer., οὐδέποτε. Idem et Reg., ἀπὸ τῶν οἰκείων ἐπισκόπων ἔσχε. Fleckm. 5 habet item ἔσχε. Editi et alii, ἀπὸ τῶν ἐπισκόπων εἶχε.

(24) Sic Seguer. Gobler. et Fleckm. 1. At Reg. Anglic. et Basil., τὸ τοῦ Κυρίου. Editi et alii, τοῦ Κυρίου.

(25) Πάλαι deest in Seguer. Reg. Gobler. et Felckm. 1. Pro eo Anglic., πάλιν.

(26) Seguerian. Goblerian. et Felckm. 1, Μαρκίωνι ἐκείνῳ. Mox iidem et Anglican., Μαρκιωνισταί. Editi et alii, Μαρκιωνανοί. Paulo post Seguer., Βασιλείδης.

Digitized by Google

στιανοὶ, Μαρκιωνισταὶ δὲ λοιπὸν ἐκλήθησαν. Οὕτω καὶ Οὐαλεντῖνος, καὶ Βασιλίδης, καὶ Μανιχαῖος, καὶ Σίμων ὁ μάγος τοῖς ἀκολουθήσασι μεταδεδώκασι τοῦ ἰδίου ὀνόματος· καὶ οἱ μὲν Οὐαλεντινιανοὶ (27), οἱ δὲ Βασιλιδιανοὶ, οἱ δὲ Μανιχαῖοι, κἀκεῖνοι Σιμωνιανοὶ, καὶ ἄλλοι κατὰ Φρύγας ἀπὸ Φρυγίας (28), καὶ ἀπὸ Νοουάτου Νοουατιανοὶ προσαγορεύονται. Οὕτω καὶ Μελέτιος, ἐκβληθεὶς παρὰ Πέτρου τοῦ ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος, οὐκέτι Χριστιανοὺς ἀλλὰ Μελιτιανοὺς (29) ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους· οὕτως ἄρα καὶ τοῦ μακαρίτου Ἀλεξάνδρου τὸν Ἄρειον ἐκβαλόντος, οἱ μὲν μετὰ Ἀλεξάνδρου μείναντες ἔμειναν Χριστιανοί· οἱ δὲ συνεξελθόντες Ἀρείῳ τὸ μὲν ὄνομα τοῦ Σωτῆρος ἡμῖν (30) τοῖς μετὰ Ἀλεξάνδρου καταλελοίπασιν, Ἀρειανοὶ δὲ λοιπὸν ἐκλήθησαν ἐκεῖνοι. Ἰδοὺ γοῦν καὶ μετὰ θάνατον τοῦ Ἀλεξάνδρου, οἱ κοινωνοῦντες τῷ διαδεξαμένῳ τοῦτον Ἀθανασίῳ, καὶ οἷς ὁ αὐτὸς Ἀθανάσιος (31) κοινωνεῖ, τὸν αὐτὸν ἔχουσι τύπον· καὶ οὔτε ἐκείνων τὸ τούτου τινὲς ἔχουσιν ὄνομα, οὔτε αὐτὸς ἐξ ἐκείνων ὀνομάζεται, ἀλλὰ πάντες πάλιν καὶ συνήθως (32) Χριστιανοὶ καλοῦνται. Κἂν γὰρ διδασκάλων διαδόχους ἔχωμεν, καὶ μαθηταὶ τούτων γινώμεθα· ἀλλά γε τὰ τοῦ Χριστοῦ παρ' αὐτῶν διδασκόμενοι, Χριστιανοὶ οὐδὲν ἧττον ἐσμὲν καὶ καλούμεθα. Οἱ δέ γε τοῖς αἱρετικοῖς ἀκολουθοῦντες, κἂν μυρίους διαδόχους ἔχωσιν (33), ἀλλὰ πάντως τὸ ὄνομα τοῦ τὴν αἵρεσιν ἐφευρόντος φέρουσιν. Ἀμέλει τελευτήσαντος Ἀρείου, πολλῶν δὲ (34) τῶν ἰδίων αὐτὸν διαδεξαμένων, ὅμως οἱ τὰ ἐκείνου φρονοῦντες ἐξ Ἀρείου γνωριζόμενοι Ἀρειανοὶ καλοῦνται. Καὶ θαυμαστόν γε τούτου τεκμήριον, οἱ μὲν ἐξ Ἑλλήνων καὶ νῦν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἐρχόμενοι, ἀφιέντες τὴν τῶν εἰδώλων (35) δεισιδαιμονίαν, οὐ τῶν κατηχούντων λαμβάνουσι τὴν ἐπωνυμίαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος (36), καὶ ἀντὶ Ἑλλήνων ἄρχονται Χριστιανοὶ καλεῖσθαι· οἱ δὲ πρὸς ἐκείνους ἀπιόντες, ἢ ὅσοι δ' ἂν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὴν αἵρεσιν (37) μεταβάλλονται, τὸ μὲν Χριστοῦ καταλιμπάνουσιν ὄνομα, καὶ λοιπὸν δὲ Ἀρειανοὶ καλοῦνται, ὡς οὐκέτι τὴν Χριστοῦ πίστιν ἔχοντες, ἀλλὰ τῆς Ἀρείου γενόμενοι μανίας διάδοχοι (38).

A nem, Marcionistæ deinceps sunt appellati. Similiter Valentinus, Basilides, Manichæus et Simon Magus proprium nomen suis asseclis impertierunt : unde alii Valentiniani, alii Basilidiani, alii Manichæi, Simoniani alii, aliique Cataphryges a Phrygia, et a Novato Novatiani nuncupantur. Ita similiter Meletius a Petro episcopo et martyre ejectus, suos non jam amplius Christianos sed Meletianos vocavit. Sic igitur etiam postquam beatæ memoriæ Alexander Arium ejecit, hi qui cum Alexandro perstiterunt, Christiani, ut antea, dicti sunt; qui autem cum Ario recesserunt, Salvatoris nomen nobis, qui cum Alexandro remansimus, reliquerunt, et illi jam inde Ariani sunt appellati. Hinc ergo qui item post Alexandri mortem cum Athanasio ejus successore B et aliis quibuscum ipse communicat, communicant, eamdem illi retinent formam, neque aliqui inter eos nomine ejus insigniuntur, neque ipse illorum, sed omnes rursus et consueto more Christiani vocantur. Tametsi enim magistrorum successores habemus, quorum efficimur discipuli : tamen quia ea, quæ sunt Christi, nos illi docent, Christiani nihilominus et sumus et dicimur. At qui sequuntur hæreticos, innumerabiles licet successores habuerint, ejus semper nomine, qui hæresis inventor fuit, appellabuntur. Certe etiamsi mortuus sit Arius multique ex suis illi successerint, tamen qui ejus propugnant opiniones, ex Ario noti, Ariani vocantur. Et vero non leve hujusce rei argumentum mihi esse videtur, quod qui e gentilibus etiam nunc ad Ec- C clesiam accedunt, dimissa idolorum superstitione, non illorum a quibus instruuntur, cognomen accipiunt, sed Salvatoris, ita ut qui gentiles dicebantur, Christiani incipiant vocari. Qui autem ad illos abeunt, vel quicunque ab Ecclesia ad hanc hæresim discedunt, Christi deposito nomine, Ariani deinceps nuncupantur, ut qui Christi fidem non amplius habeant, sed Arii furoris sint facti hæredes.

(27) Sic Seguer. Basil. Angl. Felckm. 1 et Gobler. At Reg. et editio Commel., Οὐαλεντιανοί. Seguer. ibidem, Βασιλειανοί.

(28) Sic Seguerian. Anglican. Basiliens. Goblerian. Felckm. 1, 2 et 5. In Regio erat quoque κατὰ Φρύγας, sed male emendatum est, κατὰ Φρυγίας. Editi, Καταφρύγες. Mox Seguerian. Goblerian. et Felckm. 1, Νοουάτου, Νοουατιανοί. Felckm. 5, Ναβάτου, Ναβατιανοί. Editi et alii, Ναυάτου, Ναυατιανοί. Mox Basiliens. Μελέτιος. D

(29) Basil. et Felckm. 5, Μελετιανούς. Paulo post Seg. μακαρίτου Ἀλεξάνδρου. Editi et alii, μακαρίου Ἀλεξάνδρου

(30) Sic Seguerianus, Goblerianus et Felckm. 1. Editi vero et alii, ἡμῶν.

(31) Seguerianus et Regius codex. αὐτὸς ὁ Ἀθανάσιος. Paulo post editio Commel., οὔτε ἐξ ἐκείνων. Sed ἐκ abest a Seguer. Regio et Felckm. 5.

(32) Sic Seguer. Goblerian. et Felckm. 1. At editi et alii, πάλιν συνήθως. Paulo post Seguer. Gobler. et Felckm, 1, μαθηταὶ τούτων. Editi et alii, ἀκροαταὶ τούτων. Mox Seguer., τὰ τοῦ Χριστοῦ. Alii et editi, τὰ Χοιστοῦ.

(33) Goblerian. et Felckm. 1, ἔχουσιν.

(34) Seguer., πολλῶν τε. Mox Seguer. Reg. Gobler. et Felckm. 1, ἐξ Ἀρείου γνωριζόμενοι. Editi et alii ἐξ omittunt.

(35) Sic Seguer. Editi autem et alii τὴν Ἑλλήνων. Ibid. Seg. Reg. Basil. Anglican. Gobler. Felckm. 1 et 5, κατηχούντων. Editi et Felckm. 2, κατεχόντων, mendose.

(36) Seguer., ἀλλὰ τοῦ Σωτῆρος Reg., ἀλλὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος. Editi et alii, ἀλλὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος κατέχουσι. Ibid. Seguer., ἀντὶ Ἑλλήνων. Gobler. et Felckm. 1, ἀντὶ τῶν Ἑλλήνων, ut et legit Nannius. Basil. Anglican. Felckm. 5, ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων. Regius, ἀπὸ Ἑλλήνων, ut legit Omnibonus. Editi, καὶ ἄρχονται.

(37) Seguerian. Reg. Goblerian. Felckm. 1, εἰς τὴν αἵρεσιν. Ibid. Seguer., μεταβάλωνται. Reg., μεταβάλλωνται. Felckm. 2 et editio Commel., μεταβάλλουσι. Alii mss., μεταβάλλονται. Mox Seguer., καὶ λοιπὸν δέ. Goblerian. et Felckm. 1, ὄνομα, καὶ Ἀρειανοὶ καλοῦνται. Alii et editi, ὄνομα, λοιπόν, etc.

(38) Διάδοχοι abest a Seguer. Gobler. et Felck. 1.

Digitized by Google

4. Num igitur æquum fuerit eos Christianos dicere, qui non Christiani, sed Ariani sunt? An ad catholicam Ecclesiam illi pertinent, qui apostolicam fidem excusserunt, et novorum malorum auctores fuerunt? qui divinarum Scripturarum oraculis relictis, Arii *Thalias* novam sapientiam appellant? quod quidem non immerito aiunt : novam quippe hæresim annuntiant. Quocirca mirari subit, quod cum multi plurimos commentarios et sermones scripserint in Vetus et Novum Testamentum, nec apud ullos, vel etiam apud **322** graviores gentilium auctores Thalia reperiatur, sed ab his duntaxat soleat adhiberi, qui inter pocula cum plausu et facetiis ista in ludis canunt, ut ab aliis irrideantur : mirificus Arius nihil honestum sectatus, imo ignarus quid probos homines deceat, maximamque partem aliarum hæresum furatus, solius Sotadæ scurriles facetias æmulatus fuit. Quid enim eum agere conveniebat, cupientem contra Dominum tripudiare, quam miseras suæ impietatis voculas dissolutis et luxuriosis modis significare? ut, quemadmodum sapientia ait, *Ex verbis suis cognoscetur vir*; sic hujusmodi numeris, scriptoris animus effeminatus ejusque mentis corruptio pateret. Et vero latere non potuit homo versutus : verum quamvis sæpissime sese serpentis more sursum deorsumve contorserit et verterit, tamen in Pharisæorum lapsus errorem est. Nam ut illi in animo habentes legem violare, se legis verba meditari fingebant, cumque exspectatum jamque præsentem Dominum vellent negare, simulabant Deum eum appellare, eorumque nihilominus convicta impietas est cum dicerent, cur *tu, homo cum sis, facis teipsum Deum*, et dicis, *Ego et Pater unum sumus* [a]? ita quoque fucatus et Sotadeus Arius simulat quidem se de Deo loqui, cum Scripturarum vocibus utitur; at nihil id impedit quominus atheus et impius esse undique convincatur, quippe qui Dei Filium audeat negare, cumque inter res creatas annumeret.

5. Ipsum itaque Arianæ *Thaliæ* et futilitatis exordium, quod mores modosve effeminatos præ se fert, hujusmodi est : « Juxta eorum fidem qui electi Dei, periti Dei, filii sancti et orthodoxi sunt, quique sanctum Dei Spiritum acceperunt, hæc ego didici a viris, qui sapientiæ participes, comes, a Deo docti,

4. Πῶς τοίνυν Χριστιανοὶ οἱ μὴ Χριστιανοί, ἀλλὰ Ἀρειομανῖται; Ἡ πῶς τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας εἰσὶν οἱ τὴν ἀποστολικὴν ἀποτιναξάμενοι πίστιν, καὶ καινῶν κακῶν ἐφευρεταὶ γενόμενοι, οἱ τὰ μὲν τῶν θείων Γραφῶν λόγια (39) καταλείψαντες, τὰς δὲ *Θαλείας* Ἀρείου σοφίαν καινὴν ὀνομάζοντες; Εἰκότως τοῦτο λέγοντες (40)· καινὴν γὰρ αἵρεσιν ἀπαγγέλλουσι. Διὸ καὶ θαυμάσειεν ἄν τις, ὅτι πολλὰ πολλῶν συντάγματα καὶ πλείστας ὁμιλίας εἴς γε (41) τὴν Παλαιὰν καὶ τὴν Καινὴν γραψάντων, καὶ παρὰ μηδενὶ Θαλείας εὑρισκομένης, ἀλλὰ μηδὲ παρὰ τοῖς σπουδαίοις τῶν Ἑλλήνων, ἢ παρὰ μόνοις τοῖς ᾄδουσι τὰ τοιαῦτα παρὰ πότον μετὰ κρότου καὶ σκωμμάτων ἐν παιδιαῖς, ἕνεκεν τοῦ γελᾶσθαι παρ' ἑτέρων, ὁ θαυμαστὸς Ἄρειος οὐδὲν σεμνὸν μιμησάμενος, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν σπουδαίων ἀγνοήσας, πλεῖστά τε των ἄλλων αἱρέσεων ὑποκλέψας, τὴν τοῦ Σωτάδου (42) μόνου γελοιολογίαν ἐζήλωσε. Τί γὰρ ἔπρεπε ποιεῖν αὐτὸν, ἢ θέλοντα κατὰ τοῦ Σωτῆρος ὀρχήσασθαι, τὰ δύστηνα ἑαυτοῦ ῥημάτια τῆς ἀσεβείας ἐν ἐκλύτοις καὶ παρειμένοις μέλεσι σημαίνειν; ἵν' ὥσπερ ἡ σοφία φησὶν, *Ἀπὸ ἐξόδου λόγου ἐπιγνωσθήσεται* (43) *ἀνὴρ*, οὕτως ἀπ' ἐκείνων τὸ τῆς ψυχῆς μὴ ἀνδρῶδες, καὶ τῆς διανοίας ἡ φθορὰ τοῦ γράψαντος γινώσκηται. Καὶ γὰρ οὐδὲ ἔλαθεν ὁ δόλιος (44), ἀλλὰ καίτοι πολλάκις, ὡς ὁ ὄφις, ἄνω καὶ κάτω στρέφων ἑαυτὸν, ὅμως πέπτωκεν εἰς τὴν πλάνην τῶν Φαρισαίων (45). Ὡς γὰρ ἐκεῖνοι, θέλοντες παρανομεῖν, ἐσχηματίζοντο τὰ τοῦ νόμου μελετᾶν ῥήματα, καὶ θέλοντες ἀρνεῖσθαι τὸν προσδοκηθέντα καὶ παρόντα Κύριον, ὑπεκρίνοντο μὲν ὀνομάζειν τὸν Θεὸν, ἠλέγχοντο δὲ βλασφημοῦντες ἐν τῷ λέγειν, διὰ *τί σὺ, ἄνθρωπος ὢν Θεὸν σεαυτὸν ποιεῖς*, καὶ λέγεις, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*, οὕτω καὶ ὁ κίβδηλος καὶ Σωτάδειος (46) Ἄρειος ὑποκρίνεται μὲν ὡς περὶ Θεοῦ λέγων, παρεντιθεὶς (47) τὰς τῶν Γραφῶν λέξεις, ἐλέγχεται δὲ πανταχόθεν Ἄρειος ἄθεος, ἀρνούμενος τὸν Υἱὸν, καὶ τοῖς ποιήμασιν αὐτὸν συναριθμῶν.

5. Ἡ μὲν οὖν ἀρχὴ τῆς Ἀρειανῆς *Θαλείας* (48) καὶ κουφολογίας, ἦθος ἔχουσα καὶ μέλος θηλυκὸν, αὕτη· « Κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν Θεοῦ, συνετῶν Θεοῦ, παίδων ἁγίων, ὀρθοτόμων, ἅγιον Θεοῦ πνεῦμα λαβόντων, τάδε ἔμαθον ἔγωγε ὑπὸ τῶν σοφίας μετεχόντων, ἀστείων, θεοδιδάκτων, κατὰ πάντα σοφῶν τε. Τούτων

Joan. x, 33, 30.

(39) Seguer., τὰ μὲν Χριστοῦ λόγια. Mox Seguer., σαλίας, et ad marginem alia manu, Θαλείας, ut et habet Goblerianus et Felckm. 1. Editi vero et alii Θαλίας.

(40) Felckm. 5, λέγουσι. Ibid. Seguerian. Gobler. Felckm. 1, καινὴν γάρ, etc. Editi et alii γάρ omittunt. Regius, καὶ νῦν αἵρεσιν καταγγέλλουσι.

(41) Seguerian., εἰς τε. Paulo post fidem et Goblerian. et Felckm. 1, Θαλείας. Alii et editi, Θαλίας.

(42) Seguer. Gobler. et Felckm. 1, Σωτάτου. Anglic. Felckm. 2 et 5, Σωσάτου. Editio Commel., Ζωτάδου.

(43) Seguer. Anglic. Gobler. Felckm. 1, ἐπιγνωσθήσεται. Reg et Felckm. 5, γινώσκεται. Editi, γινώσκηται. Ibid. conjunctio καί post ἀνήρ in editis posita deest in Seguer. Reg. Basil. Anglic. Gobler. Felckm. 1.

(44) Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. Editi vero et alii δείλαιος.

(45) Seguer. Gobler. Felckm. 1, τῶν τότε Φαρισαίων.

(46) Seguer. et Reg. Σωτάτιος. Anglican. Felckm. 2 et 5, Σωσάτειος.

(47) Sic Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At editi et alii, παρατιθείς. Mox Seguer. πάντοθεν, qui ibid. ut et Goblerian. et Felckm. 1 omittit Ἄρειος.

(48) Seguer. Gobler. et Felckm. 1, Θαλείας. Alii, Θαλίας.

Digitized by Google

κατ' ἴχνος ἦλθον ἐγὼ βαίνων ὁμοδόξως (49) ὁ περικλυτὸς, ὁ πολλὰ παθὼν διὰ τὴν Θεοῦ δόξαν, ὑπό τε Θεοῦ μαθὼν σοφίαν καὶ γνῶσιν ἐγὼ ἔγνων. » Τὰ δὲ ἐν αὐτῇ κροτούμενα (50) παρ' αὐτοῦ σκώμματα φευκτὰ καὶ μεστὰ δυσσεβείας τοιαῦτά ἐστιν. « Οὐκ ἀεὶ ὁ Θεὸς Πατὴρ ἦν· ἀλλ' ἦν ὅτε ὁ Θεὸς (51) μόνος ἦν, καὶ οὔπω Πατὴρ ἦν ὕστερον δὲ ἐπιγέγονε Πατήρ. Οὐκ ἀεὶ ἦν ὁ Υἱός· πάντων γὰρ γενομένων ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ πάντων ὄντων κτισμάτων καὶ ποιημάτων γενομένων, καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐξ οὐκ ὄντων γέγονε, καὶ ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν· καὶ οὐκ ἦν πρὶν γένηται (52), ἀλλ' ἀρχὴν τοῦ κτίζεσθαι ἔσχε καὶ αὐτός. Ἦν γὰρ, φησὶ, μόνος ὁ Θεὸς, καὶ οὔπω ἦν ὁ Λόγος καὶ ἡ σοφία. Εἶτα θελήσας ἡμᾶς δημιουργῆσαι, τότε δὴ (53) πεποίηκεν ἕνα τινὰ, καὶ ὠνόμασεν αὐτὸν Λόγον, καὶ Σοφίαν καὶ Υἱὸν, ἵνα ἡμᾶς δι' αὐτοῦ δημιουργήσῃ. Δύο γοῦν σοφίας φησὶν εἶναι, μίαν μὲν τὴν ἰδίαν καὶ συνυπάρχουσαν τῷ Θεῷ, τὸν δὲ Υἱὸν ἐν ταύτῃ (54) τῇ σοφίᾳ γεγενῆσθαι, καὶ ταύτης μετέχοντα ὠνομάσθαι μόνον Σοφίαν καὶ Λόγον. Ἡ Σοφία γὰρ, φησὶ, τῇ σοφίᾳ ὑπῆρξε σοφοῦ Θεοῦ θελήσει. Οὕτω καὶ Λόγον ἕτερον εἶναι λέγει παρὰ τὸν Υἱὸν ἐν τῷ Θεῷ, καὶ τούτου μετέχοντα τὸν Υἱὸν ὠνομάσθαι πάλιν κατὰ χάριν Λόγον καὶ Υἱὸν αὐτόν. » Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἴδιον φρόνημα, δηλούμενον ἐν ἑτέροις αὐτῶν συγγράμμασιν, « ὅτι πολλαὶ δυνάμεις εἰσί· καὶ ἡ μὲν μία τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἰδία φύσει καὶ ἀΐδιος· ὁ δὲ Χριστὸς πάλιν οὐκ ἔστιν ἀληθινὴ δύναμις τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ μία τῶν λεγομένων δυνάμεών ἐστι καὶ αὐτὸς, ὧν μία καὶ ἡ ἀκρὶς (55) καὶ ἡ κάμπη οὐ δύναμις μόνον, ἀλλὰ καὶ μεγάλη προσαγορεύεται· αἱ δ' ἄλλαι πολλαὶ καὶ ὁμοιαί εἰσι τῷ Υἱῷ, περὶ ὧν καὶ Δαβὶδ ψάλλει λέγων· *Κύριος τῶν δυνάμεων* (56)· καὶ τῇ μὲν φύσει, ὥσπερ πάντες, οὕτω καὶ αὐτὸς ὁ Λόγος ἐστὶ τρεπτὸς, τῷ δὲ ἰδίῳ αὐτεξουσίῳ, ἕως βούλεται, μένει καλός· ὅτε μέντοι θέλει, δύναται τρέπεσθαι καὶ αὐτὸς ὥσπερ καὶ ἡμεῖς, τρεπτῆς ὢν φύσεως. Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶ, καὶ προγινώσκων ὁ Θεὸς ἔσεσθαι καλὸν αὐτὸν, προλαβὼν αὐτῷ ταύτην τὴν δόξαν δέδωκεν (57), ἣν ἄνθρωπος καὶ ἐκ τῆς ἀρετῆς ἔσχε μετὰ ταῦτα· ὥστε ἐξ ἔργων αὐτοῦ, ὧν προέγνω ὁ Θεὸς, τοιοῦτον αὐτὸν νῦν γεγονέναι πεποίηκε (58).

A et in omnibus sunt sapientes. Horum ego, eadem ac illi sentiens, vestigiis insti; ego, inquam, celeberrimus ille, qui quamplurima propter Dei gloriam passus sum, et a Deo doctus sapientiam et scientiam accepi. » Facetiæ autem ejus exsecrandæ et plenæ impietatis quæ in ea continentur, tales sunt. « Non semper Deus fuit Pater : sed fuit, cum Deus solus esset, nondumque Pater erat; postea vero factus est Pater. Non semper fuit Filius : nam cum omnia ex nihilo sint orta, resque omnes creatæ sint et factæ, ipsum quoque Dei Verbum ex nihilo factum est, et fuit aliquando cum non esset : nec erat antequam fieret, sed habuit quoque creationis initium. Erat enim, inquit, solus Deus, nondumque erat Verbum et Sapientia. Cum autem nos postea voluit creare, B tunc profecto unum quemdam fecit, quem et Verbum et Sapientiam et Filium nominavit, ut nos per ipsum crearet. Duas ergo sapientias esse ait, unam quæ propria sit et cum Deo simul exsistat; Filium vero in ista sapientia factum fuisse, ejusque factum participem, Sapientiam et Verbum nomine tenus esse appellatum. Sapientia enim, inquit, per sapientiam, Dei sapientis voluntate, exstitit. Sic aliud Verbum in Deo esse dicit præter Filium, cujus **323** Verbi participem factum Filium, ipsum quoque gratia Verbum et Filium vocatum fuisse. » Est autem etiam propria hæc illorum hæresis sententia, quam aliis suis in operibus explicarunt, « nempe multas virtutes seu potentias esse, quarum una quidem, natura, Dei propria sit atque C æterna, Christum autem non esse veram Dei virtutem, sed unam earum quæ virtutes solent dici, inter quas et locusta et eruca, non virtus tantum, sed magna virtus appellatur[7]; alias porro multas esse similesque Filio, de quibus David psallit, *Dominus virtutum*[8] : item, Verbum natura, ut nos omnes, esse mutabile, suoque arbitrio, quousque velet, bonum perseverare : quod si voluerit, posse quoque ut et nos mutari, cum mutabili sit natura. Quia enim Deus, inquit, bonum eum fore præscivit, idcirco hanc ei gloriam præveniendo donavit, quam homo postea ex virtute consecutus est : quapropter ex ejus operibus quæ præscivit Deus, talem illum nasci voluit. »

6. « Εἰπεῖν δὲ πάλιν ἐτόλμησεν, ὅτι οὐδὲ Θεὸς ἀλη- D

6. « Præterea ausus est dicere Verbum non esse

[7] Joel II, 2. [8] Psal. XXIII, 10.

(49) Seguer. Reg. et Felckm. 5, ὁμοδόξων. Ibid. editi et Felckm. 2, περικλυτής. Alii mss., περικλυτός. Mox Seguer. ὑπό γε Θεοῦ μαθών.

(50) Sic Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At editi κρατούμενα. Mox Seguerian. Gobler. et Felckm. 1, μεστὰ δυσσεβείας. Editi et alii, μετὰ δυσσεβείας.

(51) Seguer. Gobler. et Felckm. 1, ὁ Θεὸς Πατὴρ, Πατὴρ ἦν· ἀλλ' ἦν ὅτε ὁ Θεός, etc. Editi et alii, ὁ Θεὸς Πατὴρ ἦν· ἀλλ' ἦν ὅτε Θεός, etc. Mox hæc verba, καὶ οὔπω Πατὴρ ἦν, desunt in Reg. qui idem, Seguerian. et Anglic., ὕστερον δ' ἐπιγέγονε. Editi, ὕστερον δὲ ἐπὶ γέγονε. Ibid. Reg. οὐκ ἀεὶ ὁ Υἱός.

(52) Anglic., καὶ ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν πρὶν γένηται. Mss. item omnes et edit. Commel. habent, γένηται.

(53) Δὴ abest a Seguer.

(54) Seguer. Gobler. Felckm. 1. Editi vero et alii αὐτῇ. Ibid. Seguer. γεγενῆσθαι, ταύτης τε μετέχοντα. Mox Seg. Reg. Angl. Gobl. et Felc. 1, ὑπῆρξε. Editi et alii, ὑπῆρχε.

(55) Sic Seguer. At Reg., ὧν μία ἐστὶ καὶ ἀκρὶς, etc. Editi et alii, δυνάμεών ἐστι καὶ αὐτὸς ὢν μία καὶ ἡ ἀκρὶς.

(56) Gobler. et Felckm. 1, Δαβὶδ λέγει· Κύριε, τῶν δυνάμεων.

(57) Sic Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1 et 5. Editi autem et alii, ἔδωκεν. Ibid. Seguer. Gobler. et Felckm. 1, ἣν ἄνθρωπος καὶ ἐκ τῆς, etc. Alii et editi, ἣν ἂν καὶ ἐκ τῆς.

(58) Sic Seguer. Reg. Anglic. Gobler. Felckm. 1 et 5. In aliis et editis deest πεποίηκε. Mox Seguer. Gobler. et Felckm. 1, Εἰ γὰρ καὶ λέγεται.

Digitized by Google

verum Deum. Nam tametsi dicitur Deus, inquit, non tamen verus est Deus; sed gratiæ factus particeps non aliter quam alii omnes, ipse quoque nomine duntaxat dicitur Deus. Quemadmodum item, pergit ille, res omnes secundum naturam diversæ et dissimiles Dei sunt : ita et Verbum omnino alienum et dissimile est naturæ proprietatisve Dei Patris, sed ad res factas et creatas pertinet, quarum una ipsum est. Insuper temeritatis diaboli hæres veluti factus scripsit in *Thalia*, Patrem a Filio videri non posse, neque Verbum perfecte et plene suum Patrem posse intueri vel cognoscere, sed quidquid cognoscit et cernit, convenienter pro suis viribus cognoscere et cernere, quemadmodum et nos pro nostra facultate cognoscimus. Enimvero, inquit, non solum Filius Patrem non accurate cognoscit, utpote cui comprehendendi facultas desit, verum nec suam ipse naturam notam habet. Addit similiter natura divisas, diversas, disjunctas alienasque nec invicem participes esse Patris, Filii, et sancti Spiritus substantias : quin etiam, ut ipse ait, penitus inter se et substantia et gloria sunt infinite dissimiles. Itaque quod ad naturæ et gloriæ similitudinem attinet, Verbum ab utrisque, Patre videlicet et Spiritu sancto, alienum omnino esse docet : hæc enim ipsa sunt impii illius verba, qui item ait Filium ex se a Patre esse divisum, nullaque in re participem ejus esse. » Et hæc quidem sunt particulæ fabellarum quæ in ridiculo Arii exstant volumine.

7. Quis ergo his et carmine *Thaliæ* auditis, Arium quasi in scena de hujusmodi rebus jocantem jure non oderit? Quis non agnoscit illum, cum Dei nomen proferre et de Deo loqui videtur, simillimum esse serpentis mulieri dantis consilium? Ecquis vero aliis quæ ibidem sequuntur perlectis, non tam clare ejus perspicit impietatem, quam fraudem in quam serpens mulierem dolose induxit? Quis, quæso, ad has impietates non obstupescat? Cœlum quidem, **324** ut ait propheta[a], obstupuit, et terra tremuit ob violatam legem. Sol autem vehementius indignatus, nec ferens injurias quas communis omnium nostrum Dominus sponte pro nobis corpore toleravit, seseipse avertit, contractisque radiis diem illum privavit luce. Qui vero ad impia

A θινός ἐστιν ὁ Λόγος. Εἰ δὲ καὶ λέγεται Θεὸς, ἀλλ' οὐκ ἀληθινός ἐστιν· ἀλλὰ μετοχῇ χάριτος, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, οὕτω καὶ αὐτὸς λέγεται ὀνόματι μόνον (59) Θεός. Καὶ πάντων ξένων καὶ ἀνομοίων ὄντων τοῦ Θεοῦ κατ' οὐσίαν, οὕτω καὶ ὁ Λόγος ἀλλότριος μὲν καὶ ἀνόμοιος κατὰ πάντα τῆς τοῦ Πατρὸς (60) οὐσίας καὶ ἰδιότητός ἐστι· τῶν δὲ γενητῶν καὶ κτισμάτων ἴδιος καὶ εἷς αὐτῶν τυγχάνει. Μετὰ τούτων δὲ ὥσπερ καὶ διάδοχος τῆς προπετείας τοῦ διαβόλου γενόμενος (61), ἔθηκεν ἐν τῇ *Θαλείᾳ*, ὡς ἄρα καὶ τῷ Υἱῷ ὁ Πατὴρ ἀόρατος ὑπάρχει (62), καὶ οὔτε ὁρᾷν, οὔτε γινώσκειν τελείως καὶ ἀκριβῶς δύναται ὁ Λόγος τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα· ἀλλὰ καὶ ὃ γινώσκει καὶ ὃ βλέπει, ἀναλόγως τοῖς ἰδίοις μέτροις (63) οἶδε καὶ βλέπει, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς γινώσκομεν κατὰ τὴν ἰδίαν δύ-
agnoscent, patebitque illos ad imaginem Dei factos esse. Quemadmodum enim si quis imperatoris filius, patre urbem aliquam ædificare cupiente, suum nomen singulis ædificiis securitatis causa inscriberet, ut nempe ædificia, sui ob nominis speciem singulis impressi, possent persistere, eoque ex nomine cum sui ipsius tum patris meminisse : si is, inquam, urbe ædificata interrogaretur, quonam modo facta esset, recte responderet : Tute est ædificata; mea quippe imago, sicut voluit pater, in singulis expressa est ædificiis ; meum enim nomen creatum in illis est. His autem ille verbis non suam sane naturam, sed suam duntaxat figuram suo nomine creatam esse significaret. Eodem plane modo juxta id exempli, his qui sapientiam, quæ in rebus creatis exsistit, admirantur, respondet vera Sapientia : *Dominus creavit me in opera.* Mea enim figura in illis est, et ego sic me ad res efficiendas accommodavi.

80. Nec vero mirum videatur, si Filius de sua quæ in nobis est figura, tanquam de seipso loquatur, cum (idem enim repetere nihil est reformidandum) Saulo Ecclesiam, in qua ejus figura et imago erat, persequente, quasi ipse esset quem ille persequeretur, dixerit, *Saule, quid me persequeris* [96]? Ut ergo nemini mirum videretur, uti diximus, si sapientiæ forma, quæ in operibus est, diceret, *Dominus creavit me in opera;* ita si ipsa vera et creatrix Sapientia, quod et unigenitum Dei est Verbum, ea quæ suæ propria sunt imaginis usurpaverit, ac velut de se ipsa dixerit, *Creavit me in opera*, nemo dimissa sapientia, quæ in mundo et operibus creata est, arbitretur verbum istud, *creavit*, de natura Sapientiæ quæ per se ipsa est dictum esse, ne vinum cum aqua miscens [97], veritatem subripere videatur. Namque illa creatrix et opifex est sapientia : ejus autem forma in operibus creatur tanquam imaginis similitudo. Hujusmodi porro sapientia *principium viarum* esse dicitur, quia quoddam est principium et elementum cognitionis Dei. Eam enim quis primam veluti viam ingressus, et timore Dei custodiens, ut dixit Salomon, *principium sapientiæ timor Domini* [98], deindeque mente progrediens, et creatricis Sapientiæ, quæ in rebus creatis apparet, cognitionem assecutus, in ipsa ejus quoque Patrem haud dubie contemplaturus

A καὶ γνωσθήσονται, ὅτι ὄντως (19) κατ εἰκόνα Θεοῦ γεγόνασι. Καὶ ὥσπερ ἂν εἴ τις βασιλέως υἱὸς, θέλοντος πατρὸς οἰκοδομῆσαι πόλιν, καὶ ποιῶν ἐν ἑκάστῳ τῶν γινομένων ἔργων ἐγγραφῆναι τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα (20), ἀσφαλείας τε χάριν τοῦ διαμένειν τὰ ἔργα διὰ τὴν ἐν ἑκάστῳ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ φαντασίαν· καὶ ἵν' ἐκ τοῦ ὀνόματος ἀναμιμνήσκεσθαι αὐτοῦ τε καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ δύνωνται· τελειώσας δὲ (21) εἰ ἐρωτηθείη περὶ τῆς πόλεως, πῶς γέγονεν, εἶποι ἄν· Ἀσφαλῶς γέγονε· κατὰ γὰρ τὸ βούλημα τοῦ πατρὸς, ἐν ἑκάστῳ ἔργῳ ἐξεικονίσθην (22)· τὸ γὰρ ἐμὸν ὄνομα ἐν τοῖς ἔργοις ἐνεκτίσθη. Τοῦτο δὲ λέγων, οὐ τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν κτισθεῖσαν σημαίνει, ἀλλὰ τὸν ἑαυτοῦ τύπον διὰ τοῦ ὀνόματος· τὸν αὐτὸν τρόπον κατὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ παραδείγματος τοῖς θαυμάB ζουσι τὴν ἐν τοῖς κτίσμασι σοφίαν ἀποκρίνεται ἡ ἀληθινὴ Σοφία· *Κύριος ἔκτισέ με εἰς ἔργα*· ἐμοῦ γὰρ τύπος ἐστὶν ὁ ἐν αὐτοῖς· κἀγὼ οὕτω συγκατέβην τῇ δημιουργίᾳ.

80. Οὐ δεῖ δὲ πάλιν ξενίζεσθαι, εἰ τὸν ἐν ἡμῖν τύπον ὄντα ὡς περὶ ἑαυτοῦ ἐστι λέγων ὁ Υἱὸς, ὅπου γε (τὸ αὐτὸ γὰρ λέγειν (23) οὐκ ὀκνητέον)· καὶ Σαύλου τότε διώκοντος τὴν Ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ τύπος ἦν αὐτοῦ καὶ εἰκὼν, ὡς αὐτὸς διωκόμενος ἔλεγε· *Σαῦλε, τί με διώκεις;* Οὐκοῦν ὥσπερ εἴρηται, εἰ ἔλεγεν αὐτὸς ὁ τύπος τῆς σοφίας ὁ ὢν ἐν τοῖς ἔργοις τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με εἰς ἔργα*, οὐκ ἂν τις ἐξενίσθη· οὕτως ἐὰν καὶ αὐτὴ ἡ ἀληθινὴ καὶ δημιουργὸς Σοφία, ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος (24), λέγῃ τὰ τῆς εἰκόνος ἑαυτοῦ ὡς περὶ ἑαυτοῦ τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με εἰς ἔργα*, C μηδεὶς, ἀφεὶς τὴν ἐν κόσμῳ καὶ τοῖς ἔργοις ἐγκτισθεῖσαν, νομιζέτω περὶ τῆς οὐσίας τῆς Αὐτοσοφίας εἰρῆσθαι τὸ, *ἔκτισεν*, ἵνα μὴ, τὸν οἶνον ὕδατι μίσγων, κλέπτειν δοκῇ τὴν ἀλήθειαν. Αὕτη (25) μὲν γὰρ κτίζουσα καὶ δημιουργός ἐστιν· ὁ δὲ ταύτης τύπος ἐγκτίζεται τοῖς ἔργοις, ὥσπερ καὶ τῆς εἰκόνος τὸ κατ' εἰκόνα. *Ἀρχὴν* δὲ *ὁδῶν* λέγει, ἐπειδὴ ἡ τοιαύτη σοφία, ἀρχή τις καὶ ὥσπερ στοιχείωσις τῆς ἐπὶ Θεὸν γνώσεως γίνεται· ταύτῃ γὰρ πρώτῃ ὥσπερ ἐπιβάς (26) τις τῇ ὁδῷ, καὶ ταύτην φυλάττων τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ, ὡς εἶπεν ὁ Σολομὼν, *Ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου*, εἶτα ἐπαναβαίνων τῇ διανοίᾳ, καὶ νοήσας τὴν ἐν τῇ κτίσει δημιουργὸν Σοφίαν, νοήσει ἐν αὐτῇ καὶ τὸν αὐτῆς Πατέρα (27), ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος εἰρηD κεν· *Ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς, ἑώρακε τὸν Πατέρα*. Καὶ ὡς ὁ

[96] Act. IX, 4. [97] Isa. I, 22. [98] Prov. I, 7.

(19) Sic Basil. Reg. et Felc. 5. In editis autem deest ὄντως. Seguerian. Gobler. Felc. 1 et 4, καὶ γνωσθήσονται ἀληθῶς, ὅτι ὄντως τέκνα Θεοῦ γεγόνασι.

(20) Seguerian. γινομένων ἐν γραφῇ τὸ αὐτοῦ ὄνομα.

(21) Seguer. τελειώσας τε. Mox Seguer. Gobler. Felc. 1 et 4, ut et legit Nannius, πῶς γέγονεν. Alii et editio Commel. εἰ γέγονεν. Ibid. Felc. 4, ἀσφαλῶς γεγονέναι.

(22) Sic Seguer. Gobler. et Felc. 1. At alii et editi, ἐξεικονίσθη.

(23) Seguer. τὸ αὐτὸ γὰρ λέγειν. Reg. Gobler. Felc. 1, 4 et 5, τὸ γὰρ αὐτὸ λέγειν. At in aliis et editis deest γάρ.

(24) Seguer. Gobler. Felc. 1 et 4, δημιουργὸς τοῦ Θεοῦ Σοφία ὁ μονογενὴς αὐτοῦ Λόγος. Mox Seguer. Reg. Felc. 4 et 5, ἑαυτοῦ ὡς περὶ ἑαυτοῦ τὸ, ἔκτισέ με. At Gobler. et Felc. 1, αὐτοῦ ὡς περὶ ἑαυτοῦ τό, etc. Alii et editi, εἰκόνος ἑαυτοῦ τό, etc.

(25) Seguerian. Reg. Gobler. Felc. 1, 4 et 5, αὕτη. Alii autem et editi, αὐτή.

(26) Sic Seguerian. Goblerian Felc. 1 et 4. At alii et editi, πρῶτον ὥσπερ καὶ ἐπιβάς. Ibid. Seguerian. τις ὁδῷ.

(27) Anglic. ἐν ἀρχῇ. Ibid. Seguer. Gobler. Felc. 1 et 4, τὸν ταύτης Πατέρα. Alii autem et editi, τὸν αὐτῆς Πατέρα.

Digitized by Google

Ἰωάννης (28) γράφει· *Ὁ ὁμολογῶν τὸν Υἱὸν, καὶ τὸν Πατέρα ἔχει. Πρὸ τοῦ αἰῶνός* δὲ, φησὶν, *ἐθεμελίωσέ με*, ἐπειδὴ ἐν τῷ αὐτῆς τύπῳ (29) ἑδραῖα καὶ ἀεὶ μένει τὰ ἔργα. Εἶτα ἵνα μή τις, ἀκούων (30) περὶ τῆς οὕτως ἐν τοῖς ἔργοις κτισθείσης σοφίας, νομίσῃ τὴν ἀληθινὴν Σοφίαν τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱὸν εἶναι τῇ φύσει κτίσμα, ἀναγκαίως ἐπήγαγε· *Πρὸ τοῦ ὄρη*, καὶ, *πρὸ τοῦ τὴν γῆν*, καὶ, *πρὸ τῶν ὑδάτων*, καὶ, *πρὸ πάντων βουνῶν* (31) *γεννᾷ με*· ἵνα ἐν μὲν τῷ λέγειν πρὸ πάσης κτίσεως (τὴν γὰρ πᾶσαν κτίσιν ἐν τούτοις ἐδήλωσε·) δείξῃ, ὅτι μὴ κατ' οὐσίαν συνεκτίσθη τοῖς ἔργοις. Εἰ γὰρ εἰς τὰ ἔργα ἐκτίσθη, πρὸ δὲ τῶν ἔργων ἐστὶ, δῆλον, ὅτι καὶ πρὸ τοῦ ἐκτίσθαι (32) ἐστίν. Οὐκ ἄρα τῇ φύσει καὶ οὐσίᾳ κτίσμα ἐστὶν, ἀλλ', ὡς αὐτὸς ἐπήγαγε, γέννημά ἐστι. Τί δὲ διαφέρει ἢ πῶς διέστηκε τὴν φύσιν (33) κτίσμα γεννήματος, δέδεικται ἐν τοῖς ἔμπροσθεν.

A est, ut ipse Dominus his verbis testatur : *Qui vidit me vidit Patrem* [9]. Joannes item scribit : *Qui confitetur Filium, Patrem quoque habet* [1]. Ait autem : *Ante ævum fundavit me* [2], quia in ejus forma sive figura constanter et semper manent opera. Præterea ne quis, his de sapientia hoc modo in operibus creata auditis, Dei Filium qui vera est Sapientia, creatum esse existimaret, necessario addidit, *antequam montes*, et *antequam terram*, et *ante aquas*, et *ante* 434 *colles gignit me* [3], ut, cum dicit, ante res universas creatas (universam siquidem creatam naturam his verbis comprehendit) ostenderet se non natura una cum operibus creatam esse. Namque si in opera creata est, et ante opera est, patet utique eam fuisse antequam creata est. Non ergo natura et substantia B creata est, sed, ut ibidem subjicitur, genita est. Quid porro differentiæ et discriminis sit inter rem natura creatam et genitam antea exposuimus.

81. Ἐπειδὴ δὲ ἐπάγει λέγουσα, *ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ*, εἰδέναι χρὴ, ὅτι οὐχ ὡς μὴ δι' αὐτῆς ἑτοιμάζοντος τὸν οὐρανὸν (34) τοῦ Πατρὸς, ἢ τὰ ἄνω νέφη, ταῦτά φησιν· οὐ γὰρ ἀμφίβολον, ὅτι πάντα ἐν Σοφίᾳ ἐκτίσθη, καὶ χωρὶς αὐτῆς (35) ἐγένετο οὐδὲ ἕν· ἀλλὰ τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει· Πάντα μὲν ἐν ἐμοὶ καὶ δι' ἐμοῦ γέγονε· χρείας δὲ οὔσης ἐγκτίζεσθαι (36) σοφίαν τοῖς ἔργοις, τὴν μὲν οὐσίαν ἥμην σὺν τῷ Πατρὶ, τῇ δὲ πρὸς τὰ γενητὰ συγκαταβάσει, ἥμην ἁρμόζουσα τὸν παρ' ἐμοὶ τύπον τοῖς ἔργοις, ὥστε καὶ ὡς ἐνὶ σώματι (37) πάντα τὸν κόσμον μὴ στασιάζειν, ἀλλ' ὁμονοεῖν πρὸς ἑαυτόν. Ὅσοι μὲν οὖν ὀρθῇ τῇ διανοίᾳ κατὰ τὴν ἑαυτοῖς δοθεῖσαν (38) σοφίαν θεωροὶ τῶν κτισμάτων γίνονται, δύνανται λέγειν καὶ αὐτοί· Τῇ διατάξει σου διαμένει τὰ πάντα· οἱ δὲ τούτου κατολιγωρήσαντες ἀκούσονται· *Φάσκοντες* (39) *εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν*· *τὸ γὰρ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. Ὁ Θεὸς γὰρ αὐτοῖς ἐφανέρωσε· τὰ γὰρ* (40) *ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θεότης, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους, διότι, γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἀλλ' ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα*

81. Quia vero addidit, *Quando præparabat cœlos cum illo aderam* [4], sciendum est hæc eam dicere, non quod Pater cœlos et superiores nubes per ipsam non paraverit. Nec enim dubium est quin omnia in Sapientia creata sint, nihilque sine ipsa factum sit. Verum hæc sunt quæ hisce verbis illa significat : Omnia quidem in me et per me facta sunt : quia autem opus erat ut sapientia in operibus crearetur, ego quidem secundum naturam cum Patre aderam, me vero ad res factas benigne accommodans, meam figuram in illis apte imprimebam, ut universus mundus tanquam in uno corpore non secum discordaret C sed concordaret. Quotquot igitur recta mente pro data sibi sapientia res creatas contemplantur, ipsis quoque licet dicere : Dispositione tua permanent omnia [5]. Qui vero ista negligunt et contemnunt, ad illos hæc spectant verba : *Cum se sapientes esse dicerent, stulti facti sunt* [6]. Nam *quod notum Dei est, manifestum est in illis. Deus enim illis patefecit. Invisibilia enim ipsius, ex creatione mundi, operibus intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus et divinitas, adeo ut careant excusatione, quippe qui cum Deum cognoscerent, non ut Deum coluerunt, sed rebus creatis potius servierunt quam omnium crea-*

[9] Joan. XIV, 9. [1] I Joan. II, 23. [2] Prov. VIII, 22. [3] ibid. 25, 26. [4] ibid. 27. [5] Psal. CXVIII, 91. [6] Rom. I, 22.

(28) Sic Seguerian. Gobler. Felc. 1 et 4. At Felc. 5, καὶ ὁ Ἰωάννης. Alii et editi, καὶ ὡς Ἰωάννης.

(29) Seguerian. ἐν τῷ οὕτω τύπῳ.

(30) Seguerian. Εἶτα ἵνα οὕτως ἀκούων. Gobler. et Felc. 1, Εἶτα οὕτως ἀκούων περὶ τῆς οὕτω τοῖς ἔργοις. Iidem ibidem et Seguerian. ἐγκτισθείσης, Alii et editi, κτισθείσης. Seguerian. item ibidem, ἀληθινὴν τοῦ Θεοῦ Σοφίαν τὸν Υἱόν.

(31) Seguerian. Goblerian. et Felck. 1, πρὸ τῶν βουνῶν. Paulo post, Seguerian. πρὸ πάσης τῆς κτίσεως.

(32) Seguer. et Felc. 4, ἐκτίσθαι. Cæteri et editi, ἐκτίσθη. Seguerian. mox καὶ τῇ οὐσίᾳ.

(33) Seguerian. Goblerian. Felc. 1 et 4, καὶ τί διέστηκε τῇ φύσει. Alii et editi, ἢ πῶς διέστηκε τὴν φύσιν. Mox Gobler. Felc. 1 et 5, ἐπειδὴ ἐπάγει.

(34) Seguerian. χρὴ, ὡς μὴ δι' οὐχ ὡς μὴ δι' αὐτῆς ἑδράζοντος τοῦ Πατρὸς τὸν οὐρανόν. Editi et alii, χρὴ, ὅτι οὐχ ὡς μὴ δι' αὐτῆς ἑτοιμάζοντος τὸν οὐρανὸν τοῦ Πατρός. Ibidem Seguerian. Goblerian. Felckm. 1 et 4, ἢ τὰ ἄνω νέφη. Reg. et Felckm. 5, ἢ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ νέφη. Alii et editi, ἢ τὰ ἐν οὐρανῷ νέφη.

(35) Seguer. ἐκτίσθησαν καὶ χωρὶς αὐτοῦ.

(36) Seguerianus, Gobler. Felckm. 1 et 4, ἐγκτίζεσθαι. Alii et editi, ἐκτίσθαι. Mox Seguerian. τὴν μὲν οὐσίαν ἥμην σὺν τῷ Πατρί. Editi et alii, τῇ μὲν οὐσίᾳ ἥμην ἐν τῷ Πατρί. Ibidem Seguerian. Goblerian. et Felck. 1, πρὸς τὰ γενητά. Felckm. 4, πρὸς τὰ γεννητά. Alii et editi, πρὸς τὰ γενόμενα.

(37) Seguer. Gobler. Felckm. 1 et 4, τύπον τοῖς ἔργοις, ὥστε καὶ ὡς ἐνὶ σώματι. Alii et editi, τύπον ἐν τοῖς ἔργοις, ὥστε καὶ ἐνὶ σώματι.

(38) Seguerian. Goblerian. Felc. 1 et 4, ἐν αὐτοῖς δεδομένην. Cæteri et editi, ἑαυτοῖς δοθεῖσαν.

(39) Felckman. 4, καὶ φάσκοντες.

(40) Felckman. 2 et editio Commel. γὰρ omittunt, quod cæteri habent.

Digitized by Google

tori, qui est beneactus in sæcula. Amen[7]. Pudore quoque certe afficientur, hæc audientes: *Nam quia in sapientia Dei*, prout explicavimus, *mundus Deum per sapientiam non cognovit, placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes*[8]. Nec enim jam amplius, ut superioribus temporibus, Deus per imaginem et umbram sapientiæ quæ in rebus creatis est, cognosci voluit, sed placuit ipsi ut ipsa vera Sapientia carnem assumeret, homo fieret, et crucis mortem pateretur, ut per fidem quæ in ea consistit omnes deinceps credentes salvi esse possent. Ipsa ergo Sapientia Dei est, quæ antea per suam imaginem in rebus creatis impressam (quam ob causam creari dicitur), et seipsam, et per se suum Patrem notum reddebat. Postea vero eadem ipsa, quæ et Verbum est, caro facta est, ut ait Joannes[9], destructaque morte, ac nostro genere liberato, et se et per se Patrem clarius patefecit: unde hæc ejus verba: *Da eis ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum*[10].

A τὰ πάντα (41), ὃς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. Καὶ ἐντραπήσονταί γε ἀκούοντες· Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸν προειρημένον τρόπον, οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν Θεὸν, ηὐδόκησεν (42) ὁ Θεὸς διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας. Οὐκέτι γὰρ, ὡς ἐν τοῖς προτέροις χρόνοις, δι' εἰκόνος καὶ σκιᾶς τῆς σοφίας, τῆς ἐν τοῖς κτίσμασιν οὔσης, ἠθέλησε γινώσκεσθαι ὁ Θεός· ἀλλ' αὐτὴν τὴν ἀληθινὴν Σοφίαν ἐποίησε σάρκα λαβεῖν, καὶ γενέσθαι ἄνθρωπον, θάνατόν τε ὑπομεῖναι σταυροῦ, ἵνα διὰ τῆς ἐν τούτῳ πίστεως πάντες λοιπὸν οἱ πιστεύοντες σώζεσθαι δύνωνται. Ἡ αὐτὴ μέντοι Σοφία τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἥτις πρότερον μὲν διὰ τῆς ἐν τοῖς κτίσμασιν εἰκόνος ἑαυτῆς (43), δι' ἣν καὶ λέγεται κτίζεσθαι, B ἐφανέρου ἑαυτὴν, καὶ δι' ἑαυτῆς τὸν ἑαυτῆς Πατέρα· ὕστερον δὲ αὐτὴ, οὖσα Λόγος, γέγονε σὰρξ, ὡς εἶπεν ὁ Ἰωάννης (44), καὶ μετὰ τὸ καταργῆσαι τὸν θάνατον καὶ σῶσαι τὸ γένος ἡμῶν ἔτι καὶ πλέον ἀπεκάλυψεν ἑαυτόν τε καὶ δι' ἑαυτοῦ τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, λέγων (45)· Δὸς αὐτοῖς, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν.

82. Itaque universa terra cognitione ejus repleta est. Siquidem una est Patris per Filium, et Filii **435** ex Patre cognitio: ipso gaudet Pater, eodemque gaudio Filius in Patre delectatur dicens: *Ego eram quo delectabatur, per singulos dies in conspectu ejus delectabar*[11]. Hæc procul dubio rursus probant Filium non allenum, sed proprium naturæ Patris esse. Ecce enim non propter nos, ut impii dictitant, factus est, neque omnino e nihilo est, neque Deus sibi C auctorem gaudii comparavit extrinsecus; sed illæ voces aliquid, quod proprium sit et simile significant. Quando ergo contigit ut Pater non gauderet? Quod si semper gavisus est, semper fuerit necesse est is in quo gaudebat. In quo porro gaudet et lætatur Pater, quam cum se ipse cernit in propria imagine, quæ Verbum suum est? Quod si etiam post perfectum mundum filiis hominum delectabatur, ut ibidem scriptum est, nec id utique alio modo intelligendum est. Ita enim delectabatur, non quasi gaudium ipsi accidisset, sed quatenus opera ad suam imaginem facta intuebatur. Illa proinde Dei oblectatio suam imaginem causam habet. Et ipse vero Filius an alio oblectatur modo, quam cum se ipse in Patre contemplatur? Idem enim hisce ejus verbis declaratur: *Qui vidit me, vidit Patrem*[12]: et, *Ego* D

82. Ἐπληρώθη γοῦν πᾶσα ἡ γῆ τῆς γνώσεως αὐτοῦ· μία γὰρ γνῶσις Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐστι, καὶ Υἱοῦ παρὰ Πατρὸς, καὶ χαίρει τούτῳ ὁ Πατήρ· καὶ τῇ χαρᾷ ταύτῃ εὐφραίνεται ἐν τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, λέγων· Ἐγὼ ἤμην, ᾗ προσέχαιρε· καθ' ἡμέραν δὲ ηὐφραινόμην ἐν προσώπῳ αὐτοῦ. Ταῦτα δὲ δείκνυσι πάλιν μὴ εἶναι τὸν Υἱὸν ἀλλότριον, ἀλλ' ἴδιον τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας. Ἰδοὺ γὰρ οὐ δι' ἡμᾶς, ὡς οἱ ἀσεβεῖς λέγουσι, γέγονεν, οὐδὲ ὅλως ἐξ οὐκ ὄντων ἐστίν· οὐδὲ γὰρ ἔξωθεν ἑαυτῷ ὁ Θεὸς περιεποιήσατο χαρᾶς ποιητικόν· ἀλλ' ἰδίου καὶ ὁμοίου γνώρισμά ἐστι τὸ λεγόμενον. Πότε οὖν ἦν ὅτε οὐκ ἔχαιρεν ὁ Πατήρ; Εἰ δὲ ἀεὶ ἔχαιρεν, ἀεὶ ἦν ἐν ᾧ ἔχαιρεν (46). Ἐν τίνι δὲ ὁ Πατὴρ χαίρει, ἢ βλέπων ἑαυτὸν ἐν τῇ ἰδίᾳ εἰκόνι, ἥτις ἐστὶν ὁ Λόγος αὐτοῦ; Εἰ δὲ καὶ ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων ηὐφραίνετο τὴν οἰκουμένην συντελέσας, ὡς ἐν αὐταῖς ταῖς (47) Παροιμίαις γέγραπται, ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὴν αὐτὴν ἔχει διάνοιαν. Ηὐφραίνετο (48) γὰρ καὶ οὕτως, οὐκ ἐπιγενομένης αὐτῷ χαρᾶς, ἀλλὰ πάλιν βλέπων κατὰ τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα γενόμενα τὰ ἔργα· ὥστε καὶ τὸ οὕτω χαίρειν τὸν Θεὸν τῆς εἰκόνος (49) αὐτοῦ τὴν πρόφασιν εἶναι. Πῶς δὲ καὶ ὁ Υἱὸς εὐφραίνεται, ἢ βλέπων ἑαυτὸν ἐν τῷ Πατρί; Ἴσον γάρ ἐστι καὶ τοῦτο τῷ λέγειν· Ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς, ἑώρακε τὸν Πατέρα, καὶ, Ἐγὼ (50) ἐν τῷ

[7] Rom. :, 19. 21. 25. [8] I Cor. I, 21. [9] Joan. I, 14. [10] Joan. XVII, 3. [11] Prov. VIII, 30. [12] Joan. XIV, 9.

(41) Felck. 5, omittit τὰ πάντα. Mox Seguerian. καὶ ἐντραπήσονταί γε ἀκούοντες. Gobler. et Felc. 1, καὶ ἐντραπήσονται οἱ ἀκούοντες. Felc. 4, καὶ ἐντραπήσονταί γε οἱ ἀκούοντες. Cæteri et editi, καὶ ἐντραπήσονται καί γε οἱ ἀκούοντες. Ibidem Seguerian. Reg. Anglic. Gobl. Felc. 1, 4 et 5, Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ. In aliis et editis deest γάρ.

(42) Sic Seguerianus, Reg. Goblerian. Felc. 1, 4 et 5. At alii et editi, ἀλλ' ηὐδόκησεν.

(43) Seguer. Gobler. Felckm. 1 et 4, αὐτῆς. Alii et editi, ἑαυτῆς.

(44) Goblerian. et Felck. 1, ὡς φησιν Ἰωάννης. Ibidem Seguerian. μετὰ τοῦ καταργῆσαι. Mox idem, et Gobler. Felc. 1 et 4, πλέον. Reg. Basil. et Anglic. πλεῖον. Editi et alii, πλείονα. Seguer. ibidem, αὐτόν τε καὶ δι' ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα.

(45) Sic Seguerian. Reg. Gobler. Felc. 1, 4 et 5. In aliis vero et editione Commel. deest λέγων.

(46) Seguerian. ἐν ᾧ ἔχαιρεν. Alii et editi, ἐν ᾧ καὶ ἔχαιρεν.

(47) Seguer. et Felc. 4, ἐν αὐταῖς ταῖς. Alii et editi, ἐν ταῖς.

(48) Seguer. et Felc. 4, ηὐφραίνετο. Editi et alii, εὐφραίνεται. Mox Seguer. Gobler. Felc. 1 et 4, γενόμενα τὰ ἔργα, ὥστε καὶ τὸ οὕτως. Reg. item habet ὥστε καὶ τὸ οὕτως. Cæteri et editio Commel. γινόμενα ἔργα, ὥστε καὶ οὕτως.

(49) Sic Seguerian. Reg. Goblerian. Felc. 1, 4 et 5. At alii et editi, Θεὸν ἐν τῷ τῆς εἰκόνος.

(50) Seguerian. et Felc. 4, κἀγώ.

Digitized by Google

Πατρι, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. Κενὸν ὑμῶν ἄρα τὸ καύχημα πανταχόθεν δέδεικται, ὦ χριστομάχοι (51), καὶ μάτην ἐνεπομπεύσατε καὶ τεθρυλήκατε παντα-χοῦ τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ*, παρεξηγούμενοι τὴν διάνοιαν αὐτοῦ καὶ μᾶλλον τὴν ἑαυτῶν ἐπίνοιαν, ἢ τὸν νοῦν τοῦ Σολομῶνος (52) ἀπαγγέλλοντες. Ἰδοὺ γὰρ τὸ μὲν ὑμῶν φρόνημα δέδεικται μόνον φαντασία· τὸ δὲ ἐν ταῖς Παροιμίαις ῥητὸν, καὶ πάντα τὰ προειρημένα δείκνυσι μὴ εἶναι τῇ φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ κτίσμα τὸν Υἱὸν, ἀλλ' ἴδιον γέννημα τοῦ Πατρὸς (53), σοφίαν καὶ Λόγον ἀληθινὸν, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν.

A *in Patre, et Pater in me est*[13]. Probatum itaque omni ex parte est vanum et futile esse quod tantopere jactitatis, o Christi hostes. Frustra illa undique circumfertis et pervulgatis verba, *Dominus creavit me principium viarum suarum*[14], quæ nimirum perverse interpretamini, vestraque vos ipsi potius commenta quam Salomonis mentem proponitis. Jam enim ostendimus fictum totum esse quod ipsi quidem sentitis: at ille Proverbiorum locus, et quæcunque supra disputata sunt, probant profecto Filium non esse natura et substantia creatum, sed proprie ex Patre genitum, ejusque esse sapientiam et Verbum verum, per quod omnia facta sunt, et sine quo factum est nihil[15]

(54) ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΑΤΑ ΑΡΕΙΑΝΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

EJUSDEM CONTRA ARIANOS ORATIO TERTIA.

1. Οἱ Ἀρειομανῖται, ὡς ἔοικε, κρίναντες ἅπαξ ἀποστάται γενέσθαι καὶ παραβάται τῆς ἀληθείας, φιλονεικοῦσιν εἰς ἑαυτοὺς ἑλκῦσαι τὸ γεγραμμένον· *Ὅταν ἔλθῃ ἀσεβὴς εἰς βάθος κακῶν, καταφρονεῖ*· οὔτε γὰρ ἐλεγχόμενοι παύονται, οὔτε ἀποροῦντες ἐντρέπονται· ἀλλ' ὡς πόρνης (55) ὄψις, ἀπηναισχύνθησαν πρὸς πάντας ἐν ταῖς ἀσεβείαις. Καὶ γὰρ ὧν προεφασίζοντο ῥητῶν, τοῦ, *Κύριος ἔκτισέ με*, καὶ τοῦ (56), *Κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων*, καὶ τοῦ, *Πρωτότοκος*, καὶ τοῦ, *Πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν*, ὀρθὴν ἐχόντων τὴν διάνοιαν, καὶ δεικνύντων (57) τὴν εἰς Χριστὸν εὐσέβειαν, οὐκ οἶδ' ὅπως πάλιν αὐτοὶ ὡς περιχυθέντες τὸν τοῦ ὄφεως ἰὸν, καὶ μὴ βλέποντες ἃ δεῖ βλέπειν, μηδὲ νοοῦντες ἃ ἀναγινώσκουσιν, ὥσπερ ἐκ βάθους τῆς ἀσεβοῦς αὐτῶν καρδίας (58) ἐρευγόμενοι, ἤρξαντο λοιπὸν καὶ διασύρειν τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου λεγόμενον, *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί*· λέγοντες· Πῶς δύναται οὗτος ἐν ἐκείνῳ, κἀκεῖνος ἐν τούτῳ χωρεῖν; Ἢ πῶς ὅλως δύναται ὁ Πατὴρ, μείζων ὤν, ἐν τῷ Υἱῷ ἐλάττονι ὄντι χωρεῖν; Ἤ τί θαυμαστὸν (59), εἰ ὁ Υἱὸς ἐν

B 1. Quandoquidem semel Ariani, ut videtur, animum induxerunt a veritate desciscere, in seipsos attrahere contendunt hæc Scripturæ verba: *Impius cum in profundum malorum venerit, contemnit*[16]. Neque enim convicti quiescunt, nec hærentes erubescunt: sed veluti frontem gerentes meretricis[17], omnem pudorem exuerunt ut suam adversus omnes defendant impietatem. Postquam enim probatum a nobis est illorum Scripturæ locorum, nempe, *Dominus creavit me*[18], et, *Tanto præstantior factus angelis*[19], et, *Primogenitus*[20], et, *Qui fidelis est ei qui fecit eum*[21], rectam esse significationem, iisdemque veram in Christum pietatem edoceri: nescio quonam pacto illi tanquam serpentis veneno perfusi, nec videntes quæ videnda sunt, nec ea quæ legunt intelligentes, sed tanquam ex impii sui cordis **436** profundo ructantes, jam hæc Domini verba, *Ego in Patre et Pater in me est*[22], exagitare cœperunt. Quomodo, inquiunt, iste in illo et ille in isto contineri potest? Vel qua prorsus ratione Pater, qui major est, in Filio qui minor est, potest

C

[13] Joan. XIV. 10. [14] Prov. VIII, 22. [15] Joan. I, 3. [16] Prov. XVIII, 3. [17] Jerem. III, 3. [18] Prov. VIII, 22. [19] Hebr. I, 4. [20] Rom. VIII, 29; Coloss. I, 15. [21] Hebr. III, 2. [22] Joan. XIV, 10.

(51) Felc. 5, ὦ Ἀρειανοὶ καὶ χριστομάχοι. Ibid. Seguerian. Reg. Goblerian. Felc. 1, 4 et 5, ἐνεπομπεύσατε. Alii et editi, ἐπομπεύσατε. Seguerian. et Felc. 4, ibid. τεθρυλήκατε πανταχοῦ. Alii et editi, τεθρυλλήκατε ἁπανταχοῦ.

(52) Seguerian. Goblerian. et Felc. 1, Σολομῶντος. Reg. et Felc. 5, Σαλομῶνος. Alii et editi, Σολομῶνος. Mox Seguer. Gobler. Felc. 1 et 4, μόνον φαντασία. Reg. πάσῃ φαντασίᾳ. Cæteri et editi, μόνῃ φαντασίᾳ.

(53) Felc. 5, τοῦ ἀοράτου Πατρός.

(54) Sic Regius codex, cujus hactenus meminimus in his adversus Arianos Orationibus. In alio item codice Regio optimæ notæ, ubi hæc et sequens Oratio contra Arianos exstat, inscribitur similiter λόγος τρίτος, in indice codicis. Nam ante ipsam Orationem nullus præfixus est titulus: sed initio tantum paginæ hæc legitur inscriptio, Βιβλίον δογματικὸν τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου κατὰ Ἀρειανῶν, id est: *Liber dogmaticus sancti Patris nostri magni Athanasii contra Arianos.* Hunc codicem, quia præstantior est, Reg. 1 appellabimus: alterum vero, Reg. 2. In Basiliensi quoque codice hæc Oratio inscribitur, λόγος τρίτος· in aliis vero, λόγος τέταρτος. Editi consuetum præferunt titulum, τοῦ ἐν ἁγίοις, etc., λόγος τέταρτος.

(55) Goblerianus et Felc. 1, ὄψιν. Mox Reg. 1 et Seguer. προεφασίζοντο. Editi et alii, ἐπροφασίζοντο.

(56) Reg. 1 et Seguerian. καὶ τοσούτῳ. Mox Seguerian. καὶ τὸ, πρωτότοκος, καὶ τὸ, Πιστόν.

(57) Regius primus et Seguer. δεικνυόντων. Ibid. Seguer. τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν. Mox Reg 1, Seguer. Gobler. et Felc. 1, πάλιν αὐτοί. Alii et ed., πάλιν οὗτοι.

(58) Reg. 1, Seguerian. Goblerian. et Felc. 1, καρδίας. Alii et editi, καχίας. Ibidem Reg. 1 et Seguerian. λοιπὸν καὶ διασύρειν. In aliis et editis deest καί.

(59) Regius primus et Seguerian. ἤ τί θαυμαστόν. At alii et editi, καίτοι τί θαυμαστόν.

Digitized by Google

comprehendi? Aut quid mirum est Filium in Patre esse, quandoquidem etiam de nobis scriptum est, *In ipso enim vivimus, et movemur et sumus* [23]? Sane hoc illis merito pro sua perversitate accidit, ut Deum corpus esse existiment, nec intelligant quid sint verus Pater et verus Filius, quid lux invisibilis et æterna, ejusque invisibilis splendor, quid invisibilis item substantia, quid figura et imago non corporea [24]? Namque si cognoscerent, non profecto tam impie Dominum gloriæ deriderent, neque res, quæ corporeæ non sunt, tanquam corporeas cogitantes, ea quæ recte dicta sunt ipsi prave interpretarentur. Par erat utique illos his vel solum auditis, utpote Christi verbis, credere, cum simplex fides curiosa eloquentia sit præstantior. Verum quoniam hoc quoque Scripturæ loco ad suam confirmandam hæresim profana temeritate abuti conantur; necessarium duximus et illorum convincere improbitatem, et quæ vera sit hujus loci interpretatio, ad fidelium securitatem patefacere. Non enim, ut illi opinantur, his verbis, *Ego in Patre et Pater in me est*, significatur eos in se invicem immitti, seseque, veluti vacua quædam vasa, invicem implere, ita ut Pater Filii, et Filius Patris vacuitatem repleat, neuterque illorum plenus et perfectus sit. Siquidem id proprium est corporum, nec absque summa impietate vel etiam dici queat. Plenus enim et perfectus est Pater, et ipse Filius plenitudo est Patris. Nec vero eodem modo quo Deus est in sanctis ut eos corroboret, ita est et in Filio. Ipse enim virtus est sive robur et sapientia Patris: ejusque communione, res factæ in Spiritu sanctificantur: ipse autem Filius non alicujus communione filius est, sed proprius est Patris fetus. Nec item Filius est in Patre eadem ratione quam indicant hæc verba, *In ipso vivimus, et movemur, et sumus*. Nam ipse ex Patre exsistit tanquam ex fonte vita, in qua omnia cum vitam accipiunt tum consistunt. Non enim vita in vita vivit, alioquin vita non esset: sed potius vitam ipse omnibus impertit.

2. Jam vero argutias quoque Asterii sophistæ, hæresis patroni, si placet, dispiciamus. Hic enim Judæos æmulatus, ea quæ sequuntur scripsit. « Perspicuum enim est, inquit, illum idcirco di-

[23] Act. XVII, 28. [24] Hebr. I, 3.

τῷ Πατρὶ, ὅπουγε καὶ περὶ ἡμῶν γέγραπται· *Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμεν;* Πάσχουσι δὲ τοῦτο ἀκολούθως τῇ κακονοίᾳ ἑαυτῶν, σῶμα νομίζοντες εἶναι τὸν Θεὸν, καὶ μὴ νοοῦντες μήτε τί ἐστιν (60) ἀληθινὸς Πατὴρ, καὶ ἀληθινὸς Υἱὸς, μήτε τί ἐστι φῶς ἀόρατον, καὶ ἄϊδιον, καὶ ἀπαύγασμα αὐτοῦ ἀόρατον, μήτε τί ἐστιν ἀόρατος (61) ὑπόστασις, καὶ χαρακτὴρ ἀσώματος, καὶ εἰκὼν ἀσώματος. Εἰ γὰρ ἐγίνωσκον, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης μετὰ γέλωτος ἐβυσφήμουν, οὔτε (62) τὰ ἀσώματα σωματικῶς ἐκλαμβάνοντες, τὰ καλῶς λεγόμενα παρεξηγοῦντο. Ἤρκει μὲν οὖν καὶ μόνον ἀκούοντας (63) ταῦτα, λέγοντος τοῦ Κυρίου, πιστεύειν· ἐπεὶ καὶ ἡ τῆς ἁπλότητος πίστις βελτίων ἐστὶ τῆς ἐκ περιεργίας πιθανολογίας· ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο βεβηλοῦν ἐπεχείρησαν πρὸς τὴν ἰδίαν αἵρεσιν, ἀναγκαῖον τὴν μὲν ἐκείνων κακόνοιαν διελέγξαι, τὴν δὲ τῆς ἀληθείας διάνοιαν δεῖξαι ἕνεκά γε τῆς τῶν πιστῶν ἀσφαλείας. Οὐ γὰρ, ὡς ἐκεῖνοι νομίζουσιν, ἀντεμβιβαζόμενοι εἰς ἀλλήλους εἰσὶν, ἐν τῷ λέγεσθαι, *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ*, ὥσπερ ἐν ἀγγείοις κενοῖς ἐξ ἀλλήλων πληρούμενοι (64)· ὥστε τὸν μὲν Υἱὸν πληροῦν τὸ κενὸν τοῦ Πατρὸς, τὸν δὲ Πατέρα πληροῦν τὸ κενὸν τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἑκάτερον αὐτῶν μὴ εἶναι πλήρη καὶ τέλειον· σωμάτων μὲν ἴδιον τοῦτό γε· διὸ καὶ τὸ μόνον εἰπεῖν τοῦτο πλέον ἐστὶν ἀσεβείας· πλήρης γὰρ καὶ τέλειός ἐστιν ὁ Πατὴρ, καὶ πλήρωμα θεότητός ἐστιν ὁ Υἱός. Οὐδ' αὖ πάλιν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἁγίοις γινόμενος ὁ Θεὸς, ἐνδυναμοῖ (65) αὐτοὺς, οὕτως ἐστὶ καὶ ἐν τῷ Υἱῷ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ τοῦ Πατρὸς δύναμις καὶ σοφία· καὶ τὰ μὲν γενητὰ μετοχῇ τούτου ἐν Πνεύματι ἁγιάζεται· αὐτὸς δὲ ὁ Υἱὸς οὐ μετουσίᾳ υἱός ἐστιν, ἀλλὰ γέννημα τοῦ Πατρὸς ἴδιόν ἐστιν. Οὐκ ἔστι δὲ πάλιν οὕτως ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, ὡς τὸ, *Ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμεν*· αὐτὸς γὰρ ὡς ἐκ πηγῆς τοῦ Πατρός ἐστιν ἡ ζωὴ, ἐν ᾗ τὰ πάντα ζωογονεῖταί τε καὶ συνέστηκεν (66)· οὐ γὰρ ἡ ζωὴ ἐν ζωῇ ζῇ· ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη ζωή· ἀλλ' αὐτὸς μᾶλλον ζωογονεῖ τὰ πάντα.

2. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ τοῦ συνηγόρου τῆς αἱρέσεως Ἀστερίου τοῦ σοφιστοῦ· γέγραφε γὰρ καὶ αὐτὸς, εἰς τοῦτο ζηλώσας τοὺς Ἰουδαίους, ταῦτα· « Εὔδηλον γὰρ, ὅτι διὰ τοῦτο εἴρηκεν ἑαυτὸν μὲν (67) ἐν τῷ

(60) Sic Regius primus, Seguerian. Gobl. et Felc. 1. At Basiliensis et Anglican. μήτε τίς ἐστιν. Alii vero et editi, καὶ μὴ νοοῦντες τίς ἐστιν, etc. Ibid. Regius primus et Seguerian. μήτε τί ἐστι φῶς. Cæteri et editi, μήτε τίς ἐστι φῶς. Mox Regius primus, Seguerian. Anglican. Gobler. et Felc. 1, ἄϊδιον καὶ ἀπαύγασμα. Editio Commel. ἴδιον ἀπαύγασμα.

(61) Sic Reg. 1, Seguerian. Goblerian. et Felc. 1, ut et legit Nannius. At alii et editio Commel. ἀσώματος. Mox Reg. 1 et Seguerian. εἰκὼν ἀσώματος. Εἰ γάρ, etc. Editi, εἰκὼν αὐτῆς. Εἰ γάρ, etc. Goblerian. vero et Felc. 1, χαρακτὴρ ἀσώματος. Εἰ γάρ.

(62) Regius primus, Seguerian. Goblerian. et Felc. 1, δόξης μετὰ γέλωτος ἐβυσφήμουν, οὔτε. Editi aliique, δόξης οὕτω μετὰ γέλωτος ἐβυσφήμουν, οὐδέ.

(63) Reg. 1 et Seguerian. ἀκούοντας. Goblerian. et Felc. 1, ἀκούοντες. Cæteri et editi, ἀκούσαντας. Paulo post, Reg. 1 et Seguer. ἐκ περιεργίας. Alii et editi, ἐκ περιεργασίας.

(64) Sic Reg. 1 et Seguerian. At editi et alii, πληρουμένοις. Mox Reg. 1 et Seguerian. τὸ κενὸν τοῦ Πατρὸς . . . τὸ κενὸν τοῦ Υἱοῦ. Reg. 2, τὸ κενὸν τοῦ Πατρὸς . . . τὸ κοῖλον τοῦ Υἱοῦ. Editi vero, τὸ κοῖλον τοῦ Πατρὸς . . . τὸ κοῖλον τοῦ Υἱοῦ.

(65) Sic Reg. 1, Seguerian. Goblerian. et Felc. 1. Alii autem et editio Commel. ἐνεδυνάμου.

(66) Sic Reg. 1 et Seguerian. At alii et editi, ἐστι ζωὴ, ἐν ᾧ τὰ πάντα ζωογονεῖται καὶ συνέστηκεν. Reg. 2 tamen habet ζωογονεῖταί τε καὶ συνέστηκεν.

(67) Sic Regius primus et Seguerian. At alii et editi, διὰ τοῦτο εἴρηκε μὲν ἑαυτόν. Basiliens. mox πάλιν omittit. Ibidem Reg. 1, Seguerian. Goblerian. et Felc. 1, μήτε τὸν λόγον. Alii et editi, μηδὲ τὸν

Digitized by Google

Πατρὶ, ἐν ἑαυτῷ δὲ πάλιν τὸν Πατέρα, ἐπεὶ μήτε τὸν λόγον, ὃν διεξήρχετο, ἑαυτοῦ φησιν εἶναι, ἀλλὰ τοῦ Πατρὸς, μήτε οἰκεῖα τὰ ἔργα, ἀλλὰ τοῦ Πατρὸς δεδωκότος τὴν δύναμιν. » Τοῦτο δὲ εἰ καὶ παιδάριον ἦν (68) ἁπλῶς εἰρηκὸς, συγγνώμην εἶχεν ἐκ τῆς ἡλικίας· ἐπειδὴ δὲ ὁ καλούμενος σοφιστὴς, καὶ πάντα γινώσκειν ἐπαγγελλόμενος, ἔστιν ὁ γράψας, πόσης ἄξιος καταγνώσεως ὁ τοιοῦτος; Πῶς δὲ καὶ οὐκ ἀλλότριον ἑαυτὸν τοῦ Ἀποστόλου δείκνυσιν, ἐπαιρόμενος ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις (69) καὶ νομίζων ἐν τούτοις ἐξαπατᾷν δύνασθαι, μὴ νοῶν αὐτὸς ἃ λέγει, μήτε περὶ τίνων (70) διαβεβαιοῦται. Ἃ γὰρ ὁ Υἱὸς ἴδια καὶ ἁρμόζοντα μόνῳ Υἱῷ, Λόγῳ καὶ Σοφίᾳ ὄντι, καὶ εἰκόνι τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας εἴρηκε, ταῦτα οὗτος εἰς πάντα τὰ κτίσματα καταφέρει, καὶ κοινὰ τῷ τε Υἱῷ καὶ τούτοις ταῦτα ποιεῖ· τὴν δὲ δύναμιν (71) τοῦ Πατρὸς λέγει λαμβάνειν δύναμιν ὁ παράνομος, ἵνα ἀκολουθήσῃ τῇ δυσσεβείᾳ αὐτοῦ εἰπεῖν ὅτι καὶ ὁ Υἱὸς ἐν Υἱῷ (72) υἱοποιήθη, καὶ ὁ Λόγος ἔλαβε Λόγου ἐξουσίαν· καὶ οὐκ ἔτι μὲν αὐτὸν, ὡς Υἱὸν, θέλει εἰρηκέναι ταῦτα, ὡς δὲ μαθόντα καὶ αὐτὸν ὁμοίως συντάσσει πᾶσι τοῖς ποιήμασιν. Εἰ γὰρ διὰ τὸ μὴ εἶναι τὰ ῥήματα τοῦ Υἱοῦ, ἃ διεξήρχετο, ἀλλ' ὅτι τοῦ Πατρὸς ἦν, καὶ τὰ ἔργα, ἔλεγεν (73)· *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί·* καὶ ὁ μὲν Δαβὶδ λέγει· *Ἀκούσομαι τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ Κύριος ὁ Θεός* (74)· ὁ δὲ Σολομών· *Οἱ ἐμοὶ λόγοι εἰρηνται ἀπὸ Θεοῦ*· καὶ ὁ μὲν Μωσῆς τοὺς παρὰ τοῦ Θεοῦ διακόνει λόγους, ἕκαστος δὲ (75) τῶν προφητῶν οὐ τὰ ἴδια, ἀλλὰ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἔλεγε, *Τάδε λέγει Κύριος*· καὶ τὰ ἔργα, ἃ ἐποίουν οἱ ἅγιοι, οὐκ ἴδια, ἀλλὰ τοῦ δεδωκότος τὴν δύναμιν Θεοῦ (76) ἔλεγον εἶναι· ὡς ὁ μὲν Ἠλίας καὶ Ἐλισσαῖος ἐπικαλούμενοι τὸν Θεὸν, ἵνα τοὺς νεκροὺς αὐτὸς ἐγείρῃ· ὅτε καὶ τῷ Ναιεμὰν λέγει ὁ Ἐλισσαῖος, καθαρίσας αὐτὸν ἀπὸ τῆς λέπρας· *Ἵνα γνῷς, ὅτι ἐστὶ Θεὸς ἐν Ἰσραήλ*· ὁ δὲ Σαμουὴλ καὶ αὐτὸς ἐν ἡμέραις θερισμοῦ ηὔχετο τὸν Θεὸν δοῦναι ὑετόν· οἵ τε ἀπόστολοι ἔλεγον, οὐκ ἰδίᾳ δυνάμει ποιεῖν τὰ σημεῖα, ἀλλὰ τῇ τοῦ Κυρίου χάριτι· δῆλον, ὅτι κατ' αὐτὸν κοινὴ ἂν εἴη πάντων καὶ ἡ τοιαύτη φωνὴ, ὥστε καὶ ἕκαστον λέγειν δύνασθαι· *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί·* καὶ λοιπὸν μηκέτι ἕνα εἶναι τοῦτον Υἱὸν Θεοῦ καὶ

A xisse seipsum in Patre et Patrem in seipso esse, quod nec ipsum quidem sermonem quem proferebat sui esse diceret, sed Patris, nec propria item sui esse opera, sed Patris, a quo videlicet agendi virtutem acceperat. » Profecto si puerulus ista loqueretur, veniam ex ætate posset consequi. Cum autem hæc ille scribat qui sophista vocatur, et omnia se profitetur cognoscere; qua, quæso, damnatione dignus esse censendus est? Annon etiam seipsum ab Apostolo alienum probat, quippe qui persuasibilibus **437** sapientiæ sermonibus glorietur [25], quibus et alios se decipere posse confidit, cum tamen nec ipse ea quæ dicit, nec de quibus contendit, intelligat [26]. Ea enim quæ Filius soli Filio, qui Verbum et Sapientia, ac Patris naturæ B imago est, convenire et propria esse docuit, iste rebus omnibus creatis attribuit, illisque cum Filio pugnat esse communia : quin etiam virtutem virtuti Patris impertiri impius asseverat, ut ex impia ejus doctrina efficiatur, Filium in Filio factum esse Filium, et Verbum potentiam Verbi accepisse. Nec item eum ut Filium ista vult dixisse, sed ipsum, ut qui ea quoque didicerit, una cum aliis operibus collocat. Si enim propterea quod verba quæ proferebat Filius, non ejus essent sed Patris, ut et opera, idcirco dicebat, *Ego in Patre, et Pater in me est :* cum ipse quoque David dicat : *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus* [27] : et Salomon: *Sermones mei a Deo dicti sunt* [28] : cum similiter Moyses sermonum Dei administer fuerit, singu- C lique prophetæ non propria, sed Dei verba annuntiaverint, unde aiebant, *Hæc dicit Dominus :* cum item opera ipsa quæ sancti effecere, non sua esse, sed Dei virtutem suppeditantis affirmarint, ut ex Elia et Eliseo patet qui Deum invocavere ut mortuos ipse excitaret : unde idem Eliseus postquam Naamani lepram sanasset, ei dixit : *Ut scias esse Deum in Israel :* Samuel quoque messis tempore Deum ut pluviam daret oravit : apostoli denique se non propria virtute sed Dei gratia signa et prodigia facere fatebantur : ex his, inquam, dilucide secundum illum sequitur vocem hujusmodi omnium quoque esse communem singulosque posse dicere,

[25] I Cor. II, 4. [26] I Timoth. I, 7. [27] Psal. LXXXIV, 9. [28] III Reg. VIII, 59; X, 24.

λόγον. Item ibidem Reg. 1 et Seguerian. φησιν D εἶναι, ἀλλὰ τοῦ Πατρὸς, μήτε. At alii et editi, φησιν, ἀλλὰ τοῦ Πατρὸς εἶναι, μηδέ.

(68) Felc. 2 et editi, ᾖ. Cæteri mss. ἦν.

(69) Reg. 1, ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις, ut et habet Scriptura. Felck. 5, ἐν πειθοῖ σοφίας λόγου. Editi, ἐν πειθοῖ σοφίας λόγοις.

(70) Reg. 1 et Seguerian. τίνων, lidemque mox ἴδια. Alii et editi, τίνος, et οἰκεῖα.

(71) Sic Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felck. 1. At alii et editio Commel. τήν τε δύναμιν.

(72) Sic Reg. 1 et Seguer. At alii et editi, ἐν τῷ Υἱῷ. Mox Reg. 1 et Seguer. ἔλαβε Λόγου ἐξουσίαν. Editio Commel. et aliquot mss. λόγον ἐξουσίαν.

(73) Sic Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felck. 1. At Reg. 2, Basil. Anglic. et Felck. 5, ἦν τὰ ἔργα, καὶ τὰ ἔργα, πῶς ἔλεγεν. Alii et editi, ἦν τὰ ἔργα, πῶς ἔλεγεν....

(74) Sic Reg. 1 et 2, Seguer. Gobler. et Felck. 1. At alii et editi, ὁ Κύριος Θεός. Ibid. Reg. 1, Seguer. Basil. Gobler. et Felck. 1, Σολομῶν. Alii et editi, Σαλομῶν.

(75) Reg. 1, ἕκαστός τε. Mox idem et Regius 2, Seguerian. Gobler. Felck. 1, τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ. In aliis et editione Commel. τά deest.

(76) Sic Reg. 1 et Seguer. Gobler. Felck. 1 et 5. At cæteri et editi, δύναμιν τοῦ Θεοῦ. Paulo post, Reg. 1 et Seguer. αὐτὸς ἐγείρῃ· ὅτε δὲ τῷ Ναιεμᾶν λέγει. Alii et editi, αὐτοῖς ἐγείρῃ· ὅτε δὲ τῷ Νεεμὰν ἔλεγεν. Porro quæ sequuntur Elisæi verba ad Naaman, non habentur in Scriptura : sed ipse Naaman sanatus et ad Elisæum reversus ait : Ἴδοὺ ἔγνωκα, ὅτι οὐκ ἔστι Θεὸς ἐν πάσῃ τῇ γῇ, ὅτι ἀλλ' ἢ ἐν τῷ Ἰσραήλ. *Vere scio quod non sit alius Deus in universa terra, nisi tantum in Israel* (*IV Reg.* V, 15).

Digitized by Google

Ego in Patre, et Pater in me est, nec proinde jam unum hunc esse Dei Filium et Verbum ac Sapientiam, sed eum unum quoque ex multis esse.

3. Atqui si hæc esset verborum Domini sententia, non ita eum loqui oportuisset, *Ego in Patre, et Pater in me est*, sed potius : Ego etiam sum in Patre, et Pater in me etiam est; ut videlicet nihil se proprium et singulare apud Patrem, tanquam Filium, habere, sed communi cum omnibus gratia gaudere significaret. Verum non ita se res habet, ut opinantur illi, qui cum eum verum ex Patre Filium esse non sentiant, falsa de vero fingunt, cui soli dicere convenit, *Ego in Patre, et Pater in me est*. Filius enim in Patre est, quantum licet intelligere, quia totum quod est Filius, hoc naturæ Patris proprium est, eo modo quo ex luce splendor, et ex fonte fluvius exoritur, adeo ut qui Filium videt, id quod proprium est Patris videat, intelligatque Filium idcirco in Patre esse quia ex Patre habet ut sit; et vicissim Patrem in Filio esse, quia Filius est id quod proprium est ex Patre, sicuti sol est in splendore, mens in verbo, et fons in fluvio. Ita enim qui Filium contemplatur, id quod naturæ Patris proprium est simul contemplatur, Patremque in Filio **438** esse intelligit. Nam cum forma et divinitas Patris hoc ipsum sit quod est Filius, omnino sequitur ut Filius sit in Patre, et Pater in Filio. Quocirca cum antea dixisset, *Ego et Pater unum sumus* [39], hic recte ait, *Ego in Patre et Pater in me est* [40], ut scilicet eamdem amborum divinitatem unamque naturam esse doceret.

4. Unum enim illi sunt, non quod unum in duas partes sit divisum, quæ nihil sint præter unum; neque quod unum bis nominetur, ita ut idem aliquando Pater, aliquando sui Filius fiat; quæ cum sentiret Sabellius, hæreticus est judicatus. Verum duo quidem sunt, quia Pater, Pater est, nec ipse est Filius; et vicissim Filius est Filius, nec ipse Pater est. Una vero illorum natura est : nec enim genitoris genitus est dissimilis, cum imago ejus sit, et omnia quæ Patris sunt, sint quoque Filii. Hinc Filius alius non est Deus, quia non extrinsecus effictus est : alioquin complures dii inducerentur, si extranea excogitaretur divinitas præter Patris divinitatem. Tametsi enim (88) aliud est Filius, ut

[39] Joan. x, 30. [40] Joan. xiv, 10.

Λόγον (77) καὶ Σοφίαν, ἀλλ' ἐκ πολλῶν ἕνα καὶ τοῦτον τυγχάνειν.

3. Ἀλλ' εἴπερ ἦν οὕτως ὁ Κύριος εἰρηκὼς, ἔδει (78) μὴ εἰπεῖν αὐτόν· *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί*· ἀλλὰ μᾶλλον· Κἀγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ δὲ καὶ ἐν ἐμοί (79) ἐστιν, ἵνα μηδὲ ἴδιον καὶ ἐξαίρετον ἔχῃ πρὸς τὸν Πατέρα ὡς Υἱὸς, κοινὴν δὲ μετὰ πάντων ἔχῃ τὴν αὐτὴν χάριν. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν, ὡς νομίζουσιν ἐκεῖνοι· μὴ φρονοῦντες γὰρ Υἱὸν εἶναι γνήσιον ἐκ Πατρὸς, καταψεύδονται τοῦ γνησίου, ᾧ μόνῳ ἁρμόζει λέγειν· *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί*. Ἔστι γὰρ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, ὥς γε νοεῖν ἔξεστιν, ἐπειδὴ σύμπαν τὸ εἶναι τοῦ Υἱοῦ, τοῦτο τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἴδιόν ἐστιν, ὡς ἐκ φωτὸς ἀπαύγασμα, καὶ ἐκ πηγῆς (80) ποταμὸς, ὥστε τὸν ὁρῶντα τὸν Υἱὸν ὁρᾷν τὸ τοῦ Πατρὸς ἴδιον, καὶ νοεῖν, ὅτι τοῦ Υἱοῦ τὸ εἶναι, ἐκ τοῦ Πατρὸς ὄν, οὕτως (81) ἐν τῷ Πατρί ἐστιν. Ἔστι δὲ καὶ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ, ἐπειδὴ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἴδιον, τοῦτο ὁ Υἱὸς τυγχάνει ὢν, ὡς ἐν τῷ ἀπαυγάσματι ὁ ἥλιος (82), καὶ ἐν τῷ λόγῳ ὁ νοῦς, καὶ ἐν τῷ ποταμῷ ἡ πηγή· οὕτω γὰρ ὁ θεωρῶν τὸν Υἱὸν, θεωρεῖ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας τὸ ἴδιον, καὶ νοεῖ, ὅτι ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ ἐστι. Τοῦ γὰρ εἴδους (83) καὶ τῆς θεότητος τοῦ Πατρὸς οὔσης τὸ εἶναι τοῦ Υἱοῦ ἀκολούθως ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρί ἐστι, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ εἰκότως (84) εἰρηκὼς πρότερον· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*, ἐπήγαγε τό· *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί*· ἵνα τὴν μὲν ταὐτότητα τῆς θεότητος, τὴν δὲ ἑνότητα (85) τῆς οὐσίας δείξῃ.

4. Ἓν γάρ εἰσιν, οὐχ ὡς ἑνὸς πάλιν εἰς δύο μέρη διαιρεθέντος, καὶ μηδὲν ὄντων πλὴν ἑνός· οὐδὲ ὡς τοῦ ἑνὸς δὶς ὀνομαζομένου, ὥστε (86) τὸν αὐτὸν ἄλλοτε μὲν Πατέρα, ἄλλοτε δὲ Υἱὸν ἑαυτοῦ γίνεσθαι· τοῦτο γὰρ Σαβέλλιος φρονήσας, αἱρετικὸς ἐκρίθη. Ἀλλὰ δύο μέν εἰσιν, ὅτι ὁ Πατὴρ Πατήρ ἐστι, καὶ οὐχ ὁ αὐτὸς Υἱός ἐστι· καὶ ὁ Υἱὸς Υἱός ἐστι, καὶ οὐχ ὁ αὐτὸς Πατήρ ἐστι. Μία δὲ ἡ φύσις· οὐ γὰρ ἀνόμοιον τὸ γέννημα τοῦ γεννήσαντος· εἰκὼν γάρ ἐστιν αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ ἐστι. Διὸ οὐδὲ ἄλλος Θεὸς ὁ Υἱός (87)· οὐ γὰρ ἔξωθεν ἐπενοήθη· ἐπεὶ πάντως καὶ πολλοὶ, ξένης παρὰ τὴν τοῦ Πατρὸς ἐπινοουμένης θεότητος· εἰ γὰρ καὶ ἕτερόν ἐστιν ὡς γέννημα ὁ Υἱὸς, ἀλλὰ ταὐτόν ἐστιν ὡς Θεός· καὶ ἓν τῷ Λόγῳ. Alii et editi, καὶ ἐν τῷ Λόγῳ.

(77) Sic Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felck. 1. Editi autem et alii, εἶναι τὸν τοῦ Πατρὸς Υἱὸν καὶ Λόγον. Mox Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felck. 1, ἀλλ' ἐπείπερ. Editi et alii, ἀλλ' ἐπειπερ.

(78) Sic Reg. 1 et Seguer. At alii et editi, ἦν οὗτος ὁ Κύριος, ἔδει, etc.

(79) Felck. 2 et editi, δὲ ἐν ἐμοί. Cæteri mss. δὲ καὶ ἐν ἐμοί. Mox Reg. 1 et 2, et Seguer. πρὸς τὸν Πατέρα ὡς Υἱός. At alii et editi, πρὸς τὸν Πατέρα ὁ Υἱός.

(80) Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felck. 1, ἐκ πηγῆς. Alii et editio Commel. ὡς πηγῆς.

(81) Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felck. 1, οὕτως. Cæteri et editi, οὗτος.

(82) Reg. 1 et Seguer. ὁ ἥλιος. In aliis et editis, ὁ deest. Ibid. Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felck. 1, καὶ

(83) Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felck. 1, εἶδους. In Anglic. quoque margine notatur, γρ. εἴδους. Cæteri et editio Commel. ἰδίου.

(84) Reg. 1, Seguer. γὰρ εἰκότως. Alii et editi, γὰρ καὶ εἰκότως.

(85) Seguer. τὴν ἑνότητα.

(86) Sic Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felck. 1. At alii et editi, οὐδὲ ὥστε. Paulo post, Felck. 5, Σαβέλιος.

(87) Reg. 1 et 2, Seguer. Basil. Anglic. Gobler. Felck. 1 et 5, Θεὸς ὁ Υἱός. Editi et alii, Θεὸς Υἱός.

(88) Ita vertimus, textum Græcum secuti, licet vulgo doceant theologi Filium non *aliud*, sed *alium* esse a Patre. Verum ista dictione, *aliud*, idem hic significat sanctus Athanasius, quod theologi dictione, *alius*, ut patet.

Digitized by Google

εἰσιν αὐτὸς καὶ ὁ Πατὴρ τῇ ἰδιότητι καὶ οἰκειότητι τῆς φύσεως, καὶ τῇ ταὐτότητι τῆς μιᾶς θεότητος, ὥσπερ εἴρηται. Καὶ γὰρ καὶ τὸ (89) ἀπαύγασμα φῶς ἐστιν, οὐ δεύτερον τοῦ ἡλίου, οὐδὲ ἕτερον φῶς, οὐδὲ κατὰ μετουσίαν αὐτοῦ, ἀλλ' ὅλον ἴδιον αὐτοῦ γέννημα. Τὸ δὲ τοιοῦτον γέννημα ἐξ ἀνάγκης ἓν (90) ἐστι φῶς· καὶ οὐκ ἂν τις εἴποι δύο φῶτα εἶναι ταῦτα, ἀλλὰ δύο μὲν ἥλιον καὶ ἀπαύγασμα, ἓν δὲ τὸ ἐξ ἡλίου φῶς ἐν τῷ ἀπαυγάσματι φωτίζον τὰ πανταχοῦ. Οὕτω καὶ ἡ τοῦ Υἱοῦ θεότης τοῦ Πατρός ἐστιν· ὅθεν καὶ ἀδιαίρετός ἐστι· καὶ οὕτως εἷς Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ. Οὕτω γοῦν ἐν αὐτῶν ὄντων, καὶ μιᾶς αὐτῆς οὔσης (91) τῆς θεότητος, τὰ αὐτὰ λέγεται περὶ τοῦ Υἱοῦ, ὅσα λέγεται καὶ περὶ τοῦ Πατρὸς, χωρὶς τοῦ λέγεσθαι Πατήρ· οἷον τὸ Θεός (92)· *Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*· τὸ Παντοκράτωρ· *Τάδε λέγει ὁ ἦν, καὶ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἐρχόμενος* (93) *ὁ Παντοκράτωρ*· τὸ Κύριος· *Εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός*· τὸ εἶναι φῶς· *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς*· τὸ ἐξαλείφειν ἁμαρτίας· *Ἵνα δὲ*, φησὶν, *εἰδῆτε, ὅτι ἔχει ἐξουσίαν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας* (94)· καὶ ὅσα ἄλλα ἂν εὕροις. *Πάντα* γὰρ, φησὶν αὐτὸς ὁ Υἱὸς, *ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστι* (95)· καὶ πάλιν, *Τὰ ἐμὰ σά ἐστιν.*

A genitus : attamen idem est, ut Deus : atque adeo ipse et Pater unum sunt cum naturæ proprietate, tum eadem et una divinitate, quemadmodum dictum est. Enimvero ipse quoque splendor lux est, nec sole posterior, neque alia lux, neque quatenus ejus fit particeps, sed totus proprius ejus est fetus. Hujusmodi porro fetus necessario lux una est, nec dici potest duas illas esse luces, sed duo quidem esse solem et splendorem, unam vero ex sole ortam lucem esse, quæ in splendore orbem illuminat universum. Ita similiter Filii divinitas, est quoque ipsa Patris, quam quidem ob causam individua est, atque hoc pacto unus est Deus, nec alius est præter illum. Quia ergo unum illi sunt, unaque ipsa est divinitas, idcirco eadem de Filio quæ de Patre dicuntur, Patris excepto nomine. Sic ergo Filius dicitur Deus: *Et Deus erat Verbum* [31]; item Omnipotens, *Hæc dicit qui erat, et qui est, et qui venturus est Omnipotens* [32]; similiter Dominus, *Unus Dominus Jesus Christus* [33]; lux quoque esse dicitur, *Ego sum lux* [34]; nec non peccata delere : *Ut autem sciatis*, inquit, *quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata* [35]; et quæcunque alia similia inveneris. Nam *omnia*, inquit ipse Filius, *quæcunque habet Pater, mea sunt* [36]; et rursus, *mea tua sunt* [37].

B

5. Ὁ δὲ ἀκούων τὰ τοῦ Πατρὸς λεγόμενα ἐφ' Υἱοῦ δύσεται καὶ οὕτω τὸν Πατέρα ἐν τῷ Υἱῷ· θεωρήσει δὲ καὶ τὸν Υἱὸν ἐν τῷ Πατρὶ, ὅταν τὰ λεγόμενα ἐφ' Υἱοῦ ταῦτα λέγηται καὶ ἐπὶ Πατρός (96). Διὰ τί δὲ τὰ τοῦ Πατρὸς ἐφ' Υἱοῦ λέγεται, ἢ ὅτι ἐξ αὐτοῦ γέννημά ἐστιν ὁ Υἱός; Διὰ τί (97) δὲ καὶ τὰ τοῦ Υἱοῦ ἴδιά ἐστι τοῦ Πατρὸς, ἢ ὅτι πάλιν τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἴδιόν ἐστι (98) γέννημα ὁ Υἱός; Τῆς δὲ οὐσίας τοῦ Πατρὸς ἴδιον ὂν γέννημα ὁ Υἱὸς, εἰκότως καὶ τὰ τοῦ Πατρὸς λέγει ἑαυτοῦ εἶναι· ὅθεν πρεπόντως καὶ ἀκολούθως τῷ μὲν λέγειν, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*, ἐπήγαγεν· *Ἵνα γνῶτε, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί*· τούτῳ δὲ πάλιν προσείρηκεν· (99)· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα*· καὶ ἔστιν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς νοῦς

5. Porro is qui ea quæ Patris sunt Filio attribui audierit, hac ratione Patrem in Filio videbit; Filiumque similiter intuebitur in Patre, cum illa quæ de Filio dicuntur, eadem quoque de Patre dicantur. Cur vero ea quæ Patrissunt, Filio attribuuntur, nisi quia Filius ex illo genitus est? Cur item quæ Filii sunt eadem propria sunt Patris, nisi quia Filius ejus naturæ proprius est fetus? Quare cum Filius proprius sit naturæ Patris fetus, jure merito ea, quæ Patris sunt, sui esse **439** asseverat. Quapropter bene ac congruenter post hæc verba, *Ego et Pater unum sumus* [38], subjecit, *Ut cognoscatis quia Pater in me est, et ego in Patre* [39]; post quæ rursus addidit: *Qui vidit me, vidit Patrem* [40], quorum utique trium locorum

C

[31] Joan. I, 1. [32] Apocal. I, 8. [33] I Cor. VIII, 6. [34] Joan. VIII, 12. [35] Luc. V, 24. [36] Joan. XVI, 15. [37] Joan. XVII, 10. [38] Joan. X, 30. [39] Joan. X, 38. [40] Joan. XIV, 9.

(89) Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felck. 1, καὶ γὰρ τό. Alii et editi, καὶ γὰρ καὶ τό. Paulo post Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felck. 1, ἀλλ' ὅλον ἴδιον. Editi et alii, ἀλλ' ὂν ἴδιον.

(90) Sic Regius primus et Seguerianus. In editis vero et aliis, ἓν deest.

(91) Regius primus et Seguerianus, μιᾶς αὐτῆς οὔσης. Alii et editi, μιᾶς οὔσης.

(92) Seguer. Reg. 2, Gobler. et Felckm. 1, οἷον Θεός· καὶ Θεός, etc. Sic etiam in Reg. 1, prima manu ; sed altera manu scribitur, οἷον τὸ Θεός· καὶ Θεός. etc. Cæteri autem et editi, οἷον Θεός· τὸ, Καὶ Θεός, etc.

(93) Sic Reg. 1 et 2, et Seguer. In Reg. 2, tamen habetur, τὸ Κύριος εἷς· εἷς Κύριος. At alii et editi, ὁ ἐρχόμενος· τὸ Κύριος εἷς· εἷς Κύριος. Ibidem Χριστός abest a Reg. 1 et Seguer.

(94) Sic Regius primus et secundus, Seguerianus et Scriptura. Alii et editi, τὰς ἁμαρτίας.

(95) Sic Regius primus et Seguerianus. At Reg. 2 et editio Commeliniana, ἐμά ἐστιν· ὁ δὲ ἀκούων, omissis intermediis. Ibidem Regius primus et Seguerianus, τὰ τοῦ Πατρὸς Υἱοῦ λεγόμενα ἐπόψεται οὕτω τὸν Πατέρα.

(96) Regius primus et Seguerianus, λέγῃ ταῦτα καὶ ἐπὶ Πατρός. Goblerianus et Felckmanni primus, λέγηται καὶ ἐπὶ Πατρός. Alii et editio Commeliniana, λέγηται ἐπὶ Πατρός.

(97) Regius primus et Seguerianus, ἐστι γέννημα· διὰ τί. Iidem ibidem et Reg. 2, Basil. Gobler. Felckm. 1 et 5, τὰ τοῦ Υἱοῦ, etc. In aliis vero et editione Commeliniana τά deest. Item ibidem Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felckm. 1, ἢ ὅτι πάλιν. Alii et editio Commeliniana ἢ omittunt.

(98) Ἔστι deest in Segueriano et Regio primo qui ultimus habet, γέννημα ὁ Υἱὸς, εἰκότως, omissis intermediis. Seguer. ibidem et Gobler. Felckm. 1 ac Joannes Damascenus qui hunc locum citat, oratione tertia de imaginibus, ἴδιον ὢν γέννημα. Editi et alii, ἴδιον ὂν γέννημα.

(99) Reg. 1 et Seguer. τούτῳ δὲ πάλιν προσείρηκεν. Editi et alii, τοῦτο δὲ πάλιν προείρηκεν. Mox Reg. 1 et Seguer. εἷς δὲ ὁ αὐτὸς νοῦς. At alii et editi, εἷς καὶ ὁ αὐτὸς νοῦς.

Digitized by Google

una eademque est sententia. Qui enim ita scit unum esse Filium et Patrem, novit certe eum in Patre, et Patrem in Filio esse. Divinitas enim Filii, Patris quoque ipsa est, eademque est in Filio : quod qui comprehenderit, is persuasum facile habebit, eum qui Filium vidit Patrem vidisse : quippe cum Patris divinitas in Filio conspiciatur. Id autem facilius, imaginis imperatoris exemplo, poterit intelligi. Nempe in imagine species quidem et forma imperatoris est, in imperatore autem eadem species est quæ in imagine videtur. Perfecta enim similitudo est in imperatoris imagine, ita ut et is qui imaginem viderit, in ipsa imperatorem intueatur, et vicissim qui imperatorem viderit, agnoscat illum ipsum esse qui in imagine conspicitur. Ex eo autem quod nulla discrepent dissimilitudine, si quis post imaginem, vellet imperatorem videre, recte illi imago diceret : Ego et imperator unum sumus; ego enim in illo sum, et ille in me : quodque in me vides, idem in illo aspicis, et quod in illo vidisti, idem in me cernis. Itaque qui imaginem adorat, in ea quoque imperatorem adorat : imago siquidem ejus species et forma est. Cum igitur Filius imago quoque sit Patris ; intelligere necesse est divinitatem et proprietatem Patris, hoc ipsum esse quod est Filius. Hoc autem est quod his verbis significatur, *Qui in forma Dei exsistens* [41] ; et, *Pater in me* [42].

6. Cæterum non ex parte tantum divinitatis forma est, sed hoc quod est Filius, plenitudo est divinitatis Patris, ita ut Filius totus sit Deus. Hinc cum æqualis Deo esset, non rapinam arbitratus est Deo æqualem esse [43]. Similiter, quia Filii divinitas et species seu forma nullius alius quam Patris est, hoc ipsum est quod dixit, *Ego in Patre* [44]. Sic *Deus in Christo erat mundum reconcilians sibi* [45]. Namque naturæ Patris proprius est Filius, in quo natura creata cum Deo reconciliatur. Sic ea quæ Filius agebat opera Patris erant, quia Filius species seu forma erat Patris divinitatis, quæ ipsa opera efficiebat. Sic qui videt Filium, Patrem simul videt, quia in paterna divinitate et est et cernitur Filius ; paternaque species quæ in illo est, Patrem in eodem exhibet, atque hoc modo Pater est in Filio. Proprietas autem et divinitas, quæ ex Patre in Filio exsistit, Filium in Patre commonstrat, eumdemque ab eo dividi nunquam posse osten-

61. Itaque si Filius alius est a rebus omnibus, A uti antea probatum est, potiusque opera per eum facta sunt; absit ut voluntate dicatur exstitisse, ne ipse eodem modo fiat, quo ea, quæ per ipsum facta sunt, prodierunt. Namque Paulus per voluntatem Dei apostolus postea factus est [28], cum id antea non esset. Vocatio item nostra, cum aliquando non fuerit, nunc autem facta sit, antecedentem habet Dei voluntatem, et, ut idem Paulus loquitur [29], secundum propositum ejus voluntatis facta est. Præterea, quod per Moysem dicitur, *Fiat lux* [1], et, *Producat terra* [2], et, *Faciamus hominem* [3], signa reor esse, quemadmodum supra dictum est, voluntatis Creatoris. Nam ea quidem, quæ aliquando non erant, sed extrinsecus postea fiunt, facere Creator deliberat: cum autem Verbum suum ex seipso B natura gignit, præviam nullam adhibet deliberationem. Siquidem in eo Pater alia, quæcunque producere statuit, facit et creat: uti nos etiam Jacobus apostolus his verbis docet, *Volens genuit nos Verbo veritatis* [4]. Itaque Dei voluntas, quæ sive illos qui regenerantur, sive ea quæ semel fiunt spectat, in Verbo est, in quo res, prout sibi placuerit, facit et regenerat, ut Apostolus ad Thessalonicenses his verbis scribit, *Hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu erga vos* [5]. Porro si is, in quo res Deus facit, idem est in quo ejus voluntas est; si item in Christo voluntas Patris est: qui fieri potest ut ipse voluntate et **484** arbitrio factus sit? Nam si ipse secundum vos voluntate factus est, necesse est ut voluntas eum creandi in alio quodam verbo, per C quod et ipse fiat, constituatur. Siquidem ostendimus Dei voluntatem non in rebus quæ fiunt, sed in illo esse per quem et in quo res fiunt. Præterea quandoquidem idem est dicere voluntate aliquem factum esse, et fuisse aliquando cum non esset; satis illis sit affirmare fuisse aliquando cum non esset, ut pudore suffusi, quod hujusmodi Verbis tempora significentur, intelligant se, cum Filium voluntate factum esse dicunt, tempora similiter ante Filium exstitisse significare. His enim, quæ aliquando non fuerunt, ut omnibus rebus creatis, omnino antecedit deliberatio. Si vero Verbum rerum creatarum est opifex, atque una cum Patre exsistit: qui illi, qui ab æternitate exsistit, quasi ipse antea non

61. Οὐκοῦν εἰ ἄλλος ἐστὶ τῶν πάντων ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς (24*) πρὸ τούτων ἐδείχθη, καὶ μᾶλλον τὰ ἔργα δι' αὐτοῦ γέγονε, μὴ λεγέσθω βουλήσει, ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς οὕτως γίνηται, ὥσπερ καὶ τὰ δι' αὐτοῦ γενόμενα συνέστη. Καὶ γὰρ ὁ μὲν Παῦλος, οὐκ ὢν πρότερον, ὕστερον ὅμως διὰ θελήματος Θεοῦ ἀπόστολος γέγονεν· ἡ δὲ κλῆσις ἡμῶν, ὡς ποτε καὶ αὐτὴ μὴ οὖσα, νῦν δὲ ἐπιγενομένη, προηγουμένην ἔχει τὴν βούλησιν (25), καὶ ὡς αὐτὸς πάλιν ὁ Παῦλός φησι, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ γέγονε. Τό τε (25*) διὰ Μωσέως λεγόμενον, *Γενηθήτω φῶς*, καὶ, *Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ*, καὶ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον*, ἡγοῦμαι (26), καθὰ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται, τῆς βουλήσεως τοῦ ποιοῦντος εἶναι τοῦτο σημαντικόν. Τὰ μὲν γὰρ μὴ ὄντα ποτὲ, ἀλλ' ἔξωθεν ἐπιγινόμενα, ὁ Δημιουργὸς βουλεύεται ποιῆσαι (27)· τὸν δὲ ἴδιον Λόγον ἐξ αὐτοῦ φύσει γεννώμενον οὐ προβουλεύεται· ἐν τούτῳ γὰρ ὁ Πατὴρ τὰ ἄλλα, ὅσα βουλεύεται, ποιεῖ, καὶ δημιουργεῖ ἐν τούτῳ· καθὼς καὶ Ἰάκωβος ὁ ἀπόστολος διδάσκων ἔλεγε· *Βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς Λόγῳ ἀληθείας*. Οὐκοῦν ἡ περὶ πάντων τῶν τε ἀναγεννωμένων (28) καὶ τῶν ἅπαξ γινομένων τοῦ Θεοῦ βούλησις ἐν τῷ Λόγῳ ἐστὶν, ἐν ᾧ καὶ τὰ δόξαντα ποιεῖ καὶ ἀναγεννᾷ. Καὶ τοῦτο γὰρ πάλιν (29) ὁ Ἀπόστολος σημαίνει, γράφων εἰς Θεσσαλονίκην· *Τοῦτο γὰρ θέλημα Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εἰς ὑμᾶς* (30). Εἰ δὲ, ἐν ᾧ ποιεῖ, ἐν αὐτῷ καὶ ἡ βούλησίς ἐστι, καὶ ἐν Χριστῷ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ Πατρός· πῶς δύναται καὶ αὐτὸς ἐν βουλήσει (31) καὶ θελήματι γίνεσθαι; Εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐν βουλήσει καθ' ὑμᾶς γέγονεν, ἀνάγκη καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ βούλησιν ἐν ἑτέρῳ τινὶ λόγῳ συνίστασθαι, δι' οὗ καὶ αὐτὸς γίνεται· δέδεικται γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ βούλησις οὐκ ἐν τοῖς γινομένοις οὖσα, ἀλλ' ἐν τῷ δι' οὗ καὶ ἐν ᾧ γίνεται τὰ ποιήματα πάντα (32). Ἔπειτα ἐπειδὴ ταὐτόν ἐστιν εἰπεῖν βουλήσει, καὶ, Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, ἀρκείσθωσαν τῷ λέγειν, Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν· ἵνα, αἰσχυνόμενοι διὰ τὸ ἐκ τούτου χρόνους (33) σημαίνεσθαι, γνῶσιν, ὅτι καὶ βουλήσει λέγοντες χρόνους πρὸ Υἱοῦ σημαίνουσι· τῶν γάρ ποτε μὴ ὄντων προηγεῖται τὸ βουλεύεσθαι (34), ὡς ἐπὶ πάντων τῶν κτισμάτων. Εἰ δὲ ὁ Λόγος τῶν μὲν κτισμάτων ἐστὶ δημιουργὸς, αὐτὸς δὲ συνυπάρχει τῷ Πατρί· πῶς δύναται τοῦ ἀϊδίως ὄντος, ὡς μὴ ὄντος, προηγεῖσθαι τὸ βουλεύεσθαι; Εἰ γὰρ προηγεῖται βουλὴ, πῶς δι' αὐτοῦ τὰ πάντα;

[28] I Cor. i, 1. [29] Ephes. i, 5. [1] Gen. i, 3. [2] ibid. 11. [3] ibid. 26. [4] Jac. i, 18. [5] I Thess. v, 17.

(24*) Sic Reg. 1 et Seguer. At alii et editi, ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς. Infra, post ὥσπερ, deest καὶ in Reg. 1 et Seguer.

(25) Sic Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felc. 1. At in aliis et editis deest τήν.

(25*) Regius primus et Seguer., Τὸ δέ.

(26) Gobler. et Felc. 1, ἡγούμεθα.

(27) Sic primus codex Regius et Seguer. hic et paulo post, iidemque mox γεννώμενον. Alii autem et editi, βούλεται et γεννῶν.

(28) Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felc. 1, τῶν ἀναγ. Alii et editio Commel., τῶν τε ἀναγ.

(29) Regius primus et Seguerian., Καὶ τοῦτο γὰρ πάλιν. In aliis et editis deest γάρ.

(30) Reg. 2, εἰς ἡμᾶς. Cæteri mss. et editio Commel. εἰς ὑμᾶς. Ibid. Felc. 5, Εἰ οὖν ἐν ᾧ ποιεῖ.

(31) Sic Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felc. 1. In Reg. 2, Basil. et Felc. 5, habetur quoque γίνεσθαι. Alii et editi, ἐν θελήσει καὶ βουλήματι γενέσθαι. Ibidem Reg. 1 et Seguer., ἐν βουλήσει. Editi aliique, ἐν βουλήματι.

(32) Πάντα abest a Reg. 1 et Seguer. et ἔπειτα a Gobler. et Felc. 1.

(33) Sic Regius primus, Seguerian. Goblerian. et Felc. 1. At Felc. 5, ἐκ τοῦ χρόνους. Cæteri et editi, ἐκ τοῦ χρόνου. Ibidem Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felc. 1, ὅτι καὶ βουλήσει. In aliis et editis καὶ deest.

(34) Regius primus et Seguer. hic et paulo post, βουλεύεσθαι. Alii et editi, βούλεσθαι.

Digitized by Google

Μᾶλλον γὰρ εἷς τῶν πάντων (35) ἐστὶ βουλήσει καὶ αὐτὸς ἀποκυηθεὶς Υἱός, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς Λόγῳ ἀληθείας γεγόναμεν υἱοί· καὶ λοιπὸν ἡμᾶς ἀνάγκη ζητεῖν, ὥσπερ εἴρηται, ἄλλον Λόγον, δι' οὗ καὶ οὗτος γέγονε, καὶ ἀπεκυήθη μετὰ πάντων, ὧν ἠθέλησεν ὁ Θεός.

A fuisset, queat deliberatio antecedere? Si enim antecedit deliberatio, quomodo per ipsum omnia facta sunt? Quin potius ipse quoque Filius inter res omnes numerandus erit, utpote voluntate procreatus, quemadmodum et nos Verbo veritatis facti sumus filii; ac proinde necesse est, uti dictum est, aliud quæramus Verbum, per quod istud quoque sit factum, et cum omnibus, quæ Deus producere voluit, procreatum.

62. Εἰ μὲν οὖν ἐστιν ἕτερος τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἔστω καὶ οὗτος Λόγῳ γεγονώς· εἰ δὲ μὴ ἔστιν ἄλλος (οὐκ ἔστι γάρ), ἀλλὰ πάντα δι' αὐτοῦ γέγονεν, ἅπερ ὁ Πατὴρ βεβούληται (36)· πῶς οὐ δείκνυται τούτων πολυκέφαλος πανουργία; Ὅτι καταισχυνθέντες ἐπὶ τῷ λέγειν ποίημα καὶ κτίσμα, καὶ, Οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἄλλως πάλιν κτίσμα λέγουσιν αὐτὸν εἶναι, βούλησιν προβαλλόμενοι καὶ λέγοντες· Εἰ μὴ βουλήσει γέγονεν, οὐκοῦν ἀνάγκῃ καὶ μὴ θέλων ἔσχεν ὁ Θεὸς Υἱόν. Καὶ τίς ὁ τὴν ἀνάγκην ἐπιβαλὼν αὐτῷ, πονηρότατοι, καὶ (37) πάντα πρὸς τὴν αἵρεσιν ἑαυτῶν ἕλκοντες; Τὸ μὲν γὰρ ἀντικείμενον τῇ βουλήσει ἑωράκασι· τὸ δὲ μεῖζον καὶ ὑπερκείμενον οὐκ ἐθεώρησαν. Ὥσπερ γὰρ ἀντίκειται τῇ βουλήσει τὸ παρὰ γνώμην, οὕτως ὑπέρκειται καὶ προηγεῖται τοῦ βουλεύεσθαι (38) τὸ κατὰ φύσιν. Οἰκίαν μὲν οὖν τις βουλευόμενος κατασκευάζει, υἱὸν δὲ γεννᾷ κατὰ φύσιν· καὶ τὸ μὲν βουλήσει κατασκευαζόμενον ἤρξατο γίνεσθαι, καὶ ἔξωθέν ἐστι τοῦ ποιοῦντος· ὁ δὲ υἱὸς ἴδιόν ἐστι τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς γέννημα, καὶ οὐκ ἔστιν ἔξωθεν αὐτοῦ (39)· διὸ οὐδὲ βουλεύεται περὶ αὐτοῦ, ἵνα μὴ καὶ περὶ ἑαυτοῦ δοκῇ βουλεύεσθαι. Ὅσῳ οὖν τοῦ κτίσματος ὁ υἱὸς ὑπέρκειται, τοσούτῳ καὶ τῆς βουλήσεως τὸ κατὰ φύσιν· καὶ ἔδει αὐτοὺς, ἀκούοντας, οὐ βουλήσει λογίζεσθαι τὸ κατὰ φύσιν. Οἱ δὲ ἐπιλαθόμενοι (40), ὅτι περὶ Υἱοῦ Θεοῦ ἀκούουσι, τολμῶσιν ἀνθρωπίνας ἀντιθέσεις λέγειν ἐπὶ Θεοῦ, ἀνάγκην (41) καὶ παρὰ γνώμην, ἵνα τὸ εἶναι Υἱὸν ἀληθινὸν ἀρνήσωνται τοῦ Θεοῦ· ἐπεὶ εἰπάτωσαν ἡμῖν αὐτοί· Τὸ ἀγαθὸν εἶναι καὶ οἰκτίρμονα τὸν Θεὸν ἐκ βουλήσεως πρόσεστιν αὐτῷ, ἢ οὐ βουλήσει (42); Εἰ μὲν οὖν ἐκ βουλήσεως, σκοπεῖν δεῖ, ὅτι ἤρξατο μὲν εἶναι ἀγαθὸς, καὶ τὸ μὴ εἶναι ὃς αὐτὸν ἀγαθὸν (43) ἐνδεχόμενόν ἐστι. Τὸ γὰρ βουλεύεσθαι καὶ προαιρεῖσθαι εἰς ἑκάτερα τὴν ῥοπὴν ἔχει, καὶ λογικῆς φύσεώς ἐστι τοῦτο πάθος (44). Εἰ δὲ διὰ τὸ ἐκ τούτων ἄτοπον οὐκ ἐκ βουλήσεως ἀγαθὸς καὶ οἰκτίρμων ἐστὶν, ἀκου-

62. Si igitur est aliud Dei Verbum : concedo Verbum Verbo esse factum. At si aliud nullum est, uti se res habet, sed omnia per ipsum facta sunt, quæ Pater fieri voluit : annon inde liquet multiformem esse illorum versutiam? Namque veriti Verbum Dei factum et creatum dicere, vel non fuisse priusquam genitum est, ipsum alia ratione creatum esse conantur ostendere, cum voluntatis nomen B prætendunt, et hæc dictitant : Si voluntate non factum est, ergo necessitate et nolens Deus Filium habuit. Ecquis igitur necessitatem illi potest imponere, o sceleratissimi, qui omnia ad vestram hæresim attrahitis? Scilicet viderunt quidem quod voluntati opponitur : at quod majus et superius est, minime intellexerunt. Ut enim voluntati opponitur id quod est præter mentem : sic deliberationi antecellit et præit id quod ex natura est. Itaque domum quisque deliberans ædificat, sed filium ex natura gignit : unde id quidem quod voluntate ædificatur, fieri incipit, atque aliunde quam ab architecto est; at filius proprius est naturæ patris fetus, neque aliunde quam ab ipso est : quapropter nec C de illo deliberat, ne etiam de se ipse deliberare videatur. Quanto igitur filius re creata superior est, tanto etiam id, quod ex natura est, rei illi præstat quæ est ex voluntate. Certe æquum erat eos his auditis id quod ex natura est voluntati non ascribere. Illi vero obliti sermonem hic esse de Filio Dei, humanas oppositiones, necessitatem scilicet et quod præter mentem est, in Deum inducunt, ut videlicet verum Dei Filium esse infitientur. Cæteroquin nobis ipsi respondeant : Deum bonum et misericordem esse, num ipsi ex voluntate est vel non ex voluntate? Si ex voluntate; ergo cœpit bonus esse, fierique potest ut bonus non sit. Siquidem deliberandi et eligendi facultas utramque D in partem propendendi vim habet, estque rationalis

(35) Reg. 1 Seguer., τῶν πάντων, et mox, ἀποκυηθεὶς Υἱός. Alii et editi, τῶν ἀπάντων, et, ἀποκυηθεὶς ὁ Υἱός.

(36) Gobler. et Felc. 1, βούληται.

(37) Regius primus, Seguer. Gobler. et Felc. 1, καὶ omittunt. Paulo post, Reg. 1 et Seguerian., οὐκ ἐθεώρησαν. Alii et editi, οὐ τεθεωρήκασιν.

(38) Regius primus et Seguerianus, βουλεύεσθε. Cæteri et editi, βούλεσθαι. Ibidem Reg. 1 et Seguer., Οἰκίαν μὲν οὖν τίς βουλευόμενος. Gobler. et Felc. 1 Οἰκίαν μὲν βουλόμενος οὗτος. Alii et editi, Οἰκίαν τοῦν τις βουλόμενος.

(39) Gobler. et Felc. 1, ἔξωθεν περὶ αὐτοῦ. Mox iidem et Reg. 1 ac Seguer., ἵνα μὴ καὶ περὶ ἑαυτοῦ. Alii autem et editio Commel., ἵνα μηδὲ περὶ ἑαυτοῦ.

(40) Sic Reg. 1 et Seguer. At alii et editi, ἐπιλανθανόμενοι. Ibid. mss., περὶ Υἱοῦ Θεοῦ. In editione Commel. deest Θεοῦ.

(41) Sic Reg. 1 et Seguerianus. At alii et editi, ἀνάγκῃ.

(42) Sic uterque Regius, Seguer. Anglic. Gobler. Felc. 1 et 5. In aliis et editis deest βουλήσει.

(43) Αὐτόν abest a Reg. 1 et Seguerian. Mox iidem et Reg. 2, Τὸ γὰρ βουλεύεσθαι. Cæteri et editi, Τὸ γὰρ βούλεσθαι.

(44) Sic primus codex Regius et Seguerian. Alii autem et editi, τὸ πάθος τοῦτο. Paulo post Reg. 1 et Seguerian., ἀκουέτωσαν. Cæteri et editi, ἀκουσάτωσαν.

Digitized by Google

485 naturæ affectio. Quod si, quia id absurdum sit, dici non potest Deus ex voluntate misericors et bonus esse, audiant quid ex ipsorum verbis sequatur : ergo necessitate et nolens bonus est. Quis igitur necessitatem Deo imposuit? Quod si perabsurdum est necessitatem Deo attribuere, proindeque dicendus est natura esse bonus : multo magis et verius fatendum est natura non voluntate Patrem Filii esse.

A σάτωσαν ἅπερ εἰρήκασιν αὐτοί· οὐκοῦν ἀνάγκῃ καὶ μὴ θέλων ἐστὶν ἀγαθός. Καὶ τίς ὁ τὴν ἀνάγκην ἐπιβαλὼν αὐτῷ; Εἰ δὲ ἄτοπόν (45) ἐστι λέγειν ἐπὶ Θεοῦ ἀνάγκην, καὶ διὰ τοῦτο φύσει ἀγαθός ἐστιν· εἴη ἂν πολλῷ μᾶλλον καὶ ἀληθέστερον τοῦ Υἱοῦ φύσει καὶ οὐκ ἐκ βουλήσεως Πατήρ.

63. Id præterea nobis velim edisserant (nam ad illorum contundendam impudentiam, eos rursus placet interrogare, audacius quidem, sed tamen tuendæ piæ fidei gratia; tu autem, Domine, mihi sis, quæso, propitius) : Num Pater prius deliberavit, deinde postea quam voluit, ita exsistit, vel num antequam deliberaret? Par est enim eos qui talia de Filio non dubitant dicere, eadem de Patre audire, ut intelligant se sua hac temeritate ipsum quoque Patrem impetere. Quod si hanc suam de voluntate sententiam propugnare ipsi deliberantes et statuentes, Patrem ex voluntate exstitisse responderint: quid igitur erat antequam deliberaret, vel quid amplius habuit, uti vos dicitis, postquam deliberavit? Quod si absurda et valde futilis est hujusmodi quæstio (nec ista fas est omnino dicere, cum satis sit vel solum nomen Dei audire ut sciamus et intelligamus eum esse qui est), annon pariter absurdum est talia de Dei Verbo cogitare, voluntatemque et arbitrium nobis objectare? Siquidem satis est vel solum Verbi nomen audire, ad sciendum et percipiendum Deum, qui non ex voluntate exsistit, nec item voluntate sed natura proprium habere Verbum. Annon porro omnem insaniam is superat qui vel cogitet Deum deliberare, consultare, eligere, seque ipsum ad volendum adhortari, ut non sine Verbo et Sapientia sit, sed ut Verbum et Sapientiam habeat? Namque de seipso consultare videtur, qui de eo quod suæ naturæ proprium est deliberat. Cum igitur valde impia sit hujusmodi sententia, congruenter pietati dicendum est res quidem factas, Dei proposito et voluntate esse procreatas, Filium vero non voluntatis opus esse, ut res creatas, sed natura proprium esse substantiæ fetum. Cum enim

63. Εἰπάτωσαν δὲ πάλιν ἡμῖν καὶ τοῦτο (πρὸς γὰρ τὴν ἀναισχυντίαν αὐτῶν ἐρώτησιν αὐτοῖς ἐπαγαγεῖν ἔτι βούλομαι (46), τολμηροτέραν μὲν, βλέπουσαν δὲ ὅμως εἰς εὐσέβειαν· ἱλάσθητι, Δέσποτα)· Ὁ Πατὴρ αὐτὸς, βουλευσάμενος πρότερον, εἶτα θελήσας, B οὕτως ὑπάρχει (47), ἢ καὶ πρὸ τοῦ βουλεύσασθαι; Χρὴ γὰρ, καὶ περὶ τοῦ Λόγου τοιαῦτα τολμῶντας αὐτοὺς, τοιαῦτα καὶ ἀκούειν, ἵνα γνῶσιν, ὅτι ἡ τοιαύτη αὐτῶν προπέτεια καὶ εἰς αὐτὸν τὸν Πατέρα φθάνει. Ἐὰν μὲν οὖν εἴπωσιν, ἅπαξ βουλευσάμενοι περὶ βουλήσεως, ὅτι καὶ αὐτὸς ἐκ βουλήσεως· τί οὖν ἦν πρὸ τοῦ (48) βουλεύσασθαι, ἢ τί πλέον ἔσχεν, ὡς ὑμεῖς λέγετε, μετὰ τὸ βουλεύσασθαι; Εἰ δὲ ἄτοπος καὶ ἀσύστατός ἐστιν ἡ τοιαύτη ἐρώτησις, καὶ οὐ θέμις ὅλως τοιαῦτα λέγειν (ἀρκεῖ γὰρ καὶ μόνον ἀκούοντας ἡμᾶς περὶ Θεοῦ εἰδέναι καὶ νοεῖν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ὤν), πῶς οὐκ ἄλογον (49) ἂν εἴη περὶ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ τοιαῦτα ἐνθυμεῖσθαι, καὶ βούλησιν καὶ θέλησιν προβάλλεσθαι; Ἀρκεῖ γὰρ καὶ μόνον C ἀκούοντας ἡμᾶς καὶ περὶ τοῦ Λόγου εἰδέναι καὶ νοεῖν, ὅτι ὁ μὴ ἐκ (50) βουλήσεως ὑπάρχων Θεὸς οὐ βουλήσει, ἀλλὰ φύσει τὸν ἴδιον ἔχει Λόγον. Πῶς δὲ οὐχ ὑπερβάλλει πᾶσαν μανίαν, τὸ καὶ μόνον ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς βουλεύεται (51) καὶ σκέπτεται, καὶ προαιρεῖται, καὶ θέλειν ἑαυτὸν προτρέπεται, ἵνα μὴ ἄλογος καὶ ἄσοφος ᾖ, ἀλλὰ Λόγον καὶ Σοφίαν ἔχῃ (52); Περὶ ἑαυτοῦ γὰρ δοκεῖ σκέπτεσθαι ὁ περὶ τοῦ ἰδίου τῆς οὐσίας ἑαυτοῦ βουλευόμενος. Πολλῆς τοίνυν δυσφημίας οὔσης ἐν τῇ τοιαύτῃ φρονήσει, εὐσεβῶς ἂν λεχθείη, ὅτι τὸ μὲν γενητὰ εὐδοκίᾳ καὶ βουλήσει γέγονεν, ὁ δὲ Υἱὸς οὐ θελήματός ἐστι δημιούργημα (53) ἐπιγεγονὼς, καθάπερ ἡ κτίσις, ἀλλὰ φύσει τῆς οὐσίας ἴδιον γέννημα. Καὶ γὰρ ἴδιος ὢν Λόγος τοῦ Πατρὸς (54), οὐκ ἐᾷ πρὸ ἑαυτοῦ λογίσασθαί τινα βού-

(45) Reg. 1 et Seguerian., ἄτοπον. Alii et editi, ἄλογον.

(46) Gobler. et Felc. 1, αὐτὸς ἐπάγειν βούλομαι. Reg. 1, et Seguerian. ibid., ἐπαγαγεῖν. Alii et editi, ἐπάγειν.

(47) Sic mss. omnes. Editi vero, ὑπάρχειν. Ibid. Reg. 1 Seguerian. Goblerian. et Felc. 1, πρὸ τοῦ βουλεύσηται. Reg. 1 et Seguer. item ibid., Χρὴ γὰρ περὶ τοῦ. Item Goblerian. et Felck. 1, ibid., τολμᾷν αὐτούς.

(48) Sic Regius primus et Seguerianus. At Reg. 2, Basil. Goblerian. Felc. 1 et 5, τί οὖν πρὸ τοῦ. Alii et editi, τί ἦν πρὸ τοῦ. Ibidem Regius primus, Seguerian. Goblerian. et Felc. 1, βουλεύσηται.

(49) Regius primus, Seguer. Gobler. et Felc. 1, πῶς οὐκ ἄλογον. Ibid. Reg. 1 et Seguer., ἂν εἴν D περὶ τοῦ. Alii et editi, πῶς οὖν οὐκ ἄλογον ἂν εἴη καὶ περὶ τοῦ.

(50) Regius primus, Seguer., ὅτι μὴ ἐκ.

(51) Uterque Regius et Seguerianus, βουλεύεται. Alii et editi, βούλεται.

(52) Reg. 1, Seguerian. Goblerian. et Felckm. 1 ἔχῃ. Alii et editi, σχῇ. Mss. ibid., περὶ ἑαυτοῦ. Editio Commel., περὶ αὐτοῦ. Mox uterque Regius et Seguer., οὐσίας αὐτοῦ. Ibidem Basil., βουλευσάμενος.

(53) Uterque Regius, Seguer. Basil. et Felck. 5, ἐστι δημιούργημα. Ibidem uterque Reg. et Seguer., ἐπιγεγονώς. Cæteri et editi, ἐστι τὸ δημιούργημα ἐπιγεγονός.

(54) Regius primus, Seguer. Basil., ὢν Λόγος. Alii et editi, ὢν ὁ Λόγος. Mox Reg. 1, Seguerian. Goblerian. et Felc. 1, πρὸ ἑαυτοῦ. Cæteri et editi, πρὸ αὐτοῦ.

Digitized by Google

λησιν, αὐτὸς ὢν βουλὴ ζῶσα τοῦ Πατρὸς, καὶ (55) δύναμις, καὶ δημιουργὸς τῶν δοκούντων τῷ Πατρί. Καὶ ταῦτα αὐτὸς ἐν ταῖς Παροιμίαις περὶ ἑαυτοῦ φησιν· *Ἐμὴ βουλὴ καὶ ἀσφάλεια, ἐμὴ φρόνησις, ἐμὴ δὲ ἰσχύς.* Ὡς γὰρ αὐτὸς ὢν ἡ φρόνησις, ἐν ᾗ τοὺς οὐρανοὺς ἡτοίμασε (56), καὶ αὐτὸς ὢν ἰσχὺς καὶ δύναμις· *Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία·* νῦν παρακλίνων εἶπεν, *Ἐμὴ φρόνησις, καὶ ἐμὴ ἰσχύς·* οὕτω λέγων, *Ἐμὴ βουλὴ*, αὐτὸς ἂν εἴη τοῦ Πατρὸς ἡ ζῶσα βουλὴ, καθὼς καὶ παρὰ τοῦ προφήτου μεμαθήκαμεν, ὅτι αὐτὸς τῆς μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος γίνεται, καὶ θέλημα τοῦ Πατρὸς αὐτὸς ἐκλήθη. Χρὴ γὰρ οὕτω διελέγχειν αὐτοὺς (57), ἀνθρώπινα περὶ τοῦ Θεοῦ διανοουμένους. A sit proprium Patris Verbum, non sinit aliquam ante se cogitari voluntatem, utpote cum ipse sit vivens Patris consilium et virtus, eorumque effector quæ Patri placent, quemadmodum de se ipse in Proverbiis ait, *Meum est consilium et securitas, mea est prudentia, mea est fortitudo* [6]. Ut enim quatenus est prudentia in qua cœlos præparavit [7], et ut item quatenus est fortitudo et virtus (nam *Christus Dei virtus* [8] *et Dei sapientia*), nunc paulum variato loquendi modo dixit, *Mea est prudentia, et mea est fortitudo :* ita cum dixit, *Meum est consilium*, se Patris vivens esse consilium significat, quemadmodum etiam a propheta didicimus, eum magni consilii angelum fieri [9], et **486** voluntatem Patris appellatum esse. Scilicet ita eos æquum est refellere qui humana de |Deo cogitant.

64. Οὐκοῦν εἰ τὰ ποιήματα βουλήσει καὶ εὐδοκίᾳ ὑπέστη, καὶ ἡ κτίσις πᾶσα θελήματι γέγονεν (58)· ὅ τε Παῦλος διὰ θελήματος Θεοῦ ἀπόστολος ἐκλήθη, καὶ ἡ κλῆσις ἡμῶν εὐδοκίᾳ καὶ θελήματι γέγονε, πάντα δὲ διὰ τοῦ Λόγου γέγονεν· ἐκτός ἐστιν οὗτος τῶν βουλήσει γεγονότων, καὶ μᾶλλον αὐτός ἐστιν ἡ ζῶσα βουλὴ τοῦ Πατρὸς, ἐν ᾗ ταῦτα πάντα γέγονεν· ἐν ᾗ καὶ ὁ ἅγιος Δαβὶδ εὐχαριστῶν ἔλεγεν ἐν τῷ ἑβδομηκοστῷ δευτέρῳ ψαλμῷ· *Ἐκράτησας* (59) *τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς μου· καὶ ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με.* Πῶς οὖν δύναται βουλὴ καὶ θέλημα τοῦ Πατρὸς ὑπάρχων ὁ Λόγος γίνεσθαι καὶ αὐτὸς θελήματι καὶ βουλήσει, ὡς (60) ἕκαστος, εἰ μὴ, καθὰ προεῖπον, μανέντες πάλιν εἴπωσιν αὐτὸν δι' ἑαυτοῦ γεγονέναι, ἢ δι' ἑτέρου τινός; Τίς οὖν ἐστι, δι' οὗ γέγονε; Πλασάσθωσαν ἕτερον Λόγον, καὶ τὰ Οὐαλεντίνου ζηλώσαντες, Χριστὸν ἕτερον ὀνομασάτωσαν· οὐ γὰρ γέγραπται. Ἀλλὰ κἂν πλάσωνται, πάντως κἀκεῖνος διά τινος γίνεται· καὶ λοιπὸν οὕτως ἐπιλογιζομένων ἡμῶν, καὶ ἀνακρινόντων τὴν ἀκολουθίαν (61), εὑρίσκεται τῶν ἀθέων ἡ πολυκέφαλος αἵρεσις εἰς πολυθεότητα πίπτουσα καὶ ἄμετρον μανίαν, ἐν ᾗ κτίσμα καὶ ἐξ οὐκ ὄντων θέλοντες εἶναι τὸν Υἱὸν, ἑτέρως τὰ αὐτὰ (62) σημαίνουσι, βούλησιν καὶ θέλησιν προβαλλόμενοι, ἃ μάλιστα ἐπὶ τῶν γενητῶν (63) καὶ κτιστῶν ταῦτα εὐλόγως ἂν λέγοιτο. Πῶς οὖν οὐκ ἀσεβὲς τὰ τῶν γενητῶν ἐπὶ τὸν Δημιουργὸν ἀναφέρειν (64); Ἢ πῶς οὐ βλάσφημον λέγειν βούλησιν πρὸ τοῦ Λόγου B 64. Itaque si res factæ voluntate ac proposito conditæ sunt : si universa creata natura voluntate facta est : si item Paulus per Dei voluntatem vocatus est Apostolus [10] : si denique nostra vocatio proposito et voluntate est facta [11] ; omnia autem per Verbum facta sunt : haud dubie ipsum Verbum extra eorum numerum est quæ voluntate facta sunt, vel potius vivens est Patris consilium, in quo omnia illa facta sunt ; in quo et sanctus David psalmo septuagesimo secundo gratias his verbis agebat, *Tenuisti manum dexteram meam, et in consilio tuo deduxisti me* [12]. Qui igitur fieri potest ut Verbum, quod consilium et voluntas Patris est, ipsum quoque voluntate et arbitrio sit productum, uti res aliæ singulæ? nisi forte, ut jam dixi, rursus C insanientes contendant ipsum per seipsum vel per aliquid aliud esse factum. Quidnam ergo tandem illud est per quod factum est? Aliud illi confingant Verbum, et Valentini commenta amplexati (65), Christum alium nominent. Nihil enim ejusmodi habent Scripturæ. Verum si alium ipsi excogitaverint, certe ille quoque per aliquem fieri dicendus erit : atque adeo nobis ita ratiocinantibus, quidque ex illorum sententia sequatur excutientibus, multiformis esse deprehenditur impiorum hæresis, quæ et deorum inducit multitudinem, et in summam incidit insaniam, qua Filium et creatum et ex nihilo esse pugnantes, hanc suam impietatem aliis verbis con- D

[6] Prov. VIII, 14. [7] Prov. III, 19. [8] I Cor. I, 24. [9] Isa. IX, 6. [10] I Timoth. I, 1. [11] Ephes. I, 5. [12] Psal. LXXII, 24.

(55) Sic Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felc. 1. In aliis et editione Commel. καί deest.

(56) Sic primus codex Regius, Seguerian. Gobler. et Felc. 1. At alii et editi, ἐποίησε. Mox. Reg. 1 et Seguer. omittunt καὶ Θεοῦ σοφία.

(57) Sic primus codex Regius et Seguerian. At alii et editi, αὐτὸς ὁ τῆς μεγάλης. Paulo post Reg. 1 et Seguerian., διελέγχειν τοὺς ἀνθρώπινα.

(58) Sic Reg. 1, Seguer. Anglic. Gobl. et Felc. 1, ut et Nannius legit. Cæteri autem et editio Commel., γέγονε· πάντα δὲ διὰ τοῦ Λόγου γέγονεν, omissis intermediis.

(59) Gobl. et Felc. 1, ὡς Δαβὶδ εὐχαριστῶν φησι· Ἐκράτησας.

(60) Sic Reg. primus et Seguer. Habetur item in Gobler. et Felc. 1, ὡς ἕκαστος, εἰ μή. Editi, Πῶς οὖν βουλὴ καὶ θέλημα τοῦ Πατρὸς ὑπάρχων ὁ Λόγος δύναται γίγνεσθαι καὶ αὐτὸς βουλήσει καὶ θελήσει; ἐκτὸς εἰ μή.

(61) Regius primus et Seguerianus, τὴν ἀκολουθίαν. Alii et editi, τὴν ἀλήθειαν.

(62) Regius primus, Seguer. Gobler. et Felc. 1, ταῦτα.

(63) Felckm. 5, hic et paulo post, γεννητῶν. Mox Reg. 1, λέγοιτο. Seguerian., λέγοιντο. Alii et editi γένοιτο.

(64) Regius primus, Seguer. Gobler. et Felc. 1, ἀναφέρειν. Cæteri et editi, μεταφέρειν. Paulo post uterque Regius, Seguer. Basil. et Anglic., εἶναι ἐν τῷ Πατρί. Alii et editi, εἶναι ἐν Θεῷ Πατρί.

(65) Vide Irenæum lib. I *Adversus hæreses*, cap. 1, et Epiphanium hæresi XXXI.

Digitized by Google

tegunt, cum voluntatis et arbitrii prætendunt nomina, quæ quidem, cum de factis et creatis rebus sermo est, recte adhibentur. Annon ergo impium est ea, quæ rerum factarum propria sunt, ipsi ascribere Creatori? Annon nefas dictu est voluntatem ante Verbum in Patre esse? Si enim voluntas in Patre præcedit, non ergo verum dicit Filius cum ait, *Ego in Patre* [13]; aut si ipse quoque in Patre est, certe secundus in illo esse existimabitur, nec eum convenit dicere, *Ego in Patre*, cum voluntas in qua omnia facta sunt, et in qua ipse secundum vos fuit productus, prior ipso sit. Nam etiamsi gloria differat, nihilominus unus est ex his quæ voluntate efficiuntur. Porro, ut ante diximus, si ita se res habet, quare igitur ille Dominus est, res autem aliæ in servorum numero habentur? Nimirum Dominus ille est, quia Patris dominationi est unitus: res autem creatæ in servorum sunt numero, quia extra Patris unitatem exsistunt, et factæ sunt cum aliquando non essent.

A εἶναι ἐν τῷ Πατρί; Εἰ γὰρ προηγεῖται βούλησις ἐν τῷ Πατρὶ, οὐκ ἀληθεύει λέγων ὁ Υἱός, *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρί* · ἢ ει καὶ αὐτὸς (66) ἐν τῷ Πατρί ἐστιν, ἀλλὰ δεύτερος λογισθήσεται, καὶ οὐκ ἔπρεπε λέγειν αὐτὸν, *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ*, οὔσης βουλήσεως πρὸ αὐτοῦ, ἐν ᾗ τὰ πάντα γέγονε (67), καὶ αὐτὸς ὑπέστη καθ' ὑμᾶς. Κἂν γὰρ τῇ δόξῃ διαφέρῃ, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον εἷς ἐστι τῶν ἐκ βουλήσεως γινομένων. Ὡς δὲ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν, εἰ οὕτως ἐστὶ, πῶς ὁ μὲν Κύριος, τὰ δὲ δοῦλα; Πάντων (68) δὲ Κύριος τυγχάνει οὗτος, ὅτι τῇ τοῦ Πατρὸς κυριότητι ἥνωται· καὶ πάντως ἡ κτίσις δούλη, ἐπεὶ ἐκτὸς τῆς τοῦ Πατρὸς ἐνότητός ἐστι, καὶ οὐκ οὖσά ποτε γέγονε (69).

65. Certe cum Filium volunt voluntate factum esse, quidni etiam prudentia factum esse asseverent? Nam idem esse arbitror voluntatem et prudentiam. De quo enim quis consultat, hoc idem prudentia perpendit: vicissimque, quod quis prudentia perpendit, de hoc eodem consultat et deliberat. Hinc illa Salvator mutua inter se ratione veluti germana simul his verbis copulavit: *Meum est consilium et securitas, mea est prudentia, mea est fortitudo* [14]. Nam ut fortitudo et securitas idem est, cum eadem sit virtus et potentia: ita idem est prudentia et consilium, quæ ipse **487** Dominus est. At nolunt impii Filium Verbum et vivens consilium esse: sed prudentiam, consilium et sapientiam velut habitum quemdam Deo, humano more, modo adesse, modo abesse fingunt, omnemque lapidem movent, ac Valentini prætendunt cogitationem et voluntatem, ea tantum mente ut Filium separent a Patre, nec proprium illum Patris Verbum sed rem creatam esse fateantur. Hæc itaque illos audire convenit similia his, quæ olim ad Simonem Magum dicta sunt [15]: Impietas Valentini vobiscum sit in interitum! Quisque autem Salomoni potius credat Verbum sapientiam et prudentiam esse dicenti, cujus hæc nimirum sunt verba: *Dominus sapientia fundavit terram, et cœlos in prudentia paravit* [16]. Ut vero hic cœlos in prudentia, ita in Psalmis: *Verbo*

B 65. Ἔδει δὲ αὐτοὺς, λέγοντας βουλήσει τὸν Υἱὸν, εἰπεῖν, ὅτι καὶ φρονήσει γέγονε· ταὐτὸν γὰρ ἡγοῦμαι φρόνησιν (70) καὶ βούλησιν εἶναι. Ὃ γὰρ βουλεύεταί τις, τοῦτο πάντως καὶ φρονεῖ· καὶ ὃ φρονεῖ, τοῦτο καὶ βουλεύεται. Αὐτὸς γοῦν (71) ὁ Σωτὴρ ὡς ἀδελφὰ ταῦτα τῇ ἀναλογίᾳ συνῆψεν ἅμα λέγων· *Ἐμὴ βουλὴ καὶ ἀσφάλεια, ἐμὴ φρόνησις, ἐμὴ δὲ ἰσχύς.* Ὡς γὰρ ἰσχὺς καὶ ἀσφάλεια ταὐτόν ἐστιν, ἡ αὐτὴ γὰρ δύναμίς ἐστιν· οὕτω ταὐτόν ἐστιν εἰπεῖν τὴν φρόνησιν καὶ τὴν βουλὴν (72) εἶναι, ἅπερ ἐστὶν ὁ Κύριος. Ἀλλ' οἱ ἀσεβεῖς οὐ θέλουσι μὲν Λόγον καὶ βουλὴν ζῶσαν εἶναι τὸν Υἱόν· περὶ δὲ τὸν Θεὸν φρόνησιν καὶ βουλὴν καὶ σοφίαν ὡς ἕξιν συμβαίνουσαν καὶ ἀποσυμβαίνουσαν ἀνθρωπίνως γίνεσθαι μυθολογοῦσι, καὶ πάντα κινοῦσι, καὶ τὴν Οὐαλεντίνου ἔννοιαν καὶ C θέλησιν προβάλλονται, ἵνα μόνον διαστήσωσι τὸν Υἱὸν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, καὶ μὴ εἴπωσιν ἴδιον αὐτὸν τοῦ Πατρὸς εἶναι Λόγον, ἀλλὰ κτίσμα. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἀκουέτωσαν, ὡς Σίμων ὁ Μάγος ἤκουσεν· Ἡ ἀσέβεια Οὐαλεντίνου σὺν ὑμῖν εἴη εἰς ἀπώλειαν! Ἕκαστος δὲ Σολομῶνι (73) μᾶλλον πειθέσθω λέγοντι αὐτὸν εἶναι σοφίαν καὶ φρόνησιν τὸν Λόγον. Φησὶ γάρ· *Ὁ Θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν* (74)· *ἡτοίμασε δὲ οὐρανοὺς ἐν φρονήσει* (75)· ὡς δὲ ὧδε ἐν φρονήσει, οὕτως ἐν Ψαλμοῖς· *Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν.* Ὡς δὲ τῷ Λόγῳ οἱ οὐρανοὶ, οὕτω πάντα, ὅσα (76) ἠθέλησεν, ἐποίησε· καὶ ὡς ὁ Ἀπό-

[13] Joan. XIV, 10. [14] Prov. VIII, 14. [15] Act. VIII, 20. [16] Prov. III, 19.

(66) Felc. 2. et editi, ἢ εἰ μὴ αὐτός. Alii mss., ἢ εἰ καὶ αὐτός. Mox Reg. 1, Seg., λογισθήσεται. Cæteri et editi, νομισθήσεται.

(67) Sic Reg. 1 et Seguer. At alii et editi, ἐν ᾗ πάντα. Paulo post Reg. 1, Seguer. Gobl. et Felc. 1 τῶν ἐκ βουλήσεως γινομένων, ubi alii et editi, γενομένων.

(68) Sic primus codex Regius et Seguer. In Anglic. habetur item πάντων, ut et Nannius legerat. Goblerian. et Felc. 1, τὰ δὲ δοῦλα τυγχάνει; οὗτος, ὅτι. Cæteri autem et editi sic habent: τὰ δὲ δοῦλα τυγχάνει; Πάντως δὲ Κύριος οὗτος, etc.

(69) Reg. 1, Seguer., γέγονεν. Editi et alii, ἐπιγέγονεν.

(70) Regius primus, Seguer. Gobler. et Felc. 1, φρόνημα. Iidem mox, τοῦτο· πάντως καὶ φρονεῖ. Alii D et editi, τοῦτο καὶ φρονεῖ.

(71) Regius primus, Seguer. Gobler. et Felc. 1, γοῦν, et mox, ταῦτα τῇ ἀναλογίᾳ συνῆψεν. Alii et editi, οὖν, et, ταῦτα συνῆψεν.

(72) Regius primus et Seguer. hic et paulo post, βουλήν. Cæteri et editi, βούλησιν.

(73) Sic Reg. 1, Seguer. Basil. Gobler. et Felck. 1. At alii et editio Commeliniana, Σαλομῶνι.

(74) Goblerianus et Felckmanni primus, τῇ σοφίᾳ ᾠκοδόμησεν, ἤγουν ἐθεμελίωσε τὴν γῆν.

(75) Sic Reg. 1, Seguer. Anglic. atque ita legit Nannius. Goblerianus et Felckmanni primus, φρονήσει. Καὶ Δαβὶδ, Τῷ Λόγῳ. Alii et editio Commeliniana, φρονήσει, οὕτως ἐν Ψαλμοῖς, Τῷ Λόγῳ.

(76) Sic primus codex Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At cæteri et editi, ἐστερεώθησαν· οὕτω

Digitized by Google

στολος γράφει Θεσσαλονικεῦσι· *Τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐστιν.* Ὁ ἄρα τοῦ Θεοῦ Υἱός, αὐτός ἐστιν ὁ Λόγος καὶ ἡ σοφία, αὐτὸς ἡ φρόνησις καὶ ἡ ζῶσα βουλή· καὶ ἐν αὐτῷ τὸ θέλημα τοῦ Πατρός ἐστιν· αὐτὸς ἀλήθεια, καὶ φῶς, καὶ δύναμις τοῦ Πατρός ἐστιν. Εἰ δὲ ἡ βούλησις τοῦ Θεοῦ, ἡ σοφία ἐστὶ καὶ ἡ φρόνησις, ὁ δὲ Υἱός ἐστιν ἡ σοφία· ὁ ἄρα λέγων (77) βουλήσει τὸν Υἱὸν ἴσον λέγει τῷ τὴν Σοφίαν ἐν Σοφίᾳ γεγονέναι, καὶ τὸν Υἱὸν ἐν Υἱῷ πεποιῆσθαι, καὶ διὰ τοῦ Λόγου τὸν Λόγον ἐκτίσθαι. Τοῦτο δὲ καὶ τῷ Θεῷ μάχεται, καὶ ταῖς παρ' αὐτοῦ (78) Γραφαῖς ἐναντιοῦται· καὶ γὰρ καὶ ὁ Ἀπόστολος οὐ βουλήσεως, ἀλλὰ αὐτῆς τῆς πατρικῆς (79) οὐσίας ἴδιον ἀπαύγασμα καὶ χαρακτῆρα τὸν Υἱὸν κηρύττει, λέγων· *Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ.* Εἰ δέ, ὡς προειρήκαμεν (80), ἐκ βουλήσεως οὐκ ἔστιν ἡ πατρικὴ οὐσία καὶ ὑπόστασις, εὔδηλον, ὡς οὔτε τὸ ἴδιον τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως ἐκ βουλήσεως ἂν εἴη. Ὁποία γὰρ ἦ καὶ ὡς ἐὰν ἦ ἡ μακαρία (81) ἐκείνη ὑπόστασις, τοιοῦτον καὶ οὕτως εἶναι καὶ τὸ ἴδιον ἐξ αὐτῆς γέννημα δεῖ. Καὶ αὐτὸς γοῦν ὁ Πατὴρ οὐκ εἶπεν· Οὗτός ἐστιν ὁ βουλήσει μου γεγονὼς Υἱός, οὐδὲ, Ὃν κατ' εὐδοκίαν ἔσχον Υἱόν· ἀλλ' ἁπλῶς, *Ὁ Υἱός μου* (82), καὶ μᾶλλον, *Ἐν ᾧ ηὐδόκησα*· δεικνὺς ἐκ τούτων, ὅτι, Φύσει μὲν οὗτός ἐστιν Υἱός, ἐν αὐτῷ δὲ τῶν ἐμοὶ δοκούντων ἡ βούλησις ἀπόκειται.

Domini firmatos esse [17] dicitur. Ut porro Verbo cœli firmati sunt, sic quæcunque voluit fecit [18], et ut Apostolus ad Thessalonicenses scribit, *Voluntas Dei in Christo Jesu est* [19]. Igitur Dei Filius ipse est Verbum et sapientia, ipse prudentia et vivens est consilium, atque in eo voluntas Patris est. Ipse veritas, lux et virtus est Patris. Quod si voluntas Dei est sapientia et prudentia, si item Filius ipsa sit sapientia : igitur qui contendit Filium voluntate factum esse, idem omnino est ac si diceret Sapientiam in Sapientia factam esse, et Filium in Filio esse effectum, ac Verbum per Verbum creatum esse; quæ utique Deo divinisque ejus Scripturis maxime repugnant. Enimvero Apostolus Filium non voluntatis, sed proprium paternæ naturæ splendorem et figuram esse his verbis prædicat : *Qui cum sit splendor gloriæ et figura substantiæ ejus* [20]. Si ergo, ut supra diximus, paterna natura et substantia ex voluntate non est, liquet neque id, quod paternæ substantiæ proprium est, ex voluntate esse posse. Siquidem qualis cujusvemodi fuerit beata illa natura, talem et ejusmodi necesse est esse proprium ex ipsa ortum fetum. Hinc Pater non dixit : Hic est voluntate mea factus Filius, neque, Quem meo arbitrio habui Filium, sed simpliciter, *Filius meus*, et potius, *In quo mihi complacui* [21]; quorum quidem verborum significatio ejusmodi est : Hic est natura Filius, in quo omnium quæ mihi placent voluntas reposita est.

66. Ἆρ' οὖν ἐπεὶ φύσει καὶ μὴ ἐκ βουλήσεώς ἐστιν ὁ Υἱός, ἤδη καὶ ἀθέλητός ἐστι τῷ Πατρὶ, καὶ μὴ βουλομένου τοῦ Πατρός ἐστιν ὁ Υἱός; Οὐμενοῦν· ἀλλὰ καὶ θελόμενός ἐστιν (83) ὁ Υἱὸς παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ, ὡς αὐτός φησιν, *Ὁ Πατὴρ φιλεῖ τὸν Υἱὸν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ.* Ὡς γὰρ τὸ εἶναι (84) ἀγαθὸς οὐκ ἐκ βουλήσεως μὲν ἤρξατο, οὐ μὴν ἀβουλήτως καὶ ἀθελήτως ἐστὶν ἀγαθός· ὃ γάρ ἐστι, τοῦτο καὶ θελητόν ἐστιν αὐτῷ· οὕτω καὶ τὸ εἶναι τὸν Υἱὸν, εἰ καὶ μὴ ἐκ βουλήσεως ἤρξατο, ἀλλ' οὐκ ἀθέλητον, οὐδὲ παρὰ γνώμην ἐστὶν αὐτῷ. Ὥσπερ γὰρ τῆς ἰδίας ὑποστάσεώς ἐστι θελητὴς, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς, ἴδιος ὢν αὐτοῦ τῆς οὐσίας, οὐκ ἀθέλητός ἐστιν αὐτῷ. Θελέσθω καὶ φιλείσθω τοίνυν ὁ Υἱὸς παρὰ τοῦ Πατρός· καὶ οὕτω τὸ θέλειν καὶ

66. Num ergo, quia ex natura non autem ex voluntate sit Filius, præter voluntatem Patris et nolente Patre est Filius? Minime vero. Sed potius Pater vult Filium, atque, ut ipse loquitur, *Pater diligit Filium, et omnia ostendit illi* [22]. Ut enim non ex voluntate bonus esse cœpit, nec tamen contra mentem et sententiam est bonus; namque hoc ipse vult quod est : ita licet Filius ex voluntate esse non inceperit, non tamen præter voluntatem et mentem Patris est. Nam quemadmodum suam vult ipse substantiam, sic cum Filius proprius sit ejus naturæ, non præter voluntatem ejus est. Filium ergo velit et diligat Pater, eaque ratione pie quis cogitet Deum non nolle, sed velle. Etenim Filius ea-

[17] Psal. xxxii, 6. [18] Psal. cxxxiv, 6. [19] I Thessal. v, 18. [20] Hebr. i, 3. [21] Matth. iii, 17. [22] Joan. ~~iii, 35~~. v, 20.

πάντα δσα. Ibidem post ἠθέλησεν, Regius primus et Seguerianus omittunt ὁ Κύριος, quod in aliis et in editis legitur.

(77) Sic primus codex Reg. Seguer. Anglic. Gobler. et Felckm. 1, atque ita legit Nannius. Alii et editio Commeliniana, ὅρα μὴ ὁ λέγων.

(78) Reg. 1, Seguer. Basil. et Anglic., παρ' αὐτοῦ. Cæteri et editi, παρ' αὐτῷ. Mox Regius primus et Seguerianus, καὶ γὰρ καὶ ὁ Ἀπόστολος. Alii et editi, καί posterius omittunt.

(79) Sic Regius primus et Seguerianus. At alii et editi, τῆς οὐσίας τῆς πατρικῆς. Mox Regius primus et Seguerianus, τὸν Υἱὸν κηρύττει. Cæteri et editi, τὸν Κύριον κηρύττει.

(80) Sic Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At alii et editi, ὡς προεῖπον. Ibidem Regius primus et Seguerianus, ἐκ βουλήσεως οὐκ ἔστιν. Basil. Gobler. Felckm. 1 et Reg. 2, οὐκ ἐκ βουλήσεώς ἐστιν

Alii et editi, οὐ βουλήσεώς ἐστι. Mox Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felckm. 1, ὡς οὔτε. Reg. 2, Basil. Anglic. Felckm. 1 et 5, ὡς οὐδέ. Cæteri et editi, ὅτι οὐδέ.

(81) Sic uterque Reg. Seguer. Basil. Anglican. Felckm. 2 et 5. At Goblerianus et Felckm. 1, Ὁποία γὰρ ἂν ᾖ ἡ μακαρία. Cæteri et editi, Ὁποία γὰρ ἦ καὶ ἕως ἂν ᾖ ἡ μακαρία. Mox Felckmanni secundus et editio Commeliniana omittunt καί post οὕτως εἶναι.

(82) Regius primus et Seguerianus μου omittunt.

(83) Uterque Regius et Seguerianus, θελόμενός ἐστιν. Alii et editi, στελλόμενός ἐστιν, ut et legit Nannius.

(84) Regius primus et Seguerianus, τὸ εἶναι. Idem ibidem et Regius secundus, οὐκ ἐκ βουλήσεως, ut item legit Nannius. Alii et editi, τοῦ εἶναι ἀγαθὸς ἐκ βουλήσεως μὲν ἤρξατο.

Digitized by Google

dem voluntate, **488** qua eum vult Pater, Patrem ipse amat, vult et honorat, unaque est voluntas quæ ex Patre in Filio exsistit, ita ut inde Filius in Patre et Pater in Filio conspiciatur. Nemo igitur ex Valentini sententia antecedentem inducat voluntatem, nulliusque deliberationis obtentu seipsum medium inter solum Patrem solumque Filium audeat intrudere. Siquidem insanus ille fuerit qui voluntatem et deliberationem inter Patrem et Filium collocaverit. Enimvero aliud est si dicas, Voluntate factus est, et aliud si dixeris, Eum Pater diligit et vult, utpote qui natura proprius sui sit Filius. Nam qui dixit, Ex voluntate factus est, primo illum aliquando non fuisse significat. Deinde voluntas in utramque partem propendendi vim habet, uti supra dictum est, ac proinde cogitare liceret, Patrem potuisse nolle Filium. Atqui dicere, Filium potuisse non esse, summa certe impietas et audacia est, quæ ipsam Patris naturam lacessat, si nimirum id quod proprium ejus est potuerit non esse. Idem enim est ac si diceretur Patrem potuisse non esse bonum. Verum quemadmodum et semper et natura bonus est Pater, ita semper natura est generans. Hic autem loquendi modus, Pater vult Filium, et, Verbum vult Patrem, non antecedentem denotat voluntatem, sed naturæ germanitatem, essentiæque proprietatem ac similitudinem designat. Ut enim de splendore et luce dici potest: Splendor non habet voluntatem in luce antecedentem, sed est naturalis ejus fetus, quem vult lux a qua gignitur, non voluntatis deliberatione, sed natura et veritate; ita de Patre et Filio recte dici possit: Pater amat et vult Filium, et, Filius amat et vult Patrem.

67. Ne igitur voluntatis opus appelletur Filius, nec Valentini error in Ecclesiam inducatur; sed vivens ille consilium verusque et naturalis Patris fetus esse dicatur, ut lucis splendor. Sic enim Pater ipse est locutus, *Eructavit cor meum Verbum bonum* [23]: cui Filius his verbis concinit, *Ego in Patre, et Pater in me est* [24]. Itaque si Verbum est in corde, ubi est voluntas? Similiter si Filius est in Patre, ubi est arbitrium? Deinde, si ipse est vo-

[23] Psal. XLIV, 2. [24] Joan. XIV, 10.

τὸ μὴ ἀβούλητον τοῦ Θεοῦ τις εὐσεβῶς λογιζέσθω. Καὶ γὰρ ὁ Υἱὸς τῇ θελήσει ᾗ θέλεται (85) παρὰ τοῦ Πατρὸς, ταύτῃ καὶ αὐτὸς ἀγαπᾷ, καὶ θέλει, καὶ τιμᾷ τὸν Πατέρα· καὶ ἔν ἐστι θέλημα τὸ ἐκ Πατρὸς ἐν Υἱῷ, ὡς καὶ ἐκ τούτου θεωρεῖσθαι τὸν Υἱὸν ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ τὸν Πατέρα ἐν τῷ Υἱῷ. Μὴ μέντοι κατὰ Οὐαλεντῖνον προηγουμένην τις (86) βούλησιν ἐπεισαγέτω· μηδὲ μέσον τις ἑαυτὸν ὠθείτω τοῦ μόνου Πατρὸς πρὸς τὸν μόνον Λόγον, προφάσει τοῦ βουλεύεσθαι (87). Μαίνοιτο γὰρ ἄν τις μεταξὺ τιθεὶς Πατρὸς καὶ Υἱοῦ βούλησιν καὶ σκέψιν. Καὶ γὰρ ἕτερόν ἐστι λέγειν, Βουλήσει γέγονεν, ἕτερον δὲ, ὅτι Ἴδιόν ὄντα φύσει τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἀγαπᾷ καὶ θέλει αὐτόν. Τὸ μὲν γὰρ λέγειν, Ἐκ βουλήσεως γέγονε, πρῶτον μὲν τὸ μὴ εἶναί ποτε τοῦτον σημαίνει· ἔπειτα δὲ, καὶ τὴν ἐπ' ἄμφω ῥοπὴν ἔχει, καθάπερ εἴρηται· ὥστε δύνασθαί τινα νοεῖν, ὅτι ἠδύνατο καὶ μὴ βούλεσθαι τὸν Υἱόν. Ἐπὶ Υἱοῦ δὲ λέγειν, Ἠδύνατο καὶ μὴ εἶναι, δυσσεβές ἐστι καὶ φθάνον εἰς τὴν τοῦ Πατρὸς οὐσίαν τὸ τόλμημα· εἴγε τὸ ἴδιον αὐτῆς ἠδύνατο (88) μὴ εἶναι. Ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ ἐλέγετο, Ἠδύνατο καὶ μὴ εἶναι ἀγαθὸς ὁ Πατήρ. Ἀλλ' ὥσπερ ἀγαθὸς ἀεὶ καὶ τῇ φύσει, οὕτως ἀεὶ γεννητικὸς τῇ φύσει ὁ Πατήρ· τὸ δὲ λέγειν, Ὁ Πατὴρ θέλει τὸν Υἱὸν, καὶ, Ὁ Λόγος θέλει τὸν Πατέρα, οὐ βούλησιν προηγουμένην δείκνυσιν, ἀλλὰ φύσεως γνησιότητα, καὶ οὐσίας ἰδιότητα καὶ ὁμοίωσιν γνωρίζει. Ὡς γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ (89) ἀπαυγάσματος ἄν τις εἴποι καὶ τοῦ φωτὸς, ὅτι τὸ ἀπαύγασμα οὐκ ἔχει μὲν βούλησιν προηγουμένην ἐν τῷ φωτί· ἔστι δὲ φύσει αὐτοῦ γέννημα θελόμενον παρὰ τοῦ φωτὸς του καὶ γεννήσαντος (90) αὐτὸ, οὐκ ἐν σκέψει βουλήσεως, ἀλλὰ φύσει καὶ ἀληθείᾳ· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ὀρθῶς ἄν τις εἴποι, ὅτι ὁ Πατὴρ ἀγαπᾷ καὶ θέλει τὸν Υἱὸν, καὶ ὁ Υἱὸς ἀγαπᾷ καὶ θέλει τὸν Πατέρα.

67. Οὐκοῦν μὴ λεγέσθω θελήματος δημιούργημα ὁ Υἱὸς, μηδὲ τὰ (91) Οὐαλεντίνου ἐπεισαγέσθω τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ βουλῇ ζῶσα, καὶ ἀληθῶς φύσει γέννημα, ὡς τοῦ φωτὸς τὸ ἀπαύγασμα. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ μὲν Πατὴρ εἴρηκεν, *Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου Λόγον ἀγαθόν*· ὁ δὲ Υἱὸς ἀκολούθως, *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί*. Εἰ δὲ ὁ (92) Λόγος ἐν καρδίᾳ, ποῦ ἡ βούλησις; Καὶ εἰ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, ποῦ ἡ θέλησις; Καὶ εἰ ἡ βούλησις αὐτὸς, πῶς ἐν βουλῇ σει

(85) Seguer. Gobler. et Felckm. 1, θελεῖται. Regius primus, τέλυται.

(86) Basil. τήν pro τις habet. Mox post μέσον, Regius primus et Seguerianus addunt τις, quod in aliis et editis deest.

(87) Uterque Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1, βουλεύεσθαι. Cæteri et editio Commeliniana, βούλεσθαι.

(88) Sic Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felckm. 1. Sed Goblerianus et Felckmanni primus habent ὡς εἰ ἔλεγεν, iidemque et Regius primus, ἐδύνατο. At alii et editi sic hunc locum habent, εἴγε τὸ ἴδιον αὐτῆς λέγοιτο, ἠδύνατο μὴ εἶναι ἀγαθός, etc. Paulo post Regius primus et Seguerianus, ut et legit Nannius, οὕτως ἀεὶ γεννητικὸς τῇ φύσει ὁ Πατήρ. Regius secundus, οὕτω καὶ ἀεὶ καὶ τῇ φύσει γεννητικὸς ὁ Πατήρ. Alii autem et editi, ἀγαθὸς ἀεὶ καὶ τῇ φύσει γεννητικὸς ὁ Πατήρ. Ibidem Regius primus, Seguer. Goblerian. et Felckm. 1, τὸ δὲ λέγειν. At in cæteris et editis deest λέγειν.

(89) Regius primus et Seguerianus, Ὡς γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ. Alii et editi, Ὥσπερ ἐπὶ τοῦ.

(90) Regius primus et Seguerianus, τοῦ καὶ γεννήσαντος. Alii et editi καί omittunt. Paulo post uterque Regius et Seguerianus, ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ. Cæteri et editi, ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ. Ibidem Regius primus, Seguer. Goblerian. et Felckm. primus, εἴποι, ὅτι. Alii et editi, εἴποι τοῦτο, ὅτι.

(91) Regius primus et Seguerianus, τά. Alii et editi, τό. Mox Basil., ἀλλὰ καὶ βουλῇ.

(92) Sic primus codex Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At in aliis et editis ὁ deest.

Digitized by Google

ἡ βουλή; Ἄτοπον γάρ· ἵνα μὴ καὶ ἐν Λόγῳ ὁ Λόγος, καὶ ὁ Υἱὸς ἐν Υἱῷ, καὶ ἡ Σοφία ἐν Σοφίᾳ γίνηται (93), καθάπερ πολλάκις εἴρηται. Πάντα γάρ ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρός· καὶ οὐδὲν ἐν τῷ Πατρὶ πρὸ τοῦ Λόγου· ἀλλ' ἐν τῷ Λόγῳ καὶ ἡ βούλησις· καὶ δι' αὐτοῦ τὰ τοῦ βουλήματος εἰς ἔργον τελειοῦται, ὡς ἔδειξαν (94) αἱ θεῖαι Γραφαί. Ἐβουλόμην δὲ τοὺς ἀσεβεῖς οὕτως εἰς ἀλογίαν πεπτωκότας, καὶ περὶ βουλήσεως σκεπτομένους, νῦν ἐρωτῆσαι μηκέτι τὰς τικτούσας αὐτῶν γυναῖκας, ἃς οὗτοι (95) πρότερον ἠρώτων λέγοντες, Εἰ εἶχες υἱὸν, πρὶν γεννήσῃς; ἀλλὰ τοὺς πατέρας, καὶ εἰπεῖν αὐτοῖς· Πότερον βουλευόμενοι γίνεσθε πατέρες, ἢ κατὰ φύσιν καὶ τῆς ὑμῶν βουλήσεως; Ἡ τῆς φύσεως καὶ οὐσίας ὑμῶν ἐστιν ὅμοια τὰ τέκνα; ἵνα κἂν παρὰ τῶν γονέων ἐντραπῶσι, παρ' ὧν τὸ λῆμμα τῆς γενέσεως ἀπῄτησαν, καὶ παρ' ὧν ἤλπισαν ἔχειν τὴν γνῶσιν. Ἀποκριθήσονται γὰρ αὐτοῖς, ὅτι (96) Ἃ γενώμεν, οὐ τοῦ θελήματος, ἀλλ' ἡμῶν ἐστιν ὅμοια· οὐδὲ προβουλευσάμενοι γινόμεθα γονεῖς, ἀλλὰ τῆς φύσεως ἴδιόν ἐστι τὸ γεννᾷν· ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς τῶν τεκόντων (97) ἐσμὲν εἰκόνες. Ἢ τοίνυν καταγινωσκέτωσαν ἑαυτῶν, καὶ παυέσθωσαν πυνθανόμενοι γυναικῶν περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἢ μανθανέτωσαν παρ' αὐτῶν (98), ὅτι οὐ βουλήσει γεννᾶται ὁ υἱὸς, ἀλλὰ φύσει καὶ ἀληθείᾳ. Πρέπων δὲ καὶ ἁρμόζων τούτοις ὁ ἐξ ἀνθρώπων ἔλεγχος, ἐπειδὴ καὶ ἀνθρώπινα περὶ τῆς θεότητος διαλογίζονται οἱ κακόφρονες. Τί τοίνυν ἔτι (99) μαίνονται οἱ Χριστομάχοι; Καὶ τοῦτο γὰρ αὐτῶν ὥσπερ οὖν καὶ τὰ ἄλλα προβλήματα δέδεικται καὶ ἠλέγχθη φαντασία καὶ μυθοπλαστία (1) μόνον ὄντα· καὶ διὰ τοῦτο ὀφείλουσι, κἂν ὀψέ ποτε θεωρήσαντες εἰς ὅσον ἀφροσύνης πεπτώκασι κρημνὸν, ἀναδῦναι καὶ φύγειν (2) ἀπὸ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, νουθετούμενοι παρ' ἡμῶν. Φιλάνθρωπος γὰρ ἡ ἀλήθεια κράζουσα διαπαντός· *Εἰ ἐμοὶ μὴ πιστεύετε* (3) διὰ τὴν τοῦ σώματος περιβολὴν, κἂν *τοῖς ἔργοις πιστεύσατε· ἵνα γνῶτε, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί·* καὶ, *Ἐγὼ* (4) *καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν·* καὶ, *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Ἀλλ' ὁ μὲν Κύριος συνήθως φιλανθρωπεύεται, καὶ θέλει πάντας ἀνορθοῦσθαι τοὺς κατερραγμένους, ὡς ἡ αἴνεσις λέγει τοῦ Δαβίδ (5)· οἱ δὲ ἀσεβεῖς οὐ θέλοντες ἀκούειν Κυριακῆς φωνῆς, οὐδὲ φέροντες ὁρᾷν τὸν

luntas, quomodo consilium sive voluntas in voluntate est? Valde enim hoc absurdum est: ne scilicet Verbum in Verbo, Filius in Filio, et Sapientia in Sapientia fieri existimetur, uti sæpius dictum est. Namque Filius omnia ipse est quæ Patris sunt, nihilque ante Verbum est in Patre: sed in Verbo etiam est voluntas, et per ipsum ea, quæ voluntatis sunt, opere perficiuntur, ut ex divina Scriptura didicimus. Vellem vero ut impii qui eo devenerunt amentiæ, et de voluntate disputant, vellem, inquam, ut non jam interrogarent mulieres, quas ita prius percontabantur, Habuistine filium priusquam genuisses? verum patres potius hoc modo interrogent: An deliberando patres efficimini, an vero secundum naturam vestræ etiam voluntatis? An liberi similes sunt vestræ naturæ et substantiæ? Hæc igitur inquirant a parentibus, ut ab his ipsis confutentur, **489** a quibus quæ elicienda esset ex sua de nascendi modo quæstione conclusio tam impense flagitarunt, speraruntque rem ex ipsis plane cognituros. Hæc scilicet illi sunt responsuri: Ea quæ gignimus, non voluntatis sunt, sed nostri sunt similia: neque prius deliberando patres efficimur, sed gignere proprium est naturæ, quandoquidem nos quoque ipsi parentum sumus imagines. Vel ergo seipsos condemnent, et mulieres de Filio Dei desinant interrogare: vel certe ab ipsis discant non voluntate, sed natura et revera filium gigni. Æquum enim est eos argumentis ex hominum natura petitis refelli, qui humana de divinitate improbe cogitant. Quid igitur adhuc insaniunt Christi hostes? Nam hanc illorum rationem ut et alias omnes ostendimus ac convicimus nihil nisi fabulas et mera commenta esse. Sero igitur saltem animadvertant in quantam insipientiæ voraginem sese præcipitaverint, ac nostris monitionibus excitati, tandem inde festinent emergere, seque ex diaboli laqueis expedire. Siquidem benigna est veritas quæ assidue clamat: *Si mihi* ob corporis amictum *non creditis, operibus* saltem *credite, ut cognoscatis, quia ego in Patre, et Pater in me est*[25], et, *Ego et Pater unum sumus*[26], et, *Qui vidit me, vidit Patrem*[27]. Verum Dominus quidem pro more suo clementer

[25] Joan. x, 38. [26] ibid. 30. [27] Joan. xiv, 9.

(93) Sic Regius primus et Seguerianus. At editi, γένηται.

(94) Sic primus codex Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. Cæteri autem et editi, ἐδίδαξαν. Ibidem Regius primus et Seguerianus, Ἐβουλόμην δὲ τούς. Regius secundus, Ἐβουλόμην οὖν τούς. Alii et editi, Ἐβουλόμην τούς.

(95) Primus codex Regius et Seguerianus, ἑαυτῶν γυναῖκας ἃς αὐτοί. Ibidem πότερον abest a Gobleriano et Felckm. primo, pro quo Anglic., πρότερον. Item ibidem Regius primus et Seguerianus, βουλευόμενοι, et mox, καὶ τῆς ὑμῶν. Alii editique, βουλόμενοι, iidemque καί omittunt.

(96) Reg. 1 et Seguer. addunt ὅτι, quod in aliis et editis deest. Ibid. Felc. 2. et editio Commel., οὐ θελήματος ἡμῶν ἐστιν ὅμοια.

(97) Sic Regius primus, Seguerian. Goblerian. et Felc. 1. At alii et editio Commel., τέκνων. Mox Reg. 1, Seguer. Gobler. et Felc. 1, παυέσθωσαν. Alii et editi, παυσάσθωσαν.

(98) Sic primus codex Regius, Seguer. Gobler. et Felc. 1. At alii et editi, καὶ παρ' αὐτῶν.

(99) Ἔτι et mox καί absunt a Reg. 1 et Seguer.

(1) Sic primus codex Regius, Seguer. Gobler. et Felc. 1. At alii et editi, μυθοπλασία.

(2) Regius 1, Seguerian., φυγεῖν. Cæteri et editi, φεύγειν.

(3) Regius primus, Seguerian., Εἰ ἐμοὶ μὴ πιστεύετε, et mox, κἂν τοῖς ἔργοις. Gobler. et Felc. 1, item πιστεύετε. Alii et editi, Ἐὰν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, et omittunt κἄν.

(4) Regius primus et Seguer., κἀγώ.

(5) Gobler. et Felc. 1, ὡς αἰνεῖ Δαβίδ.

Digitized by Google

agit, et omnes elisos erigit, ut ait David [28] : at impii Dominicam vocem nolentes audire, nec ferentes Dominum, Deum et Dei Filium palam ab omnibus agnosci, veluti scarabæi, cum suo patre diabolo miseri circumeunt, ut nova impietatis confirmandæ reperiant argumenta. Quid igitur ultra vel unde invenire possint, nisi a Judæis et Caipha impia mutuentur maledicta, et cum gentilibus verum Deum negent? Siquidem clausæ illis sunt divinæ Scripturæ, ex quibus videlicet et stulti et Christi hostes esse omni ex parte sunt convicti.

A Κύριον (6) ὑπὸ πάντων ὁμολογούμενον Θεὸν, καὶ Θεοῦ Υἱὸν, περιέρχονται οἱ ἄθλιοι, ὡς (7) οἱ κάνθαροι, μετὰ τοῦ πατρὸς ἑαυτων τοῦ διαβόλου προφάσεις εἰς ἀσέβειαν ζητοῦντες. Ποίας οὖν ἄρα μετὰ ταῦτα πάλιν (8), ἢ πόθεν εὑρεῖν δυνήσονται, εἰ μὴ ἄρα παρὰ μὲν Ἰουδαίων καὶ τοῦ Καϊάφα (9) δανείσωνται τὰς δυσφημίας, παρ' Ἑλλήνων δὲ λάβωσι τὴν ἀθεότητα; αἱ γὰρ θεῖαι Γραφαὶ τούτοις ἐκλείσθησαν, καὶ πανταχόθεν ἐξ αὐτῶν ἠλέγχθησαν ἄφρονες καὶ Χριστομάχοι.

—

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ (10).

EJUSDEM ORATIO QUARTA.

1. Ex Deo Deus est Verbum : namque *Deus erat Verbum* [29]; et rursus : *Quorum patres, et ex quibus Christus qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen* [30]. Quia porro ex Deo Deus est, et Dei Verbum, Sapientia, Filius et Virtus est Christus; idcirco unus Deus in divinis Scripturis annuntiatur. Cum enim Verbum unius Dei sit Filius, ad illum cujus est refertur, ita ut duo quidem sint Pater et Filius, unitas vero divinitatis individua sit nulloque modo separabilis : ac proinde dicendum est unum esse divinitatis principium, non duo principia : unde proprie et monarchia est. Ex ipso autem principio Verbum Filius natura exsistit, non ut aliud principium per seipsum subsistens, neque aliunde quam ex ipso uno principio natus, ne dyarchiam et polyarchiam, id est duo vel plurima principia diversitas inducat, sed unius principii proprius est Filius, propria sapientia, propriumque Verbum ex eo **490** exsistens. Nam, ut docet Joannes, *in* isto *principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum* [31]. Deus enim principium est. Unde quia ex hoc principio est, idcirco etiam *Deus erat Verbum* [31*]. Porro quemadmodum unum est principium, et proinde unus Deus : ita quæ verissime est essentia et substantia, una est quæ dicit : *Ego sum qui sum* [32], non autem duæ, ne scilicet duo sint principia. Ex una autem illa substantia exsistit natura et vere Filius, Verbum, sapientia, propriaque ejus virtus, nec ab ea separabilis. Ut vero non alia est essentia seu substantia, ne duo sint principia : sic Verbum quod ex una exsistit, nihil fluxum, nec

B 1. Ἐκ Θεοῦ Θεός ἐστιν ὁ Λογος· καὶ Θεὸς γὰρ ἦν ὁ Λόγος· καὶ πάλιν· Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ (11) ἐπειδὴ ἐκ Θεοῦ Θεός ἐστι, καὶ τοῦ Θεοῦ Λόγος, Σοφία, Υἱὸς, καὶ δύναμίς ἐστιν ὁ Χριστὸς, διὰ τοῦτο εἷς Θεὸς ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς καταγγέλλεται. Τοῦ ἑνὸς γὰρ Θεοῦ Υἱὸς ὢν ὁ Λόγος, εἰς αὐτὸν, οὗ καὶ ἔστιν, ἀναφέρεται· ὥστε δύο μὲν εἶναι Πατέρα καὶ Υἱὸν, μονάδα δὲ θεότητος ἀδιαίρετον καὶ ἄσχιστον. Λεχθείη δ' ἂν καὶ (12) οὕτω μία ἀρχὴ θεότητος, καὶ οὐ δύο ἀρχαί· ὅθεν κυρίως καὶ μοναρχία ἐστίν. Ἐξ αὐτῆς δὲ τῆς ἀρχῆς ἐστι φύσει Υἱὸς ὁ Λόγος, οὐχ ὡς ἀρχὴ ἑτέρα καθ' ἑαυτὸν ὑφεστὼς οὐδ' ἔξωθεν ταύτης γεγονὼς, ἵνα μὴ τῇ ἑτερότητι δυαρχία καὶ πολυαρχία γένηται, ἀλλὰ τῆς μιᾶς

C ἀρχῆς ἴδιος Υἱὸς, ἰδία σοφία (13), ἴδιος Λόγος, ἐξ αὐτῆς ὑπάρχων. Κατὰ γὰρ τὸν Ἰωάννην, ἐν ταύτῃ τῇ ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν· Θεὸς γάρ ἐστιν ἡ ἀρχή· καὶ ἐπειδὴ ἐξ αὐτῆς ἐστι, διὰ τοῦτο καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Ὥσπερ δὲ μία ἀρχή· καὶ κατὰ τοῦτο εἷς Θεός· οὕτως ἡ τῷ ὄντι καὶ ἀληθῶς καὶ ὄντως οὖσα οὐσία καὶ ὑπόστασις μία ἐστὶν ἡ λέγουσα, Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, καὶ οὐ δύο, ἵνα μὴ δύο ἀρχαί· Ἐκ δὲ τῆς μιᾶς φύσει καὶ ἀληθῶς Υἱὸς, ὁ Λόγος, ἡ σοφία, ἡ δύναμις ἰδία ὑπάρχουσα αὐτῆς, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀχώριστος. Ὥσπερ δὲ οὐκ ἄλλη, ἵνα μὴ δύο ἀρχαί. οὕτως ὁ ἐκ τῆς μιᾶς Λόγος οὐ διαλελυμένος (14), ἢ ἁπλῶς φωνὴ σημαντικὴ, ἀλλὰ οὐσιώδης Λόγος καὶ οὐσιώδης σοφία, ἥτις ἐστὶν ὁ Υἱὸς ἀληθῶς. Εἰ γὰρ δὴ μὴ οὐσιώδης εἴη, ἔσται ὁ Θεὸς λαλῶν εἰς ἀέρα, καὶ

D σῶμα οὐδὲν πλέον ἔχων τῶν ἀνθρώπων. Ἐπειδὴ δὲ

[28] Psal. CXLV, 8. [29] Joan. I, 1. [30] Rom. IX, 5. [31] Joan. I, 1. [31*] ibid. [32] Exod. III, 14.

(6) Reg. 1 et Seg., Κύριον. Alii et ed., Χριστόν.

A *ritum Filii sui in corda nostra clamantem, Abba, Pater* [88]. Itaque Filius, qui in nobis est, proprium suum Patrem invocans, nostrum etiam Patrem a nobis appellari concedit. Verumtamen in quorum cordibus Filius non est, nec etiam Deus eorum Pater dici potest. Igitur, si homo propter Verbum Filius dicitur, cum veteres, antequam Verbum humanam assumpsisset naturam, filii sint appellati, omnino necesse est Verbum etiam ante suum adventum Filium fuisse. Hinc illa Scripturæ verba, *Filios genui* [86]; et in historia Noe: *Videntes filii Dei* [87]; et in Cantico: *Nunquid non ipse est Pater tuus* [88]? Erat ergo et verus Filius, propter quem illi filii dicuntur. Quod si secundum illos neutrum B horum est Filius, sed amborum congressu constituitur, necesse omnino est neutrum esse Filium; id est, nec Verbum nec hominem Filium esse, sed quamdam causam propter quam copulati sunt: ac proinde causa illa quæ Filium efficit, copulatione prior erit. Ergo ex hoc item responso sequitur Filium ante **503** carnem exstitisse. Verum his ita demonstratis, aliud quærunt effugium: nempe aiunt non hominem Filium esse, neque utrumque simul, sed Verbum, quod quidem in principio fuit duntaxat Verbum; cum autem homo factus est, tunc Filius est nominatus. Nam antequam advenisset, inquiunt, non erat Filius, sed tantummodo Verbum: ac proinde ut Verbum caro factum est, cum antea caro non esset, ita Verbum Filius factum est, cum prius Filius non esset. Hæ illorum sunt ineptiæ, quas refutare haud est difficile.

23. Εἰ γὰρ ὅλως ἐνανθρωπήσας γέγονεν Υἱὸς, ἡ C ἐνανθρώπησις αἰτία. Καὶ εἰ ὁ ἄνθρωπος αἴτιος τοῦ εἶναι αὐτὸν Υἱὸν, ἢ τὸ συναμφότερον, καὶ (51) τὰ αὐτὰ ἄτοπα ἀπαντήσει. Ἔπειτα, εἰ πρῶτον Λόγος, καὶ ὕστερον Υἱὸς, φανήσεται ὕστερον ἐγνωκὼς τὸν Πατέρα, καὶ οὐ πρότερον. Οὐ γὰρ ᾗ (52) Λόγος γινώσκει, ἀλλ' ᾗ Υἱός. *Οὐδεὶς* γὰρ *γινώσκει τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός.* Ἀπαντήσει δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ὕστερον ἐν κόλποις τοῦ Πατρὸς γέγονε, καὶ ὕστερον αὐτὸς καὶ ὁ Πατὴρ ἐν γεγόνασι, καὶ ὕστερον τὸ, *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Ταῦτα γὰρ πάντα ἐπὶ Υἱοῦ ἐλέχθη. Ἐκ δὴ τούτων ἀναγκασθήσονται εἰπεῖν· Οὐδὲν ἦν ὁ Λόγος, ἀλλ' ὄνομα μόνον. Οὔτε γὰρ ἐν ἡμῖν μετὰ τοῦ Πατρὸς, οὔτε ὁ (53) τὸν Λόγον ἑωρακὼς ἔβλεπε τὸν Πατέρα, οὔτε ὅλως τινὶ ἐγνώσθη ὁ Πατὴρ· διὰ γὰρ Υἱοῦ γινώσκεται ὁ Πατὴρ· οὕτω γὰρ καὶ γέγραπται, *Καὶ ᾧ ἂν ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψῃ.* Μήπω δὲ ὄντος τοῦ Λόγου Υἱοῦ, οὐδέπω τις ἐγίνωσκε τὸν Πατέρα. Πῶς οὖν Μωσεῖ, πῶς τοῖς πατράσιν ὤφθη; Αὐτὸς γὰρ ἐν ταῖς Βασιλείαις φησίν· *Ἀποκαλυφθεὶς ἀπεκαλύφθην πρὸς πάντας τοὺς πατέρας ὑμῶν.* Εἰ δὲ ἀπεκαλύφθη Θεὸς, δῆ-

23. Nam si Verbum, humana accepta natura, Filius est factus: igitur naturæ humanæ assumptio causa ejus rei est. Quapropter si homo causa est cur Verbum sit Filius, vel utrumque (54): eadem certe absurda occurrent. Deinde, si prius Verbum est, et posterius Filius, sequitur ut Patrem posterius, non prius cognoverit. Nec enim eum novit quatenus Verbum est, sed quatenus Filius. *Nemo* enim *novit Patrem, nisi Filius* [89]. Sequitur item nonnisi posterius contigisse ut in sinu Patris fuerit, ipseque et Pater unum facti sint, eveneritque id quod dixit: *Qui vidit me, vidit Patrem* [90]. Nam hæc omnia de Filio dicta sunt. Insuper ex his cogentur fateri Verbum nihil fuisse præter merum nomen. Neque enim in nobis cum Patre erat, nec qui Ver- D bum videbat, Patrem videbat, nec cuiquam omnino notus erat Pater: quippe qui per Filium cognoscatur: sic enim scriptum est, *Et cui Filius revelaverit* [91]. Unde cum Verbum nondum esset Filius, nondum quoque Pater cognoscebatur. Quomodo igitur Moysi et patribus apparuit? Ipse enim in libris Regnorum ita loquitur: *Revelatus sum omnibus*

[88] Galat. IV, 6. [86] Isa. I, 2. [87] Gen. VI, 2. [88] Deuter. XXXII, 6. [89] Matth. XI, 27. [90] Joan. XIV, 9. [91] Matth. XI, 27.

(47) Φησὶν abest a codice Regio et Segueriano, Basiliensi et Anglicano.

(48) Regius et Seguerianus δέ addunt, quod alii et editi omittunt.

(49) Regius et Seguerianus, καὶ κατά. In aliis et editis καί deest.

(50) Anglicanus, ἐν ἀρχῇ.

(51) Basiliensis et Anglicanus καί omittunt.

(52) Regius et Seguer. hic et mox, ᾗ pro ᾗ.

(53) Sic Reg. Seguer. Basil. et Gobler. At alii et editi ὁ omittunt.

(54) Id est, vel si Verbum et homo, sive conjunctio Verbi cum homine, causa est cur Verbum sit Filius.

Digitized by Google

patribus vestris [92]. Proinde si revelatus est Deus, certe Filius revelavit, ut ipse testatur, *Et cui Filius revelaverit.* Itaque impium et stultum dictu est, aliud esse Verbum et alium esse Filium. Nec vero ubs re erit inquirere undenam hujusmodi hauserint opinionem. Aiunt igitur, cum in Veteri Testamento nulla Filii sed solius Verbi fiat mentio, idcirco se opinari Filium Verbo juniorem esse, quippe cum nihil de ipso dictum sit in Veteri Testamento, sed tantum in Novo. Hæc sunt quæ illi proferunt, sed impie. Nam primo Testamenta dividere, ita ut unum cum alio non cohæreat, Manichæorum atque Judæorum est, quorum nimirum alii Veteri, alii Novo Testamento adversantur. Deinde si, ut putant, ea quæ in Veteri exstant Testamento, tempore antecedunt, ea autem, quæ in Novo Testamento continentur, recentiora sunt, velintque ex divinis Litteris tempora æstimari, necesse sane est ista esse recentiora, nempe, *Ego et Pater unum sumus* [93], *Unigenitus* [94], *Qui vidit me, vidit Patrem* [95]. Non enim ex Veteri Testamento, sed ex Novo hæc testimonia proferuntur.

24. Atqui non ita est, sed etiam revera in Veteri Testamento multa de Filio occurrunt, ut in psalmo secundo : *Filius meus es tu, ego hodie genui te* [96]; et in nono inscriptio, *In finem pro occultis Filii, psalmus David* [97] : et in quadragesimo quarto, *In finem pro iis qui commutabuntur, filiis Core, ad intellectum, canticum pro Dilecto* [98] : et apud Isaiam, *Cantabo dilecto canticum Dilecti vineæ meæ.* **504** *Vinea facta est Dilecto* [99]. Quis autem Dilectus est præter Filium unigenitum ? ut in psalmo centesimo nono habetur, *Ex utero ante luciferum genui te* [1], de quo postea dicendi locus erit ; et in Proverbiis, *Ante omnes colles gignit me* [2] : et apud Danielem, *Et species quarti, similis Filio Dei* [3], pluraque alia. Si ergo ex Veteri Testamento petitur antiquitas, fatendum utique est antiquum Filium esse, cum multis in locis Veteris Testamenti commemoretur. Ita est, inquiunt, sed ista prophetice dicta sunt : ergo et illa pariter de Verbo prophetice memorata sunt. Nec enim unum prophetice est dictum, aliud vero non prophetice. Nam si hæc verba, *Filius meus es tu*, futurum aliquid significent ; idem etiam de illis verbis dicendum est, *Verbo Domini cœli firmati*

λον ὅτι (55) ἦν ὁ ἀποκαλύπτων Υἱός, ὡς αὐτός φησι, *Καὶ ᾧ ἐὰν ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψῃ.* Ἀσεβὲς μὲν οὖν καὶ ἀνόητον τὸ λέγειν ἄλλον εἶναι τὸν Λόγον, καὶ ἄλλον εἶναι (56) τὸν Υἱόν. Πόθεν δὲ ἄρα τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν ἐσχήκασιν, ἐρέσθαι καλόν. Φασὶ δή, διὰ τὸ μὴ εἰρῆσθαι ἐν τῇ Παλαιᾷ περὶ Υἱοῦ, ἀλλὰ περὶ Λόγου, καὶ (57) διὰ τοῦτο νεώτερον ὑπονοεῖν τοῦ Λόγου τὸν Υἱὸν διαβεβαιοῦνται, ὅτι μὴ ἐν τῇ Παλαιᾷ, ἀλλ' ἐν τῇ Καινῇ μόνῃ περὶ αὐτοῦ (58) ἐλέχθη. Ταῦτ' ἐκεῖνοι ἀσεβῶς φθέγγονται. Πρῶτον μὲν γὰρ διαιρεῖν τὰς Διαθήκας, καὶ μὴ τὴν ἑτέραν τῆς ἑτέρας ἔχεσθαι (59), Μανιχαίων καὶ Ἰουδαίων τὸ ἐπιτήδευμα, τῶν μὲν τῇ Παλαιᾷ, τῶν δὲ τῇ Νέᾳ ἀντιλεγόντων· ἔπειτα κατ' αὐτοὺς, εἰ τὰ ἐν τῇ Παλαιᾷ κείμενα προάγει τῷ χρόνῳ, τὰ δὲ ἐν τῇ Νέᾳ νεώτερά ἐστι, καὶ ἐκ τῶν γραμμάτων οἱ χρόνοι κρίνονται· ἀνάγκη πάλιν νεώτερα εἶναι τὸ, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν·* τό τε, *Μονογενής·* καὶ τὸ, *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα·* οὐ γὰρ ἐκ τῆς Παλαιᾶς, ἀλλ' ἐκ τῆς Καινῆς ταῦτα μαρτυρεῖται.

24. Οὐ μὴν δὲ, ἀλλ' ἀληθῶς καὶ ἐν τῇ (60) Παλαιᾷ περὶ Υἱοῦ πολλὰ λέγεται· οἷον ἐν τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ τὸ, *Υἱός μου εἶ σὺ* (61), *ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε·* καὶ ἐν τῷ ἐννάτῳ ἡ ἐπιγραφὴ, *Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ Υἱοῦ, ψαλμὸς τῷ Δαυΐδ·* καὶ ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ, *Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, τοῖς υἱοῖς Κορέ, εἰς σύνεσιν, ᾠδὴ ὑπὲρ τοῦ Ἀγαπητοῦ·* καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ. *Ἄσω δὴ τῷ ἠγαπημένῳ ᾆσμα τοῦ Ἀγαπητοῦ τῷ ἀμπελῶνί μου. Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ.* Τὸ δὲ Ἀγαπητὸς τίς ἂν εἴη ἢ Υἱὸς μονογενής ; ὡς καὶ ἐν τῷ ἑκατοστῷ ἐννάτῳ, *Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε*, περὶ οὗ ὕστερον λεχθήσεται· καὶ ἐν Παροιμίαις δὲ (62), *Πρὸ δὲ πάντων τῶν βουνῶν γεννᾷ με·* καὶ ἐν τῷ Δανιὴλ, *Καὶ* (63) *ἡ ὅρασις τοῦ τετάρτου ὁμοία Υἱῷ Θεοῦ*, καὶ ἄλλα πλείονα. Εἰ τοίνυν ἐκ τῆς Παλαιᾶς ἡ ἀρχαιότης, ἀρχαῖος ἂν εἴη καὶ ὁ Υἱὸς, ὁ ἐν τῇ Παλαιᾷ (64) ἐν πολλοῖς σαφηνιζόμενος. Ἀλλὰ ναὶ, φασὶ, κεῖται μὲν, προφητικῶς δὲ ἔστω· οὐκοῦν καὶ περὶ τοῦ Λόγου προφητικῶς εἰρῆσθαι λεχθείη ἄν. Οὐ γὰρ τὸ μὲν, τὸ δὲ (65). Εἰ γὰρ τὸ, *Υἱός μου εἶ σὺ*, ἐπὶ μέλλοντος, δῆλον ὅτι καὶ τὸ, *Τῷ Λόγῳ Κυ-*

[92] I Reg. VIII, 27. [93] Joan. X, 30. [94] Joan. I, 18. [95] Joan. XIV, 9. [96] Psal. II, 7. [97] Psal. IX, 1. [98] Psal. XLIV, 1. [99] Isa. V, 1. [1] Psal. CIX, 3. [2] Prov. VIII, 25. [3] Dan. III, 92.

(55) Goblerian., δηλονότι. Mox Anglican. ᾧ ἂν ὁ Υἱός.

(56) Reg. et Seguer. addunt εἶναι, quod abest ab aliis et editis. Mox Reg. et Seguer. ἐρέσθαι. Cæteri et editi, ἔρεσθαι.

(57) Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglic. In aliis et editis deest καί.

(58) Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglic. At alii et editi omittunt περὶ αὐτοῦ. Mox Gobler. ἐκεῖνοι οἱ ἀσεβεῖς. Anglic. ibidem, διαιρεῖν τὴν Διαθήκην.

(59) Sic in Regio emendatum est. Alii et editi. δέχεσθαι, ut et prius exstabat in Regio.

(60) Sic Reg. Seguer. Gobler. et Felck. 1. At alii et editi, ἀλλ' ἀληθῶς δὲ ἐν τῇ.

(61) Reg. et Seguer. τὸ, Υἱός μου. In aliis et editis deest τό. Mox Reg. Seguer. Basil. et Anglic. καὶ ἐν τῷ ἐννάτῳ ἡ ἐπιγραφὴ. Cæteri et editi, καὶ ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ ἐννάτου ψαλμοῦ.

(62) Reg. Seguer. Basil. et Anglic. addunt καί, quod ab aliis et editis abest. Ibid. Reg. et Seguer. δέ omittunt, habentque, πάντων βουνῶν.

(63) Sic Regius et Seguer. In aliis et editis deest καί.

(64) Regius et Seguer. ὁ Υἱὸς, ἐν τῇ.

(65) Οὗ post τὸ δέ subintelligendum. Id est : *Nec enim istud prophetice est dictum ; illud autem non prophetice. Num si*, etc.

Digitized by Google

ρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν. Οὐ γὰρ εἶπεν, ἐγένοντο, οὐδὲ, ἐποίησεν. Ὅτι δὲ τὸ, ἐστερέωσεν, ἐπὶ μέλλοντος, φησίν· Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν· εἶτα· Καὶ γὰρ ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται. Καὶ εἰ τὸ (66) ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ, Ὑπὲρ τοῦ Ἀγαπητοῦ, ἐπὶ μέλλοντος, δῆλον ὅτι καὶ τὸ ἐπιφερόμενον τὸ, Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου Λόγον ἀγαθόν. Καὶ εἰ τὸ, Ἐκ γαστρὸς, ἐπὶ ἀνθρώπου, ἄρα καὶ τὸ, ἐκ καρδίας. Εἰ γὰρ ἡ γαστὴρ ἀνθρώπινον, καὶ ἡ καρδία (67) σωματικόν. Εἰ δὲ τὸ ἐκ καρδίας, ἀΐδιον, καὶ τὸ ἐκ γαστρὸς, ἀΐδιον· καὶ εἰ ὁ Μονογενὴς ἐν κόλποις, καὶ ὁ Ἀγαπητὸς ἐν κόλποις. Ταὐτὸν γάρ ἐστι τό τε Μονογενὲς καὶ τὸ Ἀγαπητὸν, ὡς τὸ, Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός. Οὐ γὰρ δὴ τὴν εἰς αὐτὸν (68) ἀγάπην σημᾶναι θέλων, εἶπε τὸ, Ἀγαπητὸς, ἵνα μὴ τοὺς ἄλλους μισεῖν δόξῃ· ἀλλὰ τὸ Μονογενὲς ἐδήλου, ἵνα τὸ μόνον ἐξ αὐτοῦ εἶναι αὐτὸν δείξῃ. Καὶ τῷ Ἀβραὰμ γοῦν (69) σημᾶναι θέλων ὁ Λόγος τὸ μονογενὲς, φησί· Προσένεγκε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητόν. Παντὶ δὲ δῆλον, ἐκ τῆς Σάρρας μόνον εἶναι τὸν Ἰσαάκ. Ἔστιν ἄρα ὁ Λόγος Υἱὸς, οὐκ ἄρτι γεγονὼς ἢ ὀνομασθεὶς Υἱὸς, ἀλλ' ἀεὶ Υἱός. Εἰ γὰρ μὴ Υἱὸς, οὐδὲ Λόγος· καὶ εἰ μὴ Λόγος, οὐδὲ Υἱός. Τὸ γὰρ ἐκ τοῦ Πατρὸς Υἱός ἐστι. Τί δέ ἐστιν ἐκ τοῦ Πατρὸς εἰ μὴ Λόγος (70), ὁ ἐκ καρδίας προελθὼν, καὶ ἐκ γαστρὸς γενηθείς; Οὐ γὰρ ὁ Πατὴρ Λόγος ἐστίν· οὐδὲ ὁ Λόγος Πατήρ ἐστιν· ἀλλ' ὁ μὲν Πατὴρ, ὁ δὲ Υἱός· καὶ ὁ μὲν γεννᾷ, ὁ δὲ γεννᾶται.

sunt [4]. Nec enim dixit, *facti sunt*, vel *fecit*. Quod autem vocabulum, *firmavit*, de futuro intelligendum sit, conjicere licet ex his verbis: *Dominus regnavit;* deinde, *Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur* [5]. Si item ea, quæ in psalmo quadragesimo quarto *pro Dilecto* [6] narrantur, ad futurum tempus pertinent; idem quoque erit dicendum de his quæ sequuntur, *Eructavit cor meum Verbum bonum* [7]. Similiter, si hæc verba, *Ex utero* [8], hominem denotant; ergo et quod ex corde eructari dicitur. Namque si uterus humanum quid est, cor etiam corporea res est. Sed si quod ex corde profunditur, æternum est, illud etiam quod ex utero nascitur, æternum esse intelligendum est. Similiter si Unigenitus est in sinu, Dilectus quoque in sinu est. Idem enim est Unigenitus et Dilectus, ut ex his liquet verbis, *Hic est Filius meus dilectus* [9]. Nec enim ut suam in eum charitatem significaret, Dilectum ipsum appellavit, ne alios odio habere videatur: sed Unigenitum indicabat esse, ut solum eum ex seipso esse doceret. Hinc Verbum ipsum, cum unigenitum Abrahæ filium vellet designare, ait: *Offer filium tuum dilectum* [10]. Nemini autem dubium est solum Isaac ex Sara genitum hic intelligi. Itaque Verbum est Filius, non recens factus vel nominatus Filius, sed semper Filius. Nam si Filius non est, nec Verbum esse potest. Et vicissim, si Verbum non est, nec Filius potest esse. Siquidem quod ex Patre est, Filius utique est. Quid porro est ex Patre, nisi Verbum, quod ex corde progressum est, et ex utero genitum? Nec enim Pater Verbum est, aut Verbum Pater est: sed ille, Pater; hic, Filius est: ille gignit, hic gignitur.

25. Μαίνεται μὲν οὖν Ἄρειος ἐξ οὐκ ὄντων εἶναι λέγων τὸν Υἱὸν, καὶ ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν. Μαίνεται δὲ καὶ Σαβέλλιος λέγων τὸν Πατέρα εἶναι Υἱὸν, καὶ ἔμπαλιν τὸν Υἱὸν εἶναι Πατέρα, ὑποστάσει μὲν ἕν, ὀνόματι δὲ δύο· μαίνεται δὲ καὶ (71) παραδείγματι χρώμενος τῇ τοῦ Πνεύματος χάριτι· φησὶ γὰρ (72), Ὥσπερ διαιρέσεις χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα· οὕτω καὶ ὁ Πατὴρ ὁ αὐτὸς μὲν ἔστι, πλατύνεται δὲ εἰς Υἱὸν καὶ Πνεῦμα. Ἔστι δὲ τοῦτο μετὸν ἀτοπίας. Εἰ γὰρ ὡς ἐπὶ τοῦ Πνεύματος, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ (73) ἐστιν· ἔσται ὁ Πατὴρ Λόγος καὶ Πνεῦμα ἅγιον, ᾧ μὲν γινόμενος (74) Πατὴρ, ᾧ δὲ Λόγος, ᾧ δὲ Πνεῦμα πρὸς τὴν χρείαν ἑκάστου ἁρμοζόμενος· καὶ ὀνόματι μὲν Υἱὸς καὶ Πνεῦμα, τῷ δὲ ὄντι Πατὴρ μόνον· ἀρχὴν μὲν ἔχων τὸ γίνεσθαι Υἱὸς, παυόμενος δὲ τοῦ λέγεσθαι Πατήρ· καὶ (75) ἐνανθρωπήσας μὲν ὀνόματι, τῇ δὲ ἀληθείᾳ μηδὲ ἐπιδημήσας·

25. Quocirca insanit profecto Arius, cum ait Verbum ex nihilo esse, fuisseque aliquando cum non esset. Insanit pariter Sabellius, cum Patrem Filium esse, et Filium Patrem esse docet, unum quidem hypostasi, sed nomine duos; cum, ut suum confirmet errorem, dementer et perperam exemplo gratiæ Spiritus utitur. Ait enim: Quemadmodum *divisiones sunt gratiarum, idem autem Spiritus* [11]: ita et Pater idem quidem est, sed in Filium et Spiritum dilatatur. Sane id perabsurdum est. Si enim eadem est ratio Dei et Spiritus: sequitur ut Pater, Verbum sit et Spiritus sanctus; ita ut sese ad cujusque necessitatem accommodans, modo sit Pater, modo Verbum, modo Spiritus: atque adeo nomine tenus Filius erit et Spiritus, re autem vera tantummodo Pater, qui, quatenus est Filius, principium habeat, ac Pater appellari desinat: **505** qui solo

[4] Psal. xxxii, 6. [5] Psal. xcii, 1. [6] Psal. xliv, 1. [7] ibid. 2. [8] Psal. cix, 3. [9] Matth. iii, 17. [10] Gen. xxii, 2. [11] I Cor. xii, 4.

(66) Regius, εἰ ἐν τῷ. Mox idem et Seguer. Basil. et Anglican. τὸ ἐπιφερόμενον τὸ, Ἐξηρεύξατο. Alii et editi, τὸ ἐπιφερόμενον, Ἐξηρεύξατο.

(67) Reg. Seguer. Gobler. Basil. et Anglic. καὶ ἡ καρδία. Cæteri et editi, καὶ καρδία. Ibid. Gobler. σωματική.

(68) Reg. Seguer. Basil. Anglic. et Gobler. τὴν εἰς αὐτόν. Alii et editi, τῷ εἰς αὐτόν.

(69) Reg. Seguer. Anglic. Gobler. et Basil. φησί, et mox, Σάρρας. Cæteri et editi, ἔφη, et Σάρας.

(70) Reg. Seguer. Basil. et Anglic. εἰ μὴ Λόγος. Cæteri et editi, εἰ μὴ ὁ Λόγος.

(71) Regius et Seguerianus addunt καί, quod in aliis et editis deest.

(72) Reg. Seguer. Basil. Anglic. Gobler. φησὶ γάρ, etc. Alii et editi, ἔφη γάρ.

(73) Regius et Seguer. ἐπὶ Θεοῦ.

(74) Anglicanus, γενόμενος.

(75) Sic Regius, Seguer. Basil. et Anglic. At alii et editi καί omittunt.

Digitized by Google

nomine homo factus sit, vere autem ne advenerit quidem : qui denique false dixerit, *Ego et Pater*, cum revera ipse sit Pater ; cæteraque absurda quæ Sabellii errorem subsequuntur. Necessario item evanescet Filii et Spiritus nomen, ejus expleto usu : ac proinde nihil nisi ludus erit quæ acta sunt, cum non vere sed nomine tenus exstiterint. Deleto autem, ex illorum sententia, Filii nomine, evanescet quoque baptismi gratia, quippe qui in Filium datus sit. Quid vero inde sequetur, nisi rerum creatarum interitus ? Nam si ut nos crearemur, Verbum prodiit, eoque prodeunte, exsistimus : certe ipso in Patrem, uti aiunt, redeunte, exsistere desinemus. Sic enim ille erit, ut antea erat : sic item nos nihil jam erimus, quemadmodum nihil prius eramus. Eo quippe non amplius prodeunte, nulla futura est res creata.

26. Verum hæc quidem absurdissima sunt. Quod autem Filius principium exsistendi nullum habuerit, sed semper et ante humanam naturam assumptam apud Patrem exstiterit, patet ex his verbis primæ Joannis Epistolæ : *Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ, et vita manifestata est, et vidimus, et testamur, et annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, et apparuit nobis* [12]. Hic cum dicat Joannes vitam non factam esse sed fuisse apud Patrem, idem in fine ejus Epistolæ Filium vitam ipsam esse his declarat verbis : *Et sumus in vero, in Filio ejus Jesu Christo. Hic est verus Deus et vita æterna* [13]. Itaque si Filius est vita, quæ sit apud Patrem, cum idem Joannes dicat, *Et Verbum erat apud Deum* [14]; sequitur ut Filius revera sit Verbum quod semper apud Patrem est. Ut autem Filius, Verbum est : ita Deus, ipse est Pater. Cæterum Filius secundum Joannem non solum Deus, sed Deus verus est. Nam ut idem Joannes ait, *Et Deus erat Verbum* [15] : Filius item dicit, *Ego sum vita* [15a]. Itaque Filius Verbum et vita est apud Patrem exsistens. Præterea quod apud eumdem Joannem legitur, *Unigenitus Filius qui est in sinu Patris* [16], argumento est Filium semper fuisse. Quem enim Joannes Filium appellat, eumdem David manum vocat his psalmi verbis : *Ut quid avertis manum tuam et dexteram tuam de medio sinu tuo* [17] ? Quamobrem, si manus sit in sinu, et

καὶ ψευδόμενος μὲν τῷ λέγειν (76), *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ*, τῷ δὲ ὄντι αὐτὸς ὢν ὁ Πατήρ· καὶ ὅσα ἀλλὰ ἐπὶ Σαβελλίου ἄτοπα ἀπαντᾷ (77). Ἀνάγκη δὲ καὶ παυθήσεσθαι τὸ ὄνομα τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, τῆς χρείας πληρωθείσης· καὶ ἔσται λοιπὸν ἄχρι παιδιᾶς τὰ γινόμενα, ὅτι μὴ ἀληθείᾳ ἀλλ' ὀνόματι ἐπεδείχθη. Παυομένου δὲ τοῦ ὀνόματος τοῦ Υἱοῦ κατ' αὐτοὺς, παύσεται καὶ τοῦ βαπτίσματος ἡ χάρις· εἰς γὰρ Υἱὸν ἐδόθη. Καὶ τί ἀκολουθήσει ἢ ἀφανισμὸς τῆς κτίσεως ; Εἰ γὰρ, ἵνα ἡμεῖς κτισθῶμεν προῆλθεν, ὁ Λόγος, καὶ προελθόντος αὐτοῦ ἐσμεν· δῆλον (78) ὅτι, ἀναχωροῦντος αὐτοῦ εἰς τὸν Πατέρα, ὥς φασιν, οὐκ ἔτι ἐσόμεθα. Οὕτω γὰρ ἔσται, ὥσπερ ἦν· οὕτως οὐκ ἔτ' ἐσόμεθα, ὥσπερ οὖν οὐκ ἦμεν (79). Οὐκ ἔτι γὰρ προελθόντος, οὐκ ἔτι ἡ κτίσις ἔσται.

26. Ἄτοπα μὲν οὖν ταῦτα. Ὅτι δὲ ὁ Υἱὸς οὐκ ἀρχὴν ἔχει τοῦ εἶναι, ἀλλ' ἀεὶ καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως παρὰ τῷ Πατρί ἐστι, δηλοῖ ὁ Ἰωάννης (80) ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ λέγων οὕτως· *Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ Λόγου τῆς ζωῆς· καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν.* Ἐνταῦθα λέγων, ὅτι ἡ ζωὴ οὐ γέγονεν, ἀλλ' ἦν πρὸς τὸν Πατέρα, ἐν τῷ τέλει τῆς Ἐπιστολῆς τὸν Υἱὸν εἶναί φησι (81) τὴν ζωήν· γράφει δ' οὖν· *Καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ Υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ. Οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος.* Εἰ δὲ ὁ Υἱός ἐστιν ἡ ζωὴ, καὶ αὕτη πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ εἰ ὁ Υἱὸς ἦν πρὸς τὸν Πατέρα, λέγει δὲ ὁ αὐτὸς, *Καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν*· ὁ Υἱὸς ἂν εἴη ὁ Λόγος ὁ ἀεὶ ὢν πρὸς τὸν Πατέρα. Ὥσπερ δὲ ὁ Υἱὸς Λόγος ἐστὶν, οὕτως ὁ Θεὸς, ὁ αὐτὸς ἂν εἴη ὁ Πατήρ. Ὁ μέντοι Υἱὸς κατὰ (82) τὸν Ἰωάννην Θεὸς οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἀληθινὸς Θεός ἐστι. Καὶ γὰρ κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦτον, *Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*· ἔλεγέ τε ὁ Υἱὸς, *Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή*. Οὐκοῦν ὁ Υἱὸς Λόγος ἐστὶ (83) καὶ ζωὴ ἡ οὖσα παρὰ τῷ Πατρί. Πάλιν δὲ τὸ ἐν αὐτῷ τῷ Ἰωάννῃ εἰρημένον, *Ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς*, δείκνυσι τὸν Υἱὸν ἀεὶ εἶναι. Ὃν γὰρ λέγει ὁ Ἰωάννης (84) Υἱὸν, τοῦτον χεῖρα ὁ Δαβὶδ ψάλλει λέγων· *Ἵνα τί ἀποστρέφεις*

[12] I Joan. I, 1, 2. [13] I Joan. v, 20. [14] Joan. I, 1. [15] ibid. [15a] Joan. XIV, 6. [16] Joan. I, 18. [17] Psal. LXXIII, 12.

(76) Reg. et Seguer. τῷ λέγειν. Cæteri et editi, τὸ λέγειν. Paulo post, Reg. et Seguer. ὢν ὁ Πατὴρ, καὶ ὅσα. In aliis et editis ὁ deest.

(77) Basiliensis, ἁπαντᾷ. Cæteri, ἅπαντα.

(78) Reg. Seguer. et Gobler. δηλονότι.

(79) Sic Regius, Seguer. Gobler. et Fele. 1. At Anglic. οὖν omittit. Cæteri et editi, οὐκ οὖν ἦμεν.

(80) Regius, Seguer. δηλοῖ ὁ Ἰωάννης. At ὁ abest ab aliis et editis. Mox Regius, Seguer. Basil. et Anglic. οὕτως ὃ ἦν. Alii et editi οὕτως omittunt.

(81) Sic Regius et Seguer. At alii et editi, ἔφη.

(82) Regius et Seguer. καὶ κατά. Cæteri et editi καὶ omittunt. Mox Anglic. οὐχ ἁπλῶς, ἀληθινός. Ibid. Reg. et Seguer. Θεός ἐστι. Καὶ γὰρ κατ' αὐτὸν τοῦτον. Basil. Θεός ἐστι. Καὶ γὰρ κατὰ τὸν τοῦτον. Anglic. Θεός ἐστι. Καὶ γὰρ κατὰ τὸν αὐτόν. Alii et editi, ἔστι κατὰ τὸν αὐτόν.

(83) Anglic. ἡ ζωή. Καὶ γὰρ κατ' αὐτὸν τοῦτον ὁ Υἱὸς Λόγος ἐστί, etc. Ibid. Reg. et Seguer. καὶ ζωὴ ἡ οὖσα. In aliis autem et editis ἡ deest. Item ibid. Reg. et Seguer. Πάλιν δὲ τὸ ἐν αὐτῷ τῷ Ἰωάννῃ εἰρημένον. Sic etiam Basil. et Anglic., sed omisso πάλιν. Alii et editi, καὶ ὁ αὐτὸς Ἰωάννης πάλιν.

(84) Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglic. Alii vero et editi, λέγει Ἰωάννης. Ibid. Reg. et Seguer. ψάλλει λέγων. Cæteri editique, λέγει.

Digitized by Google

τὴν χεῖρά σου καὶ τὴν δεξιάν σου ἐκ μέσου τοῦ κόλπου σου; Οὐκοῦν εἰ ἡ χεὶρ ἐν τῷ κόλπῳ, καὶ ὁ Υἱὸς ἐν κόλπῳ, ὁ Υἱὸς ἂν εἴη ἡ χεὶρ, καὶ ἡ χεὶρ ἂν εἴη ὁ Υἱὸς, δι' οὗ ἐποίησε τὰ πάντα ὁ Πατήρ. *Ἡ χείρ σου* γάρ, φησὶν, *ἐποίησε ταῦτα πάντα*, καὶ, *τῇ χειρὶ ἐξήγαγε* (85) *τὸν λαόν*· οὐκοῦν διὰ τοῦ Υἱοῦ. Εἰ δὲ καὶ *αὕτη ἡ* (86) *ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου*· καὶ πάλιν, *εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, ᾠδὴ ὑπὲρ τοῦ Ἀγαπητοῦ*· ὁ Ἀγαπητὸς ἄρα ἐστὶν ἡ χεὶρ ἀλλοιωθεῖσα, περὶ οὗ καὶ λέγει ἡ θεία φωνή· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός*. Ἴσον ἄρα ἐστὶν, *αὕτη ἡ χεὶρ μου*, τῷ *Οὗτος* (87) *ὁ Υἱός μου*.

A Filius similiter sit in sinu; ipse igitur Filius est manus, et manus vicissim est Filius, per quem Pater omnia fecit. Nam *manus tua*, inquit, *fecit hæc omnia*[18], et, *manu eduxit populum*[19], nempe per Filium. Rursus si *hæc mutatio dexteræ Excelsi*[20], et, *in finem pro iis qui commutabuntur, canticum pro Dilecto*[21]: vere ergo ipse Dilectus, manus est quæ mutata est, de quo divina quoque vox ait: *Hic est Filius meus dilectus*[22]. Idem igitur est, *manus mea*, et, *Hic est Filius meus*.

27. Ἐπειδὴ δέ τινες τῶν ἀπαιδεύτων, ἀναιροῦντες B τὸ εἶναι Υἱὸν, εὐτελίζουσι τὸ, *Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε*, ὡς ἂν ἐπὶ τῆς Μαρίας ἁρμόζοντος τούτου, φάσκοντες πρὸ τοῦ ἑωθινοῦ ἀστέρος γεγεννῆσθαι (88) αὐτὸν ἀπὸ Μαρίας· μὴ γὰρ ἂν ἐπὶ Θεοῦ ἁρμόζειν γαστέρα λέγειν· ὀλίγα εἰπεῖν ἀνάγκη. Εἰ μὲν οὖν, ὅτι ἡ γαστὴρ ἀνθρώπινόν ἐστι, διὰ τοῦτο ἀλλότριον Θεοῦ· δῆλον ὅτι (89) καὶ ἡ καρδία ἀνθρώπινον ἔχει τὸ σημαινόμενον. Ἀκολουθεῖ γὰρ τὸν καρδίαν ἔχοντα (90) ἔχειν καὶ γαστέρα. Ἀμφοτέρων δὴ ἀνθρωπίνων ὄντων, ἢ ἀναιρεῖν ἑκάτερον ἀνάγκη, ἢ ἀμφοτέρων τὴν διάνοιαν ζητεῖν χρή. Ὡς γὰρ ἐκ καρδίας Λόγος, οὕτως ἐκ γαστρὸς γέννημα. Καὶ ὥσπερ, καρδίας Θεοῦ λεγομένης, οὐκ ἀνθρωπίνην νοοῦμεν αὐτήν· οὕτως ἐὰν, *ἐκ γαστρὸς* ἡ Γραφὴ λέγῃ (91), οὐ σωματικὴν δεῖ ταύτην ἐκδέχεσθαι. Ἔθος C γὰρ τῇ θείᾳ Γραφῇ ἀνθρωπίνως τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον λαλεῖν καὶ σημαίνειν. Ἀμέλει περὶ τῆς κτίσεως διηγούμενός φησιν· *Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με*· καὶ, *Ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα*· καὶ, *Αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν*. Ἁρμοζόντως ἄρα περὶ ἑκάστου σημαίνει, τοῦ μὲν Υἱοῦ τὸ ἴδιον καὶ τὸ γνήσιον, τῆς δὲ κτίσεως τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι. Τὰ μὲν γὰρ ποιεῖ καὶ κτίζει, τὸν δὲ γεννᾷ ἐξ ἑαυτοῦ Λόγον, σοφίαν. Γαστὴρ γὰρ καὶ καρδία τὸ ἴδιον καὶ γνήσιον δηλοῦσι. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς τὸ μὲν γνήσιον ἐκ γαστρὸς ἔχομεν, τὰ δὲ ἔργα διὰ χειρὸς ποιοῦμεν.

27. Porro quia nonnulli imperiti Filium esse negantes, parvipendunt ista verba, *Ex utero ante luciferum genui te*, quæ nimirum de Maria volunt **506** intelligi, aiuntque eum ex Maria ante matutinum sidus esse genitum, nec Deo attribui posse uterum; pauca de his dicere visum est necessarium. Itaque si, eo quod uterus humanum quiddam est, Dei alienum esse volunt: haud dubie cor item aliquid humanum significat. Qui enim cor habet, uterum quoque sive ventrem habeat necesse est. Quæ duo utique hominum membra sunt: ac proinde vel utrumque est tollendum, vel quinam sit utriusque sensus investigandum est. Ut enim ex corde prodit Verbum, ita ex utero fetus oritur. Quapropter quemadmodum cum cor Deo attribuitur, nihil humanum cogitamus; ita si Scriptura hac dictione, *ex utero*, utitur, nihil hic corporeum intelligendum est. Nempe mos est divinæ Scripturæ ea, quæ supra hominem sunt, humano more efferre et significare. Hinc de creatione sic loquitur: *Manus tuæ fecerunt me et formaverunt me*[23]; et, *Manus mea fecit hæc omnia*[24]; et, *Ipse mandavit, et creata sunt*[25]. Scilicet aptissime singula denotat, cum et id quod Filii proprium et germanum est exprimit, et res creatas indicat esse incœpisse. Nam has quidem facit et creat; Filium autem ex seipso Verbum et sapientiam gignit. Uterus enim et cor proprium et verum fetum significant. Siquidem nos verum fetum producimus ex utero: opera autem manu efficimus.

28. Τί οὖν, φασὶ, καὶ τὸ, *πρὸ* (92) *τοῦ ἑωσφόρου*; D Ἐγὼ δ' ἂν εἴποιμι, εἰ τὸ πρὸ τοῦ ἑωσφόρου τούτου θαυμαστὴν δείκνυσι τὴν ἐκ Μαρίας γέννησιν, πολλοὶ καὶ ἄλλοι πρὸ τῆς (93) τοῦ ἀστέρος ἀνατολῆς ἐγεννήθησαν. Τί οὖν θαυμαστὸν ἐπὶ τούτου εἴρηται, ὅτι ὡς ἐξαιρέτου τινὸς αὐτοῦ μνημονεύει, κοινοῦ ὄντος καὶ ἐπὶ πολλῶν; Ἔπειτα διαφέρει τὸ γεννῆσαι τοῦ ἐξαγαγεῖν. Τὸ μὲν γὰρ γεννῆσαι ἀρχὴν ἔχει καταβολῆς· τὸ δὲ ἐξαγαγεῖν οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ τὸ ὑπάρχον προαγαγεῖν. Εἰ τοίνυν ἐπὶ τοῦ σώματος

28. Quid velint igitur, inquiunt, hujusmodi verba, *ante luciferum*? Quibus ego quidem respondeverim, si hisce verbis, *ante luciferum*, ejus mirabilem ex Maria ortum significari putent, complures alios ante sideris ortum fuisse genitos. Quid igitur hic admiratione dignum occurrit, ubi tamen veluti singularis et insignis alicujus rei fit mentio, cum id plurimis sit commune? Deinde, aliud est gignere, aliud educere. Nam gignere incipere est aliquid procreare: educere autem nihil aliud est quam

[18] Isa. LXVI, 2. [19] Deut. VII, 8. [20] Psal. LXXVI, 11. [21] Psal. XLIV, 1. [22] Matth. III, 17. [23] Psal. CXVIII, 73. [24] Isa. LXVI, 2. [25] Psal. CXLVIII, 5.

(85) Sic Regius et Seguer. At alii et editi, ἐξήγαγες.

(86) Ἡ abest ab Anglican.

(87) Regius, τὸ, Οὗτος.

(88) Basil. et Anglic. γεννῆσθαι, mendose. Alii et editio Commel. γεγεννῆσθαι.

(89) Reg. Seguer. et Gobler. δηλονότι.

(90) Reg. et Seguer. τὸν καρδίαν ἔχοντα. Alii et editi. τὴν καρδίαν ἔχοντα.

(91) Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglic. Cæteri autem et editi, λέγει.

(92) Πρό abest a Reg. Seguer. Basil. et Anglic.

(93) Sic Reg. et Seguer. At alii et editi, περὶ τῆς. Mox Reg. et Seguer. Τί οὖν τὸ θαυμαστόν.

Digitized by Google

quod jam exsistit producere. Quocirca si hæc dictio ad corpus refertur, sciendum est eum non tunc gigni incœpisse, cum nocte pastoribus annuntiatus est, sed cum angelus ad Virginem est locutus. Tunc autem temporis nox non erat, cum id non dictum sit : at nox erat, cum ex utero prodiit. Id discriminis ipsa observat Scriptura, quæ primum quidem significat, cum eum ante luciferum genitum dicit ; alterum vero indicat, cum exitum ex utero nominat, uti psalmo vicesimo primo habetur : *Tu es qui extraxisti me ex utero* [26]. Præterea observandum est dictum non esse, ante ortum luciferi, sed tantum, *ante luciferum*. Unde si de corpore locus hic intelligendus est, necesse est corpus ante Adamum fuisse, cum ante Adamum sidera exstiterint : vel certe quidnam hæc significet dictio indagandum nobis est. Id sane possumus a Joanne discere, ita in Apocalypsi loquente : *Ego sum alpha et omega, et primus ac novissimus, et principium ac finis. Beati qui dilatant vestes suas, ut sit potestas eorum in ligno vitæ, et per portas intrent in civitatem. Foris canes, et venefici, scortatores et homicidæ, et idololatræ, et omnis qui facit et amat mendacium. Ego Jesus misi angelum meum, ut hæc vobis in Ecclesiis testificaretur. Ego sum radix et genus David, stella splendida et matutina. Et Spiritus et sponsa dicunt, Veni. Et qui audit, dicat,* **507** *Veni ; et qui sitit, veniat : qui vult, accipiat aquam vitæ gratis* [27]. Itaque si genus David est stella illa splendida et matutina, liquet profecto Salvatorem ipsum, quatenus caro est, luciferum appellari, ante quem scilicet exstiterit, quatenus ex Deo est genitus ; ut is psalmi sit sensus : Ex meipso te genui antequam in carne appareres. Siquidem hæc verba, *ante luciferum* idem valent ac ista, ante Verbi incarnationem.

A ἁρμόζει ἡ φωνὴ, ἰστέον, ὅτι οὐ τότε ἀρχὴν γενέσεως εἴληφεν, ὅτε τοῖς ποιμέσιν εὐηγγελίσθη νυκτὸς, ἀλλ' ὅτε ὁ ἄγγελος ἐλάλησε πρὸς τὴν Παρθένον. Οὐκ ἦν δὲ τότε νύξ· οὐ γὰρ εἴρηται· νὺξ δὲ ἦν, ὅτε (94) ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς γαστρός. Ταύτην τὴν διαφορὰν τίθησιν ἡ Γραφὴ, καὶ τὸ μὲν γεγεννῆσθαι (95) πρὸ ἑωσφόρου φησί· τὸ δὲ ἐκ γαστρὸς πρόοδον ὀνομάζει, ὡς ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ· *Σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός.* Ἄλλως τε οὐκ εἶπε, πρὸ ἀνατολῆς ἑωσφόρου, ἀλλ' ἁπλῶς *πρὸ ἑωσφόρου* (96). Εἰ τοίνυν ἐπὶ τοῦ σώματος ληπτέον τὸ ῥητὸν, ἀνάγκη ἢ πρὸ τοῦ Ἀδὰμ εἶναι τὸ σῶμα· πρὸ τοῦ Ἀδὰμ γὰρ τὰ ἄστρα (97)· ἢ ζητεῖν τὸν νοῦν τοῦ γράμματος, ὃ παρὰ Ἰωάννου ἐκλαβεῖν δυνατόν· ἐν γὰρ τῇ Ἀποκαλύψει φησίν· *Ἐγὼ τὸ Α, καὶ τὸ Ω, καὶ ὁ πρῶτος καὶ* B *ὁ ἔσχατος, καὶ ἡ ἀρχὴ* (98) *καὶ τὸ τέλος. Μακάριοι οἱ πλατύνοντες τὰς στολὰς αὐτῶν, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τοῦ ξύλου* (99) *τῆς ζωῆς, καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰσέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν. Ἔξω οἱ κύνες, καὶ οἱ φαρμακοὶ, καὶ οἱ πόρνοι, καὶ οἱ φονεῖς, καὶ οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ πᾶς ποιῶν καὶ φιλῶν ψεῦδος. Ἐγὼ Ἰησοῦς ἔπεμψα τὸν ἄγγελόν μου, μαρτυρῆσαι ὑμῖν ταῦτα ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις. Ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος Δαβὶδ, ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς, ὁ πρωϊνός. Καὶ τὸ Πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη λέγουσι, Ἔρχου· καὶ ὁ ἀκούων εἰπάτω, Ἔρχου· καὶ ὁ διψῶν ἐρχέσθω· ὁ θέλων λαβέτω ὕδωρ ζωῆς δωρεάν.* Εἰ τοίνυν τὸ γένος Δαβὶδ ἐστιν ὁ ἀστὴρ, ὁ λαμπρὸς, ὁ πρωϊνὸς, δῆλόν ἐστι C τὸ κατὰ σάρκα τοῦ Σωτῆρος ἐωαφόρον εἰρῆσθαι, οὗ προῦπῆρχε τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ γέννημα· ὡς εἶναι τοιοῦτον τὸ ἐν τῷ ψαλμῷ· Ἐξ ἐμαυτοῦ σε γεγέννηκα πρὸ τῆς κατὰ σάρκα ἐπιφανείας. Τὸ γὰρ, *πρὸ ἑωσφόρου* ἴσον ἐστὶ τῷ, πρὸ τῆς σαρκώσεως τοῦ Λόγου.

29. Aperte igitur Vetus quoque Testamentum Filii meminit. Verum de his contendere supervacaneum omnino est. Namque si ea, quæ in Veteri Testamento non habentur, recentiora velint esse, respondeant illi adeo pertinaces homines, quonam in loco Veteris Testamenti facta fuerit mentio de Paracleto Spiritu ? Meminit quidem Spiritus sancti : at nusquam Paracleti. Num ergo alius est Spiritus sanctus, et alius Paracletus, isque junior, quando- D

29. Ἔστιν ἄρα καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ φανερῶς περὶ Υἱοῦ κείμενα (1), εἰ καὶ περιττόν ἐστι περὶ τούτων ἀμφισβητεῖν. Εἰ γὰρ τὰ μὴ κείμενα ἐν τῇ Παλαιᾷ νεώτερά ἐστι, λεγέτωσαν οἱ οὕτω φιλονεικοῦντες, ποῦ τῆς Παλαιᾶς περὶ τοῦ Παρακλήτου Πνεύματος (2) εἴρηται ; Περὶ Πνεύματος μὲν γὰρ ἁγίου ἐλέχθη, περὶ Παρακλήτου δὲ οὐδαμῶς. Ἆρ' οὖν (3) ἕτερόν ἐστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἕτερος ὁ Παράκλητος, καὶ νεώτερος ὁ Παράκλητος (4), ἐπεὶ μὴ ἐν τῇ Παλαιᾷ

[26] Psal. xxi, 10. [27] Apoc. xxii, 13-18.

(94) Anglicanus, ὅταν.

(95) Reg. Seguer. et Gobler. γεγεννῆσθαι. Cæteri et editi, γεγενῆσθαι.

(96) Sic Reg. et Seguer. In aliis autem et editis deest πρό. Paulo post, Basil. et Anglic. ἀνάγκη ἦ. πρὸ τοῦ, etc. Cæteri et editi, ἀνάγκη ἦν πρὸ τοῦ.

(97) Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglic. At alii et editi, οἱ ἀστέρες.

(98) Regius et Seguer. hic et ante ἡ ἀρχή, addunt *καί*, quod alii et editi omittunt. Mox mss. omnes cum editione Commel. οἱ πλατύνοντες τὰς στολὰς αὐτῶν. Editio Paris. et Colon. οἱ πλύνοντες τὰς στολὰς αὐτῶν, *qui lavant stolas suas.* Sic etiam habet ms. codex Alexandrinus Novi Testamenti, qui et addit, ut Vulgata, ἐν τῷ αἵματι τοῦ Ἀρνίου, *in sanguine Agni.* Alii vero Græci codices Novi Testamenti mss. et editi habent, οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, *qui faciunt præcepta ejus.* Ibidem Regius et Seguer. ἵνα ἔσται. Alii, ἵν' ἔσται.

(99) Sic mss. cum editione Commel. At editio Paris. et Colon. ἐπὶ τὸ ξύλον.

(1) Sic Regius et Seguer. At alii et editi, Ἔστι δὲ ἄρα καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ φανερῶς καὶ περὶ Υἱοῦ.

(2) Sic Regius et Seguer. Cæteri vero et editi, τοῦ Πνεύματος. Mox Regius et Seguer. μὲν γὰρ ἁγίου. In aliis et editis deest γάρ.

(3) Regius, Seguer. Basil. et Gobler. Ἆρ' οὖν. Alii et editio Commel. Ἄρα οὖν.

(4) Regius, Seguer. Basil. et Anglic. addunt ὁ Παράκλητος, et mox, Ἀλλὰ μὴ γένοιτο ἢ νεώτερον

Digitized by Google

κεῖται; Ἀλλὰ μὴ γένοιτο ἢ νεώτερον εἰπεῖν τὸ Πνεῦμα, ἢ διελεῖν καὶ ἕτερον εἰπεῖν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ἕτερον τὸν Παράκλητον. Ἓν γὰρ καὶ ταὐτόν ἐστι τὸ Πνεῦμα, καὶ τότε καὶ νῦν ἁγιάζον καὶ παρακαλοῦν τοὺς δεκτικοὺς αὐτοῦ· ὡς εἷς καὶ αὐτὸς Λόγος Υἱὸς εἰς υἱοθεσίαν ἄγων καὶ τότε τοὺς ἀξίους. Ἦσαν γὰρ καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ υἱοί, οὐ δι' ἄλλου ἀλλ' ἢ διὰ τοῦ Υἱοῦ τεκνοποιούμενοι. Εἰ γὰρ μὴ ἦν καὶ πρὸ τῆς Μαρίας Υἱὸς ὁ τοῦ Θεοῦ, πῶς πρὸ πάντων ἐστὶν, ὄντων πρὸ αὐτοῦ υἱῶν; Πῶς δὲ καὶ πρωτότοκος, δεύτερος μετὰ πολλοὺς εὑρισκόμενος; Ἀλλ' οὔτε δεύτερος ὁ Παράκλητος· πρὸ πάντων γὰρ ἦν· οὔτε νεώτερος ὁ Υἱός: *Ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ Λόγος* · καὶ ὡς ταυτὸν τὸ Πνεῦμα καὶ Παράκλητος, οὕτω ταυτὸν ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος· καὶ ὥς φησιν ὁ Σωτὴρ περὶ τοῦ Πνεύματος (5)· *Ὁ δὲ Παράκλητος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ Πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου*, ταυτὸν λέγων καὶ οὐ διαιρῶν· οὕτως ὁ Ἰωάννης τὸ ὅμοιον διηγούμενος λέγει, *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρός*. Καὶ ἐνταῦθα (6) γὰρ οὐ διεῖλεν, ἀλλὰ τὴν ταυτότητα ἀπήγγειλε. Καὶ οὐχ ὡς ἄλλος (7) Παράκλητος, καὶ ἄλλο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἓν καὶ ταυτόν· οὕτως οὐκ ἄλλος Λόγος, καὶ ἄλλος Υἱὸς, ἀλλ' ὁ Λόγος Μονογενής ἐστι. Δόξαν γὰρ οὐκ αὐτῆς εἶπε τῆς σαρκὸς, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Λόγου (8). Ὁ τοίνυν τολμῶν διαιρεῖν Λόγον καὶ Υἱὸν διαιρείτω καὶ Πνεῦμα καὶ Παράκλητον. Εἰ δὲ ἀδιαίρετον τὸ Πνεῦμα, ἀδιαίρετος καὶ ὁ Λόγος, ὁ αὐτὸς ὢν Υἱὸς, καὶ σοφία, καὶ δύναμις. Τὸ δὲ ἀγαπητὸν καὶ Ἕλληνες ἴσασιν οἱ δεινοὶ περὶ τὰς λέξεις, ὅτι ἴσον ἐστὶ τῷ εἰπεῖν Μονογενής. Φησὶ γὰρ Ὅμηρος ἐπὶ Τηλεμάχου, τοῦ υἱοῦ (9) Ὀδυσσέως μονογενοῦς ὄντος, ταῦτα ἐν τῇ δευτέρᾳ τῆς *Ὀδυσσείας*

A quidem nihil de illo exstet in Veteri Testamento? Verum absit ut vel Spiritus junior dicatur, vel dividatur, ita ut alius sit Spiritus sanctus, et alius Paracletus. Unus enim idemque est Spiritus, qui ut tunc sic et nunc eos, qui ipsum recipiunt, sanctificat et consolatur; quemadmodum unus et idem Verbum Filius etiam tunc eos qui digni erant, ad filiorum provehebat conditionem. Nam erant quoque filii in Veteri Testamento, qui quidem non per alium quam per Filium dignitatem hujusmodi consequebantur. Si enim Dei Filius ante Mariam non exstitit, quomodo, quæso, ante omnes est, cum ante eum sint filii? Quomodo item primogenitus est, cum multis posterior reperiatur? Verum neque Paracletus posterior est, quippe qui ante omnes B sit: neque junior est Filius; nam *In principio erat Verbum* [28]: atque ut Spiritus et Paracletus idem est, ita idem est Filius et Verbum. Præterea ut Salvator de Spiritu hæc ait, *Paracletus Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo* [29], quibus quidem verbis eumdem illum esse declarat, nec ipsum dividit: sic Joannes pariter dicit, *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre* [30]. Nec enim Joannes hic ipsum divisit, sed eumdem esse est testatus. Atque ut non alius est Paracletus, et alius Spiritus sanctus, sed unus idemque: sic nec aliud est Verbum et alius Filius, sed Verbum est Unigenitus. Nec enim carnis sed Verbi *gloriam* dixit. Quapropter qui Verbum et Filium audet C separare, Spiritum quoque et Paracletum separet. Sin autem individuus est Spiritus, individuum pariter Verbum esse fatendum est, qui idem Filius est et sapientia et virtus. Cæterum norunt ipsi gentiles litterarum periti dilectum idem esse ac unigenitum. Nam Homerus de Telemacho Ulyssis filio unigenito ita secunda *Odyssea* loquitur:

Τίπτε δέ τοι, φίλε τέκνον (10), *ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο νόημα*
Ἔπλετο; πῇ δὲ θέλεις ἰέναι πολλὴν ἐπὶ γαῖαν,
Μοῦνος ἐὼν ἀγαπητός; Ὁ δ' ὤλετο τηλόθι πάτρης
Διογενὴς Ὀδυσεύς (11), *ἀλλογνώτων ἐνὶ δήμῳ.*

Quid tu, care, tuo volvis sub pectore, fili?
Quid multas terræ partes peragrare peroptas,
Qui solus dilectus es? at divinus Ulysses
Ignotas inter gentes, patriisque remotus
Sedibus, interiit.

Ὁ ἄρα μόνος ὢν τῷ πατρὶ ἀγαπητὸς λέγεται.

Igitur qui solus est patri, is dilectus appellatur.

30. Τινὲς τῶν ἀπὸ τοῦ Σαμοσατέως, διαιροῦντες τὸν Λόγον ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ, φάσκουσι τὸν μὲν Υἱὸν εἶναι τὸν Χριστὸν, τὸν δὲ Λόγον ἄλλον εἶναι· καὶ τούτου πρόφασιν λαμβάνουσιν ἀπὸ τῶν Πράξεων, ὃ κα-

508 30. Quidam ex Samosatensis sectatoribus Verbum a Filio separant, aiuntque Filium esse D Christum, aliud autem esse Verbum. His autem errandi occasio fuere illa Actuum verba, quæ qui-

[28] Joan. I, 1. [29] Joan. XIV, 26. [30] Joan. I, 14.

εἰπεῖν τὸ Πνεῦμα, quæ absunt ab aliis et editis. Ibidem Regius, Seguer. Basil. et Anglic. εἰπεῖν τὸ ἅγιον, etc. Cæteri et editi, εἰπεῖν δεῖ τὸ ἅγιον, etc.

(5) Sic Regius, Seguer. Basil. et Anglic. At alii et editi ὁ omittunt. Ibidem Regius, Seguer. Basil. et Anglic. καὶ Λόγος· καὶ ὥς φησιν ὁ Σωτὴρ περὶ τοῦ Πνεύματος. Gobler. habet item φησίν. Cæteri et editi, καὶ Λόγος· ὡς ἔφη ὁ Σωτήρ· Ὁ δέ, etc. Item ibidem, Reg. Seguer. Basil. et Anglic. τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ut et habet Scriptura. Alii vero cum editis, τὸ Πνεῦμα ἀληθείας.

(6) Regius, Seguer. Basil. et Anglic. Καὶ ἐνταῦθα. In aliis et editis καί deest.

(7) Sic mss. et editio Commel. At editio Paris. et Colon., ἄλλο.

(8) Sic Regius, Seguer. Basil. et Anglic. At alii et editi, ἀλλὰ τοῦ Λόγου.

(9) Regius et Seguer., τῷ εἰπεῖν, et, Φησὶ γὰρ Ὅμηρος ἐπὶ Τηλεμάχου τοῦ υἱοῦ. Cæteri et editi, τὸ εἰπεῖν, et, Φησὶ γοῦν ὁ Ὅμηρος ἐπὶ Τηλεμάχου υἱοῦ. Mox Regius, ταῦτα ἐν τῇ. Seguer., ταῦτα μὲν τῇ. Alii editique, ταῦτα μὲν ἐν τῇ.

(10) Regius et Gobler., φίλον τέκνον. Seguer., φίλον τέκος.

(11) Basil., Anglic. et Gobler. Ὀδυσσεύς. Ibid in Homeri editis legitur ἀλλογνώτω.

Digitized by Google

dem recte protulit Petrus, sed perverse ipsi interpretantur; sunt autem hujusmodi : *Verbum misit Deus filiis Israel, annuntians pacem per Jesum Christum. Hic est omnium Dominus* [31]. Nempe aiunt Verbum ita per Christum locutum esse, ac per prophetas aientes, *Hæc dicit Dominus* : alium enim fuisse prophetam, et alium Dominum. Verum ad id possumus reponere hæc verba primæ Epistolæ ad Corinthios : *Exspectantes revelationem Domini nostri Jesu Christi, qui et confirmabit vos usque in finem sine crimine, in die Domini nostri Jesu Christi* [32]. Ut enim non alius Christus alterius Christi diem confirmat, sed ipse in sui ipsius die exspectantes confirmat : ita Pater misit Verbum carnem factum, ut homo factus per seipsum prædicaret. Hinc recte subdit, *Hic est omnium Dominus* : atqui omnium Dominus Verbum est.

31. *Et dixit Moyses ad Aaron : Accede ad altare, et fac sacrificium pro peccato tuo, et offer holocaustum tuum, et deprecare pro te et pro domo tua, et fac dona populi, et deprecare pro illis, sicut præcepit Dominus Moysi* [33]. Ecce hic quamvis unus sit Moyses, tamen ipse Moyses velut de alio Moyse dicit, *Sicut præcepit Dominus Moysi*. Sic ergo etiamsi beatus Petrus divinum Verbum filiis Israel per Jesum Christum missum esse dicat, non idcirco existimandum est aliud esse Verbum et alium esse Christum, sed unum eumdemque esse, propter suam nempe cum humana natura, quam divina plane benignitate et clementia assumpsit conjunctionem : qui si etiam dupliciter intelligatur, non ita tamen ut Verbum separatum concipiatur, sicuti docet divinus Joannes cum ait, *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* [34]. Itaque quandoquidem id, quod præclare ac recte a beato Petro dictum est, male ac perverse intelligunt Samosatensis discipuli, patet illos in veritate non stare [35]. Namque Christus in Scriptura sacra utrumque esse significatur, ut cum dicitur, *Christus Dei virtus et Dei sapientia* [36]. Quocirca cum Petrus ait Verbum per Jesum Christum missum esse ad filios Israel, hoc indicare intelligatur, nempe Verbum carnem factum filiis Israel apparuisse, ut Joanni consonet dicenti, *Et Verbum caro factum est* [37]. Si vero dictum illud aliter exponant, Verbumque divinum esse, uti

λῶς μὲν ὁ Πέτρος εἶπεν, αὐτοὶ δὲ κακῶς ἐκδέχονται. Ἔστι δὲ τοῦτο· *Τὸν Λόγον ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὗτός ἐστι πάντων Κύριος.* Φασὶ γάρ, ὡς τοῦ Λόγου διὰ Χριστοῦ λαλήσαντος, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν προφητῶν, *Τάδε λέγει Κύριος* · ἄλλος μὲν ἦν ὁ προφήτης, ἄλλος δὲ ὁ Κύριος. Ἀλλὰ πρὸς τοῦτο ὅμοιόν ἐστιν ἀντιτιθέναι (12) τὸ ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς Κορινθίους· Ἀπεκδεχομένους (13) *τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ὡς γὰρ οὐκ ἄλλος Χριστὸς ἑτέρου Χριστοῦ τὴν ἡμέραν βεβαιοῖ, ἀλλ' αὐτὸς (14) ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἡμέρᾳ βεβαιοῖ τοὺς ἀπεκδεχομένους· οὕτω τὸν Λόγον ἀπέστειλεν ὁ Πατὴρ σάρκα γενόμενον, ἵνα δι' ἑαυτοῦ ἄνθρωπος γενόμενος κηρύξῃ. Εὐθέως γοῦν (15) ἐπάγει, *Οὗτός ἐστι πάντων Κύριος* · Κύριος δὲ πάντων ὁ Λόγος ἐστί.

31. Καὶ εἶπε Μωσῆς πρὸς Ἀαρών· *Πρόσελθε πρὸς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ποίησον τὸ περὶ τῆς ἁμαρτίας σου, καὶ τὸ ὁλοκαύτωμά σου, καὶ ἐξίλασαι* (16) *περὶ σεαυτοῦ καὶ τοῦ οἴκου σου, καὶ ποίησον τὰ δῶρα τοῦ λαοῦ, καὶ ἐξίλασαι* (17) *περὶ αὐτῶν, καθάπερ ἐνετείλατο Κύριος τῷ Μωσεῖ.* Ἰδοὺ τοίνυν ἐνταῦθα, καίπερ ἑνὸς ὄντος τοῦ Μωσέως, ὡς περὶ ἑτέρου Μωσέως αὐτὸς Μωσῆς λέγων ἐστί, *Καθάπερ ἐνετείλατο Κύριος τῷ Μωσεῖ.* Οὕτω τοίνυν καὶ περὶ τοῦ θείου Λόγου, ἐὰν λέγῃ ὁ μακάριος (18) Πέτρος, ἀποσταλέντος τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὐ χρὴ ἕτερον μὲν τὸν Λόγον, ἕτερον δὲ Χριστὸν νοεῖν, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν διὰ τὴν ἕνωσιν τὴν πρὸς τὴν θείαν αὐτοῦ καὶ φιλάνθρωπον συγκατάβασίν τε καὶ ἐνανθρώπησιν. Εἰ δὲ καὶ νοοῖτο διχῶς, ἀλλ' οὐχ ὡς τοῦ Λόγου κεχωρισμένου, κατὰ τὸν θεσπέσιον Ἰωάννην, *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, εἰρηκότα, *καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν.* Τὸ ἄρα καλῶς καὶ ὀρθῶς εἰρημένον πρὸς τοῦ μακαρίου Πέτρου, κακῶς καὶ στρεβλῶς νοοῦντες οἱ τοῦ Σαμοσατέως, ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἵστανται. Χριστὸς γὰρ τὸ συναμφότερον νοεῖται παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ (19), ὡς ὅταν λέγῃ, *Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία.* Εἰ τοίνυν λέγει ὁ Πέτρος (20) τὸν Λόγον διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπεστάλθαι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, τοῦτο σημαίνων νοείσθω, τὸν Λόγον σαρκωθέντα τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ πεφανερῶσθαι, ἵν' ᾖ συνᾴδων τῷ, *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο.* Εἰ δὲ ἑτέρως

[31] Act. x, 36. [32] I Cor. I, 7, 8. [33] Levit. IX, 7. [34] Joan. I, 14. [35] Joan. VIII, 44. [36] I Cor. I, 24. [37] Joan. I, 14.

(12) Sic mss. At editi, ἀντιθέναι, mendose.

(13) Ita Regius, Seguer. et Scriptura. Alii autem et editi, ἀπεκδεχόμενοι.

(14) Regius, Seguer. Basil. et Anglic. αὐτός. Cæteri et editi, αὐτούς. Ibidem Regius et Seguer. ἐν τῇ ἑαυτοῦ. Alii cum editis, ἐν τῇ αὐτοῦ.

(15) Sic Regius codex, Seguer. Basil. et Anglic. At alii et editi, οὖν.

(16) Hic ad marginem Regii, Seguer. Gobler. et Felck. 1, hæc leguntur, ἀπόδειξις ἀπὸ τοῦ Λευϊτικοῦ περὶ τῆς ἐφ' ἑνὶ πράγματι διαφόρου ὀνομασίας. Id est, *Probatur ex Levitico rem eamdem diverse appellari* : quæ verba in Basil. et Anglic. ante καὶ εἶπε, in ipso contextu habentur.

(17) Regius codex et Seguer. hic et mox, ἐξίλασαι, ut exstat Levit. IX, 7.

(18) Gobler. et Felck. 1 omittunt ὁ μακάριος.

(19) Regius et Seguerianus addunt παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ, quod abest ab aliis et editis.

(20) Regius et Seguerianus, ὁ Πέτρος. In aliis et editis ὁ deest.

Digitized by Google

ἐκεῖνο νοοῦσι, καὶ τὸν Λόγον μὲν, καθὼς καὶ ἔστι, θεῖον ὁμολογοῦντες, τὸν πρὸς αὐτοῦ ληφθέντα, ᾧ καὶ ἡνῶσθαι πιστεύεται, ἄνθρωπον ἀπ' αὐτοῦ χωρίζουσι, λέγοντες, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ αὐτὸν (21) ἀπεστάλθαι, ἑαυτοῖς ἐναντία φθεγγόμενοι οὐ νοοῦσιν. Οἱ γὰρ (22) ἐνταῦθα χωρίζοντες τῆς θείας σαρκώσεως θεῖον νοοῦσι, σμικρύνουσιν ἄρα ἀκούοντες αὐτὸν σάρκα γεγενῆσθαι, καὶ τὰ Ἑλλήνων φρονοῦσιν, ὥσπερ οὖν καὶ φρονοῦσι, τροπὴν τοῦ Λόγου τὴν σάρκωσιν τὴν θείαν ὑπολαμβάνοντες.

32. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, μὴ γένοιτο! Ὃν τρόπον γὰρ ἐνταῦθα τὴν ἀνέκφραστον ἕνωσιν ὁ Ἰωάννης (23) κηρύσσει, καταποθέντος τοῦ θνητοῦ ὑπὸ τῆς ζωῆς, καὶ αὐτοζωῆς ὄντος, καθὰ πρὸς τὴν Μάρθαν ὁ Κύριος ἔφη, *Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή* (24)· οὕτω καὶ ὅταν λέγῃ ὁ μακάριος Πέτρος τὸ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπεστάλθαι τὸν Λόγον, τὴν θείαν ἕνωσιν σημαίνει. Ὡς γὰρ ἀκούων τις τὸ, *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, οὐκ ἂν νομίσοι (25) μηκέτι οὖν εἶναι Λόγον, ὅπερ ἄτοπον, ὡς προείρηται· οὕτω καὶ Λόγον ἀκούων τὸν συναφθέντα τῇ σαρκὶ, τὸ θεῖον ἓν καὶ ἁπλοῦν νοείτω (26) μυστήριον. Σαφέστερον δὲ καὶ ἀναμφισβήτητον παντὸς λογισμοῦ τὸ πρὸς αὐτὴν τὴν Θεοτόκον (27) πρὸς τοῦ ἀρχαγγέλου ῥηθὲν τὴν ἑνότητα τοῦ θείου Λόγου καὶ ἀνθρώπου δείξειε. Φησὶ (28) γάρ· *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον* (29) *ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ*. Ἀφρόνως οὖν οἱ τοῦ Σαμοσατέως τὸν Λόγον χωρίζουσι, σαφῶς ἀποδειχθέντα ἡνῶσθαι τῷ ἐκ Μαρίας ἀνθρώπῳ. Οὐκ ἄρα ἀπεστάλη δι' αὐτοῦ· ἀπέστελλε (30) δὲ ἐν αὐτῷ, λέγων· *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη*.

33. Ἔθος δὲ τοῦτο τῇ Γραφῇ ἀπεριέργως καὶ ἁπλῶς τὰς λέξεις ἐκφράζειν. Οὕτω γὰρ καὶ ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς τις εὑρήσει· *Εἶπε* γὰρ, φησὶ, *Μωσῆς τῷ Ῥαγουὴλ τῷ Μαδιανίτῃ, γαμβρῷ Μωσῆ* (31). Οὐ γὰρ ἄλλος Μωσῆς ὁ λέγων, καὶ ἄλλος οὗ ἦν γαμβρὸς ὁ Ῥαγουὴλ, ἀλλὰ εἷς ἦν ὁ Μωσῆς (32). Εἰ γὰρ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ σοφία ὁμοίως χρηματίζει καὶ δύναμις, καὶ δεξιὰ, καὶ βραχίων, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἥνωται (33) δὲ φιλανθρώπως ἡμῖν, τὴν ἀπαρχὴν ἡμῶν περιθέμενος, καὶ ταύτῃ ἀνακραθείς· ἄρα αὐτὸς ὁ Λόγος καὶ τὰ λοιπὰ εἰκότως εἴληχεν ὀνόματα. Τὸ γὰρ εἰρηκέναι τὸν Ἰωάννην (34) ἐν ἀρχῇ μὲν

revera est, confitentes, assumptum ab ipso hominem, cui conjunctum esse creditur, ab eo velint separare, ipsum aientes per Jesum Christum missum esse, sane se pugnantia loqui non attendunt. Qui enim hoc in loco divinum Verbum a divina incarnatione sejungunt, idem ipsum imminutum putant cum audiunt carnem factum esse; proindeque idem omnino sentiunt ac gentiles, uti sane sentiunt, cum divinam incarnationem mutationem Verbi esse suspicantur.

32. Verum non ita est: absit! Quemadmodum enim inexplicabilem unionem hic prædicat Joannes, absorpto videlicet mortali a vita **509** et ab eo qui ipsa per se est vita, ut ipse ad Martham ait, *Ego sum vita* [38]: ita cum beatus Petrus Verbum per Jesum Christum missum esse dixit, divinam ejus significavit unionem. Nam ut is qui audit, *Verbum caro factum est*, non idcirco arbitratur Verbum amplius non esse, quod certe perabsurdum est, ut diximus: ita qui Verbum cum carne conjunctum esse audit, divinum unum simplexque intelligat mysterium. Verum luculentius certiusque quovis ratiocinio ea, quæ ab archangelo ad ipsam Deiparam dicta sunt, divini Verbi et hominis unitatem demonstraverint: ejus hæc sunt verba: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideoque et quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei* [39]. Stulte igitur Samosatenses Verbum dividunt, cum his ex verbis clarum sit ipsum unitum fuisse homini ex Maria assumpto. Non ergo Verbum per Christum est missum, sed potius in Christo misit, cum ait, *Ite, docete omnes gentes* [40].

33. Scilicet is est mos Scripturæ simpliciter et sine exornatione verba efferre. Sic exempli gratia in libro Numerorum hæc legimus: *Dixit Moyses Ragueli Madianitæ genero Moysis* [41]. Nec enim alius erat Moyses qui loquebatur, et alius, cujus gener erat Raguel: sed unus erat Moyses. Quapropter si pariter Verbum Dei, sapientia, virtus, dextera, brachium, similiaque appellatur; si item sese nobis clementer conjunxit, nostrasque induit primitias, quibuscum sese commiscuit: ergo etiam idem Verbum cætera nomina jure merito sortitum est. Hæc enim Joannis verba quibus Verbum in principio

[38] Joan. xi, 25. [39] Luc. i, 35. [40] Matth. xxviii, 19. [41] Num. x, 29.

(21) Sic Regius et Seguer. At alii et editi omittunt αὐτόν. Mox Regius et Seguer., φθεγγόμενοι οὐ νοοῦσιν. Οἱ γάρ, etc. Alii et editi οὐ omittunt ante νοοῦσιν. Gobler. autem et Felck. 1 habent ibidem, Οἱ γάρ, etc. Basil. et Anglic., Ὃν γάρ, etc. Cæteri et editi, Οὐ γάρ, etc.

(22) Forte οἱ γάρ.

(23) Sic Regius et Seguer. At alii et editi, τὴν ἀνέκφραστον γέννησιν ἐνταῦθα Ἰωάννης.

(24) Regius et Seguer., πρὸς τὴν Μάρθαν αὐτός· Ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ, λέγων.

(25) Gobler. νομίσῃ. Mox Seguer. ὥσπερ ἄτοπον.

(26) Reg. et Seguer. νοείσθω.

(27) Regius codex et Seguerian. Θεοτόκον. Editi, Θεοτόκου, mendose.

(28) Sic Regius, Seguer. Basil. et Anglic. At alii cum editis, ἔφη.

(29) Regius γενόμενον.

(30) Reg. Seguer. Basilien. Anglican. et Gobler. ἀπέστελλε. Alii et editi, ἀπέστειλε.

(31) Seg. Μωσεΐ. Alii et editi, Μωσῆ. Scriptura, Μωϋσῆ.

(32) Regius codex, Seguer. et Basiliens. addunt ὁ Μωσῆς, quod omittunt alii editique. Mox Regius et Seguerian., χρηματίζοι. Cæteri et editi, χρηματίζει.

(33) Basiliensis et Anglic. ἥνωτε.

(34) Sic Regius et Seguer. At alii et editi omittunt τὸν Ἰωάννην. Ibidem Basil. et Anglic. μὲν ἓν εἶναι.

Digitized by Google

A λόγος ἐπαξίως διερμηνεῦσαι δυνήσεται τὰ ὑπὲρ τὴν γενητὴν ὄντα φύσιν; Ἢ ποία τις ὅλως ἀκοὴ συνιέναι (48) δύναται, ἃ μὴ ἔξεστιν ἀνθρώποις μήτε ἀκούειν, μήτε λαλεῖν; Περὶ μὲν οὖν ὧν ἤκουσεν ὁ Παῦλος, οὕτως εἴρηκε· περὶ δὲ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ· « Ὡς ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ! Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου; Ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; » Ὁ γοῦν Ἀβραὰμ οὔτε περιειργάσατο, οὐδὲ ἀνέκρινε τὸν λαλοῦντα, ἀλλ' « ἐπίστευσε, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην· » οὕτω Μωσῆς πιστὸς ἐκλήθη θεράπων· Εἰ δὲ οἱ τὰ (49) Ἀρείου φρονοῦντες, ἐπεὶ εἰς τὴν κακότεχνον αὐτῶν ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία, οὐ δύνανται νοεῖν οὐδὲ πιστεύειν περὶ τῆς ἀδιαιρέτου καὶ ἁγίας Τριάδος, μὴ διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἀλήθειαν (50) παρεξηγείσθωσαν, μηδὲ ἅπερ αὐτοὶ μὴ δύ- B νανται νοεῖν, ταῦτα λεγέτωσαν μηδὲ εἶναι δύνασθαι. Πρᾶγμα γὰρ πάσχουσιν ἀτοπώτατον· ὅτι, μὴ δυνάμενοι νοεῖν, πῶς ἀδιαίρετός ἐστιν ἡ ἁγία Τριάς, ποιοῦσιν οἱ μὲν Ἀρειανοὶ ἓν (51) τὸν Υἱὸν μετὰ τῆς κτίσεως· οἱ δὲ τροπικοὶ τὸ Πνεῦμα καὶ αὐτοὶ τοῖς κτίσμασι συναριθμοῦσιν. Ἔδει δὲ αὐτοὺς ἢ καθόλου μὴ νοοῦντας σιωπᾷν, καὶ μὴ συντάσσειν, μήτε ἐκείνους τὸν Υἱὸν, μήτε τούτους τὸ Πνεῦμα τοῖς κτίσμασιν· ἢ τὸ γεγραμμένον ἐπιγινώσκειν, καὶ τῷ Πατρὶ συνάπτειν τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα μὴ διαιρεῖν ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ, ἵνα τὸ ἀδιαίρετον καὶ ὁμοφυὲς ἀληθῶς τῆς ἁγίας Τριάδος διαμείνῃ. Ταῦτα μαθόντας αὐτοὺς ἔδει μὴ τολμᾷν, μηδ' ἀμφιβάλλοντας ἐρωτᾷν, πῶς ταῦτα γένοιτο, ἵνα, κἂν ὁ ἐρωτώμενος ἀπορῇ λέγειν, μὴ ἐπινοῶσιν αὐτοὶ κακονοίας ἑαυτοῖς. Ἔστι C μὲν γὰρ πᾶσι τοῖς γενητοῖς, μάλιστα δὲ ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις ἀδύνατον ἐπαξίως εἰπεῖν περὶ τῶν ἀπορρήτων (52). Τολμηρότερον δὲ πάλιν, μὴ δυναμένους λέγειν, ἐπινοεῖν ἐπὶ τούτων καινοτέρας λέξεις παρὰ τὰς τῶν Γραφῶν. Ἄλλως τε καὶ μανιώδης ἡ τοιαύτη ἐπιχείρησις τοῦ τε ἐρωτῶντος καὶ τοῦ κἂν ὅλως (53) ἐνθυμουμένου ἀποκρίνασθαι. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ περὶ τῶν γενητῶν οὕτω τις ἐρωτῶν νομισθείη νοῦν ἔχειν ὀρθόν.

18. Ἢ τολμησάτωσαν ἀποκρίνασθαι οἱ πάντα λέγοντες εὐχερῶς, πῶς ὁ οὐρανὸς συνέστη, καὶ ἐκ ποίας ὕλης, καὶ (54) τίς ἡ τούτου μίξις, ἢ πῶς ὁ ἥλιος, D καὶ ἕκαστος τῶν ἀστέρων; Τί δὲ θαυμαστὸν ἐκ τῶν ὑπερκειμένων, αὐτῶν ἐλέγχειν τὴν ἀφροσύνην, ὅπου γε οὐδὲ πῶς τῶν ὧδε κάτω ξύλων ἡ φύσις, καὶ τῶν ὑδάτων τὰ συστήματα, πῶς τε τῶν ζώων ἡ πλάσις

[97] Rom. xi, 33. [98] Rom. iv, 3. [99] Hebr. iii, 5.

(48) Regius primus, Seg. Gobl. et Felckm. primus, συνεῖναι.

(49) Sic Regius primus. Alii vero et editi, οἱ δὲ τά, etc., omissa particul. εἰ. Idem Regius primus paulo post ut et Seg. Bas. Gobl. et Felckm. 1, σοφία, οὐ δύνανται νοεῖν οὐδὲ πιστεύειν περὶ τῆς, etc. Editi vero et alii, σοφία, οὐδὲ πιστεύουσιν περὶ τῆς, etc.

(50) Reg. 2, ἀληθινὴν ὁδόν. Ibid. Regius primus, Seg. Basil., μηδέ. Alii et editi, μήτε. Mox post λεγέτωσαν, Regius primus, Seg. Gobl. et Felckmanni primus. μηδέ, ubi alii et editi, μή.

(51) Sic Regius primus, Seg. Gobl. et Felckman. primus. Editi et alii, ἕνα. Paulo post Gobl. et Felc. primus, μετὰ τοῖς κτίσμασι.

(52) Sic Regius primus, Seg. Gobl. Felckm. primus et Basil.; sed Basil. habet ἀῤῥήτων. Alii et editi habent ἀῤῥήτων et τολμηρόν.

(53) Reg. 2 et Felckm. primus, τοῦ τε ὅλως, etc.

(54) Regius primus, Seg., ἤ.

Digitized by Google

καὶ ἡ σύστασις, γινώσκεται, Ἀλλ' οὐκ ἂν (55) εἴ- A
ποιεν, ὅπου γε καὶ Σολομὼν, ὁ περισσότερον πάντων
σοφίας μετασχὼν, ὁρῶν ἀδύνατον ἀνθρώποις περὶ
τούτων εὑρεῖν, ἔλεγε· « Καί γε σύμπαντα τὸν αἰῶνα
ἔδωκεν ἐν καρδίᾳ αὐτῶν, ὅπως μὴ εὕρῃ ἄνθρωπος
τὸ ποίημα, ὃ ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς καὶ μέχρι
τέλους. » Ἆρ' οὖν, ἐπεὶ μὴ δύνανται εὑρεῖν (56),
οὐδὲ εἶναι αὐτὰ ὁμολογοῦσι; Ναὶ ὁμολογήσουσιν
ἐφθαρμένην ἔχοντες τὴν διάνοιαν. Οὐκοῦν εἰκότως
ἄν τις αὐτοῖς εἴποι· Ὦ ἀνόητοι καὶ πάντα τολμηροὶ,
διὰ τί μὴ μᾶλλον ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος παύεσθε
περιεργαζόμενοι, καὶ μόνον πιστεύετε (57), ὅτι ἔστιν·
ἔχοντες εἰς τοῦτο διδάσκαλον τὸν Ἀπόστολον λέγοντα·
« Πιστεῦσαι γὰρ δεῖ πρῶτον Θεῷ, ὅτι ἔστι, καὶ τοῖς
ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται; » Οὐ γὰρ,
πῶς ἐστιν, εἴρηκεν, ἀλλὰ μόνον, « ὅτι ἔστιν. » Εἰ δὲ B
μηδὲ οὕτω καταδύονται, εἰπάτωσαν πῶς ἐστιν ὁ Πα-
τὴρ, ἵν' οὕτω μάθωσι, πῶς ἐστι καὶ ὁ τούτου Λό-
γος. Ἀλλ' ἄτοπον, φήσουσι, περὶ τοῦ Πατρὸς οὕτως
ἐρωτᾷν. Ἄτοπον οὖν (58) ἀκουέτωσαν καὶ περὶ τοῦ
Λόγου αὐτοῦ οὕτως ἐρωτᾷν.

rum, verbi causa, lignorum natura, quomodo consistant aquæ, quænam sit animalium conformatio ac compositio? Hæc enim profecto nunquam illi explicaverint, quando ipse Salomon, qui sapientiæ cumulatius fuit particeps quam alii omnes, ista ab homine inveniri non posse perspiciens ait : « Et quidem universum sæculum dedit in corde eorum, ut non inveniat homo opus quod fecit Deus ab initio et usque in finem [1]. » An ergo quia hæc omnia nosse nequeunt, idcirco contendent **533** non exsistere? Nullus utique dubito quin id contenderint, quippe qui mentem penitus corruptam habeant. Jure igitur merito eos ita alloqui liceat : O stulti atque ad omnia audaces et præcipites, quare non potius sanctam Trinitatem curiose scrutari desinitis, eamque esse duntaxat creditis, magistrum Apostolum hac in re imitati, cujus hæc sunt verba « Credere enim oportet primum Deo, quia est, et inquirentibus se remunerator sit [2] » ? Nec enim dixit, quomodo est, sed tantum, « quia est. » Quod si nec sic quidem erubescunt, dicant ergo quomodo sit Pater, ut hoc pacto discant quomodo quoque ejus sit Verbum. Sed absurdum est, inquient, hæc de Patre inquirere. Audiant igitur absurdum quoque esse idem de ejus Verbo sciscitari.

19. Περιττῆς τοιγαροῦν καὶ πλέον μανίας οὔσης
τῆς τοιαύτης ἐπιχειρήσεως, μηκέτι τοιαῦτά τις ἐρω-
τάτω, ἢ μόνον τὰ ἐν ταῖς Γραφαῖς μανθανέτω. Αὐτ-
άρκη γὰρ καὶ ἱκανὰ τὰ ἐν ταύταις (59) κείμενα
περὶ τούτου παραδείγματα. Πηγὴ τοίνυν καὶ φῶς
λέγεται ὁ Πατήρ· « Ἐμὲ » γὰρ, φησὶν, « ἐγκατέλι-
πον πηγὴν ὕδατος ζῶντος. » Καὶ πάλιν ἐν τῷ Βα-
ρούχ· « Τί ἐστιν, Ἰσραὴλ, ὅτι ἐν τῇ γῇ τῶν ἐχθρῶν C
εἶ (60); ἐγκατέλιπες τὴν πηγὴν τῆς σοφίας· » καὶ
κατὰ τὸν Ἰωάννην· « Ὁ Θεὸς ἡμῶν φῶς ἐστι. » Λέ-
γεται δὲ καὶ ὁ Υἱὸς ὡς μὲν πρὸς τὴν πηγὴν ποτα-
μός· « Ὁ ποταμὸς » γὰρ « τοῦ Θεοῦ ἐπληρώθη ὑδά-
των· » πρὸς δὲ τὸ φῶς ἀπαύγασμα, λέγοντος τοῦ
Παύλου· « Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρα-
κτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. » Τοῦ τοίνυν Πατρὸς
φωτὸς ὄντος (61), τοῦ δὲ Υἱοῦ ἀπαυγάσματος αὐτοῦ
(τὰ αὐτὰ γὰρ περὶ τούτων μάλιστα οὐκ ὀκνητέον
λέγειν πολλάκις), ἔξεστιν ὁρᾷν καὶ ἐν τῷ Υἱῷ τὸ
Πνεῦμα, ἐν ᾧ φωτιζόμεθα· « Ἵνα » γὰρ, φησὶ, « δῴη
ὑμῖν Πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως ἐν ἐπιγνώ-
σει αὐτοῦ, πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρ-
δίας. » Τῷ δὲ Πνεύματι (62) φωτιζομένων ἡμῶν, ὁ D
Χριστός ἐστιν ὁ ἐν αὐτῷ φωτίζων· « Ἦν » γὰρ,
φησὶ, « τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄν-
θρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. » Πάλιν τε τοῦ
Πατρὸς ὄντος πηγῆς, τοῦ δὲ Υἱοῦ ποταμοῦ λεγομέ-
νου, πίνειν λεγόμεθα τὸ Πνεῦμα· γέγραπται γὰρ,

19. Itaque cum inutilis et stultus sit hujusmodi conatus, nemo jam amplius de his percontari audeat, sed ea tantum quæ Scripturis continentur, discere satis habeant. Siquidem omnino sufficiunt quæ in hanc rem profert exempla. Nempe fons et lux Pater dicitur : « Me » enim, inquit, « dereliquerunt fontem aquæ viventis [3]. » Et iterum apud Baruch : « Quid est, Israel, quod in terra inimicorum es? dereliquisti fontem sapientiæ [4]. » Et secundum Joannem, « Deus noster lux est [5]. » Filius vero, cum refertur ad fontem, dicitur fluvius : namque « flumen Dei repletum est aquis [6]. » Cum autem idem ad lucem refertur, splendor appellatur, dicente Paulo : « Qui cum sit splendor gloriæ et figura substantiæ ejus [7]. » Cum ergo Pater sit lux, et Filius ejus sit splendor (nam eadem sæpe, præsertim de hujusmodi rebus, dicere nemini grave videri debet), licet quoque in Filio perspicere Spiritum sanctum, in quo nempe illuminamur. Hinc enim Apostolus : « Ut det vobis, » inquit, « Spiritum sapientiæ et revelationis, in agnitione ejus, illuminatos oculos cordis [8]. » Porro cum Spiritu illuminamur, Christus ipse est qui nos in illo illuminat, ut hæc verba testantur : « Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum [9]. » Similiter ut Pater est fons, et Filius fluvius appellatur, ita Spiritum bibere dicimur. Nam scriptum est : « Omnes

[1] Eccle. III, 11. [2] Hebr. XI, 6. [3] Jerem. II, 13. [4] Baruch III, 10, 12. [5] I Joan. I, 5. [6] Psal. LXIV, 10.
[7] Hebr. I, 3. [8] Ephes. I, 17. [9] Joan. I, 9.

(55) Ἀλλ' οὐκ ἂν deest in Reg. 2, Felckm. 2 et editione Commel.

(56) Regius primus et Anglicanus, λέγειν.

(57) Sic Regius primus, Seg. Basil. Gobl. et Felckm. primus. Cæteri, πιστεύοντες.

(58) Οὖν abest a Regio primo, Seg. Gobl. et Felckm. primo, Basil.

(59) Sic Regius primus, Seg. Gobl. et Felckman. primus. Alii autem et editi, αὐταῖς. Ibid. Regius primus, περὶ τούτου τοῦ παραδείγματος.

(60) Sic Anglicanus et Græcus Scripturæ textus. Editi et cæteri εἶ omittunt. Reg. 2 vero habet, εἶναι; εἰ ἐγκατέλιπες, etc.

(61) Ὄντος deest in Anglicano et edit. Commel.

(62) Regius primus, Πατρί.

Digitized by Google

unum Spiritum bibimus [10]. » Rursus cum Spiritum bibimus, Christum una bibimus. Namque « bibebant de spirituali consequente petra. Petra autem erat Christus [11]. » Præterea ut Christus verus est Filius, ita nos Spiritum accipientes, filii efficimur. « Non enim, » inquit, « accepistis spiritum servitutis iterum in timore : sed accepistis Spiritum adoptionis [12]. » Cum autem Spiritu filii Dei efficimur, manifestum est nos in Christo filios Dei appellari. Nam « Quotquot receperunt eum, dedit illis potestatem filios Dei fieri [13]. » Deinde quemadmodum Pater, uti docet Paulus, solus est sapiens, sic ejus Filius est sapientia : « Christus » enim « Dei virtus et Dei sapientia [14]. » Ut item Filius est sapientia, ita nos Spiritu sapientiæ accepto, Filium habemus, et in eodem sapientes efficimur. Sic enim scriptum est in psalmo centesimo quadragesimo quinto : « Dominus solvit compeditos, Dominus cæcos sapientes efficit [15]. » Cum insuper Spiritus nobis datur (« Accipite » enim « Spiritum sanctum, » inquiebat Salvator [16]), Deus ita in nobis est : sic enim scripsit Joannes : « Si diligamus invicem, Deus in nobis manet. In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, et ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis [17]. » Cumque Deus in nobis est, Filius certe itidem in nobis est, ipso Filio dicente : « Ego et Pater veniemus et mansionem apud eum faciemus [18]. » **534** Similiter ut Filius est vita eodem testante, « Ego sum vita [19] ; » sic etiam in Spiritu vivificari dicimur, quemadmodum Paulus ait : « Qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem ejus Spiritum in vobis [20]. » Nobis porro in Spiritu vitam accipientibus, ipse Christus in nobis vivere dicitur, ut ex his verbis patet : « Christo confixus sum cruci. Vivo autem, jam non ego : vivit vero in me Christus [21]. » Et rursus, quemadmodum Filius quæ faciebat opera, Patrem suum facere ita testabatur : « Pater in me manens, ipse facit opera. Credite mihi, quia ego in Patre et Pater in me est. Alioquin propter opera ipsa credite mihi [22] : » sic quæ in virtute Spiritus Paulus efficiebat, Christi opera esse docebat : « Non enim audebo, » inquit, « aliquid loqui eorum quæ per me non effecit Christus in obedientiam gentium, verbo et opere, in virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus sancti [23]. »

20. Cum igitur ea sit in sancta Trinitate conjunctio et unitas : quis jam vel Filium a Patre, vel

ὅτι « Ἡμεῖς πάντες ἓν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν. » Τὸ δὲ Πνεῦμα ποτιζόμενοι, τὸν Χριστὸν πίνομεν· « Ἔπινον » γὰρ « ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. » Καὶ πάλιν τοῦ Χριστοῦ ὄντος ἀληθινοῦ Υἱοῦ, ἡμεῖς τὸ Πνεῦμα λαμβάνοντες, υἱοποιούμεθα· « Οὐ γὰρ ἐλάβετε, » φησὶ, « Πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον· ἀλλ' ἐλάβετε Πνεῦμα υἱοθεσίας. » Υἱοποιούμενοι δὲ τῷ Πνεύματι, δῆλον, ὅτι (63) ἐν τῷ Χριστῷ χρηματίζομεν τέκνα Θεοῦ· « Ὅσοι » γὰρ « ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. » Εἶτα τοῦ Πατρὸς, ὡς ὁ Παῦλος εἶπε, μόνου σοφοῦ ὄντος, ὁ Υἱός (64) ἐστιν ἡ σοφία αὐτοῦ. « Χριστὸς » γὰρ « Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία. » Τοῦ δὲ Υἱοῦ ὄντος τῆς σοφίας, ἡμεῖς Πνεῦμα σοφίας λαμβάνοντες, τὸν Υἱὸν ἔχομεν, καὶ ἐν αὐτῷ σοφοὶ γινόμεθα. Οὕτω γὰρ καὶ (65) γέγραπται ἐν τῷ ἑκατοστῷ τεσσαρακοστῷ πέμπτῳ ψαλμῷ· « Κύριος λύει πεπεδημένους· Κύριος σοφοὶ τυφλούς. » Καὶ τοῦ Πνεύματος δὲ (66) διδομένου εἰς ἡμᾶς (« Λάβετε γὰρ Πνεῦμα ἅγιον, » ἔλεγεν ὁ Σωτὴρ), ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν ἐστιν· οὕτω γὰρ ὁ Ἰωάννης ἔγραψεν· « Ἐὰν ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν μένει. Ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν. » Τοῦ δὲ Θεοῦ ὄντος ἐν ἡμῖν, ἔστι καὶ ὁ Υἱὸς ἐν ἡμῖν, λέγοντος αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ· « Ἐλευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. » Ἔπειτα ζωῆς οὔσης τοῦ Υἱοῦ, « Ἐγὼ » γὰρ, φησὶν, « εἰμὶ ἡ ζωὴ, » ζωοποιεῖσθαι λεγόμεθα ἐν τῷ Πνεύματι· « Ὁ » γὰρ « ἐγείρας, » φησὶ, « Χριστὸν Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ἡμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν. » Ζωοποιουμένων δὲ ἡμῶν ἐν τῷ Πνεύματι, ζῆν αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐν ἡμῖν λέγεται. « Χριστῷ » γὰρ, φησὶ, « συνεσταύρωμαι (67). Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγώ· ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. » Καὶ πάλιν ὥσπερ ὁ Υἱὸς, ἅπερ ἐποίει ἔργα, ἔλεγε τὸν Πατέρα ἐργάζεσθαι· « Ὁ Πατὴρ » γὰρ, φησὶν, « ὁ μένων ἐν ἐμοὶ, αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα. Πιστεύετέ μοι, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. Εἰ δὲ μὴ, διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ (68) πιστεύετέ μοι. » Οὕτως, ἅπερ ἐν δυνάμει Πνεύματος εἰργάζετο ὁ Παῦλος, ἔλεγε τοῦ Χριστοῦ εἶναι τὰ ἔργα· « Οὐ γὰρ τολμήσω τι λαλεῖν, ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν ἐν (69) λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου. »

20. Τοιαύτης δὲ συστοιχίας καὶ ἑνότητος τῆς ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι (70) οὔσης, τίς ἂν διέλοι ἢ τὸν Υἱὸν

[10] I Cor. XII, 13. [11] I Cor. X, 4. [12] Rom. VIII, 15. [13] Joan. I, 12. [14] I Cor. I, 24. [15] Psal. CXLV, 7. [16] Joan. XX, 22. [17] I Joan. IV, 12, 13. [18] Joan. XIV, 23. [19] ibid. 6. [20] Rom. VIII, 11. [21] Galat. II, 19, 20. [22] Joan. XIV, 10, 11. [23] Rom. XV, 18, 19.

(63) Sic Regius primus, Seg. Anglicanus. Alii et editi, δηλονότι.

(64) Sic Regius primus, Seg. Cæteri et editi hic vocem Θεοῦ addunt. Mox Seg. omittit δύναμις καὶ Θεοῦ.

(65) Sic Reg. 1 et 2, Seg. Basil. Anglican. Editi et alii καί abjiciunt. Ibid. sic habent Gobl. et Felc. primus, οὕτω γάρ φησι Δαβίδ· Κύριος, etc.

(66) Δέ hic habent Regius primus, Seg. Alii et editi omittunt. Paulo post Gobl. et Felckm. 1, οὕτω γὰρ καὶ Ἰωάννης γράφει· Ἐὰν γὰρ ἀγαπῶμεν, etc.

(67) Reg. 2, συσταυροῦμαι.

(68) Sic Reg. 2 et Græcus Scripturæ textus. Regius primus, Seguerian. et editi, αὐτοῦ. Ibid. Regius primus Seg., paulo ante, post ἔργα, addunt item αὐτοῦ.

(69) Ἐν abest a Regio primo, Segueriano.

(70) Regius primus, Seg., habent ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριά-

Digitized by Google

ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, ἢ τὸ Πνεῦμα ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ, ἢ αὐτοῦ τοῦ Πατρός; ἢ τίς οὕτω τολμηρὸς, ὡς εἰπεῖν ἀνόμοιον καὶ ἑτεροφυῆ τὴν Τριάδα πρὸς ἑαυτὴν, ἢ ἀλλοτριοούσιον τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, ἢ ξένον τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ; Πῶς δὲ ταῦτά ἐστιν; ἄν τις πάλιν ἐρωτήσειε ζητῶν· πῶς τοῦ Πνεύματος ὄντος ἐν ἡμῖν, λέγεται ὁ Υἱὸς εἶναι ἐν ἡμῖν, τοῦ τε Υἱοῦ ὄντος ἐν ἡμῖν, λέγεται ὁ Πατὴρ εἶναι ἐν ἡμῖν; ἢ πῶς ὅλως (71) Τριάδος οὔσης, ἐν ἑνὶ σημαίνεται ἡ Τριάς; ἢ πῶς τοῦ ἑνὸς ὄντος ἐν ἡμῖν, ἡ Τριὰς ἐν ἡμῖν λέγεται; διελέτω πρῶτον αὐτὸς τὸ ἀπαύγασμα τοῦ φωτὸς (72), ἢ τὴν σοφίαν τοῦ σοφοῦ· ἢ εἰπάτω, πῶς ἐστι ταῦτα. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο δύναται, πολλῷ πλέον περὶ Θεοῦ τοιαῦτα ζητεῖν μαινομένων ἐστὶ τὸ τόλμημα· ἡ γὰρ θεότης οὐκ ἐν ἀποδείξει λόγων, ὥσπερ εἴρηται, παραδίδοται, ἀλλ' ἐν πίστει καὶ εὐσεβεῖ λογισμῷ μετ' εὐλαβείας. Εἰ γὰρ καὶ τὰ περὶ τοῦ σωτηριώδους σταυροῦ, « οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγων, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως, » ἐκήρυττεν ὁ Παῦλος, « καὶ ἀῤῥήτων δὲ ῥημάτων (73) ἤκουσεν » ἐν τῷ παραδείσῳ, « ἃ μὴ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι· » περὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας Τριάδος τίς ἐξειπεῖν δύναται; Ὅμως δ' οὖν τὴν τοιαύτην ἀπορίαν δυνήσεταί τις θεραπεύειν προηγουμένως μὲν τῇ πίστει, ἔπειτα δὲ καὶ ἐκ τῶν προειρημένων, φημὶ δὴ (74), τῆς εἰκόνος καὶ τοῦ ἀπαυγάσματος, καὶ πηγῆς, καὶ ποταμοῦ, καὶ ὑποστάσεως, καὶ χαρακτῆρος. Ὥσπερ γὰρ ἐν ἰδίᾳ εἰκόνι ἐστὶν ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πνεύματι (75), οὕτω καὶ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ. Καὶ γὰρ τὸ ἀδύνατον τῆς διὰ λόγων ἑρμηνείας, καὶ τοῦ καταλαβεῖν τὰ τοιαῦτα παραμυθουμένη ἡ θεία Γραφὴ, τοιαῦτα καὶ τὰ παραδείγματα δέδωκεν (76) ἡμῖν, ἵν' οὕτω διὰ τὴν ἀπιστίαν τῶν τολμηρῶν λέγειν ἁπλούστερον, καὶ λέγειν ἀκινδύνως, καὶ μετὰ συγγνώμης νοεῖν ἐξῇ (77), καὶ πιστεύειν ἕνα εἶναι τὸν ἁγιασμὸν, τὸν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ γινόμενον. Καὶ γὰρ ὥσπερ μονογενὴς ὁ Υἱός ἐστιν· οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα παρὰ

A Spiritum a Filio aut ab ipso Patre separare audeat? vel quis eo temeritatis deveniet, ut dissimilis et diversæ naturæ Trinitatem esse, aliamque a Patre substantiam Filium habere, ac denique Spiritum Filio externum esse contendat? Si quis vero rursus sciscitetur quonam modo hæc esse possint, ut scilicet cum Spiritus in nobis est, Filius in nobis esse dicatur; et similiter cum Filius in nobis est, Pater in nobis esse itidem dicatur; vel quomodo, cum sit Trinitas, in uno tamen significetur Trinitas; quomodo item cum unus in nobis est, Trinitas in nobis esse dici queat: quisquis, inquam, ita interrogaverit, vel prius ipse splendorem a luce et sapientiam a sapiente dividat, vel quomodo hæc sint edisserat. Quod si præstare non valeat, multo magis hæc de B Deo inquirere summæ temeritatis et insaniæ esse fatendum est. Siquidem divinitas, uti dictum est, non argumentis traditur, sed fide necnon ratione cum pietate conjuncta. Nam si quæ ad salutarem crucem pertinent, « non in sapientia verbi, sed in ostensione spiritus et virtutis » prædicavit Paulus [24], « et audivit arcana verba » in paradiso, « quæ non licet homini loqui [25]: » quis de sancta Trinitate disserere poterit? Verumtamen hujusmodi hæsitatio cum præsertim fide sanari poterit, tum etiam prædictis exemplis imaginis, splendoris, fontis, fluvii, substantiæ, et figuræ. Quemadmodum enim Filius in Spiritu tanquam in propria imagine est: ita et Pater in Filio. Scilicet divina Scriptura, ut nostram infirmitatem levaret, per quam nobis res C tantas haud licet comprehendere et sermone explicare, nobis ista exempla subministravit, ut hoc modo propter petulantium hominum infidelitatem simplicius et extra periculum de his loqui possemus, liceretque sine culpa res ita arduas intelligere, **535** ac denique credere unam esse sanctificationem ex Patre per Filium in Spiritu sancto pro-

[24] I Cor. I, 17; II, 4. [25] II Cor. XII, 4.

δι. Alii et editi vocem ἁγίᾳ omittunt. Mox ibid. Regius primus, Seg. Gobl. et Felckm. primus habent ut hic exstat. Basil., Τίς ἂν διελοίη λοιπὸν τὸν Υἱόν, etc. Anglicanus, Τίς ἂν διελ, cum spatio vacuo, ἢ τὸν Υἱόν, etc. Alii et editi, Τίς ἂν εἴη λοιπὸν τὸν Υἱὸν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, ἢ τὸ Πνεῦμα ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ, ἢ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς χωρίζων; Gobl. et Felckm. primus ibid., ἢ ἀπὸ τοῦ Πατρός.

(71) Sic Regius primus, Seg. Basil. Editi et alii, οὕτως. Sed utrumque abest a Reg. 2.

(72) Sic Regius primus, Seg. Gobl. et Felckm. primus, Basil., qui et infra habent εἰπάτω, et δύναται. Editi vero et alii sic habent: ἡ Τριὰς λέγεται; ἢ διελέτωσαν πρῶτον αὐτοὶ τοῦ ἀπαυγάσματος τὸ φῶς, et infra, εἰπάτωσαν et δύνανται. Tamen Basil. Gobl. et Felckm. primus, pro αὐτός, habent αὐτό, et Seg., pro τοῦτο ante δύναται, habet ταῦτα.

(73) Anglicanus, ἄῤῥητα δὲ ῥήματα. Hic item Gobl. et Felckm. primus δέ omittunt. Paulo post Regius primus, Seg. Basil. Gobl. et Felckm. primus habent, περὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας Τριάδος τίς ἐξειπεῖν δύναται; Cæteri et editi, πῶς περὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας Τριάδος τις ἐξειπεῖν δυνήσεται; In Goblerian. Felckman. primus et Basil. vox ἁγίας deest. Item Gobl. et Felckm. primus, δυνήσεται. Anglic. autem cum Regio primo, Seg. Basil., δύναται. Mox Regius primus, Seg. Gobl. et Felckm. primus, θεραπεύειν. Alii et editi, θεραπεῦσαι.

(74) Regius primus, Seg., φημὶ δέ, etc.

(75) Sic Reg. primus, Seg. Alii vero et editi, Πατρὶ, sed mendose, ut evidens est. Nec enim Pater sed Spiritus sanctus imago est Filii, ut ipse Filius imago est Patris, idque passim docet sanctus Athanasius.

(76) Sic Regius primus, Seg. Anglicanus. Iidem Regius primus, Seg., ibid., δέδωκεν. Item iidem et Basil. mox, ἵν' οὕτως. Alii et editi articul. τά et ἵν' omittunt, habentque ἔδωκεν.

(77) Sic Regius primus, Anglicanus. At Basil. et Felckm. 2, ἐξ ἧς. Utrumque abest a Gobl. et Felc. primus. Editi vero et alii, ἐξῆς. Paulo post Regius primus, Seg., habent ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ. Editi et alii, ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Item iidem et Basil. ibid. γινόμενον. Alii et editi, γενόμενον. Mox item Seg. Gobl. et Felckm. primus habent μονογενὴς ὁ Υἱός. Alii et editi, γέννημα μονογενὲς ὁ Υἱός.

Digitized by Google

ductam. Nam quemadmodum unigenitus est Filius : sic et Spiritus, qui a Filio datur et mittitur, unus item est, non multi, neque ex multis unus, sed solus ipse Spiritus est. Quia enim unus est Filius qui et vivens est Verbum : unam quoque esse necesse est perfectam et plenam, sanctificantem et illuminantem, viventem ejus efficaciam et donum quod ex Patre procedere dicitur, quia ex Verbo, quod ex Patre esse conceditur, effulget, et ab eodem mittitur, ac datur. Filium quidem a Patre mitti verissimum est, ut ipse his Verbis testatur : « Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum mitteret [26]. » Sic etiam Filius Spiritum mittit. « Si » enim, inquit, « ego abiero, mittam Paracletum [27]. » Filius similiter Patrem honorat, ut ipse ait : « Ego te clarificavi [28]. » Spiritus item Filium honorat, ut idem Filius dixit : « Ille me clarificabit [29]. » Filius præterea dicit : « Quæ audivi a Patre, hæc loquor in mundo [30]. » Spiritus autem ex Filio quoque accipit. « De meo, » inquit, « accipiet et annuntiabit vobis [31]. » Rursus, Filius in nomine Patris venit. Ita etiam « Spiritus sanctus, » inquit Filius, « quem mittet Pater in nomine meo [32]. »

21. Cum igitur eumdem ordinem eamdemque naturam habeat Spiritus erga Filium, qualem Filius erga Patrem, qua, quæso, ratione is qui Spiritum sanctum rem creatam esse contendit, non idem necessario de Filio sentiet ? Nam si Filii Spiritus res est creata, consequens est ut et Verbum Patris rem creatam esse fateantur. Hæc nempe opinati Ariani in Caiphæ Judaismum delapsi sunt. Si porro hi qui de Spiritu hæc audent dicere, Arii sententiam tueri nolint, ejus ergo verba quoque fugiant, nec impii sint in Spiritum sanctum. Nam ut Filius, qui in Patre est, in quo etiam est Pater, non est res creata, sed Patris substantiæ proprius est, quod et vos asseveratis : ita et Spiritum sanctum, qui in Filio est, et in quo Filius est, inter res creatas collocare, aut a Verbo dividere, atque ita imperfectam Trinitatem reddere nefas omnino fuerit. Sed satis sit hactenus Tropicorum impietatem ex ignorantia ortam coarguisse, quo videlicet prophetæ et Apostoli verba explicaremus, quorum illi sensum adulterantes, seipsos in errorem induxerunt. Jam vero seorsim inspicia-

A τοῦ Υἱοῦ διδόμενον καὶ πεμπόμενον, καὶ αὐτὸ ἕν ἐστι (78) καὶ οὐ πολλά, οὐδὲ ἐκ πολλῶν ἕν, ἀλλὰ μόνον αὐτὸ Πνεῦμα. Ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ Υἱοῦ (79), τοῦ ζῶντος Λόγου, μίαν εἶναι δεῖ τελείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν καὶ φωτιστικὴν ζῶσαν ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ δωρεάν, ἥτις ἐκ Πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ Λόγου τοῦ ἐκ Πατρὸς ὁμολογουμένου ἐκλάμπει, καὶ ἀποστέλλεται, καὶ δίδοται. Ἀμέλει ὁ μὲν Υἱὸς παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀποστέλλεται· « Οὕτω » γάρ, φησὶν, « ὁ Θεὸς ἠγάπησε τὸν κόσμον, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἀπέστειλεν (80). » Ὁ δὲ Υἱὸς τὸ Πνεῦμα ἀποστέλλει· « Ἐὰν » γὰρ, φησὶν, « ἐγὼ ἀπέλθω, ἀποστελῶ τὸν Παράκλητον. » Καὶ ὁ μὲν Υἱὸς τὸν Πατέρα δοξάζει, λέγων· « Πάτερ, ἐγώ σε ἐδόξασα· » τὸ δὲ Πνεῦμα δοξάζει τὸν Υἱόν· « Ἐκεῖ-
B νος » γὰρ, φησὶν, « ἐμὲ δοξάσει. » Καὶ ὁ μὲν Υἱὸς φησιν· « Ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρὸς, ταῦτα καὶ λαλῶ εἰς τὸν κόσμον· » τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνει· « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ » γὰρ « λήψεται (81) καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, » φησί. Καὶ ὁ μὲν Υἱὸς ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρὸς ἦλθε· « Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, » φησὶν ὁ Υἱὸς (82), « ὃ πέμψει ὁ Πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου. »

21. Τοιαύτην δὲ τάξιν καὶ φύσιν ἔχοντος τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸν Υἱὸν (83), οἷαν ὁ Υἱὸς ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα, πῶς ὁ τοῦτο κτίσμα λέγων οὐ τὸ αὐτὸ καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ ἐξ ἀνάγκης φρονήσει; Εἰ γάρ ἐστι τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ κτίσμα, ἀκόλουθον ἂν εἴη (84) λέγειν αὐτοὺς καὶ τὸν Λόγον τοῦ Πατρὸς εἶναι κτίσμα.
C Τοιαῦτα γὰρ οἱ Ἀρειανοὶ φαντασθέντες, εἰς τὸν κατὰ Καϊάφαν Ἰουδαϊσμὸν πεπτώκασιν. Εἰ δὲ τὰ Ἀρείου μὴ προσποιοῦνται φρονεῖν (85) οἱ περὶ τοῦ Πνεύματος τοιαῦτα λέγοντες, φευγέτωσαν καὶ τὰ ἐκείνου ῥήματα, καὶ μὴ ἀσεβείτωσαν εἰς τὸ Πνεῦμα. Ὥσπερ γὰρ ὁ Υἱὸς, ὁ (86) ἐν τῷ Πατρὶ ὤν, ἐν ᾧ καὶ ὁ Πατὴρ ἐστιν, οὐκ ἔστι κτίσμα, ἀλλ' ἴδιος τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας (τοῦτο γὰρ καλύμεις προσποιεῖσθε λέγειν)· οὕτως καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐν τῷ Υἱῷ, ἐν ᾧ καὶ ὁ Υἱός ἐστιν, οὐ θέμις τοῖς κτίσμασι συντάσσειν, οὐδὲ διαιρεῖν αὐτὸ ἀπὸ τοῦ Λόγου, καὶ ἀτελῆ τὴν Τριάδα κατασκευάζειν. Τῶν μὲν οὖν ῥητῶν τοῦ τε προφητικοῦ καὶ τοῦ ἀποστολικοῦ χάριν, ὧν τὴν διάνοιαν παραποιοῦντες, ἠπάτησαν ἑαυτοὺς, ἀρκεῖ διὰ τούτων
D διελέγξαι τὴν ἐκ τῆς ἀμαθίας τῶν τροπικῶν δυσφη-

[26] Joan. III, 16. [27] Joan. XVI, 7. [28] Joan. XVII, 4. [29] Joan. XVI, 14. [30] Joan. VIII, 26. [31] Joan. XVI, 14. [32] Joan. XIV, 26.

(78) Verbum ἐστι restituimus ex Regio primo, Seg. Ibid. iidem et Reg. 2, Basil., αὐτὸ Πνεῦμα. Alii et editi, αὐτὸ τὸ Πνεῦμα.

(79) Τοῦ Υἱοῦ, deest in Regio primo, Seg. Paulo post iidem et Basil. Gobl. et Felckm. primus habent, ζῶσαν. Editi et alii, ζωὴν, οὖσαν. Γε item particul. post ἥτις ab aliis et editis addita, ab iisdem abest.

(80) Sic Regius primus. Seguer. Basil. Gobl. et Felckm. primus. Editi et alii, ἔδωκεν.

(81) Regius primus, Seg. omittunt ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, qui iidem ibidem, Ἀναγγελεῖ γὰρ, φησὶν, ὑμῖν.

(82) Sic Regius primus, Seguer. Basil. Gobl. et Felckm. primus. Cæteri et editi ὁ Υἱός omittunt.

(83) Regius secundus, Πατρός, et mox πρὸς τὸ Πνεῦμα.

(84) Regius primus, Seg. Basil. Anglicanus εἴη habent : alii et editi omittunt.

(85) Sic Regius primus, Seg. Gobl. et Felckm. primus, qui tamen Gobl. et Felckm. primus φρονεῖν pro φρονεῖν habent. Alii vero et editi sic habent : Οἱ μὲν τὰ Ἀρείου μὲν προσποιούμενοι μὴ φρονεῖν, περὶ δὲ τοῦ Πατρὸς τὰ αὐτὰ λέγοντες, etc. Regius 2, pro Πατρός, bene habet, Πνεύματος. Anglican. item et Regius 2, pro τὰ αὐτά, habent τοιαῦτα. Ibid. Regius primus. Seg., et infra, ῥημάτα.

(86) Sic Regius primus, Seg. In aliis autem et editis articul. ὁ deest.

Digitized by Google

μίαν (87). Ἴδωμεν δὲ λοιπὸν καὶ αὐτὰ καθ' αὑτὰ τὰ ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου λεγόμενα, καὶ ὡς δόκιμοι τραπεζῖται διακρίνωμεν, εἰ ἴδιόν τι πρὸς τὰ κτίσματα ἔχει τὸ Πνεῦμα, ἢ ἴδιον τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἵνα ἢ κτίσμα αὐτὸ εἴπωμεν, ἢ ἄλλο μὲν τῶν κτισμάτων, ἴδιον δὲ καὶ ἓν (88) τῆς ἐν Τριάδι θεότητος. Τάχα κἂν οὕτως ἐντραπῶσι, μαθόντες, ὅσον ἀπᾴδει τῶν θείων λογίων τὰ ἐφευρεθέντα παρ' αὐτῶν τῆς βλασφημίας ῥήματα.

22. Τὰ κτίσματα τοίνυν ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν, ἀρχὴν ἔχοντα τοῦ γίνεσθαι· ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. Ἐκ δὲ τοῦ Θεοῦ λέγεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· « Οὐδεὶς » γὰρ, φησὶν, « οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ἐν αὐτῷ· οὕτως καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ Πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ (89) Θεοῦ. » Ποία τοίνυν ἐκ τῶν προειρημένων συγγένεια τῷ Πνεύματι πρὸς τὰ κτίσματα; Τὰ μὲν γὰρ κτίσματα οὐκ ἦν· ὁ δὲ Θεὸς ὢν ἐστιν, ἐξ οὗ καὶ τὸ Πνεῦμα. Τὸ δὲ ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἂν εἴη ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, οὐδὲ κτίσμα, ἵνα μὴ κατ' ἐκείνους καὶ ὁ (90) ἐξ οὗ ἐστι τὸ Πνεῦμα, κτίσμα εἶναι νομισθῇ. Τίς οὖν τῶν τοιούτων ἀφρόνων ἀνέξεται, λεγόντων καὶ αὐτῶν ἐν καρδίᾳ μὴ εἶναι Θεόν; Καὶ γὰρ εἰ (91) ὥσπερ οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ, οὕτως καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ εἰ μὴ τὸ ἐν αὐτῷ Πνεῦμα· πῶς οὐ δύσφημον ἂν εἴη λέγειν κτίσμα τὸ ἐν τῷ Θεῷ Πνεῦμα, τὸ καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ ἐρευνῶν; Μαθήσεται γὰρ ἐκ τούτων εἰπεῖν ὁ τοιοῦτος τὸ μὲν τοῦ ἀνθρώπου πνεῦμα ἔξωθεν αὐτοῦ τοῦ ἀνθρώπου εἶναι, τὸν δὲ ἐν τῷ Πατρὶ Λόγον (92) εἶναι κτίσμα. Πάλιν τε Πνεῦμα ἁγιωσύνης καὶ ἀνακαινώσεώς (93) ἐστί τε καὶ λέγεται τὸ Πνεῦμα· γράφει γὰρ ὁ Παῦλος· « Τοῦ ὁρισθέντος Υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. » Καὶ πάλιν φησὶν· « Ἀλλ' ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· » ὅτε καὶ πρὸς Τίτον

mus quænam in divinis Scripturis de Spiritu sancto dicta fuerint, ac velut probi mensarii discernamus, num proprium aliquid habeat Spiritus cum rebus creatis, vel an proprius sit Dei, ut eum vel rem creatam, vel alium a rebus creatis, propriumque divinitatis Trinitatis et unum ex ea esse dicamus. Forsan enim hoc pacto erubescent illi, ubi didicerint, quantum impietatis verba quæ commenti sunt, a divinis oraculis discrepent.

22. Itaque res creatæ ex nulla re factæ sunt, habentque exsistendi principium. Siquidem in principio fecit Deus cœlum et terram et omnia quæ in eis sunt [33]. At Spiritus sanctus ex Deo esse dicitur. « Nemo » enim, inquit, « scit quæ sunt hominis, nisi spiritus **536** hominis, qui in ipso est : ita et quæ Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus Dei. Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est [34]. » Quænam igitur cognatio Spiritus cum rebus creatis ex his esse videtur? Etenim res creatæ non erant : at Deus is est qui est, ex quo et ipse Spiritus est. Quod autem ex Deo est, non potest esse ex nihilo, neque res creata, ne secundum eos ille quoque ex quo Spiritus sanctus est, res creata esse putetur. Quis ergo hujusmodi insipientes ferre possit, qui et ipsi in corde suo dicunt non esse Deum [35]? Nam si quemadmodum nemo novit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est, ita et quæ sunt Dei nemo novit nisi Spiritus qui in ipso est : an non summæ impietatis fuerit dicere rem creatam esse Spiritum qui in Deo est, et qui profunda Dei scrutatur? Nam qui ea mente est, fateri utique cogetur spiritum hominis extra hominem esse, et Verbum quod est in Patre, rem item creatam esse. Præterea, Spiritus et est et dicitur Spiritus sanctitatis et renovationis. Scribit siquidem Paulus : « Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctitatis ex resurrectione mortuorum [36] (94) Jesus Christus Dominus noster. » Et iterum dicit : « Sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi et

[33] Gen. I, 1. [34] I Cor. II, 11, 12. [35] Psal. XIII, 1. [36] Rom. I, 4.

(87) Regius primus, τροπικὴν δυσφημίαν. Mox Regius primus, Seg. Basil., αὐτὰ καθ' αὑτὰ τὰ ἐν ταῖς, etc. Anglicanus, Regius 2 et Ottobon., τὰ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ τά, etc. Editi et cæteri, αὐτὰ τὰ ἐν ταῖς. Paulo post Gobl. et Felckm. primus, διακρινόμενοι pro διακρίνωμεν.

(88) Sic Regius primus, Seg. Gobl. et Felc. 1, ἓν item legitur in Basil. Cæteri vero et editi, ἴδιον καὶ ἐν τῇ ἀγεννήτῳ (Regius 2, ἀγενήτῳ) Τριάδι τῆς θεότητος.

(89) Sic Reg. 1 et 2, Seg. Gobl. et Felckm. primus, sed Gobl. et Felckm. primus articul. τοῦ omittunt. In aliis et editione Commel. non habetur ἐκ τοῦ. Ibid. Regius primus, Seg. Gobl. et Felckmanni primus, Ποία νῦν. Paulo post Regius 2 sic habet, ὁ δὲ Θεὸς ὢν ἐστιν, ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα παραγαγών. Ὃν ἐστι, φημὶ, ἐξ οὗ καί, etc.

(90) Ὁ abest a Regio primo et Seg.

(91) Sic Regius primus, Seg. Gobl. et Felckm. primus. Cæteri et editi εἰ abjiciunt. Mox iidem et Reg. 2, Basil., habent ut hic exstat. Alii et editi omittunt οὕτως καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ τὸ ἐν αὐτῷ Πνεῦμα. Ibid. Regius primus, Seg. Basil. Anglican. particulam οὖν abjiciunt, quam alii et editi post vocem πῶς addunt. Item ibid., pro οὐ δύσφημον, Regius primus, οὐκ ἄνουν. Abest quoque ab Anglican. ἂν εἴη.

(92) Sic Regius primus, Seg. Alii autem et editi hic post Λόγον addunt καὶ τὸ Πνεῦμα. Ibid. Regius primus, Seg. et Reg. 2 mox, κτίσμα. Alii autem et editi, κτίσματα.

(93) Gobl. et Felckm. 1, Seg., hic et infra, ἀνακαινισεως.

(94) In Vulgata habetur, *Jesu Christi Domini nostri* : quæ quo referenda sint, varia est auctorum sententia. Plerique tamen hæc verba Ἰησοῦ Χριστοῦ, etc., ad illa referri volunt v. 3, περὶ τοῦ Υἱοῦ. Sed hic non posse commode referri nisi ad hæc verba, τοῦ ὁρισθέντος Υἱοῦ, cuivis perspicuum est.

Digitized by Google

in Spiritu Dei nostri [37]. » Hæc quoque ad Titum scribit : « Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ [38]. » At quod res creatas spectat, ipsæ sanctæ efficiuntur et renovantur : « Emittes » enim « Spiritum tuum et creabuntur, et renovabis faciem terræ [39]. » Et Paulus : « Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cœleste et participes facti sunt Spiritus sancti [40]. »

23. Itaque qui non ab alio sanctus efficitur, neque sanctimoniæ fit particeps, sed ipse alios participes reddit, in quo et res universæ creatæ, sanctæ efficiuntur; qui, inquam, fieri potest ut is locum inter res omnes habeat, vel proprius illorum sit qui ipsius fiunt participes? Nam qui hæc ita esse pugnaverint, eos etiam concedere necesse sit Filium per quem res omnes factæ sunt, unam tamen illarum esse. Spiritus item vivificus dicitur : « Qui suscitavit, » inquit, « Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem ejus Spiritum in vobis [41]. » Et Dominus quidem ipsa est vita et « auctor vitæ, » ut ait Petrus [42]. Idem tamen Dominus ait : « Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam [43]. Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum [44]. » Res autem creatæ, uti dictum est, vitam per ipsum accipiunt. Qui **537** igitur vitæ non fit particeps, sed ipse alios participes facit, et vitam rebus creatis impertit, qualem, quæso, cognationem cum rebus factis habere potest? Aut qua tandem ratione inter res creatas censendus sit, cum ipsæ in illo vitam a Verbo accipiant? Unctio quoque Spiritus dicitur, et est item sigillum; unde Joannes scribit : « Et vos unctionem quam accepistis ab eo manet in vobis. Et non necesse habetis, ut aliquis doceat vos : sed sicut unctio ejus, » nempe ejus Spiritus, « docet vos de omnibus [45]. » Et apud Isaiam prophetam legitur : « Spiritus Domini super me, cujus causa unxit me [46]. » Paulus etiam ait : « In quo et

γράφων ἔλεγεν· « Ὅτε δὲ ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ὧν (95) ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ αὐτοῦ ἔλεος ἔσωσεν ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἵνα, δικαιωθέντες τῇ ἐκείνου χάριτι, κληρονόμοι (96) κατ' ἐλπίδα γενηθῶμεν ζωῆς αἰωνίου. » Τὰ δὲ κτίσματα ἁγιαζόμενά εἰσι καὶ ἀνακαινιζόμενα. « Ἐξαποστελεῖς » γὰρ « τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. » Καὶ ὁ Παῦλος δέ φησιν· « Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας Πνεύματος ἁγίου. »

23. Τὸ τοίνυν μὴ ἁγιαζόμενον παρ' ἑτέρου, μηδὲ μετέχον (97) ἁγιασμοῦ, ἀλλ' αὐτὸ μεθεκτὸν ὄν, ἐν ᾧ καὶ τὰ κτίσματα πάντα ἁγιάζεται, πῶς ἂν εἴη ἐν τῶν πάντων, ἴδιον τῶν μετεχόντων αὐτοῦ; Ἀνάγκη γὰρ τοῖς τοῦτο λέγουσιν εἰπεῖν καὶ τὸν Υἱόν, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονεν, ἕνα τῶν πάντων εἶναι. Πνεῦμα ζωοποιὸν (98) λέγεται· « Ὁ ἐγείρας » γάρ, φησίν, « Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ ὑμῶν σώματα διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν. » Καὶ ὁ μὲν Κύριός ἐστιν ἡ αὐτοζωή, καὶ « ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς, » ὡς εἶπεν ὁ Πέτρος· ἔλεγε δὲ αὐτὸς (99) ὁ Κύριος· « Τὸ ὕδωρ, ὃ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ Πνεύματος, οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. » Τὰ δὲ κτίσματα, ὡς (1) εἴρηται, ζωοποιούμενά ἐστι δι' αὐτοῦ. Τὸ δὲ μὴ μετέχον ζωῆς, ἀλλ' αὐτὸ μετεχόμενον καὶ ζωοποιοῦν τὰ κτίσματα, ποίαν ἔχει συγγένειαν πρὸς τὰ γενητά; Ἢ πῶς ὅλως ἂν εἴη τῶν κτισμάτων, ἅπερ ἐν ἐκείνῳ παρὰ τοῦ Λόγου ζωοποιεῖται; Χρίσμα λέγεται τὸ Πνεῦμα, καὶ ἔστι σφραγίς. Ὁ μὲν γὰρ Ἰωάννης γράφει· « Καὶ ὑμεῖς τὸ χρίσμα ὃ ἐλάβετε παρ' αὐτοῦ, μένει ἐν ὑμῖν. Καὶ οὐ χρείαν ἔχετε, ἵνα τις διδάσκῃ ὑμᾶς· ἀλλ' ὡς τὸ αὐτοῦ χρίσμα, » τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, « διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων (2). » Ἐν δὲ τῷ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ γέγραπται· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με. » Ὁ δὲ Παῦλός φησιν· « Ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες, ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. » Τὰ δὲ κτίσματα (3) τούτῳ σφραγίζεται καὶ χρίεται, καὶ

[37] I Cor. VI, 11. [38] Tit. III, 4. [39] Psal. CIII, 30. [40] Hebr. VI, 4. [41] Rom. VIII, 11. [42] Act. III, 15. [43] Joan. IV, 14. [44] Joan. VII, 39. [45] I Joan. II, 27. [46] Isa. LXI, 1.

(95) Regius primus, Seg. Basil. Gobl. et Felckm. primus, ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ὧν, etc. Anglicanus, ἐξ ἔργων τῶν ἐκ δικαιοσύνης ὧν, etc. Editi vero et cæteri, ἐξ ἔργων δικαιοσύνης ἃ ἐποιήσαμεν.

(96) Vox κληρονόμοι abest a Regio primo, Seg. Ibid. Seg., γεννηθῶμεν. Item mox Regius primus, τὰ ἁγιαζόμενα. Cæteri et editi τά omittunt. Mox item hæc verba, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, desunt in Reg. 2, Felckm. 2 et editione Commeliniana.

(97) Sic Regius primus et Anglicanus. At Gobl. et Felckm. primus, μετέχων. Alii vero et editi, μέτοχον. Regius primus, Seg., mox, ἁγιάζονται.

(98) Reg. 2, Felckm. 2 et editi, ζωοποιοῦν. Mox Regius primus, Seg., vocem Ἰησοῦν omittunt.

(99) Sic Regius primus, Seg. Basil. Alii et editi, αὐτοῖς.

(1) Regius primus, Seg. Gobl. et Felckm. primus, ὥσπερ. Item Regius primus, Seg., post εἴρηται, addunt καί.

(2) Sic Regius primus, Seg. Basil. Anglicanus. In aliis autem et editis hæc ἀλλ' ὡς usque ad περὶ πάντων desunt. Basiliens. ibid. habet ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ, etc.

(3) Sic Regius primus, Seguer. Basil. Gobl. et

Digitized by Google

περὶ πάντων διδάσκεται. Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα χρίσμα καὶ σφραγίς ἐστιν, ἐν ᾧ χρίει καὶ σφραγίζει πάντα ὁ Λόγος· ποία ὁμοιότης ἢ ἰδιότης τοῦ χρίσματος καὶ τῆς σφραγῖδος πρὸς τὰ χριόμενα καὶ σφραγιζόμενα; Οὐκοῦν καὶ κατὰ τοῦτο οὐκ ἂν εἴη τῶν πάντων αὐτό (4). Οὐ γὰρ ἂν εἴη ἡ σφραγὶς ἐκ τῶν σφραγιζομένων, οὐδὲ τὸ χρίσμα ἐκ τῶν χριομένων· ἀλλ' ἴδιόν ἐστι τοῦτο τοῦ χρίοντος καὶ σφραγίζοντος Λόγου. Τὸ μὲν γὰρ χρίσμα τὴν εὐωδίαν καὶ πνοὴν τοῦ χρίοντος ἔχει, καὶ οἱ χριόμενοι τούτου μεταλαμβάνοντες λέγουσι· « Χριστοῦ εὐωδία ἐσμέν· » ἡ δὲ σφραγὶς τὴν μορφὴν (5) Χριστοῦ τοῦ σφραγίζοντος ἔχει, καὶ ταύτης οἱ σφραγιζόμενοι μετέχουσι, μορφούμενοι κατ' αὐτὴν, λέγοντος τοῦ Ἀποστόλου· « Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω (6), ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Οὕτω δὲ σφραγιζόμενοι, εἰκότως καὶ κοινωνοὶ θείας φύσεως γινόμεθα, ὡς εἶπεν ὁ Πέτρος, καὶ οὕτω μετέχει πᾶσα ἡ κτίσις τοῦ Λόγου ἐν τῷ Πνεύματι.

A credentes signati estis in diem redemptionis[47]. » At res creatæ illo signantur et unguntur, ac de omnibus docentur. Si igitur Spiritus unctio sive unguentum et sigillum est, in quo omnia ungit et signat Verbum : quænam similitudo aut convenientia unguenti et sigilli esse potest cum his rebus quæ unguntur et signantur? Nequit proinde fieri ut ipse inter res omnes numeretur. Nec enim aliquis ex his qui signantur, sigillum ipse dicendus sit : nec similiter aliquis ex his qui unguntur, unguentum idem erit. Sed id proprium est ungentis et signantis Verbi. Unguentum quidem ungentis suavitatem et odorem retinet, cujus participes facti qui unguntur, dicunt : « Christi bonus odor sumus[48]. » Sigillum vero signantis Christi effigiem servat, cujus qui signantur B participes effecti, ad eam conformantur, ut ait Apostolus : « Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis[49]. » Hoc autem modo signati, convenienter divinæ naturæ consortes reddimur, uti docet Petrus[50] : atque ita universæ res creatæ Verbi in Spiritu fiunt participes.

24. Καὶ διὰ τοῦ Πνεύματος λεγόμεθα πάντες μέτοχοι τοῦ Θεοῦ· « Οὐκ οἴδατε, γάρ φησιν, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐν ὑμῖν οἰκεῖ; Εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός. Ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς. » Εἰ κτίσμα δὲ ἦν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἂν τις ἐν αὐτῷ μετουσία τοῦ Θεοῦ γένοιτο ἡμῖν (7)· ἀλλ' ἢ ἄρα κτίσματι μὲν συνηπτόμεθα, ἀλλότριοι δὲ τῆς θείας φύσεως ἐγινόμεθα, ὡς κατὰ μηδὲν αὐτῆς (8) μετέχοντες. Νῦν δὲ, ὅτε λεγόμεθα μέτοχοι Χριστοῦ καὶ μέτοχοι Θεοῦ, δείκνυται τὸ ἐν ἡμῖν χρίσμα καὶ ἡ σφραγὶς μὴ οὖσα τῆς τῶν γενητῶν φύσεως, ἀλλὰ τῆς (9) τοῦ Υἱοῦ, διὰ τοῦ ἐν αὐτῷ Πνεύματος συνάπτοντος ἡμᾶς τῷ Πατρί. Τοῦτο γὰρ ὁ Ἰωάννης, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται, διδάσκων ἔγραψεν· « Ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν τῷ Θεῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ αὐτὸς ἔδωκεν ἡμῖν. » Εἰ δὲ τῇ τοῦ Πνεύματος μετουσίᾳ γινόμεθα κοινωνοὶ θείας φύσεως, μαίνοιτ' ἂν τις λέγων τὸ Πνεῦμα τῆς κτιστῆς φύσεως, καὶ μὴ

24. Omnes similiter per Spiritum Dei participes dicimur. « Nescitis, inquit, quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos[51]. » Sed si Spiritus sanctus res creata esset, nulla sane Dei communicatio nobis in ipso esset; sed rei creatæ conjungeremur, et divinæ naturæ alieni essemus, utpote nulla in parte ejus facti participes. Nunc vero cum Christi et Dei C participes dicamur, utique constat unguentum et sigillum, quod in nobis est, non ad rerum factarum, sed ad Filii naturam pertinere, qui nos per Spiritum, qui in ipso est, Patri conjungit. Idipsum nos Joannes, uti supra dictum est, his verbis docet : « In hoc cognoscimus quia in Deo manemus, et ipse in nobis; quoniam de Spiritu suo dedit nobis[52]. » Si porro Spiritus communicatione divinæ naturæ consortes efficimur, nemo certe nisi insanus dixerit Spiritum non Dei, sed creatæ esse naturæ. Nec enim alia de causa hi in quibus ille est, dii efficiuntur. Quod si

[47] Ephes. I, 13. [48] II Cor. II, 15. [49] Galat. IV, 19. [50] II Petr. I, 4. [51] I Cor. III, 16, 17. [52] I Joan. IV, 13.

Felckm. primus. Cæteri et editi, Εἰ δὲ τὰ μὲν κτίσματα, etc. Paulo post Regius primus, Seg. Gobl. et Felckm. primus, Ottobon. Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα χρίσμα καί, etc. Alii et editi, Τὸ δὲ Πνεῦμα καὶ χρίσμα καί, etc. Regius 2 tamen et Anglicanus καί ante χρίσμα omittunt. Mox Regius primus, Seg. πάντα ὁ Λόγος. Editi et alii, ὁ Λόγος τὰ πάντα.

(4) Regius 2, Felckm. 2 et editi, αὐτός. Mox Regius primus, Seg., ἡ σφραγίς, etc., ut hic exstat. In aliis ἡ ante σφραγίς, et ἐκ post χρίσμα deest; præterea Regius 2 et Felckm. 2, Ottobon. et editio Commeliniana omittunt, οὐδὲ τὸ χρίσμα ἐκ τῶν χριομένων.

(5) Felckm. 2 vocem μορφὴν omittit, et pro ἔχει habet ἐστί.

(6) Regius 2, ὠδινον. Ibid. Regius primus, Seg. Basil., μέχρις οὗ.

(7) Regius primus, Seg. Gobl. et Felckm. 1, μετουσία τοῦ Υἱοῦ ἐγίνετο ἐν ὑμῖν. Gobl. et Felckm. primus, ἡμῖν. Mox μέν seq. deest in Seg. Ibidem Anglicanus, ἀλλ' ἢ ἄρα, etc. Alii et editi, ἀλλ' εἰ ἄρα. D

(8) Regius primus, Seg., αὐτοῦ. Mox Regius primus, Seg. Basil. Gobl. et Felckm. primus, ὅτε. Cæteri et editi, ὁπότε.

(9) Sic Regius primus, Seg. Bas. Anglican. Alii et editi articul. τῆς omittunt. Ibid. Regius primus, Seg. Basil., pro ἐν αὐτῷ, habent ἐν αὐτῇ. Item Regius primus, Seg. vocem Πνεύματος abjiciunt. Mox iidem et Regius 2, Basil. Anglicanus, ἡμᾶς τῷ Πατρί. Ottobon., τῷ Πνεύματι. Alii et editi, ἡμᾶς Πατρί. Iidem, Anglican. excepto, articul. ὁ ante Ἰωάννης habent. Regius primus, Seg. εἴρηται omittunt, et habent ἔγραφε. Gobl. et Felckm. primus sic habent : Ἰωάννης γράφει· Ἐν τούτῳ, etc. Paulo post Reg. 1 et 2, Seg. Basil. Gobl. et Felckm. 1, αὐτὸς ἐν ἡμῖν. Editi et alii, ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν.

Digitized by Google

deos efficit, dubium non est, quin ejus natura Dei sit. Quod item centesimo tertio psalmo habetur, clarius adhuc argumentum ad hancce hæresim evertendam nobis suppeditat, ut jam monuimus : « Auferes spiritum eorum, **538** et deficient, et in pulverem suum revertentur. Emittes Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ [53]. » Et Paulus hæc Tito scribit : « Per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum [54]. » Si igitur Pater omnia per Verbum in Spiritu creat et renovat : quæ similitudo aut cognatio creantis cum rebus creatis? Vel qui omnino fieri queat ut ille res sit creata in quo omnia creantur? Sane cum impia hac sententia illa cohæret quæ Filii divinitatem impugnat, ita ut qui Spiritum rem creatam esse contenderint, eosdem fateri necesse sit Verbum, per quod omnia creantur, rem quoque creatam esse. Addam Spiritum imaginem Filii et dici et esse. Nam, « Quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui [55]. » Itaque cum ipsi fateantur Filium rem creatam non esse, nec etiam ejus imago res creata censenda est. Qualis enim fuerit imago, talem necesse est eum esse cujus imago fuerit. Unde quemadmodum jure merito ac convenienter Verbum res creata esse negatur, quia est imago Patris : ita qui Spiritum inter res creatas collocare non dubitaverit, non potest quin Filium cum iisdem annumeret : ac proinde ad ipsum Patrem refertur quidquid impie de hujus imagine senserit dixeritve.

25. Itaque manifestum est Spiritum alium omnino esse a rebus creatis, eumque ostendimus proprium Filii esse, non autem a Deo alienum. Namque quod ad hancce acutam illorum interrogationem spectat : Si Spiritus ex Deo est, quare non ipse quoque Filius dicitur? Hanc, inquam, quæstiunculam audacem et temerariam esse supra jam ostensum est; sed idem nihilominus rursus ostendere non gravabimur. Tametsi enim Spiritus in Scripturis Filius non dicitur, sed Spiritus Dei, tamen in ipso Deo, et ex ipso Deo esse dictus est, uti scripsit Aposto-

A τῆς τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐν οἷς γίνεται, οὗτοι θεοποιοῦνται (10)· εἰ δὲ θεοποιεῖ, οὐκ ἀμφίβολον, ὅτι ἡ τούτου φύσις Θεοῦ ἐστι. Καὶ ἔτι δὲ (11) φανερώτερον εἰς ἀναίρεσιν τῆς αἱρέσεως ταύτης ἐν τῷ ἑκατοστῷ τρίτῳ ψαλμῷ ᾄδεται, ὡς ἔμπροσθεν εἴπομεν· « Ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, καὶ ἐκλείψουσι, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. » Ὁ δὲ Παῦλος γράφει Τίτῳ (12)· « Διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Εἰ δὲ ὁ Πατὴρ διὰ τοῦ Λόγου ἐν Πνεύματι ἁγίῳ (13) κτίζει τὰ πάντα, καὶ ἀνακαινίζει· ποία ὁμοιότης ἢ συγγένεια τῷ κτίζοντι πρὸς τὰ κτίσματα; Ἢ ὅλως πῶς ἂν εἴη, ἐν ᾧ κτίζεται τὰ B πάντα, κτίσμα; Ἀκολουθεῖ γὰρ τῇ τοιαύτῃ δυσφημίᾳ καὶ ἡ εἰς τὸν Υἱὸν βλασφημία (14)· ὥστε τοὺς λέγοντας τὸ Πνεῦμα κτίσμα εἰπεῖν, ὅτι καὶ ὁ Λόγος, δι' οὗ τὰ πάντα κτίζεται, κτίσμα ἐστίν. Εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ λέγεται καὶ ἔστι τὸ Πνεῦμα· « Οὓς » γὰρ « προέγνω καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ (15). » Οὐκοῦν τοῦ Υἱοῦ καὶ κατ' ἐκείνους ὁμολογουμένου μὴ εἶναι κτίσματος, οὐκ ἂν εἴη οὐδὲ ἡ τούτου εἰκὼν κτίσμα. Ὁποία γὰρ ἂν εἴη ἡ εἰκών, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸν, οὗ ἐστιν ἡ εἰκών, εἶναι. Ὅθεν εἰκότως καὶ πρεπόντως ὁ Λόγος ὁμολογεῖται μὴ ὢν κτίσμα, εἰκὼν τοῦ Πατρὸς ὑπάρχων· ὁ ἄρα τοῖς κτίσμασι συναριθμῶν τὸ Πνεῦμα (16) πάντως που καὶ τὸν Υἱὸν ἐν τούτοις συναριθμήσει, δυσφημῶν ἐν τούτῳ καὶ τὸν Πατέρα διὰ τὴν εἰς τὴν εἰκόνα τού- C του (17) δυσφημίαν.

25. Ἄλλο ἄρα τῶν κτισμάτων ἐστὶ τὸ Πνεῦμα, καὶ δέδεικται μᾶλλον ἴδιον εἶναι τοῦ Υἱοῦ, καὶ οὐ ξένον τοῦ Θεοῦ. Καὶ γὰρ κἀκεῖνο τὸ σοφὸν αὐτῶν ἐρώτημα· Εἰ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι τὸ Πνεῦμα, διὰ τί μὴ λέγεται καὶ αὐτὸ Υἱός (18); Δέδεικται μὲν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἤδη προπετὲς καὶ τολμηρὸν, δείκνυται δὲ καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον. Εἰ γὰρ καὶ μὴ Υἱὸς ἐλέχθη ἐν ταῖς Γραφαῖς, ἀλλὰ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ (19), ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ εἴρηται, ὡς ὁ Ἀπόστολος ἔγραψεν. Εἰ δὲ ὁ Υἱὸς, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ Πατρός ἐστιν, ἴδιος τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἐστιν (20), ἀνάγκη καὶ

[53] Psal. cui, 29, 30. [54] Tit. III, 5. [55] Rom. VIII, 29.

(10) Ita Regius primus, Seg. Basil. Gobl. et Felckm. primus. Sic autem Anglicanus habet : καὶ ἐν ἀνθρώποις γίνεται, καὶ ἐν οἷς γίνεται, οὗτοι θεοποιοῦνται. Cæteri et editio Commel., καὶ ἐν ἀνθρώποις γίνεται, καὶ δι' αὐτοῦ θεοποιοῦνται.

(11) Δέ deest in Reg. 2, Felckman. 2 et edit. Commel. Mox Gobl. et Felckm. primus, ἐν τῷ ψαλμῷ ᾄδεται· Ἀνατελεῖς, etc.

(12) Regius primus, Seg., ἔγραφε. Gobl. et Felc. primus, καὶ Παῦλος Τίτῳ. Mox Seg. Gobl. et Felc. primus, ἀνακαινίσεως. Paulo post, πλουσίως abest a Gobler. et Felckm. primo.

(13) Regius primus, Seg., ἁγίῳ omittunt.

(14) Sic Regius primus, Seg. Alii et editi ἡ tollunt. Regius secundus, ἡ τοιαύτη δυσφημία καὶ εἰς τὸν Υἱόν.

(15) Sic Regius primus, Seg. Basil. Gobler. et Felckm. primus. Cæteri et editio Commelin. ἔγνω. D Paulo post καί ante κατ' ἐκείνους habent Regius primus, Seg., omittunt vero alii et editi.

(16) Ὁ post κτίσμασιν habent Regius 2, Felck. primus et editio Commel.

(17) Regius primus, Seg. Basil., τούτου. Alii vero et editi, αὐτοῦ. Mox Regius primus, Seg. Basil. Gobl. et Felckm. primus, Ἄλλο ἄρα τῶν κτισμάτων. Cæteri et editi, Ἄρα οὖν οὐ τῶν κτισμάτων.

(18) Sic Regius primus, Seguer. Alii et editi, αὐτός.

(19) Sic Regius primus, Seg. In aliis et editis τοῦ deest.

(20) Sic Regius primus, Seg. Gobl. Felckm. primus et Basil. At Anglicanus, ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός ἐστιν. Οἰτοbon. Ὁ δὲ Υἱὸς ἐπειδὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν. Cæteri et editio Commeliniana, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν.

Digitized by Google

22. Verum par erat, improbos illos aut Dominum ex corporalibus non vilipendere, quasi hominem, aut ex operibus verum Deum illum confiteri. Sed omnia præpostere faciebant. Cum enim hominem cernerent, ipsi ut homini convitiabantur : ac vicissim opera divina **570** spectantes, negabant divinitatem, et ad diabolum confugiebant, rati se, si hæc auderent, effugere posse, ne ab ipso Verbo quod contumelia affecerant, judicarentur. At incantatores, magi et venefici Pharaonis, licet plurima tentassent, tamen a Moyse edita signa cum cernerent, cessere tandem, tergaque dedere dicentes, digitum Dei esse qui hæc ederet [82]. Pharisæi autem et Scribæ, cum integram Dei manum viderent operantem, cernerentque ea quæ per Christum Salvatorem agebantur, sane illis prioribus plura majoraque ; horum auctorem aiebant Beelzebulem, quem ipsi magi, licet suum, ne quidem his minora posse confitebantur. Quidnam de tam ingenti stultitia dici possit? aut, ut ait propheta, quis quid cum illis impietatibus comparare poterit? Justiores enim se Sodomitas exhibuerunt : vicerunt gentium ignorantiam, magorumque Pharaonis stultitiam superant, atque cum solis Ariomanitis conferri possunt, quod in eamdem impietatem sint collapsi. Judæi enim Patris opera per Filium videntes, Beelzebuli ea ascripsere : Ariani vero hæc ipsa cum cernunt opera, Dominum ea edentem creatis rebus annumerant, aiuntque, ex non exstantibus ipsum esse, et non fuisse antequam fieret. Ac Pharisæi quidem cum viderent Dominum in corpore, obmurmurantes aiebant : « Quare tu homo cum sis, facis teipsum Deum [83] ? » Hi autem Christi hostes, cum vident illum patientem ac dormientem, blasphemant his verbis : Qui hæc patitur, non potest Deus verus esse, nec consubstantialis esse Patri. Demum si quis velit, utrorumque errores inter se collatos expendere, comperiet, uti supra dixi, ipsos in vallem amaræ stultitiæ [84] confertim collapsos esse.

[82] Exod. VIII, 19. [83] Joan. X, 33. [84] Gen. XIV, 8.

μωρολογία μαινομένων καὶ παρεξεστηκότων ἐστὶν, ὅτι μηδὲ τά, multis omissis. Post παρεξεστηκότων edit. Paris. habet ἔτι pro ἐστίν.

(84) Sic edit. Paris. Reg. Seg. Gobl. et Felckm. primus. Edit. vero Commel., mendose, ἐξασθενεῖν. Paulo post Regius, Seg. Anglic. Gobl. et Felckm. primus, δηλονότι. Editi vero, δῆλον ὅτι. Mox αὐτόν abest ab Anglicano solo.

(85) Editio Commel., Μωϋσέως.

(86) Editi, αὐτοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος. Sed Χριστοῦ deest in omnibus manuscript., excepto Basil. Mox τόν deest in Regio.

(87) Sic Regius, Seg. et Basil. Editi vero, μηδὲ τὰ τούτων ἐλάττονα δύνασθαι ποιεῖν. Infra Regius et Seguer., ἥτις. Mox in iisdem τι deest post ὁμοιῶσαι.

(88) Regius, Seg. Goblerian. et Felckm. primus, ἐξ αὐτῶν. Editi et alii, ἐξ ἑαυτῶν. Mox καί deest in Gobl. et Felckm. primo.

(89) Regius et Seg., μοναχούς, perperam. Mox Reg. Seg. Gobl. et Felckm. primus, εἰς τὴν αὐτήν, rectius quam editi, εἰς τὴν τοιαύτην.

(90) Regius et Seg., ἀνετίθεσαν. Reliqui et editi, ἀνατιθέασιν. Mox Reg. Seg. Basil. Gobl. et Felc. primus, αὐτοὶ τοιαῦτα βλέποντες. Editi et alii, αὐτοὶ τὰ αὐτὰ βλέποντες. Paulo post Reg. et Seg. soli, τὸν τοιαῦτα ποιοῦντα.

(91) Sic Regius, Seg. Gobl. Felckm. primus et edit. Paris. Editio Commel. et alii, ἑαυτόν.

(92) Sic Seg. solus, quem tamen sequi visum est. Alii omnes et editi, Υἱὸς ἀληθινός. Mox editi, καὶ Υἱὸς ὁμοούσιος. Sed vox Υἱός deest in Regio, Seg. Anglic. Gobl. Felck. 1 et 2. Mox Reg. et Seg., ὅμως pro ὅλως minus recte.

(93) Regius et Seg. soli, παρανοίας.

Digitized by Google

23. Quapropter tam illis quam istis, nullam fore supplicii huic flagitio debiti remissionem, Dominus declaravit, his verbis : « Qui vero dixerit adversus Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro [85]. » Et merito quidem ; qui enim negat Filium, quem rogans obtinere poterit propitiationem? aut quæ vita, vel requies ei exspectanda, qui repulit eum qui dicit : « Ego sum vita [86], » et : « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos [87] ? » Cum igitur isti hoc modo pœnas luant ; perspicuum fuerit eos qui pii sunt erga Christum, et qui tam secundum carnem, quam secundum spiritum eum adorant, nec eum Filium Dei ignorant esse, nec Filium hominis factum esse negant ; verum etiam credunt, illud, « In principio erat Verbum, » et « Verbum caro factum est [88], » regnaturos æternum in cœlis esse, secundum sanctas ipsius Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi pollicitationes, qui ait : « Ibunt quidem illi in supplicium æternum ; justi autem in vitam æternam [89]. » Hæc paucis tibi, ex iis quæ didiceram, scripsi. Tu vero non ut perfectam doctrinam, sed tantum ut occasionem a me tibi datam accipe. Restat tibi **571** ut accuratiorem sententiam ex evangelico dicto et ex psalmis decerpens, veritatis manipulos alliges : ut tibi quoque illa ferenti dicatur : « Venientes autem venient cum exsultatione, portantes manipulos suos [90], » in Christo Jesu Domino nostro, per quem et cum quo Patri, et una Spiritui sancto, gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

23. Διὰ τοῦτο γὰρ κἀκείνοις καὶ τούτοις (94) ἀσύγγνωστον ἔσεσθαι τὴν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις τιμωρίαν ὁ Κύριος ἀπεφήνατο λέγων· « Ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τῷ αἰῶνι (95) τούτῳ, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. » Καὶ εἰκότως γε· ὁ γὰρ ἀρνούμενος τὸν Υἱόν, τίνα παρακαλῶν, ἱλασμὸν δυνήσεται ἔχειν; ἢ ποίαν ζωὴν, ἢ ἀνάπαυσιν προσδοκήσει, ὁ ἀπωσάμενος τὸν λέγοντα· « Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή; » καὶ, « Δεῦτε πρὸς μὲ, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς ; » Τούτων δὲ οὕτω διδόντων δίκας, δῆλον ἂν εἴη, ὡς οἱ εὐσεβοῦντες (96) εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ τὸ κατὰ σάρκα καὶ τὸ κατὰ Πνεῦμα προσκυνοῦντες αὐτοῦ, καὶ μήτε Υἱὸν Θεοῦ αὐτὸν ἀγνοοῦντες, μήτε ὅτι καὶ Υἱὸς (97) ἀνθρώπου γέγονεν ἀρνούμενοι· ἀλλὰ καὶ πιστεύοντες, ὅτι « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, » καὶ, « ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » βασιλεύσουσιν αἰωνίως ἐν τοῖς οὐρανοῖς κατὰ τὰς ἁγίας ἐπαγγελίας αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ (98) λέγοντος· « Ἀπελεύσονται μὲν ἐκεῖνοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Ταῦτά σοι συντόμως, ἐξ ὧν ἔμαθον, ἔγραψα. Σὺ δὲ μὴ ὡς τελείαν διδασκαλίαν, ἀλλὰ μόνην ἀφορμὴν ταῦτα παρ' ἐμοῦ λάμβανε· καὶ λοιπὸν σαυτῷ τὴν ἀκριβεστέραν (99) διάνοιαν ἔκ τε τοῦ εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ καὶ τῶν Ψαλμῶν ἀναλαμβάνων, δέσμευε τὰ τῆς ἀληθείας δράγματα· ἵνα καὶ, σοῦ ταῦτα φέροντος, εἴπωσιν οἱ λέγοντες· « Ἐρχόμενοι δὲ ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει, αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν, » ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ καὶ (99*) μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι Ἀμήν.

[85] Matth. XII, 32. [86] Joan. XIV, 6. [87] Matth. XI, 28. [88] Joan. I, 1, 14. [89] Matth. XXV, 46. [90] Psal. CXXV, 6.

(94) Gobl. et Felckm. primus, mendose, κἀκείνους, καὶ τούτους.

(95) Gobl. et Felckm. primus, ἐν τῷ νῦν αἰῶνι. Mox Reg. Seg. Gobl. et Felckm. primus, ὁ γὰρ ἀρνούμενος. In editis γάρ deest.

(96) Anglic. Gobl. et Felckm. primus, οἱ ἀσεβοῦντες, male. Mox Reg. et Seg., καὶ Πνεῦμα, omisso τὸ κατά.

(97) Sic Reg. Seg. Basil. et Angl. Editi vero, ὁ Υἱός, minus recte. Mox καί post ἀλλά deest in Angl. Paulo post Regius et Seg., βασιλεύσουσι. Editi et alii, βασιλεύουσιν. Ibid. Regius et Seguerian. καί, ante κατά, male. Ibidem Seguerianus solus, ἀπαγγελίας.

(98) Hæc, Ἰησοῦ Χριστοῦ, non sunt in editis et in quibusdam mss., sed habentur in Regio et Seguer. Ibid. Gobl. et Felckm. primus, ἐπαγγελίας τοῦ Σωτῆρος, omissis aliis.

(99) Reg. Seg. Gobler. et Felckm. primus, ἀκριβεστέραν. Editi et alii, ἀκριβεστάτην.

(99*) Sic Reg. et Seg. In editis et aliis deest δι' οὗ καί. Mox pro ἅμα Regius et Seg. σύν habent.

Digitized by Google

IN EPISTOLAM DE SYNODIS MONITUM.

I. *Epistolam de synodis Ariminensi et Seleuciana sub finem anni* 359, *quo celebratæ illæ sunt, conscriptam fuisse, ex plurimis ejusdem locis conficitur : in ipso quippe initio, narraturum se Athanasium ait, res in ea gestas synodo, quæ tunc in omnium ore versabatur : liquidius autem testatur, num.* 4, *professionem Sirmianam consulatum ejus, quo ipse scribebat, anni præferre,* ἀπὸ τῆς νῦν ὑπατείας. *Consules nempe iidem tunc erant, qui Sirmiensi fidei formulæ ascripti fuerant, Eusebius et Hypatius, qui ad annum pertinent* 359. *Et vero liquet ex appendice quam ad calcem hujusce operis attexuit sanctus Doctor, nondum allatas sibi fuisse res omnes Arimini gestas, quando hoc opusculum aggressus est. Quamobrem nihil de Patrum Ariminensium lapsu, nihil de legatis Arianorum astutia Nice circumventis, hic habetur, quæ tamen eo ipso contigere anno.*

II. *Quare, ut jam olim advertere viri cum primis eruditi, quæ num.* 30 *leguntur,* Ταῦτα γράψαντες ἐν τῇ Ἰσαυρίᾳ, ἀνελθόντες εἰς τὴν Κωνσταντίνου πόλιν, etc., *aa hæc usque verba, num.* 32, Τέως μὲν οὖν ἄχρι τούτου φθάσαντες, *ubi Athanasius fidei formulam Constantinopolitanam affert, Antiochenam memorat, de Constantii obitu agit, quæ omnia post annum haud dubie* 359 *contigere; hæc, inquam, epistolæ jam pridem a se scriptæ Athanasium inseruisse, nullus superest ambigendi locus. Ita ut prædicta verba* Τέως μὲν οὖν μέχρι τούτου φθάσαντες, etc., *statim post fidei professionem Isauricam, num.* 29, *allatam, cui aptissime cohærent, primo sequerentur; dehinc interpositis ab Athanasio iis quæ supra diximus, isthæc fuere a præcedentibus divulsa.*

III. *Non satis autem firmo argumento nituntur qui arbitrantur ad solitarios missam fuisse hanc epistolam eum nec in manuscriptis codicibus uspiam monachorum seu solitariorum nomen præferatur, neque apud Socratem vel Sozomenum ad monachos nuncupetur; sed apud priorem* Πρὸς τοὺς γνωρίμους, *apud posteriorem vero* Πρὸς τοὺς ἐπιτηδείους *inscripta sit. Quare ad monachosne hanc miserit epistolam nec repugnat, nec conjectari potest. Qua vero fuerit ad eam perscribendam causa permotus, haud obscure indicat Athanasius ipse operis exordio, ubi se ait ea scripto exarasse cum ut amicorum desiderium discendique studium expleret, tum ut ne illi multis varie synodi gesta narrantibus animi penderent, unde nonnulli eam ad monachos missam colligunt, levissimo sane, ut nemo non videt, ducti argumento.*

IV. *Porro licet hic unus videatur Athanasii fuisse scopus res Arimini et Seleuciæ actas enarrare, post absolutam tamen eam rem ad alia progreditur, utque fluctuantem Arianorum in fide sua animum perspicue commonstret, varias variis locis temporibusque ab illis editas fidei formulas recenset, atque ad verbum refert : quæ tam ingenti numero fuere, ut eas haud injuria labyrinthum vocet Socrates, lib.* II, *cap.* 32. *Iis absolutis,* τοῦ ὁμοουσίου *vocem cum argumentis validissimis, tum exemplo veterum Patrum ab Arianorum calumniis objectionibusque vindicat. Tres itaque sunt hujus epistolæ partes. In prima agit de synodis Ariminensi et Seleuciana. In secunda de Arianorum blasphemiis, eorumque variis fidei professionibus. In tertia, de consubstantialitate admittenda* (1). *De singulis quædam pertractanda.*

V. *In prima parte antequam rerum Arimini gestarum narrationem ordiatur, agit de formula fidei Sirmii anno* 359, *consulibus Eusebio et Hypatio, edita. Præcipuosque eorum auctores Ursacium, Valentem, Gaium et Germinium vehementer exagitat, quod suæ fidei Constantium imperatorem consulatusque annum præfixerint, quasi tunc primum credere cœpissent. Eam vero fidei formulam ait Patribus Arimini coactis propositam, ab iisque repudiatam fuisse. Hinc refert epistolam Ariminensium Patrum ad Constantium imperatorem, ubi res in Seleuciana synodo gestæ, prædictorumque Arianorum præsulum depositio narratur. Deinde paucis recenset res in Seleuciana synodo gestas et in Acacium Cæsariensem acriter invehitur; atque ita clauditur prima hujus epistolæ pars.*

VI. *In secunda parte progreditur ad varias Arianorum blasphemias fideique formulas recensendas, orsusque ab Arii* Thalia, *ejus non modicum affert fragmentum impietatis refertum. Hinc sequitur fidei confessio quam sub Arianæ hæreseos initium Arius ipse cum sectatoribus suis Alexandro archiepiscopo Alexandrino obtulit anno circiter* 319. *Exinde refert ingentes blasphemias a quibusdam Arianorum antesignanis prolatas, quibus subdit epistolam synodi Hierosolymitanæ anni* 335, *ubi Arius cum suis ad communionem Ecclesiæ ab episcopis Eusebianis admittitur. Unde cum in Arianismi suspicionem jure illi venissent, ejus removendæ causa, fidei formulam edidere in synodo anno* 341, *Antiochiæ habita, occasione basilicæ Aureæ dedicandæ : ad quam celebritatem magnum episcoporum numerum acciverat Constantius. Eam integram refert Athana-*

(1) Vide item apud Hilarium lib. II *ad Constantium*, n. 4.

Digitized by Google

sius, atque secundam tertiamque subjungit eodem loco atque anno editas ab Arianis, cum se præcedentium fidei professionum pœniteret.

VII. *Quartam post hæc affert Arianorum fidei formulam, quam paucis interjectis mensibus, eodem anno* 341, *ut putamus, de integro composuere, missisque in Gallias legatis, Constanti obtulere Augusto. Elapsis hinc tribus annis, et quintam conscripsere fidei professionem cæteris omnibus* **572** *prolixiorem, legatosque miserunt qui eam in Italiam deferrent. Quæ hanc excipit sexta numero, in secunda Sirmiensi adversus Photinum synodo, edita fuit anno* 351, *cui subjunguntur* 27 *anathematismi. Huic septimam subjicit Athanasius Sirmii item editam anno* 357, *cui subscripsit Hosius, vi tormentorum ab Arianis compulsus. Postea illam memorat quæ octava numero est, quæque imperatoris præfixo nomine, atque ejusdem anni consulatu, sub initium hujus epistolæ primo loco posita fuit.*

VIII. *Nona subsequitur, eodem anno* 359, *Seleuciæ edita, ubi* ὁμοούσιον *pariter et* ὁμοιοούσιον *rejicitur,* ἀνόμοιον *vero anathemate damnatur. Decima, in Constantinopolitana synodo anni* 360, *admissa, integra isthic legitur. Undecima denique, Antiochiæ anno* 361 *conscripta, non ad verbum legitur, sed quædam ejus sententiæ afferuntur. Porro quid quæque fidei confessio complectatur, in quove quælibet ab aliis discrepet, lectori advertendum relinquimus.*

IX. *In tertia epistolæ parte voces* substantiæ *et* consubstantialis *pluribus defendit adversus Arianos. Monet tamen se non pro inimicis eos homines habiturum, qui cum solam* τοῦ ὁμοουσίου *vocem non admitterent, reliqua omnia Nicænæ synodi scripta reciperent, atque solo nomine in controversiam adducto, reipsa cum Catholicis consentirent.: cujusmodi esse ait Basilium Ancyranum. Hinc pugnat adversus eos qui* ὁμοούσιον *repudiatum peroptabant, quique aiebant in synodo Antiochena adversus Paulum Samosatensem damnatam eam vocem fuisse : affirmatque haud sentire synodum illam cum Nicæna, sed ambas synodos vocem* ὁμοουσίου *vario accepisse modo, afferlque Dionysii Alexandrini locum, qui se testatur vocem admittere* consubstantialis. *Probat insuper exemplo Ignatii alteriusque Patris anonymi, licere divinis de rebus loquenti, voces usurpare quæ nusquam Scripturarum reperiantur, dum sanæ fidei nihil repugnent. Atque aliis permultis ad consubstantialitatem asserendam allatis argumentis, demum epistolam claudit, atque appendicis modo subdit epistolam Constantii ad Ariminensem synodum, synodique ad eam responsum.*

X. *Socrates, lib.* 1, *c.* 13, *citat Athanasii librum* Synodicon *inscriptum : cujus nonnulla excerpit ex Nicænis subscriptionibus quæ non exstant in hac epistola ; unde diversum omnino opus fuisse censendum est. Non enim ad præsens Athanasii institutum pertinet catholicas synodos recensere ; ipseque Socrates cum alio nomine hunc librum alias laudaverit. satis innuit diversum hoc opus a Synodico esse.*

SYNOPSIS EPISTOLÆ DE SYNODIS.

Num. 1. Cur hanc epistolam scripserit Athanasius.
2. Synodus Nicææ indicta dividitur, Occidentalibus Ariminum, Orientalibus Seleuciam concedentibus.
3-4. Ursacius, Valens et Germinius contra Ecclesiæ usum consulatum suæ fidei præfixere.
5-6. Qua de causa coacta fuit Nicæna synodus.
7. Quo animo synodos dividendas curarint Ariani.
8. Historia Ariminensis synodi anno 359 celebratæ.
9. Arianorum vafrities deprehenditur.
10. Exemplum epistolæ Ariminensis concilii ad Constantium imp.
11. Decretum synodi.
12-13. Res in synodo Seleuciana gestæ anno 359.
14. Varias Ariani edunt fidei professiones.
15. Blasphemiæ Arii.
16. Arianorum epistola ad Alexandrum papam.
17. Præcipuorum Arianorum impia dicta.
18-20. Asterii sophistæ scripta et impietas.
21. Eusebianorum epistola ad omnes episcopos, presbyteros e diaconos.
22. Arianorum prima fidei formula.
23. Secunda.
24. Tertia.
25. Quarta.
26. Quinta.
27. Sexta.
28. Septima.
29. Octava, quæ habetur supra num. 8. Nona formula.
30. Decima.
31. Undecima.
32. Cur Ariani tot fidei formulas ediderint.
33. Defenduntur contra Arianos voces ἐκ τῆς οὐσίας ὁμοούσιον.
34-35. Soli Ariani eas voces improbant.
36. Cur Nicæna synodus vocem *ex substantia* usurparit. Arius et Ariani vocibus in Scriptura non repertis sunt usi.
37. Georgii Alexandrini pseudo-episcopi ignorantia.
38-40. Adversus Anomœos, si Filius Patri sit dissimilis, nunquam ejus imago fuerit.
41-44. Non respuit Athanasius eos qui, rejecta sola τοῦ ὁμοουσίου voce, catholicam tamen Nicænamque sententiam retinebant.
45-47. Quo sensu Antiocheni Patres vocem ὁμοούσιον respuerint. Nicæni Patres Filium jure merito consubstantialem dixerunt.
48-52. Probatur Filium vere dici consubstantialem.
53-54. Vocis ὁμοούσιον explanatio.
55. Epistola Constantii ad episcopos Arimini congregatos. Rescriptum episcoporum.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ

Περὶ τῶν γενομένων ἐν τῇ Ἀριμίνῳ τῆς Ἰταλίας, καὶ ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας συνόδων (2)

—

S. P. N. ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ

EPISTOLA

De synodis Arimini in Italia, et Seleuciæ in Isauria, celebratis.

(Scripta anno 359.)

—

1. Ἔφθασε μὲν ἴσως καὶ παρ' ὑμᾶς ἡ ἀκοὴ περὶ τῆς καὶ νῦν θρυλουμένης (3) συνόδου· καὶ γὰρ βασιλέως καὶ τῶν ἐπάρχων ἐφοίτησε πανταχῇ γράμματα καλοῦντα τοὺς εἰς ταύτην συνερχομένους· ἐπειδὴ δὲ καὶ φιλομαθεῖς ὄντες ζητεῖτε γνῶναι τὰ πεπραγμένα, ἀκόλουθον εἶναι νενόμικα, ἅπερ ἑώρακα καὶ ἔγνων ἀκριβῶς, ταῦτα καὶ ὑμῖν δηλῶσαι· ἵνα μὴ, παρ' ἑτέρων ἀκούοντες, ἀμφίβολον ἔχητε τὴν διάνοιαν· μάλιστα ὅτι τινὲς εἰώθασιν ἑτέρως ἀπαγγέλλειν τὰ πραττόμενα, ἢ ὡς γέγονεν. Ἐν μὲν οὖν (4) τῇ Νικαίᾳ, ὥσπερ ἦν ὁρισθὲν, οὐκέτι γέγονε τὸ συνέδριον. ἀλλὰ δεύτερον πρόσταγμα πεφοίτηκεν· ὥστε τοὺς μὲν ἐν τοῖς δυτικοῖς μέρεσιν ἐπισκόπους ἐν Ἀριμίνῳ τῆς Ἰταλίας συνελθεῖν, τοὺς δὲ ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς μέρεσιν ἐν τῇ λεγομένῃ Τραχείᾳ Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας συγκροτηθῆναι. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς τοιαύτης συνελεύσεως ἐθρυλεῖτο (5) περὶ πίστεως τῆς εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Οἱ δὲ ταύτην παρασχόντες εἰσὶν ἀπὸ μὲν τῆς Παννονίας Οὐρσάκιος, καὶ Οὐάλης, καὶ Γερμίνιός τις· ἀπὸ δὲ τῆς Συρίας Ἀκάκιος, Εὐδόξιος, καὶ Πατρόφιλος (6) ὁ ἀπὸ τῆς ἐπωνύμου τῶν Σκυθῶν πόλεως τυγχάνων.

1. Fortasse et ad vos fama pervenit ejus synodi quæ nunc in omnium ore versatur: missæ quippe undique sunt imperatoris ac præfectorum litteræ quæ viros illuc conventuros accerserent. Sed quia discendi cupidi, res gestas scire peroptatis, quæ vidi, quæque diligenter exploravi, vobis indicanda duxi: ne aliis narrantibus animi pendeatis, cum maxime nonnulli soleant res secus enarrare quam gestæ sint. Concilium itaque, nequaquam Nicææ, uti statutum fuerat, celebratum est: sed secunda prodiit jussio, ut Occidentales episcopi Ariminum in Italia convenirent, Orientales vero Seleuciæ, quæ Aspera dicitur, in Isauria, convocarentur. Obtentus autem hujusmodi conventus erat, ut de fide in Dominum nostrum Jesum Christum (ut jactitabant) ageretur. Curarant scilicet eam spargere famam, ex Pannonia quidem, Ursacius, Valens et Germinius quidam; ex Syria vero, Acacius, Eudoxius et Patrophilus, urbis quæ ex Scythis nomen sortita est episcopus. Hi enim Arianarum semper partium cum fuerint, nec intelligant quid credant, quidve affirment, singulos sensim decipientes, inserentesque hæreseos sementem,

(2) Omnes manuscripti, τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ, περί, etc. Socrates, lib. II, cap. 37, p. 134, hujus locum afferens, ait, Ἀθανάσιος δι' ὧν πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ γνωρίμους ἐπιστέλλων· *Athanasius in his quæ ad familiares scribit*; Sozomenus vero: Ἀθανάσιος πρὸς τοὺς ἐπιτηδείους γράφων· *Athanasius ad familiares scribens* De quo vide quæ supra in Monito. Ibid. Reg. et Felck. 3, Ἀριμήνῳ.

(3) Regius et editio Commeliniana, θρυλουμένης. Felckm. 3, θρυλλουμένης cum edit. Paris. Paulo post Reg., πανταχῆ, sic.

(4) Οὖν deest in Ottobon. 2. At Felckm. 3, Ἐν μὲν οὖν ὁρισθέν, perperam. Ibid. Regius, οὐ φοίτηκεν ὥστε, intermediis omissis. Paulo post Regius et Felckm. 3, Ἀριμήνῳ.

(5) Ἐθρυλλεῖτο, Felckm. 3.

(6) Ottobon. 1 et Felckm. 3, Πρόφιλος, et ad marginem primi notatum *Profilus*, pro Πατρόφιλος. Hujusmodi errores haud semel superius adnotavimus, et occurrent nonnulli postea.

Digitized by Google

nonnullos qui alicujus pretii videbantur, ipsumque imperatorem Constantium hæreticum subornarunt; **573** ita ut synodum, sub ementita asserendæ fidei specie impetrarint: rati se Nicænam posse synodum obruere, atque ita omnes a sententia dimovere, ut impietas veritatis loco obtineat ubique.

Οὗτοι γὰρ, ἀεὶ τῆς Ἀρείου μερίδος ὄντες, καὶ μὴ νοοῦντες μήτε πῶς πιστεύουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται, ἀπατῶντες δὲ ἕκαστον ἠρέμα, καὶ σπέρματα τῆς αἱρέσεως ἑαυτῶν (7) ἐπισπείροντες, ὑφήρπασάν τινας τῶν δοκούντων εἶναί τι, καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα Κωνστάντιον αἱρετικὸν ὄντα, σχηματισάμενοι περὶ πίστεως, ὥστε ποιῆσαι γενέσθαι σύνοδον (8)· νομίζοντες δύνασθαι καλύψαι τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον καὶ τοὺς πάντας μεταπείθειν, ὥστε τὴν ἀσέβειαν ἀντὶ τῆς ἀληθείας κρατῆσαι πανταχοῦ.

2. Et primum quidem id valde miror (quod prudentem arbitror, quemlibet animadversurum) nimirum cum universalis synodus indicta esset, illamque omnes exspectarent, eam derepente fuisse divisam; adeo ut hi hoc convenirent loco, alii alio sese convocarent: quod fortasse divinæ providentiæ fuit opus, ut in altera synodo hominum sincera puraque fides palam fieret, in altera vero suspecta virorum dubiaque animi sententia deprehenderetur. Id quoque mihi, germanisque fratribus hic mecum versantibus, in mentem subiit, atque ejusmodi concursus absurditatem cernentes cogitabamus, quæ res tantopere urgebat, ut orbis terrarum turbaretur, et qui tum temporis pro clericis habebantur, ultro citroque discurrerent, sciscitantes quomodo in Dominum nostrum Jesum Christum crederent? Si enim credidissent, nequaquam perinde sciscitati essent, quasi quid crederent non haberent. Hoc autem catechumenis haud levis offensionis ansam, ethnicis vero non modicam sed effusam risus materiam præbuit, quod Christiani, veluti e somno nunc excitati, quærant qua ratione in Christum credere oporteat; qui autem inter illos clerici vocantur, tametsi auctoritatem apud populos, quasi magistri, sibi vindicant, jam se tamen infideles declaraverint, cum id quærant scilicet quod non habent. Nec advertunt Ursacius et socii, qui horum auctores fuere, quantum sibi iræ thesaurum recondant, Domino per sanctos suos dicente: « Væ illis per quos nomen meum blasphematur in gentibus[91]; » suo autem ipso ore in Evangeliis ait: « Qui ergo scandalizaverit unum de pusillis istis, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus et demergatur in profundum maris, quam, » ut addidit Lucas, « ut scandalizet unum de pusillis istis[92]. »

2. Πρῶτον μὲν οὖν ἔγωγε θαυμάζω (ἡγοῦμαι δὲ καὶ πάντα ὀντιναοῦν φρόνιμον τοῦτο συνορᾷν), ὅτι, καθολικῆς ὁρισθείσης συνόδου, καὶ ταύτην πάντων προσδοκώντων, ἐξαίφνης διῃρέθη· καὶ οἱ μὲν ἐκεῖ συνῆλθον, οἱ δὲ ὧδε συνεκρότησαν ἑαυτούς. Ἦν δὲ ἄρα τοῦτο τῆς Προνοίας ἔργον, ἵνα ἐν ἑκάστῃ, τῶν μὲν τὸ ἄδολον καὶ καθαρὸν τῆς πίστεως δειχθῇ φρόνημα, τῶν δὲ τὸ ὕποπτον καὶ ἀμφίβολον ἦθος ἐλεγχθῇ. Ἔπειτα κἀκεῖνο διενοούμην (9) μετὰ τῶν ἐνταῦθα γνησίων ἀδελφῶν, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἠσχάλλομεν, θεωροῦντες τὸ ἄπρεπὲς τῆς τοσαύτης συνδρομῆς. Τί γὰρ τοσοῦτον ἦπειξεν, ὥστε τὴν οἰκουμένην διαταραχθῆναι, καὶ τοὺς λεγομένους ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ κληρικοὺς διατρέχειν ἄνω καὶ κάτω (10), καὶ ζητεῖν, πῶς ἄρα μάθωσι πιστεύειν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν; Εἰ γὰρ ἐπίστευον, οὐκ ἂν ὡς μὴ ἔχοντες ἐζήτουν. Τοῦτο δὲ τοῖς μὲν κατηχουμένοις οὐκ ὀλίγον σκάνδαλον· τοῖς δὲ Ἕλλησιν οὐ τὸ τυχὸν, ἀλλὰ καὶ πλατὺν (11) γέλωτα παρέσχεν, εἰ Χριστιανοὶ, ὥσπερ ἐξ ὕπνου νῦν ἐγερθέντες, ζητοῦσι, πῶς δεῖ περὶ Χριστοῦ πιστεύειν (12). Οἱ δὲ λεγόμενοι κληρικοὶ τούτων, καίτοι τὰ πρεσβεῖα παρὰ τῶν λαῶν ἐκδικοῦντες, ὡς διδάσκαλοι, νῦν ἤλεγξαν ἑαυτοὺς ἀπίστους, ζητοῦντες ὅπερ οὐκ ἔχουσι. Καὶ ἠγνόησαν οἱ περὶ Οὐρσάκιον, τούτων αἴτιοι γενόμενοι, ὅστην ἑαυτοῖς ἐθησαύρισαν ὀργὴν, λέγοντος τοῦ Κυρίου διὰ μὲν τῶν ἁγίων· « Οὐαὶ, δι' οὗς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι· » διὰ δὲ ἑαυτοῦ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· « Ὃς οὖν ἐὰν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων, συμφέρει αὐτῷ ἵνα μύλος ὀνικὸς κρεμασθῇ εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης· ἢ ἵνα, » ὡς ὁ Λουκᾶς προσέθηκε, « σκανδαλίσῃ τῶν μικρῶν τούτων ἕνα. »

3. Quid enim doctrinæ ad piam religionem defuit Ecclesiæ catholicæ, ut nunc de fide perquirant, utque suis de fide expositionibus præsentis temporis consulatum præfigant? Ursacius enim, Valens et Germinius cum sociis id fecere, quod nunquam apud

3. Τί γὰρ ἔλειπε διδασκαλίας εἰς εὐσέβειαν τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ (13), ἵνα νῦν περὶ πίστεως ζητῶσι, καὶ τὴν ὑπατείαν τῶν παρόντων χρόνων προτάσσωσι τῶν παρ' αὐτῶν ἐκτιθεμένων ῥημάτων δῆθεν περὶ πίστεως; Οὐρσάκιος γὰρ καὶ Οὐάλης, καὶ

[91] Isa. LII, 5; Rom. II, 24. [92] Matth. XVIII, 6; Luc. XVII, 2.

(7) Sic Regius. Editi vero, αὐτῶν.

(8) Ottobon. 1 et 2 et Felckm. 3, γενέσθαι σύνοδον, καὶ τοὺς πάντας μεταπείθειν, ὥστε τὴν ἀσέβειαν ἀντὶ τῆς ἀληθείας κρατῆσαι πανταχοῦ (Felc. 3, πάντων) νομίζοντες δύνασθαι καλύψαι τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον. Πρῶτον μὲν οὖν, eadem scilicet sententia, sed inversis phrasibus.

(9) Felckm. 3, διενοοῦμεν. Alii omnes cum editis, διενοούμην. Utraque lectio quadrat. Mox Basil. et Felckm. 3, ἠσχάλομεν.

(10) Sic Regius et Ottobon. 1, 2. In aliis et editis deest καὶ κάτω.

(11) Ottobon. 1 et Felck. 3, πλατύ. Mox Felck. 3, οἱ Χριστιανοί, male.

(12) Sic Regius et Ottobon. 2. Editi et alii νῦν ante πιστεύειν. Paulo post Ottobon. 1, 2, et Felc. 3, παρὰ τῷ λαῷ.

(13) Hæc habentur apud Socratem, lib. II *Hist. eccles.*, c. 37. Regius, ἔλιπε. Ibid. Socratis editiones veteres, εἰς διδασκαλίας εὐσέβειαν.

Digitized by Google

Γερμίνιος (14), καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς πεποιήκασιν, ὃ μήτε γέγονε, μήτε ἠκούσθη πώποτε παρὰ Χριστιανοῖς. Γράψαντες γὰρ, ὡς ἤθελον αὐτοὶ πιστεύειν, προέταξαν τὴν ὑπατείαν, καὶ τὸν μῆνα, καὶ τὴν ἡμέραν τοῦ παρόντος χρόνου· ἵνα δείξωσι πᾶσι τοῖς φρονίμοις, ὅτι μὴ πρότερον, ἀλλὰ νῦν ἐπὶ Κωνσταντίου ἀρχὴν ἔχει τούτων ἡ πίστις. Πάντα γὰρ πρὸς τὴν ἰδίαν αἵρεσιν βλέποντες ἔγραψαν. Πρὸς τούτοις, περὶ τοῦ Κυρίου προσποιούμενοι γράφειν, ἄλλον δεσπότην ὀνομάζουσιν ἑαυτοῖς (15) Κωνστάντιον· αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ τὴν δυναστείαν τῆς ἀσεβείας αὐτοῖς παρέχων· καὶ αἰώνιον δὲ αὐτὸν βασιλέα εἰρήκασιν οἱ τὸν Υἱὸν ἀΐδιον ἀρνούμενοι· οὕτως εἰσὶ πρὸς ἀσέβειαν Χριστομάχοι. Ἀλλ' ἴσως αὐτοῖς ἐστι πρόφασις τῆς ὑπατείας ἡ τῶν ἁγίων προφητῶν χρονογραφία. Ἀλλὰ κἂν τοῦτο τολμήσωσιν εἰπεῖν, πολὺ τὴν ἀμαθίαν (16) ἑαυτῶν ἐξαγγέλλουσιν· αἱ μὲν γὰρ τῶν ἁγίων προφητεῖαι χρόνων ἔχουσι μνήμην. Καὶ Ἡσαΐας μὲν καὶ Ὡσηὲ ἐν ἡμέραις Ὀζίου, καὶ Ἰωάθαμ, καὶ Ἀχάζ, καὶ Ἐζεκίου γεγόνασιν. Ἱερεμίας δὲ ἐν ἡμέραις Ἰωσίου, Ἰεζεκιὴλ (17) δὲ καὶ Δανιὴλ ἐπὶ Κύρου καὶ Δαρείου, καὶ ἄλλοι ἐν ἄλλοις χρόνοις προεφήτευσαν, οὐ τῆς θεοσεβείας ἀρχὴν καταβαλλόμενοι· ἦν γὰρ καὶ πρὸ αὐτῶν, καὶ ἀεὶ ἦν, καὶ πρὸ καταβολῆς κόσμου ταύτην ἡμῖν ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ προητοίμασεν· οὐδὲ τῆς αὐτῶν δὴ πίστεως τοὺς χρόνους ἐσήμαινον· ἦσαν μὲν καὶ πρὸ τούτων τῶν χρόνων αὐτοὶ πιστοί· ἀλλὰ τῆς δι' αὐτῶν ἀπαγγελίας ἦσαν οἱ χρόνοι. Ἦν (18) δὲ ἡ ἀπαγγελία προηγουμένη μὲν περὶ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Σωτῆρος, ἐπακολούθημα δὲ περὶ τῶν ἐσομένων τῷ Ἰσραὴλ καὶ τοῖς ἔθνεσι. Καὶ ἦσαν οἱ χρόνοι σημαινόμενοι οὐκ ἀρχῆς πίστεως, καθὰ προεῖπον, ἀλλ' αὐτῶν τῶν προφητῶν, καθ' οὓς οὗτοι (19) γενόμενοι, τοιαῦτα προεφήτευον. Οὗτοι δὲ οἱ νῦν σοφοὶ, οὐχ ἱστορίας ἐξηγούμενοι, οὐδὲ τὰ μέλλοντα προλέγοντες, ἀλλὰ γράψαντες, « Ἐξετέθη ἡ πίστις ἡ καθολικὴ, » εὐθὺς προσέθηκαν καὶ τὴν ὑπατείαν, καὶ τὸν μῆνα, καὶ τὴν ἡμέραν· ἵνα, ὥσπερ οἱ ἅγιοι τῶν ἱστοριῶν καὶ τῆς ἑαυτῶν διακονίας τοὺς χρόνους ἔγραφον, οὕτως οὗτοι τῆς ἑαυτῶν πίστεως τὸν χρόνον σημάνωσι. Καὶ εἴθε περὶ τῆς ἑαυτῶν ἔγραφον νῦν γὰρ ἤρξατο (20), καὶ μὴ ὡς περὶ τῆς καθολικῆς ἐπεχείρουν· οὐ γὰρ ἔγραψαν, Οὕτω πιστεύομεν, ἀλλ' ὅτι « Ἐξετέθη ἡ καθολικὴ πίστις. »

4. Τὸ μὲν οὖν τολμηρὸν τῆς προαιρέσεως ἐλέγχει τὴν ἀμαθίαν αὐτῶν (21)· τὸ δὲ καινὸν ἐπινόημα τῆς γραφῆς ἴσον ἐστὶ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως. Οὕτω γὰρ γράψαντες ἔδειξαν, πότε μὲν ἤρξαντο πιστεύειν αὐ-

Christianos vel factum vel auditum fuerat. Cum enim scripsissent quam ipsi vellent fidei formulam, consulatum initio posuerunt, mensem item, atque illius anni diem, ut prudentibus omnibus palam facerent, non antea, sed nunc demum sub Constantio eorum cœpisse fidem. In his quippe omnibus scriptis suis unam hæresis suæ curam habuere. Ad hæc cum se de Domino scribere simulent, alium sibi dominum vocant Constantium. Is enim erat qui impietati eorum potestatem tribuebat, eumque illi æternum imperatorem appellarunt, qui Filium sempiternum esse negant: adeo aperte pro impietate sua Christum oppugnant. Sed fortasse sanctorum prophetarum chronographia, consulatus indicandi causa illis fuit. At si id effutire ausi fuerint, suam hinc inscitiam liquidius commonstrant. Sanctorum enim prophetiæ temporum habent memoriam. Isaias quippe et Osee in diebus Osiæ et Joatham et Achaz et Ezechiæ vixerunt, **574** Jeremias in diebus Josiæ, Ezechiel et Daniel sub Cyro et Dario, alii item aliis prophetavere temporibus. Non quidem quod tum religionis primordia constituerent; nam ea ante ipsos exstitit et semper fuerat, atque ante mundi constitutionem hanc ipsam nobis Deus in Christo præparavit; neque illi fidei suæ tempora significabant, cum ante illa fideles fuerint, sed suæ annuntiationis tempora indicabant. Quæ annuntiatio primo ac præcipue Salvatoris spectabat adventum; secundo, quæ Judæis gentibusque obventura erant. Tempus autem indicabatur, non inceptæ fidei, uti supra dixi, sed ipsorum prophetarum, quo scilicet ipsi hæc prophetarent. Illi autem hujus temporis sapientes, non in historiæ narratione, nec in futurorum prædictione, sed postquam hæc scripsissent, « Edita est fides catholica, » mox addidere et consulatum et mensem et diem, ut quemadmodum sancti illi historiarum suique ministerii tempora scripserant, sic isti suæ fidei tempus significarent. Atque utinam de sua tantum fide scriberent, nunc enim vere incepit illa, nec quasi de catholica loqui ausi fuissent. Non enim scripsere: Ita credimus, sed, « Edita est catholica fides. »

4. Propositi igitur audacia eorum ignorantiam prodit. Nova autem illa scribendi ratio Arianæ hæresi consentanea est. Ejusmodi enim scriptis suis indicarunt quandonam ipsi inceperint credere: at-

(14) Regius et Socrat., Γερμάνιος. Felckm. 3, Γερμήνιος. Mox Ottob. 2 et Felckm. 3, πώποτε παρὰ Χριστιανῶν. Socr., ποτὲ παρὰ Χριστιανοῖς. Mox editi, προσέταξεν, male. Basil. Felckm. 3, προσέταξαν. Regius et Socrat. quos sequimur, προέταξαν; ita legitur infra num. 8, γὰρ προέταξαν ὑπατείαν. Mox Socratis editiones veteres, τοῦ παντὸς χρόνου.

(15) Socrat., ἑαυτῶν. Hæc confer cum his quæ apud Sozomenum leguntur lib. IV, c. 17.

(16) Ita Regius et Socrat. Editi vero, ἀμάθειαν.

(17) Sic edit. Commel. Socrat. et omnes ms. Ed. vero Paris. nullius codicis auctoritate, Ἐζεκιήλ. Infra Regius et Socrat., ἐπροφήτευσαν.

(18) Seg., ἐπαγγελίας ἦσαν οἱ χρόνοι. Ἡ δὲ ἐπαγγελία προηγουμένως μέν.

(19) Socrat., αὐτοί.

(20) Sic editio Commel. Reg. Basil. Ottobon. 1. Edit. Paris., νυνὶ γὰρ ἤρξαντο. Socrat. et Felck. 5, νῦν γὰρ ἤρξαντο.

(21) Sic Regius. Editi, ἀμάθειαν. Socr. et Felc. 3, τὴν ἀθεΐαν. Ibid. Felckman. 3, τὸ δὲ καὶ νῦν ἐπιν. Ibid. Socrat., ἴσον. Mox Socrat., ἐδίδαξαν, πότε μέν.

Digitized by Google

que a præsenti tempore suam fidem annuntiari vo- A
lunt. Ac quemadmodum juxta Lucam evangelistam « datum est edictum [93] » de descriptione, illudque edictum non prius exstiterat, sed a diebus illis, a Scriptore scilicet indicatis, initium duxit; sic et isti his verbis, « Nunc fides edita est, » palam fecerunt hæreseos suæ sententiam recentiorem esse, nec antea exstitisse. Ubi autem addiderunt, « catholicæ, » non adverterunt se in Cata-Phrygum amentiam esse collapsos, adeo ut isti perinde atque illi dicant: Nobis primo revelatum est, et a nobis Christianorum fides incipit. Atque ut illi Maximillam et Montanum, sic et isti Constantium vice Christi dominum conscribunt. Quod si ex illorum sententia a præsenti consulatu fides habet initium, quid acturi Patres sunt et beati martyres? imo quid illi B
ipsi facient erga eos qui, a se in Christiana religione instituti, ante hunc consulatum obdormierunt? Quomodo illos excitabunt, ut quod illos docuere in illis deleant, et inventa sua quæ jam scripsere illis inserant? Ita nempe imperiti sunt, unaque est illorum scientia, causas confingere, easque absurdas, incredibiles, et quæ nullo negotio refutentur.

τοί· ἀπὸ δὲ τοῦ νῦν βούλονται τὴν πίστιν αὐτῶν κατ-
αγγέλλεσθαι. Καὶ ὥσπερ, κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν
Λουκᾶν, « ἐτέθη δόγμα » περὶ τῆς ἀπογραφῆς, καὶ
τοῦτο τὸ δόγμα πρότερον μὲν οὐκ ἦν, ἀπὸ δὲ τῶν
ἡμερῶν ἐκείνων ἤρξατο, ἐν αἷς καὶ ἐτέθη (22) παρὰ
τοῦ γράψαντος· οὕτω καὶ οὗτοι γράψαντες, « Ἐξετέθη
νῦν ἡ πίστις, » ἔδειξαν, ὅτι νεώτερόν ἐστι τὸ τῆς αἱ-
ρέσεως αὐτῶν φρόνημα, καὶ οὐκ ἦν πρότερον. Εἰ δὲ
προστιθέασι, « τῆς καθολικῆς, » ἔλαθον ἑαυτοὺς πεσόν-
τες εἰς τὴν παράνοιαν (23) τῶν ἀπὸ Φρυγίας· ὥστε
καὶ αὐτοὺς κατ' ἐκείνους εἰπεῖν· Ἡμῖν πρῶτον
ἀπεκαλύφθη, καὶ ἀφ' ἡμῶν ἡ πίστις ἄρχεται τῶν
Χριστιανῶν. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖνοι Μαξιμίλλαν (24) καὶ
Μοντανὸν, οὕτως οὗτοι ἀντὶ τοῦ Χριστοῦ Κωνστάν-
τιον δεσπότην ἐπιγράφονται. Εἰ δὲ κατ' αὐτοὺς ἀπὸ
τῆς νῦν ὑπατείας ἀρχὴν ἡ πίστις ἔχει, τί ποιή- B
σουσιν οἱ Πατέρες (25) καὶ οἱ μακάριοι μάρτυρες;
τί δὲ καὶ αὐτοὶ ποιήσουσι τοὺς παρ' αὐτῶν κατηχη-
θέντας, καὶ πρὸ τῆς ὑπατείας ταύτης κοιμηθέντας;
Πῶς αὐτοὺς ἐγείρουσιν (26), ἵνα ἃ μὲν ἔδοξαν δεδι-
δαχέναι τούτους, ἀπαλείψωσιν, ἃ δὲ νῦν ὡς ἐφευ-
ρόντες ἔγραψαν, ἐπισπείρωσιν αὐτοῖς; Οὕτως εἰσὶν
ἀμαθεῖς, μόνον εἰδότες πλάττειν προφάσεις, καὶ
ταύτας ἀπρεπεῖς καὶ ἀπιθάνους, ἐχούσας ἐγγὺς τὸν
ἔλεγχον.

5. Siquidem Nicæna synodus non temere, sed ex urgente necessitate et ex legitima causa, coacta est; nam Syriæ, Ciliciæ et Mesopotamiæ populi, circa festi celebrationem claudicantes, cum Judæis Pascha celebrabant. Ariana quoque hæresis adversus catholicam Ecclesiam insurrexerat, patronosque habebat C
qui sui sollicitudinem gererent, et piis insidiarentur hominibus, Eusebianos. Quæ causa fuit œcumenicæ congregandæ synodi, ut ubique una festi **575** dies celebraretur, et hæresis, quæ pullularat, anathemate damnaretur: quod et factum est. Syri enim obtemperarunt: Ariana vero hæresis Antichristi prodromus declarata est, eaque refutata, rectam fidei expositionem ediderunt. Attamen cum tot tantique essent qui scriberent, ejusmodi nihil ausi sunt, quale tres aut quatuor isti homines. Non enim consulatum vel mensem vel diem præposuere, sed de Paschate quidem ita scripsere: « Decreta sunt quæ sequuntur, » tunc enim decretum est ut omnes morem gererent; de fide vero nequaquam dixere, De- D
cretum est, sed: « Sic credit catholica Ecclesia, » statimque confessi sunt quidnam crederent, ut declararent non recentiorem sed apostolicam esse suam sententiam. Quæque illi scripto tradidere non ab illis inventa, sed ea ipsa sunt quæ docuerunt apostoli.

5. Ἡ μὲν γὰρ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος, οὐχ ἁπλῶς γέ-
γονεν, ἀλλ' εἶχε τὴν χρείαν κατεπείγουσαν (27), καὶ
τὴν αἰτίαν εὔλογον. Οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς Συρίας, καὶ
Κιλικίας, καὶ Μεσοποταμίας ἐχώλευον περὶ τὴν ἑορ-
τὴν, καὶ μετὰ τῶν Ἰουδαίων ἐποίουν τὸ Πάσχα (28)·
ἡ τε Ἀρειανὴ αἵρεσις ἐπαναστᾶσα ἦν κατὰ τῆς
καθολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ προστάτας εἶχεν εἵς τε
τὴν ὑπὲρ ἑαυτῆς (29) σπουδὴν καὶ εἰς τὴν κατὰ τῶν
εὐσεβούντων ἐπιβουλὴν τοὺς περὶ Εὐσέβιον· καὶ
αὕτη αἰτία γέγονεν οἰκουμενικὴν συναχθῆναι σύνοδον,
ἵνα πανταχοῦ μία τῆς ἑορτῆς ἡμέρα ἐπιτελῆται (30),
καὶ ἡ παραφυεῖσα αἵρεσις ἀναθεματισθῇ· γέγονε
γοῦν· καὶ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Συρίας ἐπείσθησαν· τὴν
δὲ Ἀρειανὴν αἵρεσιν ἀπεφήναντο πρόδρομον τοῦ (31)
Ἀντιχρίστου, καὶ κατ' αὐτῆς γράψαντες ἐκδεδώκασι
καλῶς. Καὶ ὅμως γράψαντες καὶ τοσοῦτοι ὄντες,
οὐδὲν τοιοῦτον τετολμήκασιν, οἷον οἱ τρεῖς ἢ τέσσα-
ρες οὗτοι. Οὐ γὰρ προέταξαν ὑπατείαν, καὶ μῆνα,
καὶ ἡμέραν· ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ Πάσχα· « Ἔδοξε
τὰ ὑποτεταγμένα· » τότε γὰρ ἔδοξε πάντας πεί-
θεσθαι· περὶ δὲ τῆς πίστεως ἔγραψαν οὐκ Ἔδο-
ξεν, ἀλλ', « Οὕτως πιστεύει ἡ καθολικὴ Ἐκκλη-
σία· » καὶ εὐθὺς ὡμολόγησαν, πῶς πιστεύουσιν, ἵνα
δείξωσιν, ὅτι μὴ νεώτερον, ἀλλ' ἀποστολικόν ἐστιν
αὐτῶν τὸ φρόνημα, καὶ ἃ ἔγραψαν, οὐκ ἐξ αὐτῶν
εὑρέθη, ἀλλὰ ταῦτ' ἐστὶν, ἅπερ ἐδίδαξαν οἱ ἀπόστολοι.

[93] Luc. II, 1.

(22) Socrat., ἤρξατο εἶναι, καὶ ἐτέθη.
(23) Socrat., παρανομίαν.
(24) Socrat., Μαξίμιλλαν.
(25) Sic omnes mss. et Socrat. Editi vero πρεσβύτεροι, cum viderent enim editores, πρες scriptum in mss., πρεσβύτεροι legendum existimarunt, quod erroris genus sæpe animadvertimus.
(26) Regius, ἐγείρωσιν. Paulo post Reg. Ottob. 2 et Socrat., ὡς ἐψευρόντες. In editis ὡς deest.
(27) Felckm. 3, κατεπάγουσαν
(28) Sic Reg. Ottobon. 2, Basil. et Felckman. 3. Editi, ἐποιοῦντο Πάσχα. Ibid. Ottobon. 1 et 2, et Felckm. 3, ἥ τε Ἀρείου αἵρεσις.
(29) Ita Regius. Editi et alii, ὑπὲρ ἑαυτοῦ.
(30) Regius, ἐπιτελεῖται. Mox Ottobon. 1 et 2, et Felckm. 3, παραφῦσα.
(31) Ottobon. 1 et 2, et Felckman. 3, πρόδρομον εἶναι τοῦ. Mox Felckm. 3. κατ' αὐτῆς γράψαντες

Digitized by Google

6. Αἱ δὲ νῦν κινούμεναι παρ' αὐτῶν σύνοδοι ποίαν ἔχουσιν εὔλογον αἰτίαν; Εἰ μὲν γὰρ καινοτέρα τις ἄλλη γέγονεν αἵρεσις μετὰ τὴν Ἀρειανὴν, εἰπάτωσαν τὰ τῆς ἐπινοίας αὐτῆς ῥήματα, καὶ τίνες οἱ ταύτην ἐφευρόντες εἰσί· γράφοντές τε ἀναθεματιζέτωσαν τὰς πρὸ τῆς συνόδου ταύτης αἱρέσεις, ἐν αἷς ἐστι καὶ ἡ Ἀρειανὴ, ὥσπερ οἱ ἐν Νικαίᾳ πεποιήκασιν, ἵνα δόξωσι καὶ αὐτοὶ (32) πιθανήν τινα πρόφασιν ἔχειν τοῦ καινότερα λέγειν· εἰ δὲ μηδὲν τοιοῦτον γέγονε, μηδὲ δύνανται δεῖξαι, αὐτοὶ δὲ μᾶλλον, ἔχοντες τὴν ἀσέβειαν Ἀρείου, ταῦτα φθέγγονται, καὶ καθημέραν ἐλεγχόμενοι μεταβάλλονται· τίς ἡ χρεία τῶν συνόδων, ἀρκούσης τῆς ἐν Νικαίᾳ γενομένης πρός τε τὴν Ἀρειανὴν καὶ τὰς ἄλλας αἱρέσεις, ἃς κατέκρινε πάσας (33) διὰ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως; Καὶ γὰρ καὶ ὁ θρυλούμενος Ἀέτιος, ὁ ἐπικληθεὶς Ἄθεος, οὐκ ἰδίαν ἐφευρὼν μανίαν θρασύνεται, ἀλλ' εἰς τὴν Ἀρειανὴν ἑτεροδοξίαν χειμαζόμενος ἐναυάγησε καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ἀπατηθέντων παρ' αὐτοῦ. Μάτην γοῦν περιτρέχοντες προφασίζονται διὰ πίστιν ἠξιωκέναι γενέσθαι τὰς συνόδους. Ἔστι μὲν γὰρ ἱκανωτέρα πάντων ἡ θεία Γραφή· εἰ δὲ καὶ συνόδου χρεία περὶ τούτου, ἔστι τὰ τῶν Πατέρων· καὶ τούτου γὰρ οὐκ ἠμέλησαν οἱ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες· ἀλλὰ καὶ ἔγραψαν οὕτω καλῶς, ὥστε τοὺς γνησίως ἐντυγχάνοντας τοῖς ἐκείνων γράμμασι δύνασθαι παρ' αὐτῶν ὑπομιμνήσκεσθαι τὴν ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς καταγγελλομένην εἰς Χριστὸν εὐσέβειαν.

7. Οὐκοῦν, ἐπειδὴ (34) μηδὲν εὔλογόν ἐστι παρ' αὐτοῖς, ἀποροῦσι δὲ πανταχόθεν, καίτοι καὶ προφάσεις πλάττοντες, τοῦτο λοιπὸν αὐτοῖς περιλείπεται (35) λέγειν· Ἡμεῖς ἀντιλέγοντες τοῖς πρὸ ἡμῶν, καὶ παραβαίνοντες τὰς τῶν Πατέρων παραδόσεις, ἠξιώσαμεν σύνοδον γενέσθαι· ἀλλὰ πάλιν φοβηθέντες, μὴ πάλιν εἰς ἓν συνελθόντων μάταιος ἡμῖν ἡ σπουδὴ γένηται (36), ἠξιώσαμεν εἰς δύο διαιρεθῆναι τὴν σύνοδον· ἵνα, ἐν μέρει γενόμενοι, δείξαντες ἅπερ ἐγράψαμεν (37), ὑφαρπάσαι δυνηθῶμεν τὸ πλέον, ἀπειλοῦντες τὸν προϊστάμενον τῆς ἀσεβείας Κωνστάντιον, καὶ οὕτω τὰ μὲν ἐν Νικαίᾳ πραχθέντα σχολάσαι ποιήσωμεν, σχηματισάμενοι τὴν ἁπλότητα τῶν γραφέντων (38) παρ' ἡμῶν. Ταῦτα δὲ εἰ καὶ μὴ τοῖς ῥήμασιν αὐτοῖς εἰρήκασιν, ἀλλὰ τῇ διανοίᾳ ταύτῃ πάντα πεποιήκασί τε καὶ διετάραξαν. Ἀμέλει πολλὰ πολλάκις εἰρηκότες καὶ γράψαντες ἐν διαφόροις συνόδοις, οὐδεπώποτε περὶ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως ὡς (39) φαύλης ἐμνημόνευσαν· ἀλλ' εἰ καί ποτε παρόντες τινὲς τὰς αἱρέσεις διέβαλλον, αὐτοὶ τὴν Ἀρειανὴν ἐξεδίκουν, ἣν ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος ἀνεθεμάτισε· καὶ μᾶλλον οὗτοι τοὺς

6. Quam vero legitimam causam habent synodi ab illis coactæ? Si qua enim alia recentior post Arianam exorta est hæresis, ejus nobis commenta proferant, dicantque quinam ejus sint auctores: scriptisque suis ante hanc synodum exortas hæreses, inter quas est Ariana, anathemate damnent, quemadmodum a Nicænis Patribus factum est, ut et ipsi videantur verosimilem causam habere nova dicendi. Quod si nihil accidit ejusmodi, neque id illi probare valent, imo potius hæc effutiunt quod Arii impietatis sectatores sint, unde obvenit illis ut quotidie confutati sententiam mutent? Quis, quæso, synodorum usus, cum Nicæna sufficiat, quæ contra Arianam et alias hæreses coacta, eas omnes per sanam suam fidem condemnavit? Etenim ille vulgo jactatus Aetius, cognomine atheus, non eo ferocit quod novam repererit insaniam, sed in Arianam hæresin quasi procellis agitatus, ipse cum subornatis a se hominibus naufragium fecit. Frustra igitur circumcursantes obtendunt se fidei causa synodos postulasse. Est quippe Scriptura sacra præ cæteris omnibus satis. Quod si hac de causa synodo opus sit, exstant Patrum Acta: neque enim qui Nicææ convenere, hanc rem neglexerunt, sed tam probe scripserunt, ut qui sincero animo eorum scripta evolvant, ex iis reminisci valeant pietatis erga Christum quæ in divinis prædicatur Scripturis.

7. Quia igitur nihil apud illos rationi consonum reperitur, et quanquam commentis utuntur, hærent tamen ubique; hoc demum restat illis dicendum: Nos majoribus nostris contradicentes, transgredientesque Patrum traditiones, synodum cogi postulavimus: metuentes autem ne episcopis unum in locum congregatis, vana fuerit nostra sollicitudo, rogavimus synodum in duas dividi partes, ut separatis illis, quæ scripsimus exhibentes, majorem eorum numerum, minis Constantii impietatis patroni nomine intentatis, subornare possimus, sicque acta Nicæna irrita facere, dum scriptorum nostrorum simulatam simplicitatem obtendemus. Hæc licet iisdem minime verbis sint effati, hoc certe animo omnia fecere, omnia conturbavere. Et sane cum multa multoties in diversis synodis dixerint scripserintque, nunquam tamen de Ariana hæresi, ut prava, mentionem fecerunt: imo si qui forte ex præsentibus hæreses deferrent, illi Arianam, quam Nicæna synodus anathemate damnarat, propugnabant. Quin potius eos qui Arianica proferrent, per-

καὶ τοσοῦτοι ὄντες, omissis mediis. Ibid. καλῶς deest in Ottobon. 1.

(32) Sic Regius et Ottobon. 2. In reliquis, καὶ αὐτοὶ deest. Paulo post Regius, εἰ δὲ μηδέν τι τοιοῦτον. Infra Felckm. 3, καθ' ἡμέραν.

(33) In Felckm. 3, πάσας deest. Mox Reg. Ottobon. 1 et Felckman. 3, καὶ γὰρ καὶ ὁ θρυλούμενος: Editi, καὶ ὁ θρυλούμενος.

(34) Regius, ἐπεί.

(35) Sic Reg. Basil. et Felck. 3. Editi vero, ἐπιλείπεται. Mox Ottobon. 2, πρὸς ἡμῶν, male.

(36) Ita Regius. Editi, γενήσεται. Ottobon. 2, γενέσθαι.

(37) Ita Regius et Ottobon. 2. Editi, ἔγραψαν.

(38) Sic Reg. Ottobon. 2 et Felckm. 3. At Ottobon. 1, qui in hæc verba desinit, γραφθέντων. Editi, πραχθέντων.

(39) Ὡς deest in Felckm. 3 et in Ottobon. 2. Ib. Felckm. 3, καὶ ποτέ. Idem mox, διέβαλον. Paulo post Regius, ἣν ἐν Νικαίᾳ, omisso articulo.

Digitized by Google

humaniter amplectebantur. Magnum hoc igitur argumentum, **576** eos non veritatis asserendæ causa, sed ut Nicæna acta abrogarent, de convocandis nunc synodis cogitasse. Quæ autem in his synodis cum a se, tum a sibi similibus acta sunt, rem non alio modo se habere palam faciunt. Quapropter e re fuerit ut singula, prout gesta sunt, enarremus.

8. Cum exspectarent omnes ut in unum convenirent quos imperatoris litteræ accersebant, utque unica synodus celebraretur; posteaquam divisi fuissent, et alii Seleuciam, cognomento Asperam, convenissent, alii Ariminum, ubi plures quadringentis episcopi reperti sunt, eo se contulerunt etiam Germinius, Auxentius, Valens, Ursacius, Demophilus, et Gaius. Sed cum omnes episcopi ex divinis Scripturis dissererent, charta illi producta, ubi consulatum legissent, postulabant ut hæc toti anteferrentur synodo, et nihil ultra ab hæreticis quæreretur, nec eorum exploraretur sententia : sed hæc eorum scripta sufficerent, quæ ad hunc modum se habent :

Edita est catholica fides, præsente domino nostro piissimo et victoriis eximio imperatore Constantio Augusto, æterno, venerando, sub consulatu Flaviorum Eusebii et Hypatii clarissimorum, Sirmii undecimo calendas Junias (44).

Credimus in unum solum ac verum Deum Patrem omnipotentem, creatorem et opificem omnium; et in unum unigenitum Filium Dei, ante omnia sæcula, ante omne principium et ante omne tempus, quod excogitari potest, et ante omnem comprehensibilem substantiam, impassibiliter ex Deo genitum, per quem sæcula condita et omnia facta

τὰ Ἀρείου λέγοντας γνησίως ἐδέχοντο. Μέγα μὲν οὖν καὶ τοῦτο τεκμήριον, ὅτι μὴ δι' ἀλήθειαν, ἀλλ' ἐπ' ἀναιρέσει τῶν ἐν Νικαίᾳ πραχθέντων ἡ ἐπίνοια τῶν νῦν συνόδων ἦν· ἃ δὲ καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς συνόδοις παρ' αὐτῶν καὶ τῶν ὁμοίων πέπρακται, δείκνυσιν οὐδὲν ἧττον εἶναι ταῦτα ἀληθῆ. Λοιπὸν γὰρ ἀναγκαῖον ὡς ἕκαστα γέγονε δηλῶσαι.

8. Πάντων προσδοκώντων εἰς ἓν συνέρχεσθαι, οὓς ἐκάλει τὰ παρὰ βασιλέως γράμματα, καὶ μίαν γίνεσθαι (40') τὴν σύνοδον, ἐπειδὴ διῃρέθησαν, καὶ οἱ μὲν εἰς Σελεύκειαν τὴν λεγομένην Τραχεῖαν κατῆλθον, οἱ δὲ ἐν τῇ Ἀριμίνῳ συνῆλθον· ἦσαν δὲ οἱ ἐν αὐτῇ ἐπίσκοποι υ' καὶ πλέον· εἰς ταύτην ἀνῆλθον καὶ Γερμίνιος, καὶ Αὐξέντιος, καὶ Οὐάλης, καὶ Οὐρσάκιος, Δημόφιλός τε καὶ Γάϊος. Ἀλλὰ, τῶν ἐπισκόπων πάντων διαλεγομένων ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν, οὗτοι χάρτην ἐπεδείκνυον· καὶ τὴν ὑπατείαν ἀναγινώσκοντες, ἠξίουν ταῦτα προκρίνεσθαι πάσης συνόδου, καὶ τούτων μηδὲν πλέον ζητεῖν παρὰ τῶν αἱρετικῶν, μηδὲ ἐρευνᾶσθαι τὴν ἐκείνων διάνοιαν· ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τούτοις (41) μόνοις. Καὶ ἔστι τὰ γραφέντα παρ' αὐτῶν ταῦτα·

(42) *Ἐξετέθη ἡ πίστις ἡ καθολικὴ ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ δεσπότου ἡμῶν τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ καλλινίκου βασιλέως Κωνσταντίου Αὐγούστου, τοῦ αἰωνίου, σεβαστοῦ, ὑπατείᾳ Φλαυΐων* (45) *Εὐσεβίου καὶ Ὑπατίου τῶν λαμπροτάτων ἐν Σιρμίῳ τῇ πρὸ ια' καλανδῶν Ἰουνίων* (44)

Πιστεύομεν εἰς ἕνα τὸν μόνον καὶ ἀληθινὸν Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, κτίστην (45) καὶ δημιουργὸν τῶν πάντων· καὶ εἰς ἕνα μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, καὶ πρὸ πάσης ἀρχῆς, καὶ πρὸ παντὸς ἐπινοουμένου χρόνου, καὶ πρὸ πάσης καταληπτῆς οὐσίας γεγεννημένον ἀπαθῶς ἐκ τοῦ Θεοῦ· δι' οὗ τοί τε αἰῶνες κατηρτίσθησαν, καὶ τὰ πάντα ἐγέ-

(40) Regius et Felckm. 3, γίγνεσθαι.

(41) In hæc verba τούτοις μόνοις desinit Ottob. 2. Pariterque in codice Felckm. 3, post hæc, παρ' αὐτῶν ταῦτα, desunt multæ paginæ.

(42) Hæc fidei confessio exstat apud Socratem lib. II, c. 37, ejus pars apud Nicephorum lib. IX, c. 39. De hac fuse disputavit Nicolaus Faber Præfat. ad Hilarii Fragmenta. Socrat., ἐξετέθη πίστις ἡ καθολικὴ ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ δεσπότου ἡμῶν Κωνσταντίου ἐν ὑπατείᾳ Φλαυΐου, etc. Porro Latine illam primo editam, Græce deinde fuisse versam aiunt Socrates lib. II, c. 30, et Sozom. lib. IV, c. 17. Quos tamen hallucinari putant viri complures eruditissimi, quod a Marco Arethusio Græce homine ab aliis episcopis electo concinnata fuerit, ut Germinius oculatus testis enarrat in epistola sua ad Rufianum, apud Hilarium fragmento 14, sub finem. Quod itidem confirmatur ex subscriptionibus, quas affert Epiphanius Hær. LXXIII, num. 22, ubi Marcus Arethusius prior subscribit, maximaque subscribentium pars Græci episcopi sunt. Et ne dicatur aliam esse illam fidei formulam a Germinio Epiphanioque laudatam, clausulam affert Germinius hic iisdem prorsus verbis expressam. Epiphanius vero verba affert Valentis qui ait se subscriptionem dedisse ea nocte, quæ diem Pentecostem præcessit, quæ ipsissima dies est quæ in fronte hujusce fidei formulæ designatur, videlicet undecimo kalendas Junias. Innuit item Epiphanius, Valentis consilium fuisse illam fidei formulam Ariminum deferre, quod huic rectissime convenit. Aliam profert V. Cl. Valesius rationem, ut probet eam Græce fuisse editam, quia nempe Athanasius, ubi monumenta affert ex Latino Græce versa, de ea re admonere perpetuo solet. At non adeo firmum est hoc argumentum; in *Apologia* quippe *ad Constantium imperatorem*, p. 215, epistolam affert S. doctor ex Latino Græce versam, quin illud indicet. Uno verbo certum videtur hanc ipsam esse fidei formulam quæ a Marco Arethusio dictata est, cujusque subscriptiones habentur apud Epiphanium Hær. LXXIII, num. 22. Græcene autem an Latine primo fuerit edita, ambiguum.

Titulum vero quod spectat, ex Athanasio forte colligatur, Ursacio, Valente et Gaio auctoribus, præmissum illum fuisse. Certe id non obscure innuit sanctus Pater, num. 3, ubi ait, eos cum sociis post editam fidei professionem, ei consulatum, diem atque imperatoris nomen præposuisse. Et liquidius, num. 5, ait Nicænos Patres nequaquam ausos esse consulatum, diem, vel mensem formulæ fidei præponere, quod tamen tres aut quatuor isti designarunt. Quod eo illi forte animo fecere, ut imperatoris consulumque nomen formulæ suæ auctoritatem daret, atque Ariminensibus Patribus terrorem inculeret.

(43) Sic omnes mss. et editio Commel.ª rectissime. Editores vero Parisienses imperite Φλαυΐου posuerunt, Socratem videlicet secuti. At erant Eusebius et Hypatius fratres, atque adeo Flavii appellabantur ambo, quorum soror erat Eusebia Constantis conjux. Ibid. Niceph., πρὸς ἑνδεκα.

(44) Maii 22, anno 359.

(45) Editi, καὶ κτίστην. In Regio et Socrat. καὶ deest. Infra Socrat., πρὸ πάσης καταληπτῆς ἐπινοί...

Digitized by Google

δομεν ἐν τούτοις ἢ φιλονεικίαν μόνην. Οὓς γὰρ ἐμέμφοντό τινες ὡς τρεῖς λέγοντας ὑποστάσεις, διὰ τὸ ἀγράφους καὶ ὑπόπτους αὐτόθεν εἶναι τὰς λέξεις (32), ἠξιώσαμεν μὲν μηδὲν πλέον ἐπιζητεῖν πλὴν τῆς κατὰ Νίκαιαν ὁμολογίας· ἀνεκρίναμεν δὲ ὅμως τούτους διὰ τὴν φιλονεικίαν, μὴ ἄρ' ὡς οἱ (33) Ἀρειομανῖται λέγουσιν ἀπηλλοτριωμένας καὶ ἀπεξενωμένας, ἀλλοτριοουσίους (34) τε ἀλλήλων, καὶ ἑκάστην καθ' ἑαυτὴν ὑπόστασιν διῃρημένην, ὡς ἔστι τά τε ἄλλα κτίσματα, καὶ οἱ ἐξ ἀνθρώπων γεννώμενοι· ἢ ὥσπερ διαφόρους οὐσίας, ὥσπερ ἐστὶ χρυσὸς, ἢ ἄργυρος, ἢ χαλκὸς, οὕτω καὶ αὐτοὶ λέγωσιν (35)· ἢ ὡς ἄλλοι αἱρετικοὶ τρεῖς ἀρχὰς καὶ τρεῖς θεοὺς λέγουσιν, οὕτω καὶ οὗτοι φρονοῦντες, τρεῖς ὑποστάσεις λέγωσι (36); Διεβεβαιώσαντο μήτε λέγειν, μήτε πεφρονηκέναι ποτὲ οὕτως. Ἐρωτώντων δὲ ἡμῶν αὐτούς· Πῶς οὖν ταῦτα λέγετε; ἢ διά τί δὲ ὅλως τοιαύταις χρῆσθαι (37) λέξεσιν; ἀπεκρίναντο, διὰ τὸ εἰς ἁγίαν Τριάδα πιστεύειν, οὐκ ὀνόματι Τριάδα μόνον, ἀλλ' ἀληθῶς οὖσαν καὶ ὑφεστῶσαν, Πατέρα τε ἀληθῶς ὄντα καὶ ὑφεστῶτα, καὶ Υἱὸν (38) ἀληθῶς ἐνούσιον ὄντα καὶ ὑφεστῶτα, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ὑφεστὼς καὶ ὑπάρχον οἴδαμεν, μήτε δὲ εἰρηκέναι τρεῖς θεοὺς ἢ (39) τρεῖς ἀρχὰς, μήθ' ὅλως ἀνέχεσθαι τῶν τοῦτο λεγόντων, ἢ φρονούντων· ἀλλ' εἰδέναι ἁγίαν μὲν Τριάδα, μίαν δὲ θεότητα, καὶ (40) μίαν ἀρχὴν, καὶ Υἱὸν μὲν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, ὡς εἶπον οἱ Πατέρες, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα, οὐ κτίσμα, οὐδὲ ξένον, ἀλλ' ἴδιον καὶ ἀδιαίρετον τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πατρός.

atque ad studium pacis potius hortamini : nihil enim in istis agnoscimus quam solum contendendi studium. Nam quos quidam incusabant, quod tres hypostases dicerent, quia hæ voces cum in Scriptura non habeantur, hinc suspectæ esse possunt; rogavimus ut nihil præter Nicænam confessionem inquirant. Illos tamen contentionis occasione interrogavimus, anne ut Ariomanitæ dicunt hypostases illas alienas peregrinasque, ac diversæ a se invicem substantiæ, et unamquamque hypostasin secundum se ab altera divisam, ut sunt aliæ creaturæ, nec non qui ex hominibus nascuntur ; vel quasi diversas substantias, quale est aurum, argentum et æs : sic et ipsi dicerent : an sicut alii hæretici, tria principia, et tres Deos esse dicunt, eadem ipsi sententia affirmarent tres esse hypostases? At illi, se neque hæc dicere, nec unquam ita sensisse, affirmabant. Nobis autem percontantibus, qui ergo hæc dicitis? aut quare tandem hujuscemodi vocabula usurpatis? responderunt illi : Eo quod in sanctam Trinitatem credamus, non nomine tenus Trinitatem, sed quæ vere sit et subsistat : nimirum Patrem vere exsistentem et subsistentem, Filium item vere substantialem ac subsistentem, Spiritumque sanctum subsistentem et exsistentem agnoscimus. Nec tamen se dixisse aiebant tres Deos aut tria principia, nec omnino eos qui ita dicerent sentirentve, tolerare : sed se sanctam quidem Trinitatem agnoscere, unamque tamen deitatem ac unum principium, ac Filium quidem Patri consubstantialem, ut Patres declararunt, sanctum vero Spiritum, non creaturam, neque alienum, sed proprium, et a substantia Filii et Patris indivisum. B

6. Ἀποδεξάμενοι δὲ τούτων τὴν ἑρμηνείαν τῶν λέ- C
ξεων, καὶ τὴν ἀπολογίαν, ἀνεκρίναμεν (41) τοὺς αἰτιαθέντας παρὰ τούτων, ὡς λέγοντας μίαν ὑπόστασιν, μὴ ἄρα ὡς Σαβέλλιος φρονεῖ, οὕτω καὶ οὗτοι λέγουσιν ἐπὶ ἀναιρέσει τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἢ ὡς ἀνουσίου ὄντος τοῦ Υἱοῦ, ἢ ἀνυποστάτου τοῦ ἁγίου Πνεύματος; Οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ διεβεβαιώσαντο μήτε τοῦτο λέγειν, μήτε οὕτω πεφρονηκέναι πώποτε· ἀλλ' ὑπόστασιν μὲν λέγομεν, ἡγούμενοι ταὐτὸν εἶναι εἰπεῖν ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν· μίαν δὲ φρονοῦμεν, διὰ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν, καὶ διὰ τὴν ταυτότητα τῆς φύσεως· μίαν γὰρ θεότητα, καὶ μίαν εἶναι τὴν ταύτης φύσιν πιστεύομεν, καὶ οὐκ ἄλλην μὲν τὴν τοῦ Πατρὸς, ξένην δὲ τούτου τὴν τοῦ Υἱοῦ, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἀμέλει κἀκεῖ οἱ αἰτιαθέντες ὡς εἰρηκότες τρεῖς ὑποστάσεις συνετίθεντο (42) τούτοις· καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ εἰρηκότες μίαν οὐσίαν τὰ ἐκείνων ὥσπερ ἠρμήνευσαν καὶ ὡμολόγουν, D

6. Approbata igitur ejusmodi et vocum interpretatione et excusatione, eos quoque examinavimus, quos isti accusabant, quod unam dicerent hypostasin, num ii in Sabellii sensu ita loquerentur, quo Filium, Spiritumque sanctum de medio tollerent : an Filium substantia, Spiritumque sanctum hypostasi carere existimarent? Qui item affirmarunt se neque hoc dicere nec unquam ita sensisse; sed hypostasin, aiebant, dicimus, existimantes perinde esse dicere hypostasin atque dicere substantiam : unamque credimus hypostasin eo quod Filius sit ex substantia Patris, et quod una eademque sit natura. Unam quippe deitatem, et unam ejus naturam esse credimus : nec aliam quidem Patris, alienam autem ab illo Filii ac Spiritus sancti substantiam sentimus. Tunc sane qui accusati fuerant, quod tres dixissent hypostases, cum istis consentiebant : ii autem qui unam esse sub-

(32) Regium hic sequimur. Editi et alii sic habent, Ἐντεῦθεν εἶναι τὰς λέξεις, ἠξιοῦμεν μηδὲν πλέον ἐπιζητεῖν τῆς κατὰ Νίκαιαν ὁμολογίας, ἀνακρίνειν δὲ ὅμως.

(33) Sic Regius codex. In editis et cæteris, οἱ deest. Mox Regius, Seg. Gobl. et Felckm. 3, λέγουσι recte. Editi vero, λέγωσι. In sequentem autem vocem, ἀπηλλοτριωμένας Regius desinit.

(34) Sic Seguer. Editi vero et cæteri, ἀλλοτριουσίους.

(35) Seg. λέγουσιν.

(36) Seg. Gobl. et Felckm. 1, λέγουσι, minus recte.

(37) Seg. et Gobl. χρᾶσθε. Editi, χρῆσθε.

(38) Καὶ ante Υἱόν deest in Gobl. et Felckm. 1. Infra Seg. ὑφεστηκός pro ὑφεστώς.

(39) Ἢ deest in edit. Comm. tantum.

(40) Sic Seg. et Basil. καὶ deest in editis.

(41) Sic Seg. Basil. et Gobl. Editi vero, ἀνεκρίνομεν, mendose. Infra Gobl., μὴ ἄρ' ὡς.

(42) Sic Seg. Editi, συνετίθοντο.

Digitized by Google

stantiam dixerant, illorum doctrinam, prout eam interpretati fuerant, profitebantur : et utrique Arium tanquam Christi hostem, Sabellium item ac Paulum Samosatensem velut impios, Valentinum et Basilidem ut alienos a veritate, Manichæum vero ut malorum inventorem, anathemate damnarunt. Omnes denique, Dei gratia, post hujusmodi interpretationes, una confitentur istiusmodi vocabulis præstantiorem accuratioremque **618** esse fidem a Patribus Nicææ promulgatam; atque demum illius verba sufficere debere, iisque utendum esse.

7. Sed cum etiam de Salvatoris incarnatione nonnulli inter se litigare viderentur, utrosque interrogavimus : tum quod alii confitebantur, in hoc alii quoque consentiebant, nempe non sicut in prophetas « factum est Verbum Domini [7], » eodem modo in sanctum hominem in consummatione sæculorum advenisse : sed ipsum Verbum carnem factum esse, et cum in forma Dei esset, formam servi accepisse, ac ex Maria secundum carnem propter nos hominem esse factum, et sic humanum genus in ipso integre ac perfecte a peccato liberatum in regnum cœlorum introduci. Hoc item profitebantur, non corpus inanimatum aut sensus expers, aut mente carens Salvatorem habuisse. Neque enim, aiebant, possibile erat, Domino pro nobis homine facto, corpus ejus sine mente exsistere : non enim corporis duntaxat, sed etiam animæ in ipso Verbo salus facta est : et cum vere Filius Dei esset, factus est et filius hominis : cumque unigenitus esset Filius Dei, factus est ipse primogenitus in multis fratribus. Quamobrem non alius erat ante Abraham Filius Dei, alius post Abraham : neque alius erat qui Lazarum suscitavit, alius vero qui de illo interrogavit : sed idem ipse erat qui humane qui-

A καὶ ἀνεθεματίζετο παρ' ἀμφοτέρων τῶν μερῶν Ἄρειός τε ὡς Χριστομάχος, καὶ Σαβέλλιος καὶ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς ὡς ἀσεβεῖς, καὶ Οὐαλεντῖνος καὶ Βασιλείδης ὡς ἀλλότριοι τῆς ἀληθείας, Μανιχαῖος δὲ ὡς ἐφευρετὴς κακῶν· πάντες τε τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, καὶ μετὰ τὰς τοιαύτας ἑρμηνείας ὁμοῦ συντίθενται τῶν τοιούτων λέξεων βελτίονα καὶ ἀκριβεστέραν εἶναι τὴν ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν Πατέρων ὁμολογηθεῖσαν πίστιν, καὶ τοῦ λοιποῦ τοῖς ταύτης ἀρκεῖσθαι μᾶλλον καὶ χρᾶσθαι (43) ῥήμασιν.

7. Ἀλλὰ καὶ τὸ περὶ τῆς κατὰ σάρκα οἰκονομίας τοῦ Σωτῆρος, ἐπειδὴ καὶ περὶ τούτου ἐδόκουν φιλονεικεῖν τινες πρὸς ἀλλήλους, ἀνεκρίναμεν καὶ τούτους κἀκείνους, καὶ ἅπερ ὡμολόγουν οὗτοι, συνετίθεντο
B κἀκεῖνοι, ὅτι οὐχ (44) ὡς εἰς τοὺς προφήτας « ἐγένετο ὁ Λόγος Κυρίου, » οὕτω καὶ εἰς ἅγιον ἄνθρωπον ἐνεδήμησεν ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, ἔλαβε δούλου μορφήν, ἐκ τε τῆς Μαρίας τὸ κατὰ σάρκα γεγένηται (45) ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς (45), καὶ οὕτω τελείως καὶ ὁλοκλήρως τὸ ἀνθρώπινον γένος ἐλευθερούμενον ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐν αὐτῷ, καὶ ζωοποιούμενον ἐκ τῶν νεκρῶν, εἰσάγεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὡμολόγουν γὰρ καὶ τοῦτο, ὅτι (46) οὐ σῶμα ἄψυχον, οὐδ' ἀναίσθητον, οὐδ' ἀνόητον εἶχεν ὁ Σωτήρ. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἦν, τοῦ Κυρίου δι' ἡμᾶς ἀνθρώπου γενομένου, ἀνόητον εἶναι τὸ σῶμα αὐτοῦ, οὐδὲ σώματος μόνου, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς ἐν αὐτῷ
C τῷ Λόγῳ σωτηρία γέγονεν· Υἱός τε ὢν ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ, γέγονε καὶ υἱὸς ἀνθρώπου· καὶ μονογενὴς ὢν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, γέγονεν ὁ αὐτὸς καὶ πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. Διὸ οὔθ' (47) ἕτερος μὲν ἦν ὁ πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἕτερος δὲ ὁ μετὰ Ἀβραάμ· οὐδ' ἕτερος μὲν ἦν ὁ τὸν Λάζαρον ἐγείρας, ἕτερος δὲ

[7] Jer. 1, 2, 4, 11, 13.

(43) Seg. Basil. Goblerian. χρᾶσθαι. Editi, χρῆσθαι.

(44) Sic omnes mss. et ed. Paris. In edit. Comm. οὐχ εἰς, male. Seguer. habet οὐχ' cum apostropho, quasi ab οὐχί eliso et ita semper alias.

(45) Ita Seg. recte. Editi vero et cæteri, γεγένηται.

(46) Edit. Comm. male οὔτε. Mox editi, αἰσθητόν. Sed omnes manuscripti, ἀναίσθητον. Hæc porro verba esse Apollinarii legatorum, patet ex ipsius
D Apollinarii epistola ad episcopos Diocæsareæ congregatos, apud Leontium Byzantinum, libro *adversus fraudes Apollinaristarum*, quam hic referre operæ pretium fuerit, quod ad hæc intelligenda multum conferat.

DOMINIS MEIS HONORATISSIMIS EPISCOPIS DIOCÆSAREÆ IN DOMINO SALUTEM.

Exspectabamus, litteris nostris ad vos missis, ut similiter a vestra charitate litteras acciperemus, Domini honoratissimi, quales semper a beato episcopo Athanasio accipimus : qui scit nos et in dogmatibus cum ipso consentire, et in omnibus morem ei gerere. Quia vero non rescripsistis, existimavi fortasse prolixitatem epistolæ non declarasse vobis nostram mentem ac sententiam. En clare scribimus consentanea communi magistro nostro et vestro. Dico igitur hæc de divina incarnatione, quandoquidem de his multus tumultus non a nobis, sed ab aliis, quos taceo, excitatus est. Confitemur, non ad hominem sanctum venisse Verbum Dei, quod erat in prophetis, sed ipsum Verbum carnem factum esse non assumpta mente humana, mente mutabili, quæ, turpibus cogitationibus captiva ducitur, sed divina mente, immutabili, et cælesti. Quamobrem non corpus inanimatum, neque sensu et intelligentia vacuum habuit Salvator. Nec enim fieri poterat, ut cum Dominus propter nos factus esset homo, corpus ejus esset sine intelligentia. Cum esset vere Filius Dei, factus est Filius hominis : et cum esset unigenitus Filius Dei, factus est ipse primogenitus in multis fratribus. Unde non alius erat Filius Dei ante Abraham, alius vero post Abraham : sed unus perfectus unigenitus Dei, perfectus autem divina perfectione, et non humana. Cum iis qui sic sentiunt, confitemur nos communionem habere. Cum iis vero qui contra sentiunt et scribunt, communionem non habemus. Ubi cætera quidem omnia ut hic apud Athanasium leguntur, sed dum ait Verbum non assumpsisse mentem humanam sed divinam, virus suæ hæreseos detegit, quod his antea verbis occultarat, οὐ σῶμα ἄψυχον, οὐδ' ἀναίσθητον, οὐδ' ἀνόητον εἶχεν ὁ Σωτήρ, *corpus non inanimatum, nec sensus expers, nec mente carens habuit Salvator :* vafre scilicet ac subdole intelligendo, mentem divinam solum inesse Christo. Qua de re iterum agetur ad libros contra Apollinarium.

(47) Seguer., οὔτε. Mox in eodem τοῦ deest ante Ἀβραάμ. Mox idem et Basil., ἕτερος μὲν ἦν. In editis μέν deest.

Digitized by Google

ὁ πυνθανόμενος περὶ αὐτοῦ· ἀλλ' ὁ αὐτὸς ἦν ἀνθρωπίνως μὲν λέγων, « Ποῦ Λάζαρος κεῖται; » θεϊκῶς δὲ τοῦτον ἀνεγείρων (48)· ὁ αὐτὸς δὲ ἦν σωματικῶς μὲν ὡς ἄνθρωπος πτύων, θεϊκῶς δὲ ὡς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἀνοίγων τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ἐκ γενετῆς τυφλοῦ· καὶ σαρκὶ μὲν πάσχων, ὡς εἶπεν ὁ Πέτρος, θεϊκῶς δὲ ἀνοίγων τὰ μνήματα, καὶ ἀνεγείρων τοὺς νεκρούς. Ἐξ ὧν καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ οὕτω νοοῦντες, τὸ αὐτὸ φρονεῖν περὶ τῆς σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως τοῦ Λόγου διεβεβαιώσαντο.

8. Τούτων τοίνυν οὕτως ὁμολογηθέντων, παρακαλοῦμεν ὑμᾶς τοὺς μὲν οὕτως ὁμολογοῦντας καὶ ἑρμηνεύοντας (49) οὕτω τὰς λέξεις, ἃς λέγουσι, μὴ κατακρίνετε προπετῶς, μηδὲ (50) ἀποβάλλετε, ἀλλὰ μᾶλλον εἰρηνεύοντας καὶ ἀπολογουμένους προσλαμβάνεσθε· τοὺς δὲ μὴ βουλομένους οὕτως ὁμολογεῖν καὶ διερμηνεύειν τὰς λέξεις, τούτους κωλύετε καὶ ἐντρέπετε, ὡς ὑπόπτους τῷ φρονήματι. Τούτων τε μὴ ἀνεχόμενοι συμβουλεύετε κἀκείνοις τοῖς ὀρθῶς ἑρμηνεύουσί τε καὶ φρονοῦσι μηδὲν πλέον ἀλλήλους ἀνακρίνειν μηδὲ λογομαχεῖν ἐπ' οὐδὲν χρήσιμον, μήτε ταῖς τοιαύταις λέξεσι διαμάχεσθαι, ἀλλὰ τῷ φρονήματι τῆς εὐσεβείας συμφωνεῖν. Οἱ γὰρ μὴ οὕτω διανοούμενοι, ἀλλὰ μόνον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις λεξειδίοις φιλονεικοῦντες, καὶ παρὰ τὰ ἐν Νικαίᾳ γραφέντα ζητοῦντες, οὐδὲν ἕτερον ποιοῦσιν, ἢ « ποτίζουσιν ἀνατροπὴν θολερὰν τὸν πλησίον, » ὡς φθονοῦντες τὴν εἰρήνην καὶ ἀγαπῶντες τὰ σχίσματα. Ἀλλ' ὑμεῖς, ὡς ἀγαθοὶ (51) ἄνθρωποι καὶ πιστοὶ δοῦλοι, καὶ οἰκονόμοι τοῦ Κυρίου, τὰ μὲν σκανδαλίζοντα καὶ ξενίζοντα παύετε καὶ κωλύετε, πάντων δὲ μᾶλλον προκρίνετε τὴν τοιαύτην εἰρήνην, οὔσης ὑγιαινούσης πίστεως· ἴσως ὁ Κύριος ἐλεήσει ἡμᾶς, καὶ συνάψει τὰ διῃρημένα, καὶ γενομένης μιᾶς ποίμνης, πάλιν πάντες ἕνα ἔχομεν καθηγεμόνα, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.

9. Ταῦτα ἡμεῖς μὲν, εἰ καὶ μηδὲν πλέον ἔδει ζητεῖν τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, μηδὲ ἀνέχεσθαι τῶν ἐκ φιλονεικίας ῥημάτων, ἀλλά γε διὰ τὴν εἰρήνην, καὶ ἕνεκα τοῦ μὴ ἀποβάλλειν (52) τοὺς ὀρθῶς πιστεύειν ἐθέλοντας, ἀνεκρίναμεν, καὶ ἅπερ ὡμολόγησαν, συντόμως ὑπηγορεύσαμεν, οἱ περιλειφθέντες ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, κοινῇ μετὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν Ἀστερίου (53) καὶ Εὐσεβίου· οἱ γὰρ πλεῖστοι ἐξ ἡμῶν ἀπεδήμησαν εἰς τὰς παροικίας ἑαυτῶν. Ὑμεῖς δὲ πάλιν κοινῇ ἔνθα καὶ εἰώθατε συνάγεσθαι, ἀνάγνωτε ταῦτα, κἀκεῖ πάντας προσκαλέσασθαι καταξιώσατε. Δίκαιον γὰρ ἐκεῖ πρῶτον τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνωσθῆναι, κἀκεῖ τοὺς βουλομένους καὶ ἀντιποιουμένους τῆς

dem dicebat: « Ubi positus est Lazarus [8]? » et qui divinitus illum excitavit: idem ipse erat qui corporaliter quidem ut homo spuebat, divinitus vero, ut Dei Filius, aperiebat oculos cæci nati: et carne quidem patiebatur, ut ait Petrus [9], divinitus autem monumenta aperiebat mortuosque suscitabat. Atque omnia quæ in Evangelio habentur eadem prorsus ratione intelligentes, affirmarunt se idipsum sentire de incarnatione et de assumpta a Verbo humana natura.

8. Cum hæc igitur ita confessi sint, hortamur vos ne eos quidem qui sic profitentur, et eo pacto verba quæ proferunt, interpretantur, temere condemnare aut rejicere velitis, sed potius, ipsos paci studentes et sese purgantes recipiatis. Eos contra qui hæc profiteri et verba tali modo explicare renuerint, ut suspectæ sententiæ homines arceatis pudoreque afficiatis. Hos igitur ne toleretis; eos autem qui et recte verba interpretantur et probe sentiunt, hortamini ne ulteriorem inter se adhibeant disquisitionem, nec verbis inutiliter decertent, neque hujusmodi vocabulis contendant, sed in pietatis sententiam conveniant. Nam qui non sic animo affecti sunt, sed de hujusmodi tantum voculis quæstiones agitant, et præter **619** ea quæ Nicææ conscripta sunt, nonnulla requirunt, nihil aliud agunt, quam quod « proximo suo subversionem turbidam propinant [10], » utpote qui paci invideant et schismata diligant. Sed vos, ut probi homines, fidelesque servi ac dispensatores Domini, quæ offendiculo quidem sunt, et a concordia deterrent, compescite et impedite, omnibusque hujusmodi pacem anteponite, cum sana sit fides: forsitan Dominus nostri misertus, quæ divisa fuere coaptabit, factoque deinceps uno ovili, omnes unum habebimus ducem Dominum nostrum Jesum Christum.

9. Hæc nos quidem (tametsi nihil præter Nicænam synodum requirendum erat, neque tolerandæ erant contentionis verba; attamen pacis conciliandæ causa, et ne eos qui recte sentire cupiunt abjiceremus) examinavimus, et quæ ipsi professi sunt paucis dictavimus, nos qui Alexandriæ relicti sumus, idque una cum comministris nostris Asterio et Eusebio: plurimi namque nostrum ad suas diœceses sunt profecti. Vos itaque in commune ubi conventus agere soletis, hæc legitote, illucque omnes convocare dignemini. Æquum enim est ut illic primum epistola legatur, ac ibidem qui pacem optant procurantque, sibi invicem concilientur: ac deinceps

[8] Joan. xi, 34. [9] I Petr. iv, 1. [10] Habac. ii, 5.

(48) Basil., ἐγείρων. Infra post πτύων. Editi, πνευματικῶς. Seg. Basil. θεϊκῶς habent. Hæc ipsa videsis orat. 3, *contra Arianos*, p. 461, num. 32. Paulo post Seg. cum editis, ἐκ γενητῆς. Basil., ἐκ γενετῆς cum ε, melius.

(49) Seg. et Basil. διερμηνεύοντας.

(50) In Basil. μηδέ deest. Seguerianus vero sic habet hunc locum, μὴ κατακρίνετε, μηδὲ προπετῶς ἀποβάλλετε.

(51) Seg. ω ἀγαθοί.

(52) Seg. et Gobl. ἀποβαλεῖν.

(53) Seg. solus sic, Εὐσεβίου καὶ Ἀστερίου. Asterium Orientalium, Eusebium vero Occidentalium causam in hac synodo egisse auctor est Rufinus, *Hist. eccles.*, lib. i, c. 29. Porro hic Asterius is est qui olim Arianos Sardicam properantes in via deseruit una cum Ario Petrarum episcopo, atque Sardicensi synodo subscripsit. Qua de causa iisdem Arianis auctoribus in Superiorem Africam relegatus, in reditu huic interfuit synodo.

Digitized by Google

cum mutuo conciliati fuerint, ubicunque populo placuerit, præsente vestra humanitate illic conventus celebrentur, et Domino una gloria tribuatur ab omnibus. Salutant vos fratres qui mecum sunt. Opto vos bene valere, et memoriam nostri apud Dominum facere, Ego Athanasius : alii pariter episcopi, qui simul convenerunt subscripsere : necnon qui missi sunt a Lucifero quidem Sardiniæ insulæ episcopo, diaconi duo, Herennius et Agapetus : a Paulino autem Maximus et Calemerus, ipsi quoque diaconi. Aderant et quidam monachi ab Apollinario episcopo in hoc ipsum missi.

εἰρήνης συνάπτεσθαι· καὶ λοιπὸν συναφθέντων αὐτῶν, ἔνθα ἂν ἀρέσῃ πᾶσι τοῖς λαοῖς, παρούσης τῆς ὑμετέρας χρηστότητος, ἐκεῖ τὰς συνάξεις ἐπιτελεῖσθαι, καὶ τὸν Κύριον κοινῇ παρὰ πάντων δοξάζεσθαι. Προσαγορεύουσιν ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί. Ἐρρῶσθαι ὑμᾶς, καὶ μνημονεύειν ἡμῶν τῷ Κυρίῳ εὔχομαι, Ἐγώ τε Ἀθανάσιος· ὁμοίως τε οἱ ἄλλοι ἐπίσκοποι οἱ συνελθόντες ὑπέγραψαν· καὶ οἱ ἀποσταλέντες (54) δὲ παρὰ μὲν Λουκίφερος (55) τοῦ ἐπισκόπου Σαρδίας νήσου, διάκονοι δύο, Ἑρέννιος, καὶ Ἀγαπητός· παρὰ δὲ Παυλίνου Μάξιμος καὶ Καλήμερος, καὶ αὐτοὶ διάκονοι. Παρῆσαν δὲ καί τινες Ἀπολλιναρίου τοῦ ἐπισκόπου μονάζοντες, παρ' αὐτοῦ εἰς τοῦτο πεμφθέντες.

10. Episcopi autem prædicti ad quos scripta est epistola, hi sunt : Eusebius Vercellorum Galliæ urbis, Lucifer Sardiniæ insulæ, Asterius Petrarum Arabiæ, Cymatius Palti Cœlesyriæ, Anatolius Eubœæ.

Qui vero epistolam scripserunt, hi sunt, Athanasius papa et qui cum eo Alexandriæ adfuere, ipse Eusebius et Asterius : reliqui autem, Gaius Paratonii proxime Libyam, Agathus Phragonis et partis cujusdam Eleærchiæ Ægypti, Ammonius Pachnemunis, et reliquæ partis Eleærchiæ : Agathodæmon Schediæ et Menelaiti, Dracontius parvæ Hermopolis, Adelphius Onuphis quæ est Lychnorum, Hermion Taneos, Marcus Zygrorum proxime Libyam, Theodorus Athribis, Andreas Arsenoiti, Paphnutius Saeos, Marcus Philorum, Zoilus Andro, Menas Antiphrorum.

His Eusebius quoque Latine subscripsit, quorum hæc est interpretatio :

Ego Eusebius, secundum exactam vestram utriusque partis confessionem, qua in eamdem circa hypostases sententiam convenistis, in eamdem quoque conveni ; sed etiam circa 620 incarnationem Salvatoris nostri, nempe Dei Filium hominem factum esse, et omnia præter peccatum assumpsisse, cujusmodi erat antiquus noster homo : idque juxta contextum epistolæ meo suffragio confirmavi. Et quandoquidem exclusa dicitur Sardicensis concilii tabella, ne ultra Nicænam fidem aliquid exponi videatur : ego huic quoque rei consentio, ne per illam Nicæna fides exclusa videatur, neque proferendam eam esse sentio. Opto in Domino vos bene valere.'

10. Ἔστι δὲ (56) ἕκαστος τῶν προκειμένων ἐπισκόπων, πρὸς οὓς ἡ ἐπιστολὴ ἐγράφη, Εὐσέβιος πόλεως Βιργίλλων τῆς Γαλλίας (57), Λουκίφερ τῆς Σαρδίας νήσου, Ἀστέριος Πετρῶν τῆς Ἀραβίας, Κυμάτιος Παλτοῦ Κοίλης Συρίας, Ἀνατόλιος Εὐβοίας.

Οἱ δὲ ἐπιστείλαντες ὅ τε πάπας Ἀθανάσιος, καὶ οἱ παρατυχόντες σὺν αὐτῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, αὐτός τε Εὐσέβιος καὶ Ἀστέριος· καὶ οἱ λοιποὶ Γάϊος Παρατονίου τῆς ἔγγιστα (58) Λιβύης, Ἀγαθὸς Φραγώνεως καὶ μέρους Ἐλεαρχίας τῆς Αἰγύπτου· Ἀμμώνιος Παχνεμούνεως καὶ τοῦ λοιποῦ μέρους τῆς Ἐλεαρχίας, Ἀγαθοδαίμων Σχεδίας καὶ Μενελαΐτου· Δρακόντιος Ἑρμουπόλεως μικρᾶς, Ἀδέλφιος Ὀνούφεως τῆς Λύχνων, Ἑρμίων Τάνεως, Μάρκος Ζύγρων τῆς ἔγγιστα Λιβύης, Θεόδωρος Ἀθρίβεως, Ἀνδρέας (59) Ἀρσενοΐτου, Παφνούτιος Σάεως, Μάρκος Φίλων, Ζώϊλος Ἄνδρω, Μῆνας Ἀντίφρων (60).

Τούτοις καὶ Εὐσέβιος ὑπέγραψε Ῥωμαϊστί, ὧν ἡ ἑρμηνεία·

Ἐγὼ Εὐσέβιος ἐπίσκοπος κατὰ τὴν ἀκρίβειαν ὑμῶν τὴν παρ' ἑκατέρων τῶν μερῶν ὁμολογηθεῖσαν ἀλλήλοις συντιθεμένων περὶ τῶν ὑποστάσεων, καὶ αὐτὸς συγκατεθέμην· οὐ μὴν ἀλλὰ (61) καὶ περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, καὶ ἄνθρωπος γέγονεν, ἀναλαβὼν πάντα ἄνευ ἁμαρτίας, οἷος ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνέστηκε, κατὰ τὸ τῆς ἐπιστολῆς ὕφος ἐπιστωσάμην. Καὶ ἐπειδὴ ἔξωθεν λέγεται τὸ τῆς Σαρδικῆς πιττάκιον ἕνεκεν τοῦ μὴ παρὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν δοκεῖν ἐκτίθεσθαι, καὶ ἐγὼ συγκατατίθεμαι, ἵνα μὴ ἡ (62) ἐν Νικαίᾳ πίστις διὰ τούτου ἐκκλείεσθαι δόξῃ, μήτε εἶναι προκομιστέον. Ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ εὔχομαι.

(54) Seguer. ὁμοίως τε οἱ ἄλλοι. Editi, ὁμοίως καὶ οἱ.

(55) Seguer. prima manu, Λουκίφερος, secunda, Λουκιφέρου. Unum duntaxat diaconum a Lucifero legatum narrant Rufinus *Hist. eccles.*, lib. I, c. 27, et Sozom. lib. V, c. 12. Aitque idem Rufinus, similiterque Theodoretus lib. III, cap. 5, Luciferum ab Eusebio rogatum ut Alexandriam secum proficisceretur, id abnuisse.

(56) Basil. Οὐκ ἔστι δέ, male.

(57) Sic omnes manuscripti et editi. At in *Historia Arianorum ad monachos*, num. 35, restituimus ex mss. Βερκέλλων.

Multi ex his episcopis relegati pro catholica fide recensentur in *Hist. Arianorum ad monachos* supra, num. 72, in *Apologia de fuga*, num. 7, et in *Apologia ad Constantinum*, num. 27. De episcopatibus autem vide supra Tabellam geographicam.

(58) Sic Seguer. et Goblerian. Alii et editi, ἔγγυστα.

(59) Editio Comm. Ἀνδρείας. Mox Seguer. Ἀρσενοήτου.

(60) Editio Comm. Ἀνδρωμηνᾶς Αντίφρω. Edit. Paris. Seg. Basil. ut in textu.

(61) Editio Comm. sola, οὐ μὲν ἀλλά.

(62) Ἡ deest in edit. Paris. et in Basil. solis.

Digitized by Google

Ἐγὼ Ἀστέριος συνευδοκῶ τοῖς προγεγραμμένοις, καὶ ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ εὔχομαι.

11. Καὶ μετὰ τὸ ἀποσταλῆναι ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τὸν τόμον τοῦτον, οὕτω παρὰ τῶν προειρημένων ὑπογεγραμμένον, μετὰ ταῦτα καὶ αὐτοὶ ὑπέγραψαν·

Ἐγὼ Παυλῖνος (63) οὕτω φρονῶ, καθὼς παρέλαβον παρὰ τῶν Πατέρων, Ὄντα καὶ ὑφεστῶτα Πατέρα τέλειον καὶ ὑφεστῶτα Υἱὸν τέλειον, καὶ ὑφεστηκὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τέλειον. Διὸ καὶ ἀποδέχομαι (64) τὴν προγεγραμμένην ἑρμηνείαν περὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων, καὶ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως, ἤτοι οὐσίας, καὶ τοὺς φρονοῦντας οὕτως. Εὐσεβὲς γάρ ἐστι φρονεῖν καὶ ὁμολογεῖν τὴν ἁγίαν Τριάδα ἐν μιᾷ θεότητι. Καὶ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως δὲ τῆς δι' ἡμᾶς γενομένης τοῦ Λόγου τοῦ Πατρὸς οὕτω φρονῶ, καθὼς γέγραπται, ὅτι, κατὰ τὸν Ἰωάννην, ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· οὐ κατὰ τοὺς ἀσεβεστάτους τοὺς λέγοντας μεταβολὴν αὐτὸν (65) πεπονθέναι, ἀλλ' ὅτι ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς γέγονεν, ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου Μαρίας καὶ ἁγίου Πνεύματος γεννηθείς. Οὔτε γὰρ ἄψυχον, οὔτε ἀναίσθητον, οὔτε ἀνόητον σῶμα εἶχεν ὁ Σωτὴρ (66)· οὔτε γὰρ οἷόν τ' ἦν, τοῦ Κυρίου ἀνθρώπου δι' ἡμᾶς γενομένου, ἀνόητον εἶναι αὐτοῦ τὸ σῶμα. Ὅθεν ἀναθεματίζω τοὺς τὴν ἐν Νικαίᾳ ὁμολογηθεῖσαν πίστιν ἀθετοῦντας, καὶ μὴ λέγοντας ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, καὶ ὁμοούσιον εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί. Ἀναθεματίζω δὲ τοὺς λέγοντας τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κτίσμα δι' Υἱοῦ γεγονός. Ἔτι δὲ ἀναθεματίζω Σαβελλίου (67) καὶ Φωτεινοῦ, καὶ πᾶσαν αἵρεσιν, στοιχῶν τῇ πίστει τῇ κατὰ Νίκαιαν, καὶ πᾶσι τοῖς προγεγραμμένοις. Ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι ἐγὼ Καρτέριος (68).

Ego Asterius superioribus scriptis astipulor, et opto in Domino vos bene valere.

11. Postquam autem tomus hic Alexandria missus est, a supra dictis ita subscriptus, postea et ipsi quoque (Antiocheni) ita subscripsere:

Ego Paulinus sic sentio ut a Patribus accepi: Esse et subsistere Patrem perfectum, et subsistere Filium perfectum, et subsistere Spiritum sanctum perfectum. Quapropter approbo supra scriptam de tribus hypostasibus et de una hypostasi sive substantia interpretationem, itemque eos qui ita censent. Pium enim est sanctam Trinitatem in una deitate sentire atque confiteri. De incarnatione autem Verbi Patris propter nos facta, ita sentio, ut scriptum est, nempe secundum Joannem, Verbum carnem factum esse: non vero, ut impiissimi quidam dicunt, ipsum mutationem esse passum; sed propter nos hominem factum esse, exque sancta Virgine Maria, et ex Spiritu sancto esse genitum. Neque enim inanimatum, aut sensus expers, aut mente carens corpus habuit Salvator; nam fieri non potuit, ut cum Dominus pro nobis homo factus sit, corpus ejus mente caruerit. Ideoque anathemate damno eos qui fidem Nicææ promulgatam vilipendunt, et qui negant Filium ex substantia Patris, et Patri consubstantialem esse. Anathemate quoque damno eos qui dicunt Spiritum sanctum creaturam esse a Filio factam. Anathematizo quoque Sabellii et Photini et quamcunque aliam hæresin, incedens secundum Nicænam fidem, et secundum omnia superius scripta. Valere vos opto ego Carterius

(63) Hæc Paulini subscriptio et fidei professio habetur apud Epiphanium hæresi 77, p. 1015, cum hoc titulo, Ἀντίγραφον χειρὸς Παυλίνου τοῦ ἐπισκόπου, et postea, Ἐγὼ Παυλῖνος ὁ ἐπίσκοπος. Mox ibidem, ἀπὸ τῶν Πατέρων. Hanc fidei professionem in synodo Antiochena anni 363, primum editam fuisse, existimant Baronius et Hermantius, quibus tamen refragari videtur Epiphanius hisce verbis: Μετὰ ἐκθέσεως ἐγγράφου ἡμᾶς ἔπεισεν, ἧς ἤδη πρότερον ἀπολογίας χάριν πρὸς τὸν μακαρίτην Ἀθανάσιον ἐποιήσατο τὴν συγκατάθεσιν. Προσήνεγκε γὰρ καὶ ἐπέδωκεν ἡμῖν ταύτης τὸ ἀντίγραφον μεθ' ὑπογραφῆς, σαφῶς περὶ Τριάδος ἔχον ὁμοῦ, καὶ περὶ νοῦ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως, χειρὶ αὐτοῦ τοῦ μακαρίτου Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου. Id est: *Nos* (*Paulinus*) *per scriptam fidei expositionem persuasit, cui jam antea, sui apud beatæ memoriæ Athanasium purgandi causa, assensum præbuerat. Hujus enim nobis exemplum a se subscriptum obtulit tradidique, in quo de Trinitate, et una de mente Christi incarnati, ex ipsius beatæ memoriæ Patris nostri Athanasii scripto, diserte agebatur.* Quibus non obscure significatur hanc Paulini subscriptionem fideique professionem tum primum editam fuisse cum tomus ad Antiochenses Antiochiam pervenisset, ut hic etiam innuitur, hoc est anno 362, Paulinumque anno sequenti 363, Epiphanio aliisque Antiochenæ synodi Patribus, hujus professionis apographum obtulisse.

(64) Ita Epiphan. Seg. et Basil. Edit? male, ἀπεύχομαι. Ibidem Epiphanius, ἑρμηνείαν τριῶν ὑποστάσεων.

(65) Ita Seguerianus et Epiphan. Editi vero, αὐτήν. Infra Seguerianus post Παρθένου habet θεοτόκου solus.

(66) Post εἶχεν ὁ Σωτήρ, omnes Epiphanii editi habent καὶ ἐν τῇ χειρὶ τοῦ Ἀθανασίου, quibus significatur hæc verba ex opere Athanasii manu conscripto desumpta esse, ut superius etiam dictum est; sintne autem Paulini, an Epiphanii, vel librarii cujusdam, non liquet.

(67) Seg., καὶ Σαβελλίου.

(68) Seg. Gobl. et Felckm. primus post Καρτέριος, addunt ἔστι δὲ πόλεως Συρίας, quod est cujusdam glossema. Carterii meminit Athanasius, Antaradi civitatis Syriæ episcopi, *Apol. de fuga, sua* num. 3.

Digitized by Google

MONITUM

In sequentia opuscula Joviani imperatoris tempore edita

—

621 I. *Postquam Julianus Apostata miserrima nece sublatus est, magna Christianorum rebus lux effulsit, cum Jovianus in ejus fuit locum inauguratus. Is ut erat, teste Gregorio Nazianzeno, mira pietate animique lenitate præditus, exsulum episcoporum revocatione imperium est auspicatus. Ante omnes autem Athanasium exsulem restituit, qui omnibus virtute præstabat, et pro pietate sine ulla dubitatione oppugnatus fuerat.* Λύει μὲν, *sic Gregorius*, τοῖς ἐπισκόποις τὴν ἐξορίαν, τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι, καὶ πρὸ πάντων τῷ πρὸ πάντων τὴν ἀρετὴν, καὶ προδήλως ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας πολεμηθέντι. *Huic epistolam primo misit imperator ab Epiphanio memoratam, Hær.* LXVIII, *p.* 726, *quam suo loco restituentes, priorem hic posuimus, ubi Athanasium patriæ Ecclesiæque remittens, ejus virtutem animique firmitatem quanti faciat testificatur. Porro Joviano litteras* εὐχαριστηρίους *rescripsisse Athanasium, licet ad nos minime pervenerint, haud dubitandum videtur. Neque tamen putavit Athanasius exspectandam sibi esse redeundi facultatem; Alexandriam enim remigrasse fertur cum primum necem Juliani audivit, ut pluribus in* Vita Athanasii *narramus.*

II. *Præter hanc epistolam, aliam Athanasio misit Jovianus, qua rogabat, ut fidei veritatem in sexcentas, ut ait ibidem Gregorius, opiniones partesque distractam, ad se transmitteret. Quæ quidem epistola injuria temporum disperiit: superestque solum ea quam imperatori rescripsit Athanasius, eximia sane et tanto doctore dignissima: ubi laudato principis erga res cœlestes amore, atque discendi studio, Nicænam commendat fidem, in Arianosque acriter invehitur, quod illius synodi decretis stare renuerint: unde exortæ tantæ turbæ, tanta per Ecclesiam dissidia. Enumerat inde provincias et regiones, quarum Ecclesiæ Nicænæ inhærerent fidei, paucis exceptis Arianis, qui hactenus adversus eam concertarent. Hinc refert Nicænum Symbolum, cui nonnulla perspicuitatis causa subjungit, ac liquido Spiritus sancti divinitatem declarat. Acceptam autem Joviano fuisse hanc Athanasii epistolam testatur ipse imperator inferius, in tertia scilicet Arianorum petitione, ubi ait se diligenter sciscitatum comperisse, Athanasium recte sentire, atque orthodoxum esse. Hanc item commendat Gregorius Nazianzenus, Oratione* 21, *atque S. doctorem, trium personarum unam essentiam, atque Spiritus sancti divinitatem palam in ea epistola, licet paucis, confiteri. Exstat hæc ipsa apud Theodoretum, lib.* IV, *cap.* 2, *Athanasium episcopos doctrina præstantiores congregasse, ut eorum consilio eam conscriberet, mitteretque ad Jovianum.*

III. *Antiochiæ autem ab Athanasio sociisque conscriptam fuisse hanc epistolam opinatur Valesius in notis ad cap.* 3, *lib.* IV *Theodoreti, sed levissimo sane ductus argumento. Nititur quippe solo hujus epistolæ titulo qui sic jacet apud Theodoretum:* Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ φιλανθρωποτάτῳ νικητῇ Αὐγούστῳ Ἰωβιανῷ Ἀθανάσιος καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι οἱ ἐλθόντες ἐκ προσώπου πάντων τῶν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος καὶ Λιβύων ἐπισκόπων. *Putatque his verbis indicari Athanasium et alios quosdam episcopos, ex persona omnium Ægypti, Thebaidis et Libyæ præsulum, Antiochiam venisse, ut Joviano coram se sisterent, atque ibi epistolam scripsisse; sed apparet ex præcedenti Theodoreti capite, ubi ait Athanasium congregasse episcopos doctrina præstantiores, ipsum Athanasium non loco movisse, sed Alexandriæ ubi tunc erat stetisse. Nam illud,* οἱ ἐλθόντες, *non ad Athanasium refertur, sed ad illud* οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι, *qui scilicet Alexandriam acciti se contulerunt. Ecquid, quæso, opus ut episcopi adirent imperatorem, si litteris cum eo acturi erant? Hoc certe in loco Baronii sententiæ, qui datam putat epistolam Alexandriæ, quam Valesii, qui scriptam arbitratur Antiochiæ, stare malumus.*

IV. *Epistolæ Athanasii ad Jovianum subjicimus quatuor supplices Lucii Arianorumque petitiones Antiochiæ ad Jovianum factas: quæ perperam in editis omnibus* Colloquia *inscribuntur. Vox enim* ἐντυχία, *non colloquium hic significat, sed supplicem petitionem, seu voce seu scripto, principi vel magistratui, adversus aliquem oblatam: qua sententia usu venit item vox,* ἐντυγχάνειν. *Sic I Machab.* X, 63, *de Jonatha dicitur:* Καὶ ἐκάθισεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ εἶπε τοῖς ἄρχουσιν αὐτοῦ· Ἐξέλθετε μετ' αὐτοῦ εἰς μέσον τῆς πόλεως, καὶ κηρύξατε τοῦ μηδένα ἐντυγχάνειν κατ' αὐτοῦ, περὶ μηδενὸς πράγματος. *Ubi sic habet Vulgata:* Et collocavit eum rex sedere secum. Dixitque principibus suis: Exite cum eo in medium civitatis, et prædicate, ut nemo adversus eum interpellet de ullo negotio. *Vox,* ἐντυγχάνειν, *eadem sententia ibi sæpe repetitur. Similem usum vocis,* ἐντυχία, *observavit vir erud. Valesius in notis ad Theodoreti* Historiam eccl. *p.* 5. *Hæ sunt igitur supplices petitiones Lucii et Arianorum adversus Athanasium qui tum Antiochiæ aderat, in cujusque locum episcopum alium postulant; Lucium scilicet ordinari peroptabant, quem Georgius pseudoepiscopus Alexandrinus presbyterum constituerat. Palam enim illud est ex iis quæ sub finem tertiæ petitionis*

Digitized by Google

dicuntur. Ex Joviani autem responsis liquet quantum ille pietate, quantum ingenii acrimonia vateret : Arianorum enim petitiones salse arguteque respuit, Lucium vero ne auditum quidem cum convicio et imprecatione repudiavit. Hæc porro opuscula anno haud dubie 363 *edita sunt.*

V. *In prioribus Athanasii editis post epistolam Joviani, fragmentum subsequitur, cui titulus est,* Τοῦ αὐτοῦ Ἀθανασίου πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα Ἰωβιανόν, *sed falso inscribi certum est ; nullam enim præfert epistolæ formam, nec habetur in manuscriptis antiquioribus ; imo post ætatem Athanasii scriptum videtur, de quo fusius infra suo loco.*

Ἴσον ἐπιστολῆς Ἰωβιανοῦ βασιλέως, πεμφθείσης πρὸς Ἀθανάσιον τὸν ἁγιώτατον ἀρχιεπίσκοπον Ἀλεξανδρείας.

A **622** *Exemplum epistolæ Joviani imperatoris, missæ ad sanctissimum Athanasium archiepiscopum Alexandrinum.*

Τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ φίλῳ τοῦ Θεοῦ Ἀθανασίῳ Ἰωβιανός (69).

Religiosissimo et Deo dilecto Athanasio, Jovianus

Τοῦ ἐπιεικεστάτου σου βίου, καὶ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν τῶν ὅλων ὁμοιώσεως, καὶ τῆς πρὸς τὸν Σωτῆρα ἡμῶν τὸν Χριστὸν διαθέσεως τὰ κατορθώματα ὑπερθαυμάζοντες, ἀποδεχόμεθά σε, ἐπίσκοπε τιμιώτατε· καὶ ὅτι μὲν πάντα πόνον, καὶ τῶν διωκόντων τὸν φόβον οὐ κατέπτηξας (70), καὶ κινδύνους καὶ ξίφους ἀπειλὰς, ὡς σκύβαλα ἡγησάμενος, τῆς φίλης σοι (71) ὀρθοδόξου πίστεως τοὺς οἴακας κατέχων, ἕως τοῦ νῦν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀγωνίζῃ, ὑπογραμμὸν δὲ τῷ λαῷ παντὶ τῶν πιστῶν, καὶ τύπον σεαυτὸν τῆς ἀρετῆς (72) προσφερόμενος διατελεῖς. Ἀνακτᾶταί σε τοίνυν ἡ ἡμετέρα βασιλεία, καὶ ἐπανελθεῖν βούλεται πρὸς τὴν τῆς σωτηρίας διδασκαλίαν. Ἐπάνιθι τοίνυν εἰς τὰς ἁγίας Ἐκκλησίας, καὶ ποίμαινε τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν, καὶ τὰς ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας πραότητος προθύμως εὐχὰς ἀναπέμπετε (73) εἰς Θεόν. Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι τῇ σῇ ἱκεσίᾳ ἡμεῖς τε καὶ οἱ σὺν ἡμῖν τὰ Χριστιανῶν (74) φρονοῦντες μεγάλην ἀντίληψιν σχοίημεν παρὰ τοῦ ὑπερέχοντος Θεοῦ.

Cum magnopere miremur honestissimam vitam tuam, similitudinem tuam cum Deo universorum, tuumque erga Christum Salvatorem nostrum affectum, quæ tuæ sunt præclaræ virtutes ; te laudamus, honoratissime episcope, quod nullum laborem, nullum persecutorum furorem extimuisti, pericula gladiorumque minas ne flocci quidem fecisti, atque clavum charæ tibi orthodoxæque fidei retinens, hactenus certasti pro veritate : itemque quod exemplum te typumque virtutis, universo fidelium populo B assidue exhibes. Te itaque revocat Majestas nostra, atque ad salutis doctrinam reverti jubet. Remigra igitur ad sanctas Ecclesias, et pasce Dei populum, atque alacri animo una fundite preces ad Deum pro nostra clementia. Novimus quippe tua supplicatione, cum nos, tum eos qui nobiscum Christiane sentiunt magnum a summo Deo auxilium consecuturos.

(75) *ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΠΡΟΣ ΙΩΒΙΑΝΟΝ ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ* (76).

SANCTI PATRIS NOSTRI ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ AD JOVIANUM, DE FIDE.

1. Πρέπουσα θεοφιλεῖ βασιλεῖ φιλομαθὴς (77) προαίρεσις καὶ πόθος τῶν οὐρανίων· οὕτω γὰρ ἀληθῶς καὶ τὴν καρδίαν ἕξις ἐν χειρὶ Θεοῦ (78). Θελησάσης τοίνυν τῆς σῆς εὐσεβείας μαθεῖν παρ' ἡμῶν τὴν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας πίστιν, εὐχαριστήσαντες ἐπὶ τούτοις τῷ Κυρίῳ, ἐδουλευσάμεθα μᾶλλον πάντων τὴν παρὰ τῶν Πατέρων ἐν Νικαίᾳ ὁμολογηθεῖσαν πίστιν ὑπομνῆσαι τὴν σὴν εὐσέβειαν. Ταύτην γὰρ ἀθετήσαντές τινες, ἡμῖν μὲν ποικίλως ἐπεβούλευσαν, ὅτι μὴ ἐπειθόμεθα τῇ Ἀρειανῇ αἱρέ-

1. Religiosum imperatorem decet discendi studium et cœlestium rerum amor : ita enim vere cor C in manu Dei [11] habiturus es. Cum igitur tua pietas fidem catholicæ Ecclesiæ a nobis cupiat perdiscere : postquam gratias eam ob rem Domino egimus, nihil nobis melius visum est, quam ut tuam pietatem fidei, quam Patres Nicææ confessi sunt, commonefaceremus. Quidam enim, illa rejecta, et nobis varie insidiati sunt, quod Arianæ hæresi assentiri noluimus ; et hæresis atque schismatum in Ecclesia ca-

[11] Prov. xxi, 1.

(69) Scripta anno 363.

(70) Ita Regius codex. Editi vero, ἔπτηξας cum Basil., quo solo usi sunt qui hanc epistolam primum ediderunt.

(71) Regius, σοι. Editi vero cum Basil., σου.

(72) Regius codex, τῷ τῆς ἀρετῆς, omissa linea integra.

(73) Regius codex quem sequimur, ἀναπέμπετε. D Editi cum Basil., ἀνάπεμπε.

(74) In Regio hæc, τὰ Χριστιανῶν, et mox, μεγάλην, desiderantur.

(75) Scripta anno 363.

(76) Regius ms., τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἰωβιανόν, etc. Apud Theodoretum sic inscribitur : Ἐπιστολὴ συνοδικὴ πρὸς τὸν βασιλέα Ἰωβιανὸν γραφεῖσα περὶ τῆς πίστεως παρὰ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου. Id est, *Epistola synodica scripta a sancto Athanasio ad Jovianum imperatorem, de fide.* Deinde sequitur : Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ φιλανθρωποτάτῳ νικητῇ Αὐγούστῳ Ἰωβιανῷ Ἀθανάσιος καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι οἱ ἐλθόντες ἐκ προσώπου πάντων τῶν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος καὶ Λιβύων ἐπισκόπων. Id est, *Religiosissimo et clementissimo victori Augusto Joviano Athanasius et reliqui episcopi qui venerunt ex persona omnium episcoporum Ægypti, Thebaidis et Libyarum.*

(77) Φιλομαθὴς deest in Basiliensi et Felckmanni septimo ms., necnon in edit. Comm. Legitur autem in Seg. et apud Theodoretum.

(78) Theodor., ἔχοις ἐν χειρὶ Θεοῦ, ac postea addit, καὶ τὴν βασιλείαν μετ' εἰρήνης πολλαῖς ἐτῶν περιόδοις ἐπιτελέσαις. Id est, *et imperium multis annorum curriculis cum pace gubernaturus sis.* Editio Valesii habet ἔχεις et ἐπιτελέσεις.

Digitized by Google

tholica auctores fuerunt. Nemini tamen obscura esse potest, vera et pia in Dominum fides, ut quæ ex divinis Scripturis haberi et internosci queat. Hac enim initiati sancti, martyres sunt effecti, qui quidem soluti a corpore, nunc sunt in Domino : eaque inviolata mansisset semper, nisi quorumdam hæreticorum malitia ipsam adulterare tentasset. Siquidem Arius quidam et ejus sectatores fidem illam conati sunt corrumpere, impietatemque adversus eam inducere, cum scilicet dicere ausi sunt Filium Dei ex nihilo, remque creatam **623** et factam, ac mutabilem esse. Cujusmodi sermonibus multos utique deceperunt, ut etiam ii qui aliquid esse videbantur, in illorum inducti sint impietatem ; quamvis eam sancti Patres nostri in Nicæna, ut diximus, synodo congregati, anathemate percusserint, simulque fidem catholicæ Ecclesiæ scripto sint confessi, ut illa ubique promulgata, hæresis ab hæreticis accensa exstingueretur. Ea igitur sincere ac sine dolo per omnem Ecclesiam agnita et pervulgata fuit. Verum cum Arianam hæresin quidam nunc renovare in animo habentes, fidem hanc, quam Patres Nicææ confessi sunt, ausi sint rejicere, eamque confiteri simulent cum revera negent, quippe qui vocem consubstantialis, prave interpretentur, impiaque proferant in Spiritum sanctum, quem nimirum aiunt rem creatam esse et per Filium factam : nos necessario perpendentes damnum, quod populis affert hujusmodi impietas, fidem quam Nicææ confessi sunt, tuæ religioni tradere absque mora curavimus, ut scilicet non ignoret tua pietas, quæ omni cum diligentia scripta sunt, quantumque errent qui alia præter hancce fidem docent.

πίστιν ἐσπουδάσαμεν, ἵνα γνῷ σου ἡ θεοσέβεια ἃ πλανῶνται οἱ παρὰ ταύτην διδάσκοντες.

2. Scito enim, religiosissime Auguste, hæc ab omni ævo esse prædicata, hancque ipsam fidem Patres, qui Nicææ convenerunt, confessos fuisse, eamque suffragio suo comprobare universas totius orbis Ecclesias, nempe Hispaniæ, Britanniæ, Galliæ, totius Italiæ, Dalmatiæ, Daciæ, Mysiæ, Macedoniæ, Græciæque et Africæ universæ, nec non Sardiniæ, Cypri, Cretæ, Pamphyliæ, Lyciæ, Isau-

σει· αἴτιοι δὲ γεγόνασιν αἱρέσεως καὶ σχισμάτων τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἡ μὲν γὰρ (79) ἀληθὴς καὶ εὐσεβὴς εἰς τὸν Κύριον πίστις φανερὰ πᾶσι καθέστηκεν, ἐκ τῶν θείων Γραφῶν γινωσκομένη τε καὶ ἀναγινωσκομένη. Ἐν ταύτῃ γὰρ καὶ οἱ ἅγιοι τελειωθέντες ἐμαρτύρησαν, καὶ νῦν ἀναλύσαντές εἰσιν ἐν Κυρίῳ· καὶ ἔμεινεν ἂν ἡ πίστις ἀβλαβὴς διὰ παντὸς (80), εἰ μὴ πονηρία τινῶν αἱρετικῶν παραποιῆσαι ταύτην ἐτόλμησεν. Ἄρειος γάρ τις καὶ οἱ σὺν αὐτῷ διαφθεῖραι ταύτην, καὶ ἀσέβειαν κατ' αὐτῆς ἐπεισαγαγεῖν ἐπεχείρησαν, φάσκοντες ἐξ οὐκ ὄντων καὶ κτίσμα καὶ ποίημα καὶ τρεπτὸν εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Πολλοὺς δὲ τούτοις ἠπάτησαν τοῖς λόγοις (81), ὥστε καὶ τοὺς δοκοῦντας εἶναί τι συναπαχθῆναι (82) αὐτῶν τῇ βλασφημίᾳ· καίτοι φθάσαντες μὲν οἱ ἅγιοι Πατέρες ἡμῶν συνελθόντες, ὡς προείπομεν, κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον, ἀνεθεμάτισαν· τὴν δὲ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας πίστιν ὡμολόγησαν ἐγγράφως, ὥστε, ταύτης πανταχοῦ κηρυττομένης, ἀποσβεσθῆναι τὴν ἀναφθεῖσαν αἵρεσιν παρὰ τῶν αἱρετικῶν. Ἦν μὲν οὖν αὕτη πανταχοῦ κατὰ πᾶσαν Ἐκκλησίαν ἀδόλως γινωσκομένη τε καὶ κηρυττομένη· ἀλλ' ἐπειδὴ νῦν (83), τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν ἀνανεῶσαι βουλόμενοί τινες, ταύτην μὲν τὴν ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν Πατέρων ὁμολογηθεῖσαν πίστιν ἐτόλμησαν ἀθετῆσαι, καὶ σχηματίζονται μὲν ὁμολογεῖν αὐτήν, ταῖς δὲ ἀληθείαις ἀρνοῦνται, παρερμηνεύοντες τὸ ὁμοούσιον, καὶ αὐτοὶ (84) βλασφημοῦντες εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν τῷ φάσκειν αὐτοὺς κτίσμα εἶναι αὐτὸ (85), καὶ ποίημα διὰ τοῦ Υἱοῦ γεγενῆσθαι· ἀναγκαίως, θεωρήσαντες τὴν τῆς ἐκ τοιαύτης βλασφημίας βλάβην γινομένην (86) κατὰ τῶν λαῶν, ἐπιδοῦναι τῇ σῇ εὐλαβείᾳ τὴν ἐν Νικαίᾳ ὁμολογηθεῖσαν μετὰ πάσης ἀκριβείας (87) γέγραπται, καὶ ὅσον

2. Γίνωσκε γάρ, θεοφιλέστατε Αὐγουστε, ὅτι ταῦτα μὲν ἐξ αἰῶνός ἐστι κηρυττόμενα, ταύτην δὲ οἱ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες ὡμολόγησαν Πατέρες, καὶ ταύτῃ (88) σύμψηφοι τυγχάνουσι πᾶσαι αἱ πανταχοῦ κατὰ τόπον Ἐκκλησίαι, αἵ τε κατὰ τὴν Σπανίαν (89), καὶ Βρετανίαν, καὶ Γαλλίας, καὶ τῆς Ἰταλίας πάσης, καὶ Δαλματίας, Δακίας τε καὶ Μυσίας, Μακεδονίας, καὶ πάσης τῆς Ἑλλάδος, καὶ κατὰ τὴν Ἀφρι-

(79) Γάρ abest apud Theodoretum. Ibidem idem, εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πίστις. Idem ante, ἐκ τῶν θείων Γραφῶν, addit particulam καί.

(80) Theodor., ἔμεινε δὲ ἀεὶ ἡ πίστις διαπαντὸς ἀβλαβής.

(81) Theodor., Πολλοὺς δὲ ἐν τούτοις ἠπάτησαν, ὥστε, etc. Ibid. Regius, τούτους, mendose.

(82) Sic Theodor. At manuscripti et edit. Commelin., οὖν ἀπαχθῆναι, errore, ut videtur, librariorum, qui o pro σ forte scripserint. Ibid. Theodor., αὐτῶν τῇ δυσφημίᾳ, καὶ φθάσαντες μέν, etc. Regius quoque particulam μέν addit, quam alii et editi omittunt. Theodor. mox, ὡς προείπομεν, ἐν τῇ κατὰ Νικαίαν συνόδῳ τὴν μὲν Ἀρειανὴν αἵρεσιν ἀνεθεμάτισαν. Ibid. Regius, ὡς προείπαμεν.

(83) Νῦν deest apud Theodor. Paulo post pro ταύτην, Theodor., αὐτήν, Regius codex, ταύτῃ. Mox Theodor., τετολμήκασιν ἀθετῆσαι. . . τινὲς δὲ σχηματίζονται ὁμολογεῖν αὐτήν. Ibid., αὐτήν om. Reg.

(84) Theodor., οὗτοι.

(85) Αὐτό abest a Theod., qui mox, διὰ τοῦ Υἱοῦ γεγονός.

(86) Theodor. et Regius, γινομένην. Cæteri et editi, γενομένην. Mox Theodoretus, τῇ σῇ εὐσεβείᾳ.

(87) Theodor., μεθ' ὅσης ἀκριβείας. Idem mox, οἱ παρ' αὐτὴν διδάσκοντες. Γάρ sequens abest ab eodem qui item mox, ὅτι αὕτη μὲν ἐξ αἰῶνος κηρυττομένη.

(88) Sic Reg. et Theod. Cæteri vero et editi, ταύτης. Mox πανταχοῦ deest in Theod

(89) Basil. Felckm. 7, ms. et edit. Commel., ὥστε κατὰ τὴν Σπανίαν. Ibid. Theodor., Βρεττανίαν, καὶ Γαλλίας, καὶ αἱ τῆς Ἰταλίας πάσης, καὶ Καμπανίας, Δαλματίας τε καὶ Μυσίας... καὶ αἱ κατὰ τὴν Ἀφρικὴν πᾶσαι, etc.

Digitized by Google

κὴν πᾶσαν, καὶ Σαρδανίαν, καὶ Κύπρον, καὶ Κρή- A riæ, Ægypti, Libyæ, Ponti, Cappadociæ, vicinas
τὴν, Παμφυλίαν τε, καὶ Λυκίαν, καὶ Ἰσαυρίαν (90), quoque nobis nec non Orientis Ecclesias, paucis
καὶ αἱ κατ' Αἴγυπτον καὶ τὰς Λιβύας καὶ Πόντου exceptis qui Arii hæresin sequuntur. Quæ enim
καὶ Καππαδοκίαν, καὶ αἱ πλησίον ἡμῶν (91), καὶ sit omnium illarum Ecclesiarum sententia, et expe-
αἱ κατὰ ἀνατολὰς Ἐκκλησίαι, παρὲξ ὀλίγων τῶν τὰ rientia novimus, et earum habemus litteras. Nec
Ἀρείου φρονούντων. Ἀπάντων γὰρ τῶν προειρη- vero te fugit, piissime Auguste, tametsi pauci qui-
μένων καὶ πείρᾳ ἐγνώκαμεν τὴν γνώμην, καὶ γράμ- dam huic fidei adversantur, præjudicium tamen
ματα ἔχομεν. Καὶ οἶδας, ὦ θεοφιλέστατε Αὔγου- facere non posse, quippe cum orbis universus
στε (92), ὅτι, κἂν ὀλίγοι τινὲς ἀντιλέγωσι ταύτῃ τῇ apostolicam fidem retineat. Illi enim Ariana hæ-
πίστει, οὐ δύνανται πρόκριμα ποιεῖν, πάσης τῆς οἰ- resi perdiu jam infecti, veræ pietati hodie perti-
κουμένης τὴν ἀποστολικὴν πίστιν κρατούσης. Ἐκεῖ- nacius adversantur. Quocirca ut ea de re certior
νοι γὰρ, πολλῷ χρόνῳ βλαβέντες ἀπὸ τῆς Ἀρειανῆς possit esse tua pietas, licet ei minime lateat, fidem
αἱρέσεως, φιλονεικότερον ἀνθίστανται νῦν τῇ εὐσε- quam episcopi Nicææ confessi sunt, subjicere no-
βείᾳ. Καὶ ὑπὲρ τοῦ γινώσκειν τὴν (93) σὴν εὐσέβειαν, bis studio fuit. Itaque fides quam Patres Nicææ
καίτοι γινώσκουσαν, ὅμως ἐσπουδάσαμεν τὴν ἐν confessi sunt, hæc est·
Νικαίᾳ πίστιν ὁμολογηθεῖσαν ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων ὑποτάξαι. Ἔστι μὲν οὖν ἡ παρὰ τῶν Πατέρων ὁμο-
λογηθεῖσα πίστις ἐν Νικαίᾳ αὕτη·

3. Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκρά- B 3. Credimus in unum Deum, Patrem omnipo-
τορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ tentem, omnium visibilium et invisibilium effecto-
εἰς τὸν (94) ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν rem : et in unum Dominum Jesum Christum, Fi-
τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς μονογενῆ, τουτ- lium Dei genitum ex Patre unigenitum, id est ex
έστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine,
ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννη- Deum verum ex Deo vero, genitum, non factum,
θέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ consubstantialem Patri, per quem omnia facta
πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς sunt, sive quæ in cœlo, sive quæ in terra sunt; qui
γῆς· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμε- propter nos homines et propter **624** nostram sa-
τέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ (95) σαρκωθέντα, lutem descendit, et incarnatus est, et homo factus
ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ est, passus est, et resurrexit tertia die, et ascendit
ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐρχόμενον in cœlos, ac venturus est ad judicandum vivos et
κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα (96) mortuos. Et in Spiritum sanctum. Illos autem qui
τὸ ἅγιον. Τοὺς δὲ λέγοντας, Ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, dicunt, Fuit aliquando cum non esset, et, Prius-
καὶ, Πρὶν γενηθῆναι, οὐκ ἦν, καὶ ὅτι Ἐξ οὐκ ὄντων quam fieret non erat, et, Ex nihilo factus est, vel
ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκον- C qui ex alia hypostasi aut substantia esse, vel
τας εἶναι, ἢ κτιστὸν, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν creatum esse aut mutari aut converti posse aiunt
Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ Filium Dei, anathemate ferit catholica et apostolica
ἀποστολικὴ Ἐκκλησία (97). Ecclesia.

4. Ταύτῃ τῇ πίστει, Αὔγουστε, πάντας ἐπιμένειν 4. In hac fide, Auguste, tanquam divina et apo-
ἀναγκαῖον, ὡς θείᾳ καὶ ἀποστολικῇ, καὶ μηδένα με- stolica, omnes necesse est permanere, nec ullus
τακινεῖν αὐτὴν πιθανολογίαις καὶ λογομαχίαις, ὅπερ eam subtilibus sermonibus et contentionibus im-
πεποιήκασιν οἱ Ἀρειομανῖται (98), ἐξ οὐκ ὄντων τὸν mutare debet, uti fecere Ariani, qui Filium Dei ex
Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντες, καὶ ὅτι ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, nihilo esse aiunt, fuisseque aliquando cum non es-
καὶ κτιστὸς, καὶ ποιητὸς, καὶ τρεπτός ἐστι. Διὰ τοῦτο set, creatumque et factum ac mutabilem esse. Si-
γὰρ, καθὰ προείπομεν, καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος quidem idcirco, uti supra commonuimus, Nicæna
ἀνεθεμάτισε τὴν τοιαύτην αἵρεσιν, τὴν δὲ τῆς ἀλη- synodus hujusmodi hæresin anathemate multa-
θείας πίστιν ὡμολόγησεν. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ὅμοιον εἰρή- vit, et fidem veritatis confessa est. Nec enim Fi-
κασι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, ἵνα μὴ ἁπλῶς ὅμοιος Θεῷ, ἀλλ' lium Patri esse similem tantummodo dixere, ne

D

(90) Regius, Παμφυλία τε καὶ Λυκία καὶ Ἰσαυρία. Ibid. post Ἰσαυρίαν, Theodor., καὶ αἱ κατὰ πᾶσαν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην.

(91) Theodor., καὶ τὰ πλησίον μέρη. Idem ibid., καὶ αἱ κατὰ ἀνατολὰς Ἐκκλησίαι. Regius ms., καὶ τὴν κατὰ τὴν ἀνατολὴν Ἐκκλησίαν. Cæteri et editi, καὶ τὰς κατὰ ἀνατολὴν Ἐκκλησίας. Mox Theodor., Πάντων γάρ, etc.

(92) Sic manuscr. et edit. Commel.. Theod., Καὶ οἶδαμεν, θεοφιλέστατε Αὔγουστε, etc. Mox idem, πρόκριμα ποιεῖν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. Πολλῷ γὰρ χρόνῳ, intermediis omissis. Regius ibid. post πάσης, addit τῆς ab aliis et editis omissum. Idem Theodor., pro ἀντιλέγωσι, habet ἀντιλέγουσι.

(93) Ex Theodor. σὺν addimus, ut et vertit Nannius, atque ita legendum esse patet ex sequenti voce, γινώσκουσαν, quam habent mss. Reg. ac Basil. cum Theodor. Editio autem Comm. cum Felckm. 7 habet γινώσκουσιν. Attamen, σὴν deest et in mss. et in editis. Paulo post τῶν ante ἐπισκόπων deest in Regio. Theodor. habet ὑπὸ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων.

(94) Τόν abest a Regio et Theodor.

(95) Καί deest in Theodor.

(96) Theodor., εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

(97) Theodor., ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ καί, etc., et mox, θεοφιλέστατε Αὔγουστε. Deest in eodem πάντας.

(98) Idem, ὅπερ ἐποίησαν ἐξ ἀρχῆς οἱ, etc.

Digitized by Google

videlicet similis duntaxat Deo putaretur : sed ut verus ex Deo Deus esse crederetur, scripserunt consubstantialem esse, quod quidem proprie convenit germano et vero Filio veri et naturalis Patris. Neque etiam Spiritum sanctum a Patre et Filio disjunxere, sed illum potius una cum Patre et Filio glorificavere, in una sanctæ Trinitatis fide, quia nempe una est in sæcula Trinitate divinitas.

ἐκ Θεοῦ Θεὸς ἀληθινὸς πιστεύηται· ἀλλ' ὁμοούσιος ἔγραψαν, ὅπερ ἴδιον ἦν γνησίου (99) καὶ ἀληθινοῦ Υἱοῦ, ἀληθινοῦ καὶ φύσει τοῦ Πατρός. Ἀλλ' οὐδὲ ἀπηλλοτρίωσαν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ μᾶλλον συνεδόξασαν αὐτὸ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ ἐν τῇ μιᾷ τῆς ἁγίας Τριάδος πίστει, διὰ τὸ καὶ μίαν εἶναι ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι θεότητα.

Petitio ad Jovianum imperatorem Antiochiæ facta a Lucio, Berniciano, et aliis quibusdam Arianis contra Athanasium episcopum Alexandriæ.

Ἐντυχία γενομένη (1) ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἰωβιανῷ βασιλεῖ, παρὰ Λουκίου καὶ Βερνικιανοῦ, καὶ ἑτέρων τινῶν Ἀρειανῶν, κατὰ Ἀθανασίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

Prima petitio quam fecerunt, imperatore in campum concedente, in porta Romanensi.

Πρώτη ἐντυχία, ἣν ἐποιήσαντο, ἀπερχομένου τοῦ βασιλέως εἰς κάμπον ἐν τῇ Ῥωμανησίᾳ πύλῃ (2).

Rogamus potentiam tuam, imperium tuum et pietatem tuam, ut nos audias. Imperator dixit : Quinam estis, et unde? Responderunt Ariani : Christiani, domine. Imperator dixit : Unde et ex qua civitate? Ariani dixerunt : Ex Alexandrina. Imperator dixit : Quid vultis? Ariani dixerunt : Rogamus potentiam tuam et imperium tuum ut des nobis episcopum. Imperator dixit : Jussi priorem quem habuistis Athanasium in throno collocari. Ariani dixerunt : Rogamus potentiam tuam, jam multis annis exsul et accusatus est. Miles derepente commotus respondit : Obsecro imperium tuum, ut ipse inquiras quinam et unde sint. Hi enim sunt abjectæ reliquiæ Cappadociæ, residua improbi illius Georgii, qui civitatem et mundum desertum reddidere. His auditis imperator equum calcaribus concitavit, et abiit in campum.

Δεόμεθά σου τοῦ κράτους, καὶ τοῦ βασιλείου σου, καὶ τῆς εὐσεβείας σου, ἄκουσον ἡμῶν. Ὁ βασιλεὺς εἶπεν· Τίνες ἐστὲ, καὶ πόθεν ; Οἱ Ἀρειανοὶ εἶπον (3)· Κύριε, Χριστιανοί. Ὁ βασιλεὺς εἶπε· Πόθεν καὶ ἐκ ποίας πόλεως ; Οἱ Ἀρειανοὶ εἶπον· Ἀλεξανδρείας. Ὁ βασιλεὺς εἶπε· Τί βούλεσθε (4) ; Οἱ Ἀρειανοὶ εἶπον· Δεόμεθά σου τοῦ κράτους καὶ τοῦ βασιλείου σου, ἐπίσκοπον ἡμῖν δός. Ὁ βασιλεὺς εἶπεν· Ἐκέλευσα τὸν πρότερον, ὃνπερ εἴχετε τὸ πρότερον Ἀθανάσιον, καθέζεσθαι ἐν τῷ θρόνῳ. Οἱ Ἀρειανοὶ εἶπον (5)· Δεόμεθά σου τοῦ κράτους· καὶ ἐν ἐξορισμῷ καὶ ἐν κατηγορίᾳ ἐστὶν ἔτη πολλά. Στρατιώτης ἐξαίφνης ζηλώσας ἀπεκρίνατο· Δέομαί σου τοῦ βασιλείου, αὐτὸς ἐξέτασον, τίνες εἰσὶ, καὶ πόθεν. Οὗτοι γάρ εἰσι τὰ λείψανα καὶ ἡ παραβολὴ τῆς Καππαδοκίας, τὰ ὑπόλοιπα τοῦ ἀνοσίου ἐκείνου Γεωργίου, οἱ τὴν πόλιν καὶ τὸν κόσμον ἐρημώσαντες. Ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἐπτέρνισε τὸν ἵππον, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν κάμπον.

Secunda petitio Arianorum.

Δευτέρα ἐντυχία (6) τῶν Ἀρειανῶν.

Accusationes et probationes habemus contra Athanasium, qui ante decem et viginti annos ab æternæ memoriæ Constantino et Constantio in exsilium pulsus est ; Et sub deo dilectissimo, philosophiæ studiosissimo, et beatissimo Juliano item exsulavit. Imperator dixit : Jam præterierunt quæ ante decimum, vicesimum et tricesimum annum institutæ sunt accusationes. Ne mihi de Athanasio dicatis : scio enim quamobrem accusatus et quare proscriptus sit.

Κατηγορίας καὶ ἀποδείξεις ἔχομεν κατὰ Ἀθανασίου, ὅστις πρὸ δέκα καὶ εἴκοσιν ἐτῶν ἐχωρίσθη ἀπὸ τῶν ἀειμνήστων Κωνσταντίνου καὶ Κωνσταντίου, καὶ ἐπὶ τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ (7) φιλοσοφωτάτου καὶ μακαριωτάτου Ἰουλιανοῦ ἔσχε τὴν ἐξόρισιν. Ὁ βασιλεὺς εἶπεν· Αἱ πρὸ δέκα καὶ κ', καὶ λ' ἐτῶν κατηγορίαι ἤδη παρῆλθον· Ἐμοὶ μὴ λέγετε περὶ Ἀθανασίου· οἶδα γὰρ διὰ τί κατηγορήθη, καὶ πῶς ἐξωρίσθη.

625 *Tertia petitio Arianorum.*

Τρίτη ἐντυχία τῶν Ἀρειανῶν.

Et nunc iterum quasdam alias accusationes habemus contra Athanasium. Imperator dixit : Non ex tumultu et loquacitate, quod justum est apparebit : sed eligite duos ex vobis, et ex plebe duos alios. Nequeo enim ad singulos vestrum respondere. Qui ex plebe erant dixerunt : Hi sunt reliquiæ improbi Georgii, qui provinciam nostram devastarunt; et in civitatibus nullum permisere consiliarium habitare.

Καὶ νῦν πάλιν κατηγορίας ἔχομεν ἄλλας τινὰς κατὰ Ἀθανασίου. Ὁ βασιλεὺς εἶπεν· Οὐκ ἐκ τῆς πολυοχλίας καὶ ἐκ τῶν πολυφωνημάτων τὰ δίκαια φανήσεται· ἀλλ' ἢ ἐκλέξασθε δύο ἐξ ἑαυτῶν, καὶ ἐκ τῶν τοῦ πλήθους ἑτέρους δύο. Οὐ γὰρ δύναμαι πρὸς ἕνα ἕκαστον ὑμῶν ἀποφαίνεσθαι. Οἱ ἐκ τοῦ πλήθους εἶπαν· Οὗτοί εἰσι τὰ λείψανα (8) ἀπὸ τοῦ ἀνοσίου Γεωργίου τοῦ ἐρημώσαντος τὴν ἐπαρχίαν ἡμῶν, καὶ

(99) Idem, ἀλλὰ καὶ ὁμοούσιον ἔγραψαν, ὅπερ ἴδιόν ἐστι γνησίου, etc.

(1) Regius, γινομένη.

(2) Scripta anno 363.

(3) Regius, εἶπαν.

(4) Regius codex, Εἶπε· Τί βούλεσθε ; οἱ Ἀρειανοὶ εἶπαν. Editi, εἶπε· Τί βούλεσθε ; Ἀρειανοὶ εἶπον.

(5) Regius, εἶπαν.

(6) Regius prima manu, ἐντυχεία.

(7) Καὶ deest in editis et in Basil., sed legitur in Regio.

(8) Editio Basil. et Regius prima manu, οἱ τὰ λείψανα, sed οἱ in Regio abrasum, a nobis expunctum est.

Digitized by Google

ἐν ταῖς πόλεσι βουλευτὴν μὴ (9) ἐάσαντες οἰκῆσαι. Οἱ Ἀρειανοὶ εἶπαν· Δεόμεθά σου, εἴ τινα ἂν θέλῃς χωρὶς Ἀθανασίου. Ὁ βασιλεὺς εἶπεν· Εἶπον ὑμῖν, ὅτι τὰ περὶ Ἀθανασίου ἤδη διοίκησιν ἔσχε· καὶ ὀργισθεὶς εἶπε· Φέρι φέρι (10). Οἱ Ἀρειανοὶ εἶπαν· Δεόμεθά σου, ἐὰν πέμψῃς Ἀθανάσιον, λυμαίνεται ἡ πόλις ἡμῶν, καὶ οὐδεὶς αὐτῷ συνέρχεται. Ὁ βασιλεὺς εἶπε· Καίτοι περιεργασάμενος ἔγνων, ὅτι καλῶς φρονεῖ, καὶ ὀρθόδοξός ἐστι, καὶ καλῶς διδάσκει. Οἱ Ἀρειανοὶ εἶπον (11)· Τῷ μὲν στόματι καλῶς φθέγγεται, τῇ δὲ ψυχῇ δολίως φρονεῖ. Ὁ βασιλεὺς εἶπε· Τοῦτο ἀρκετόν ἐστιν, ὅτι ὑμεῖς ἐμαρτυρήσατε περὶ αὐτοῦ, ὅτι καλῶς φθέγγεται καὶ καλῶς διδάσκει. Εἰ δὲ τῇ γλώσσῃ καλῶς διδάσκει καὶ λέγει, τῇ δὲ ψυχῇ κακῶς φρονεῖ, πρὸς τὸν Θεὸν ἔχει. Ἄνθρωποι γὰρ ὄντες τὸν λόγον ἀκούομεν· τὰ δὲ ἐγκάρδια ὁ Θεὸς οἶδεν. Οἱ Ἀρειανοὶ εἶπον· Κέλευσον ἡμᾶς συνάγεσθαι. Ὁ βασιλεὺς εἶπε· Τίς γὰρ κωλύει ὑμᾶς; Οἱ Ἀρειανοὶ εἶπον· Δεόμεθά σου, αἱρεσιώτας καὶ δογματιστὰς ἡμᾶς ἀπαγγέλλει. Ὁ βασιλεὺς εἶπεν· Ἔργον αὐτοῦ ἐστι, καὶ τῶν καλῶς διδασκόντων. Οἱ Ἀρειανοὶ εἶπον· Δεόμεθά σου τοῦ κράτους· τοῦτον βαστάσαι οὐ δυνάμεθα, καὶ τὰ τεμένη τῶν ἐκκλησιῶν περιῆρεν. Ὁ βασιλεὺς εἶπεν (12)· Οὐκοῦν ἕνεκεν χρημάτων ἤλθετε ὧδε, καὶ οὐχ ἕνεκεν πίστεως; Καὶ πάλιν εἶπεν· Ἀπέλθετε, καὶ εἰρηνεύετε. Ἔτι προσθεὶς εἶπε πρὸς τοὺς Ἀρειανούς· Ἀπέλθετε εἰς τὴν ἐκκλησίαν, αὔριον σύναξις ὑμῖν ἐστι. Καὶ μετὰ τὴν ἀπόλυσιν, εἰσὶν ὧδε ἐπίσκοποι, καὶ Νεμεσῖνος ὧδέ ἐστιν· ἕκαστος ὑμῶν, καθὼς πιστεύει, ὑπογράψει. Καὶ Ἀθανάσιος ὧδέ ἐστιν· ὁ μὴ εἰδὼς τὸν τῆς πίστεως λόγον, μάθῃ παρὰ Ἀθανασίου. Ἔχετε τὴν αὔριον καὶ τὴν ἐπαύριον. Ἐκβαίνω γὰρ ἐγὼ εἰς κάμπον.

A Ariani dixerunt : Rogamus te, quemcunque volueris, præter Athanasium. Imperator ait : Dixi vobis, quæ Athanasium spectant jam constituta esse : iratusque ait : Feri, feri. Ariani dixerunt : Rogamus te, si mittas Athanasium, perit civitas nostra, nullusque cum eo conventus agit. Imperator dixit : Atqui diligenter sciscitatus novi eum recte sentire, et orthodoxum esse, atque recte docere. Ariani dixerunt : Ore quidem recte loquitur, animo autem dolose sentit. Imperator dixit : Satis hoc est, quod vos de illo testificati estis, eum recte loqui ac docere. Quod si lingua quidem recte docet loquiturque, animo autem prave sentit, res illi cum Deo est : homines enim cum simus, sermonem audimus : quæ vero in corde latent, novit Deus. Ariani dixerunt : Jube nos B conventus agere. Imperator dixit : Quis vos prohibet? Ariani dixerunt : Rogamus te, hæreticos et dogmatistas nos declarat. Imperator dixit : Hoc ejus officium est, atque eorum qui recte docent. Ariani dixerunt : Obsecramus imperium tuum, hunc ferre non possumus, et agros Ecclesiarum abstulit. Imperator dixit : Pecuniarum igitur gratia huc accessistis, et non fidei causa? Rursumque ait : Discedite, et quiescite. Præterea ad Arianos dixit : Ite ad ecclesiam, cras conventus vobis est; et post dimissionem adsunt hic episcopi; Nemesinus item hic est : unusquisque vestrum, secundum id quod credit, subscribet. Athanasius etiam hic est. Qui fidei verbum nescit, discat ab Athanasio. Habetis crastinum et perendinum. Egredior enim in campum.

Καί τις σχολαστικὸς τῶν κυνικῶν ἐνέτυχε τῷ βασιλεῖ. Δέομαι τοῦ βασιλείου σου, προφάσει Ἀθανασίου ἐπισκόπου ὁ καθολικὸς τὰς οἰκίας μου ἥρεν. Ὁ βασιλεὺς εἶπεν· Εἰ ὁ καθολικὸς τὰς οἰκίας σου ἥρε, τί κοινὸν Ἀθανασίῳ;

C Quidam etiam scholasticus ex Cynicis imperatorem rogavit. Rogo imperium tuum, Athanasii episcopi causa catholicus mihi ædes eripuit. Imperator dixit : Si catholicus tuas ædes eripuit, quid hoc ad Athanasium?

Ἕτερός τις σχολαστικὸς Παταλᾶς εἶπε· Κατηγορίαν ἔχω κατὰ Ἀθανασίου. Ὁ βασιλεὺς εἶπε· Καὶ σὺ τί κοινὸν ἔχεις πρὸς Χριστιανούς, Ἕλλην ὤν;

Alius quidam Patalas scholasticus dixit : Accusationem habeo contra Athanasium. Imperator dixit : Ecquid tibi cum Christianis, cum sis gentilis?

Τινὲς δὲ τοῦ πλήθους τῶν Ἀντιοχέων κατέσχον Λούκιον, καὶ προσήνεγκαν τῷ βασιλεῖ λέγοντες· Δεόμεθα τοῦ κράτους σου καὶ τοῦ βασιλείου σου, ἴδε τίνα ἠθέλησαν ποιῆσαι ἐπίσκοπον.

Quidam autem e plebe Antiochenorum Lucium comprehenderunt et imperatori obtulerunt, dicentes : Rogamus potentiam tuam et imperium tuum, vide quem voluerunt episcopum constituere.

Ἑτέρα ἐντυχία (13) πρὸς τῷ πυλῶνι τοῦ παλατίου γενομένη παρὰ Λουκίου.

Alia petitio ad atrium palatii a Lucio facta.

Δέομαί σου τοῦ κράτους, ἄκουσόν μου. Ὁ βασιλεὺς ἐστάθη καὶ εἶπε· Σοὶ (14) αὐτῷ Λουκίῳ λέγω, πῶς ἦλθες ὧδε, πλοῖ ἢ πεζῆς (15); Λούκιος εἶπε· Δεόμαί σου, πλοῖ. Ὁ βασιλεὺς εἶπε· Πρὸς σὲ λέγω,

Obsecro potentiam tuam, audi me. Imperator subD stitit et ait : Tibi ipsi Lucio dico : quomodo huc venisti, navi ne an pedes? Lucius dixit : Rogo te, navi. Imperator ait : Deus mundi et cometes sol, et

(9) Ita Regius. Editi et Basil., μέν. Ibid., ἐάσαντες, legendum forte, ἐάσαντος.

(10) Regius, φερι, φερι, absque accentu.

(11) Regius codex, εἶπαν, et ita semper ad finem usque. Editi, εἶπον.

(12) Hæc, Ὁ βασιλεὺς εἶπεν, desunt in Reg. Mox Regius, ἤλθετε. Editio Commel. et Basil., ἤλθατε. Edit. Paris., ἤλθετο, mendose. Mox καί ante πάλιν deest in editis, sed habetur in Reg. Ibid. Reg., ἀπέλθατε. Paulo post idem, δὸς (sic) τοὺς Ἀρειανούς· ἀπέλθατε.

(13) Regius codex, ἐντυχεια. Mox Reg. Basil. et editio Commeliniana, παρὰ Λουκίου. Editio vero Paris., παρὰ Λούκιον, male. Hæc confer cum Soz. lib. VI, cap. 5.

(14) Regius codex, σύ perperam.

(15) Ita Regius. Editio Commel., πεζί. Ed. Paris., πεζῇ.

Digitized by Google

luna iis ipsis succenseat qui tecum navigarunt, quod non te in 626 mare abjecerunt : et navis illa nunquam in posterum secundis fruatur ventis : nec cum jactata fluctibus erit, cum navigantibus ad portum appellat.

Ac per Euzoium postularunt a Probatio et sociis, qui Eusebii et Bardionis successores erant, eunuchis, ut commendationem haberent infideles Ariani. Re cognita, imperator eunuchos tormentis applicans dixit : Hæc patiatur quisquis voluerit Christianos deferre. Et sic dimisit eos imperator.

Λούκιε, ὁ Θεὸς τοῦ κόσμου, καὶ κομήτης (16) ἥλιος καὶ σελήνη, ὀργισθείη αὐτοῖς ἐκείνοις τοῖς ἐμπλέουσιν ἅμα σοι, ὅτι οὐκ ἔῤῥιψάν σε εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ ἡ ναῦς δὲ ἐκείνη μὴ ἴσχῃ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον εὐδρόμους πνοάς, μήτε χειμαζομένη μετὰ τῶν ἐμπλεόντων λιμένος (17) τύχοι.

Καὶ δι' Εὐζωΐου ἠξίωσαν τοὺς περὶ Προβάτιον, τοὺς διαδόχους Εὐσεβίου καὶ Βαρδίωνος, τοὺς εὐνούχους, ὡς ἵνα συστάσεως τύχωσιν οἱ ἄπιστοι Ἀρειανοί. Καὶ γνοὺς τοῦτο βασιλεὺς, καὶ τοὺς εὐνούχους βασανίσας, εἶπεν· Εἴ τις ἐντυχεῖν βούλεται κατὰ Χριστιανῶν, τοιαῦτα πάθοι. Καὶ οὕτως ἀφῆκεν ὁ βασιλεύς.

(16) Sic Reg. Basil. et editio Comm. Edit. vero Paris. male, κοσμήτης. Ibidem Regius, μήνη. Alii omnes, σελήνη.

(17) Regius codex, τύχῃ.

IN ANTONII VITAM MONITUM.

I. *Antonii Vitam, eximium Athanasii opus, haud diu post Joviani tempora editam opinamur, anno circiter* 365, *quo sedata persecutione, invictus fidei defensor, in pace demum Alexandriæ morabatur. Rogantibus autem transmarinis monachis, et, ut vere quidem videtur, Occidentalibus, eam conscripsit, ut testatur ipse sub initium. Neque porro assentimur iis qui, quod,* Πρὸς τοὺς ἐν τῇ ξένῃ μοναχούς, *nuncupetur, missam putant ad monachos monasterii cujusdam, cui nomen Xene fuerit, aut regionis ejus nominis circa Scethen : quam quo pacto transmarinam existiment nescimus. Nam eo prorsus modo hic intelligendum videtur* ἐν ξένῃ *que supra, p.* 99, μετὰ τὴν ἐπὶ ξένης, ἀντὶ τῆς οἰκείας, καὶ ποῤῥοτάτω διατριβήν. Post vitam, *scilicet,* relicta patria, in extranea regione (in Gallia) peregre actam. *Et p.* 136, Καὶ γὰρ τῆς ἐπὶ ξένης αὐτοῦ διατριβῆς ὑμεῖς παραμυθία γεγόνατε. Vos enim illi in extranea regione (in Italia) commoranti consolationi fuistis. *Atque ex his fortasse locis suspicari liceat, nomine* ξένης, *indicari nonnunquam proprie occidentales regiones, tum quod procul remotæ et transmarinæ essent, tum etiam quod diversa ibi lingua obtineret. Certe in Italiam Græce transmissam oportuit, cum ibi eam Evagrius Latine transtulerit, ut infra dicimus : nec mirum Græce scriptam missi ad Latinos, ubi iis temporibus Græce intelligebant plurimi. Certe Occidentales intelligere omnino videtur Athanasius, cum gratulatur de propagatione monasteriorum et monachorum :* Καὶ γὰρ καὶ παρ' ὑμῖν λοιπὸν μοναστήρια, καὶ τὸ τῶν μοναχῶν ὄνομα πολιτεύεται. Nam apud vos quoque jam demum sunt monasteria, et monachorum nomen celebratur. *Quod vix ad Syros, Cilicas, vel alios transmarinos quam Occidentales dictum credatur. Nostram tamen conjecturam prudentis lectoris judicio permittimus.*

II. *Hæc Græce primum vulgata fuit anno* 1611, *curante Davide Hæschelio, Augustano, qui eam Latine reddidit et notis illustravit, unde eam mutuati sunt Parisienses editores. At cum codices quibus est usus Hæschelius mendis pene infinitis respersi, et nonnunquam mutili fuerint, imperfectam omnino edidit : qui si Evagrii versionem consuluisset, multa loca restituere potuisset, multa perpurgare. Licuit certe nobis per manuscriptorum copiam et præstantiam, emaculatam vulgare. Atque Evagrii versionem una cudendam duximus, quæ scilicet utpote Græcis Athanasii ætate suppar, permagni est ad Græca restauranda asserendaque momenti. Eam itidem cum manuscriptorum et quidem antiquissimorum, tum veterum editorum ope fidei pristinæ restituere conati sumus. Edita illa fuit sub ipsis typographiæ incunabulis a Mombritio, ac deinde omnibus pene cusis* Vitæ sanctorum *collectionibus inserta, accuratius demum a Rosweido, et postea a Bollando publicata est.*

III. *Esse autem germanum Athanasii fetum nulla est dubitandi causa, nec esset quod in eo probando diutius immoraremur, nisi novatorum conatibus obsistendum foret, qui id contendunt, id pugnant, ut opus hoc egregium Athanasio abjudicent : imo in ejus auctorem gravia proferunt maledicta, insulsum scilicet hominem vocantes, insignis mendacii, insignis scorti auctorem. Nimirum, facilius multo ipsis est conviciis oppugnare quam argumentis. Futilia prorsus sunt quæ hactenus immisere tela, ac licet jamdiu fracta, jamdiu quassata fuerint, non cessant in dies ea ipsa contorquere. Quæ denuo depellere non pigebit, cum veterum Patrum testimonia attulerimus.*

IV. *Atque ut initium ab ipso Athanasio ducatur, ait sanctus doctor infra,* ὅτε δὲ ἀπεδήμει, καὶ προεπίμ-

Digitized by Google

πομεν αὐτὸν, ὡς ἐφθάσαμεν εἰς τὴν πύλην, ὀπισθέν τις ἐβόα γυνή· « Μεῖνον, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ἡ θυγάτηρ μου δεινῶς ὑπὸ τοῦ δαίμονος ἐνοχλεῖται· μεῖνον, παρακαλῶ, μὴ κἀγὼ κινδυνεύσω τρέχουσα. » Εἶτα ἀκούσας ὁ γέρων, καὶ ἀξιωθεὶς παρ' ἡμῶν, θέλων ἔμεινεν, *etc.* Cum autem discederet (Alexandria) nosque illum honoris causa comitaremur, ubi ad portam pervenimus, retro mulier clamabat : « Maneto, homo Dei, filia mea graviter a dæmone vexatur : maneto, quæso, ne mihi quoque currenti sit periculum. » Tum his senex auditis, nobisque rogantibus libens substitit. *Ubi planum est ipsum Athanasium hujus* Vitæ *scriptorem de se loqui. Neque vero est quod dicatur, alium esse qui fraude quadam, Athanasii personam præ se ferat. Nam hæc ipsa verba in Evagrii versione reperiuntur, quæ vel ipso Athanasii tempore, vel non multis post ejus obitum annis concinnata fuit. Neque vero puto ausuros novatores, quantalibet cura huic operi* νοθείας *maculam aspergere conentur, dicere ipsis Athanasii temporibus, vel haud diu post ejus obitum, falsum Athanasium Vitæ Antonii scriptorem exortum esse ; cujus opus, Vitam a vero Athanasio scriptam ita obscurarit, ut nemine obsistente hæc admissa sit ab omnibus, Athanasiana vero neglecta haud diu postea interierit.*

2. *Gregorius Nazianzenus, orat.* 21, *haud longe ab initio :* Πάντα μέντοι τὰ ἐκείνου (τοῦ Ἀθανασίου) λέγειν τε καὶ θαυμάζειν, μακρότερον ἂν εἴη τυχὸν, ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὁρμὴν τοῦ λόγου, καὶ ἱστορίας ἔργον, οὐκ εὐφημίας· ἃ καὶ ἰδίᾳ παραδοῦναι γραφῇ παίδευμά τε καὶ ἡδυσμα τοῖς εἰς ὕστερον εὐχῆς ἔργον ἐμοὶ ὥσπερ ὂν ἐκείνος Ἀντωνίου τοῦ θείου *βίον* συνέγραψε, τοῦ μοναδικοῦ βίου νομοθεσίαν ἐν πλάσματι διηγήσεως. Atque totam quidem (Athanasii) vitam sermone et admiratione prosequi longius fortasse fuerit, quam orationis hujusce institutum ferat ; atque historiæ opus fuerit, non encomii : quam **627** etiam, ut posteris documento atque oblectationi futuram, proprio scripto mandare cum primis optarem : quemadmodum ipse dicti Antonii *Vitam* conscripsit, et vitæ monasticæ leges narrationis specie tradidit. Vitam *igitur* Antonii *scripsit Athanasius, quæ vitæ monasticæ norma erat : quod huic apprime convenit.*

3. *Hieronymus,* De scriptoribus ecclesiasticis, *cap.* 125 : Evagrius Antiochiæ episcopus, acris ac ferventis ingenii, cum adhuc esset presbyter, diversarum hypoteseon tractatus mihi legit, quos necdum edidit. *Vitam* quoque *beati Antonii* de Græco Athanasii in sermonem nostrum transtulit. *Hujus Evagrii versio sæpissime cusa fuit. Habeturque Evagrii nomine in codicibus omnibus. Ipseque Hieronymus prologum ejus, tacito Evagrii nomine, epistolæ ad Pammachium inseruit. Cum autem Evagrius in codicibus editisque presbyter dicatur, necesse est hanc scripserit antequam crearetur episcopus, id est ante annum* 368 ; *nam anno* 368 *in episcopatum Antiochenum promotus fuit. Quod si Innocentius, ad quem prologum suum nuncupat, is ipse sit qui anno circiter* 369 *obiit, quod vere simile nobis videtur, aliquot ante obitum Athanasii annis hæc interpretatio Latina ab Evagrio edita fuerit. Quamobrem cum vel vivente Athanasio, vel pauculis ab ejus morte annis suam versionem concinnarit Evagrius, ipsa sane luce lucidius fuerit, ut germanam habemus Evagrii versionem ex Græco Athanasii adornatam, ita habere ipsam Athanasii Græcam, quæ huic ita convenit, ut ne interpolatam quidem utramlibet suspicari liceat. Huic argumento qua ratione occurrere possint neoterici, intelligere nequimus : nisi forte dicant Græcum falsificum cum Latino consvirasse, aut saltem eodem animo id facinoris admisisse ; ut ille nomine Athanasii in Oriente* Vitam Antonii *conscriberet, hic in Occidente Evagrii nomine ejus versionem adornaret : quibus ita res ex voto cesserit, ut falsis scriptis vera obruerint, et oblitterarint. Hæc quantumvis absurda fortassis usurpabunt, qui multo futiliora objecere.*

4. *Eodem ille libro, cap.* 87 : Fertur, *ait,* Athanasii historia, *Antonii monachi Vitam* continens. *Et cap.* 88 : Antonius monachus, cujus *Vitam* Athanasius Alexandrinæ urbis episcopus, insigni volumine prosecutus est.

5. *Sancti Ephremi insignis exstat locus, in illud,* Attende tibi ipsi : *quem longiusculum licet huc referre visum est.* Cujusmodi sanctus Antonius exstitit, quemadmodum et sanctus Athanasius episcopus meminit in *Vita* quam de eo conscripsit. Nam multa exercitatione, eaque incitatiore ac vehementiore est usus. Jejunabat enim semper, indumentumque gerebat, interius quidem cilicium, exterius autem pelliceum, idque ad mortem usque servavit ; ita ut neque corpus sordium causa aquis ablueret, neque penitus suos pedes lavaret, neque illos unquam omnino, vel aqua tingeret, nisi necessitate cogente. Sed neque quis eum denudatum unquam conspexit, nec prorsus Antonii corpusculum nudum, præterquam cum post mortem sepeliretur, cuiquam patuit. *Rursusque ait :* Etsi ista ad illius virtutem parva, ex iis tamen qualis Dei servus fuerit Antonius, considerare et æstimare licet ; quippe qui a juventute ad tantam usque ætatem æqualem semper servabat in exercitatione alacritatem : et neque senectute fractus, delicatioribus utebatur cibis ; neque propter debilitatem corporis immutabat sui indumenti habitum. Aut si forte pedes aqua tingeret, et tamen in omnibus illæsus permanebat : nam etiam oculos illæsos integrosque servabat, rectoque cernentes. Et ne singula consectemur ; cunctis qui cibis variis, et lavacris diversisque vestimentis utuntur, ipse multo illustrior apparebat, ac clarior et ad fortitudinem alacrior. *Hæc S. Ephremi Athanasio æqualis verba eo retulimus ex integro, quod sint* Vitæ Antonii *Athanasianæ, ut jam comparet, veluti compendium ; ut nemo sanus non videat fuisse illa ex iis expressa. Quod enim habet Ephrem de victu S. Antonii, de corporis neglectu et macerationc ; hic omnia habentur, et quæ initio attulimus, iisdem verbis num.* 47.

Digitized by Google

6. *Chrysostomus, homilia* 8 in Matth., *sub finem :* Εἰ δέ τις οὐδέποτε ἐπέβη τῶν σκηνῶν ἐκείνων, ἐννοείτω τὸν μέχρι νῦν ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασιν ὄντα, ὃν μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἡ Αἴγυπτος ἤνεγκε, τὸν μακάριον καὶ μέγαν Ἀντώνιον· καὶ λογιζέσθω, ὅτι καὶ οὗτος ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ γέγονεν, ἐν ᾗ καὶ Φαραώ· ἀλλ' ὅμως οὐδὲν παρεβλάβη, ἀλλὰ καὶ θείας δόξης κατηξιώθη· καὶ τοιοῦτον ἐπεδείξατο βίον, οἷον οἱ τοῦ Χριστοῦ νόμοι ζητοῦσιν. Καὶ τοῦτο εἴσεταί τις μετὰ ἀκριβείας, ἐντυχὼν τῷ βιβλίῳ τῷ τὴν ἱστορίαν ἔχοντι τῆς ἐκείνου ζωῆς, ἐν ᾧ καὶ πολλὴν ὄψεται τὴν προφητείαν, καὶ γὰρ περὶ τῶν τὰ Ἀρείου νοσούντων. Si quis vero nondum illa adiit tabernacula, is virum cogitet qui hactenus in omnium ore versatur, quem post apostolos tulit Ægyptus, beatum scilicet et magnum Antonium : memineritque in eadem illum qua Pharao regione exstitisse; nihilque tamen hinc accepit detrimenti, imo divina donatus est visione. Atque tale vitæ genus coluit qualem postulant Christi leges. Cuique autem id accurate ediscere in promptu est, legendo scilicet librum in quo vitæ illius historia continetur. Multa quippe prophetico vidit spiritu, in quibus ea sunt quæ de Arianis, etc. *Quæ fusius ibi ille prosequitur : aitque nullum unquam exstitisse apud hæreticos hujusmodi virum. Quem autem hic memorat librum, esse Athanasii non est dubium ; nam fatentur sectarii, etiam Damasceni tempore exstitisse verum Athanasii* De Antonii Vita *librum, nec vel ipsos puto dicturos, jam falsificum alium edidisse ; qui enim tam modico post Athanasium tempore hoc facinus aggressus ille sit, ita ut opus ejus etiam magnos eruditissimosque viros, ipsumque Chrysostomum in errorem deduceret. Porro visio illa de Arianis quam memorat, hoc in opere narratur, cum aliis quæ de prophetico Antonii spiritu habet Chrysostomus ; quæ tamen adversarii in Athanasio opere non admittunt.*

7. *Rufinus, l.* I Hist. eccl. *cap.* 8 : De virtutibus Antonii, *ait,* atque institutis et sobrietate mentis, ut in solitudine vitam degens, usus solummodo sit consortio bestiarum, et de dæmonibus crebros agens triumphos, placuerit Deo supra cunctos mortales, utque institutionis suæ præclara usque in hodiernum diem monachis exempla reliquerit, volentem me aliqua exponere, ille libellus exclusit, qui ab Athanasio scriptus, etiam Latino sermone editus est. *Quis non videt memorare Rufinum* Vitam *quam nunc habemus cum Latina Evagrii versione?*

8. *Augustinus,* Confess. *lib.* VIII, *cap.* 13, *præclara habet de Antonio, longiora autem quam* **628** *ut hic afferantur : pauca excerpamus :* Stupebamus autem, *ait,* audientes tam recenti memoria, prope nostris temporibus testatissima mirabilia tua in fide recta et catholica Ecclesia. Omnes mirabamur, et nos quia tam magna erant et ille (Pontitianus) quia inaudita nobis erant, etc. *Et cap.* 19 : Surgunt indocti (*de Antonio loquens*) et cœlum rapiunt, et nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce ubi volutamur in carne et sanguine. *Quæ ibi vide lectu sane dignissima. Et cap.* 28 : Audieram enim de Antonio, quod ex evangelica lectione cui forte supervenerat, admonitus fuerit, tanquam sibi diceretur, quod legebatur : « Vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlis, et veni, sequere me, » et tali oraculo confestim ad te esse conversum. *Quæ ipsissima sunt quæ narrantur num.* 2.

9. *Idem Augustinus in prologo* De doctrina Christiana : Recordentur, *ait,* se tamen per homines didicisse, vel litteras, nec propterea sibi ab Antonio sancto et perfecto viro Ægyptio monacho insultari debere, qui sine ulla scientia litterarum Scripturas divinas, et memoriter audiendo tenuisse, et prudenter cogitando intellexisse prædicatur. *De quo Augustini loco inferius agimus.*

10. *Paulinus, prologo ad* Vitam sancti Ambrosii : Hortaris, *ait,* venerabilis Pater Augustine, ut sicut beati viri, Athanasius episcopus et Hieronymus presbyter, stylo prosecuti sunt *Vitam* sanctorum Pauli et Antonii in eremo positorum.

11. *Palladius in* Historia Lausiaca, *c.* 8, *de Ammune :* Τούτου θαῦμα διηγήσατο ὁ μακάριος Ἀθανάσιος ὁ ἐπίσκοπος, γράψας εἰς τὸν περὶ Ἀντωνίου βίον, ὅτι, παρέρχεσθαί ποτε μέλλων τὸν Λύκον ποταμὸν ἅμα Θεοδώρῳ μαθητῇ αὐτοῦ, εὐλαβεῖτο ἀποδύσασθαι, ἵνα μὴ γυμνὸν ἑαυτὸν ἴδῃ ποτέ· καὶ ἐν τῷ διαπορεῖν αὐτὸν, εἰς τὸ πέραν εὑρέθη τοῦ ποταμοῦ, ὡς ἐν ἐκστάσει περάσας δίχα πορθμοῦ, ὑπὸ ἀγγέλων μετενεχθείς. Rem miram de illo narravit Athanasius episcopus, *Vitam* conscribens *Antonii,* quod cum transiturus esset Lycum fluvium cum Theodoro discipulo suo, vereretur que vestimenta exuere, ne sese nudum conspiceret : cum anxius esset, sese trans fluvium reperisse, quasi in exstasi absque scapha trajecisset, translatus ab angelis. *Quam historiam habes in hoc opere.*

12. *Socrates, libro* I, *cap.* 21 : Ὁποῖος δὲ ἦν ἐπὶ τῶν αὐτῶν χρόνων καὶ ὁ μοναχὸς Ἀντώνιος ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Αἰγύπτου, ὡς φανερῶς τοῖς δαίμοσιν ἀντεπάλαιεν, ἐφευρίσκων τε ἁπλῶς τὰς τέχνας αὐτῶν καὶ τοὺς ἄθλους, καὶ ὅπως πολλὰ ἐποίει τεράστια, περιττὸν λέγειν ἡμᾶς· ἔφθασε γὰρ Ἀθανάσιος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, μονόβιβλον εἰς τὸν αὐτοῦ βίον ἐκθέμενος. Qualis in solitudine Ægypti fuerit iisdem temporibus Antonius monachus, qui cum dæmonibus palam dimicavit, astus eorum atque insidias omnes deprehendens; et ut multa prodigia ac miracula ediderit, superfluum mihi videtur commemorare. Athanasius quippe Alexandriæ episcopus jamdiu librum unum de vita illius conscripsit. *Idem de Ammune loquens monacho, ait,* Τούτου τοῦ Ἀμμοῦν τὴν ψυχὴν μετὰ θάνατον ἀναλαμβανομένην ὑπὸ ἀγγέλων ὁ κατ' αὐτὸν βιώσας Ἀντώνιος ἐθεάσατο, ὥς φησιν ἐν τῷ *Βίῳ* αὐτοῦ ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος. Hujus

Digitized by Google

Ammunis animam post obitum ab angelis efferri, Antonius, qui iisdem vivebat temporibus,' vidit ; sicut in ejus *Vita* narrat Athanasius Alexandrinus episcopus.

Sozomenus libro I, *cap.* 13, *Vitæ Antonii compendium adornat ex hoc haud dubie libro excerptum, ubi non modo res, sed etiam integræ sententiæ hinc depromuntur, ut quisque videat : quod autem quædam ibi enarrantur quæ nusquam comparent apud Athanasium, quid mirum, cum testatur, ipse se minimam gestorum Antonii partem narraturum : horteturque monachos ut sciscitentur a multis, ac certo sciant se nunquam omnia illius memoranda gesta audituros ?*

14. *Auctor* Vitæ sancti Pachomii *sub initium :* Τοῦ γὰρ ἀσκητικωτάτου καὶ ἀληθῶς ἐναρέτου Πατρὸς ἡμῶν Ἀντωνίου τοιοῦτος ἦν ὁ βίος, ὡς ὁ τοῦ μεγάλου Ἠλίου, καὶ Ἐλισσαίου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, καθὼς καὶ ἐγγράφως μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ μετὰ τὴν τελευτὴν ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος Ἀθανάσιος, καὶ τὴν αὐτὴν διαγωγὴν ὁμοῦ δηλώσας τοῦ ἁγίου Πατρὸς Ἀμοῦν, ἀρχιμονάζοντος ἐν τῷ ὄρει τῆς Νιτρίας ἀδελφῶν, καὶ σὺν αὐτῷ Θεοδώρου. Præclari etenim asceteæ, et vere virtutibus eximii Patris nostri Antonii, talis vita fuit qualis magni Eliæ, Elisæi et Joannis Baptistæ, ut in ejus Vita post mortem ipsius scripta testatur sanctissimus archiepiscopus Athanasius : ubi de vita item Ammunis agit monachorum præfecti in monte Nitriæ, nec non de Theodoro.

15. *Joannes Damascenus, orat.* 1 De imaginibus : Quemadmodum, *ait*, scimus beatum Athanasium sanctorum reliquias non in urnis collocandas, sed humi condendas, eo consilio censuisse, ut absurdum Ægyptiorum morem abrogaret, qui mortuos suos non sub terra condebant, sed in lectulis et scimpodiis collocabant. *Et in* Historia Barlaami et Josaphati, *c.* 37 : Ac denique ingentem in ipsius animo, quemadmodum quodam loco de magno Antonio proditum est, cogitationum pulverem commovebat. *Prior locus legitur sub finem. Alter ipsis verbis num.* 5.

IV. *Plura proferri possent Patrum loca, sed plusquam satis hæc sunt. Ecquodnam Athanasii opus germanum fuerit, si spurium istud concedatur : cujus auctoritas tot Patrum, et quidem multorum Athanasio æqualium testimonio firmatur ? Et quod omnem dimoveat suspicionem adest Evagrii versio, quam vel superstite, vel haud diu mortuo Athanasio, constat esse scriptam. Adversariorum argumentis plane levissimis jam occurramus.*

Aiunt esse commentum insulsi hominis qui insigne mendacium, insigne scortum ediderit : ad quæ et similia Sculteti atque Riveti maledicta hoc unum reponemus. Longe aliter sensisse omnes qui ab Athanasii tempore exstitere Patres, atque ea hic legi Christianæ et monasticæ vitæ documenta, quæ prudens Christianus, nedum *aspernetur, ut præclara vitæ instituendæ præcepta amplecti debeat.*

Non haberi item dicunt monasticæ vitæ leges, quas Nazianzenus scribit Athanasium sub narrationis prætextu voluisse promulgare. Sed Nazianzenus loco superius a nobis allato id solum innuit, Antonii Vitam *ab Athanasio scriptam monasticæ vitæ normam esse, quod sane huic optime convenire nulli non conspicuum est.*

Narrant etiam alii, *ait Rivetus,* Antonium causidicum fuisse et valde doctum. At commentitius **629** auctor iste dicit eum indoctum fuisse et litterarum imperitum. Id quidem verum est Augustini tempore jactatum fuisse. Antonium illum sine ulla scientia litterarum Scripturas divinas et memoriter audiendo tenuisse et prudenter cogitando intellexisse. Simile etiam quid prædicatum fuisse de servo barbaro Christiano ; sed quantum his narrationibus fidei tribuerit Augustinus, ex eo patet quod subjicit *De doctrina Christiana,* l. I, in prologo : « At si hæc quidem falsa arbitretur, non ago pugnaciter. » Quod sane non dixisset si Athanasium ejus narrationis non habuisset auctorem. *Hæc Rivetus, quam bona fide, hinc edisces. Postquam de Antonio quæ supra attulimus et notat hic Rivetus, narravit Augustinus, subdit :* Aut ab illo servo barbaro Christiano, de quo a gravissimis fideque dignissimis viris nuper accepimus : qui litteras quoque ipsas nullo docente homine, etc. *Et post hanc historiam subjicit :* At si hæc quispiam falsa arbitretur, non ago pugnaciter. *Cum dicit se hanc postremam historiam a gravissimis fideque dignissimis viris accepisse, totum Riveti evertit ratiocinium ; quod cum probe adverterit Rivetus, illa verba callide prætermisit. Nam si, ut perperam pugnat Rivetus, ideo ait Augustinus :* At si quisquam falsa arbitretur, non ago pugnaciter, *quod parum fidei his narrationibus tribueret, nihil repugnat Athanasianæ historiæ non habuisse fidem, qui item historiæ a gravissimis fideque dignissimis viris traditæ parum fidei tribuerit. Sed revera nec Athanasio nec aliis illis fide dignissimis viris fidem ut deroget Augustinus illa dicit : sed, ut patet, contentionis vitandæ studio. Alioquin cur fide dignissimos vocasset, an ut postea se eorum dictis parum fidei habere testificaretur ? At vero non hoc solum in loco id Augustinus ait ; sed etiam* Confessionum *lib.* VIII, *c.* 19, *ubi de Antonio loquens ait :* Surgunt indocti, etc., *quæ vide superius.*

Quod vero aiunt Hospinianus aliique Antonium causidicum fuisse et valde doctum : hoc, ut advertit Rosweidus, ex Suida expiscatus ille est. Ad ipsum Suidam, brevitatis causa, lectorem remittimus : ibi enim protinus quivis perspiciet quanta sit inter Antonium illum et nostrum discrepantia. Mirum sane postquam Hospiniani commentum detectum fuerat, ab omnibus tamen qui illius fuere sententiæ usurpatum postea fuisse !

Digitized by Google

cum maxime falsorum deorum cultor feratur in Suida Antonius. Sed, etsi Christianus esset, an liceret quemvis obvium Antonium, istum esse affirmare?

Piget sane tricis hujusmodi tempus terere, utque brevi complectamur dicimus multa levissima a Riveto objici, ut quod ait de responso ad philosophos Antonium irridentes, digno sane magni Antonii; quod, ut ridiculum exhibeat, detruncat Rivetus, uti cuique videre licet.

Aliud affert idem de pallio, quod Antonius in extremis agens Athanasio, a quo acceperat dedit. Nam ut vult Rivetus, cum pallium ab Athanasio sibi datum pro Pauli corpore humando tradiderit, non potuit illud ipsum Athanasio restituere. Quod quam futile sit ut videas, nota Antonium quindecim ante mortem annos Paulo pallium attulisse ab Athanasio sibi datum. Quid autem vetat ut post hæc aliud ab Athanasio pallium acceperit?

Ait autem ibidem nihil hic haberi de Paulo quicum Antonius collocutus est: quod nunquam putat ab Athanasio omittendum fuisse. Sed cum Hieronymus, qui hanc narrat historiam, dicat illam se scribere quia omissa fuerit, ab Athanasio certe fuit omissa, cujus haud dubie scripta legerat Hieronymus. Et alioqui Athanasius, ut dictum est, se testatur minimam partem Antonii gestorum narrasse. Quod satis sit ad omnia alia ex omissis petita, depellenda argumenta. Exstant sane permulta alia Antonii vitam spectantia, quæ hic minime leguntur, quæque Bollandus ex variis collecta scriptoribus, ad calcem Vitæ Antonii *apposuit.*

Quod corporeos faciat dæmones Antonius, ut vult Rivetus, minime constat: ait solum illè dæmones levibus uti corporibus. Etiamsi corporeos faceret, quid hinc colligatur? multi namque Patres ante definitam rem ita tradidere. Et alioqui an si qua in Patribus de doctrina difficultas occurrat, statim νοθείας *suspicio? Quot exstant talia?*

Res non est difficilis remanere in statu innocentiæ qua conditi sumus, ut ait Antonius, dum adsit Dei gratia, quam perperam Rivetus vult excludi ab Antonio: cum ne verbum quidem ejusmodi usquam in hoc libro compareat. Quinimo sæpe ac liquidissime innuit Antonius, omnia nobis bona, dæmonum lapsum, victoriam de tentationibus reportatam e Domino provenire.

Demum ait Rivetus: Verus Athanasius, in *Epistola ad solitarios*, narrat, Blacii femur proficiscentis ad primam mansionem, equum cui insidebat cervicibus retortis, ita momordisse, atque ex dorso excussum humi affixisse, ut intra triduum proximum perierit. Auctor vero *Vitæ Antonii* equum quo Nestorius præses vehebatur morsu repentino Blacium decussisse in terram, ac sic in eum inhiantem femora ejus lacerasse et corrosisse, ut statim relatus in civitatem post triduum mortuus sit. Hæc varietas verum Athanasium a fictitio evidenter distinguit. *Leve illud; nam primo equus qui Balacium male accepit, utrobique Balacii dicitur, scilicet supra pag.* 278 *et infra in hoc opere. Superius autem legitur,* ἐπιστραφεὶς ὁ ἵππος, conversus equus, *quin dicatur, fueritne ille equus quo insidebat Balacius, an alius qui item suus esset. Ut detur tamen esse aliquam discrepantiam, quoties fit ut historias quas dudum narravimus, accuratius postea ediscamus. Si hoc argumentum aliquanti pretii esset,* Epistolam ad monachos *potius peteret quam* Vitam Antonii. *Nam certissimum licet sit priorem Athanasii esse, nequaquam illa tot veterum testimoniis, tot argumentis nititur. Nec defuere viri doctrina conspicui, qui putarint non ab ipso Athanasio, sed ejus jussu ab aliquo scriptam illam fuisse: quia scilicet nunquam putant in prima persona singulari locutum ibi Athanasium, quod tamen minus verum est. Nam aliquoties in persona Athanasii loquitur ibidem. Nec minimum dubii est esse ipsius Athanasii, qui etiam se testatur in* Epistola ad Serapionem, *ejusmodi litteras ad monachos misisse.*

V. *Scriptor nuperus, superioribus denuo allatis argumentis, novum hoc profert, Socratem scilicet et Sozomenum dicere, quod historia feratur de Ammone in cœlum elato, quin memorent eam ab Athanasio narrari, unde sequitur hanc* Antonii Vitam *in qua narratur hæc historia, eam non esse quæ ab Athanasio scripta est. Hæc quam consequenter judicent eruditi, sed oscitanter admodum scriptor iste ait, non dicere Socratem eam ipsam haberi apud Athanasium. Nam post allatam eam historiam ait:* Quemadmodum in *Vita Antonii* S. Athanasius archiepiscopus Alexandrinus, etc.; **630** *ante Socratem vero Palladius idipsum ex Athanasio refert. Utriusque locum vide supra.*

VI. *Restat ut unum levemus quorumdam scrupulum, qui ægre tot visis, tot prodigiis, tot dæmonum phantasiis et portentis, quot in hac Vita leguntur, habent fidem. Sed hac in re tria cum primis cogitanda sunt:* 1° *Quidquid sit de visis illis et dæmonum phantasiis, an vera scilicet sint, necne; ex Chrysostomi, Rufini, Augustini et Socratis testimoniis superius allatis, compertum est, res ejusmodi multas in* Vita Antonii *ab Athanasio scripta fuisse recensitas, quare nullius id momenti est ad eam Athanasio abjudicandam.* 2° *Licet non temere cuique visa et dæmonum spectra loquenti credendum sit, cum maxime multi fabulis ejusmodi recensendis gaudeant, temerarium prorsus foret sine delectu omnia explodere, cum potissimum ejusmodi plurima in Evangelio legamus, dæmonum scilicet legiones unicum aliquando hominem, aliquando porcorum bina millia invadentes, diabolumque videamus ad Jesum accedentem forma (ut putant fere omnes) humana: cum præuntiarit item Dominus fore ut qui crederent in eum, in nomine ejus dæmonia ejicerent, aliaque prodigia,*

Digitized by Google

etiam majora, quam ipse, ederent : cum apud omnes ferme Patres etiam gravissimos eruditissimosque paria enarrentur. Unde non prudentis esset res ejusmodi, solum quia sunt præter consuetudinem, nulla habita narrantium ratione, inter aniles fabulas computare. 3° *Quæ hic de dæmonum phantasiis leguntur, eadem ipsa iisdem fere verbis expressa habentur in* Epistola ad episcopos Ægypti et Libyæ *sub initium : ubi bene multa reperies istis adeo similia, ut eamdem facile Athanasii manum agnoscas.*

VII. *Evagrii versionem quod spectat, usque adeo libera est, ut sæpenumero verborum Athanasii nihil pensi habuisse videatur, imo ab ejus scopo frequentissime aberrat, soletque brevius Athanasiana exprimere, quam in Græcis enarrentur. Quæ causa nobis fuit ut versionem e regione Græci textus quæ ipsi omnino responderet adornaremus, Evagrii versione ad imum paginæ posita. Innocentium porro ad quem nuncupat prologum suum Evagrius, opinamur cum Rosweido eum esse, de quo Hieronymus epist.* 41 *ad Rufinum :* Innocentium enim, partem animæ meæ, repentinus febrium ardor abstraxit. Nunc uno ex toto mihi lumine Evagrio nostro fruor; cui ego semper infirmus ad laborem cumulus accessi. *Cujus mors cum anno* 369 *vel* 370 *contigerit, sequitur haud diu post scriptam Græce* Antonii Vitam, *Latine versam Athanasio superstite fuisse.*

VIII. *Cum Bollando autem existimamus ejus interpretationem adornasse Evagrium cum in Italia esset : nimirum Italiam Evagrius cum Eusebio Vercellensi petierat circa annum* 362, *isthinc reversus est cum Hieronymo et Innocentio post Eusebii Vercellensis obitum, anno circiter* 369 *vel* 370. *Innocentius vero itineris socius, cui versionem suam nuncupat, in ipso ad Syriam adventu obiit, ut Hieronymus indicat epistola* 41 *ad Rufinum. Quare non potuit post reditum eam versionem adornare, atque ad Innocentium inscribere. Quod autem suspicatur Bollandus, Evagrium forte Alexandriam cum Eusebio Vercellensi commigrasse, atque illic* Antonii Vitam *ab Athanasio Græce accepisse; id sane fieri omnino non potuisse arbitramur. Nam præterquam quod non sat otii Athanasio fuisse tunc videtur ad eam conscribendam, quippe qui nuperrime ab exsilio remigrasset, et gravissimis tunc Ecclesiæ necessitatibus detineretur, ait ipse in prologo ad* Vitam Antonii, *rogantibus monachis id operis aggressum se urgeri a tabellario, qui Athanasii opusculum (jussu haud dubie monachorum) delaturus erat, quod scilicet ad finem vergeret navigandi tempestas. At cum Eusebius Vercellensis Alexandria sit profectus circa Augustum mensem, nondum Athanasius opus suum conscripsisse, et tunc Evagrio tradidisse potuit. Quare putamus data Ecclesiæ Athanasioque summa pace anno circiter* 365 *hoc opusculum ab Athanasio editum in Italiam transmissum, atque illic postea ab Evagrio Latine versum fuisse.*

IX. *Hanc autem versionem ab Hieronymo fuisse adornatam putavit post alios quosdam Baronius; hinc deceptus quod in epistola* 101 *ad Pammachium Hieronymus prologum Evagrii referens, tacito Evagrii nomine, hæc dicat :* Qualis super hoc genere præfatiuncula sit, in libro quo *beati Antonii Vita* describitur, ipsius lectione cognosce : « Ex alia in aliam, » etc., *ut infra, sub finem legitur :* qui beatum Antonium te petente transposui. *Quod de se dixisse Hieronymum male putavit Baronius : cujus lapsus jam nemini non liquet : quare non est quod in his diutius immoremur.*

X. *Cæterum ordinem temporis sedulo servat hoc in libro Athanasius quod a viris eruditione conspicuis minime animadversum erroris illis causa fuit. Curavimus nos singula gesta suis temporibus ascribere, annis quam accuratius potuimus ad marginem notatis.*

—

PROLOGUS EVAGRII IN VITAM SANCTI ANTONII.

Presbyter Evagrius Innocentio charissimo filio in Domino salutem (18).

Ex alia in aliam linguam ad verbum expressa translatio sensus operit (19), et veluti læto gramine sata strangulat. Dum enim casibus et figuris servit oratio, quod (20) brevi poterat indicare sermone, longo ambitu circumacta vix explicat (21). Hoc igitur ego vitans, Vitam beati Antonii, te petente, ita transposui, ut nihil desit ex sensu, cum aliquid desit ex verbis. Alii syllabas aucupentur et litteras, tu quære sententiam.

(18) Colbertinus, Sancti Germani codex, Gemmeticensis 2, *Presbyter Evagrius carino* (German. addit *charissimo*) *filio.* Nimirum cum esset scriptum in quibusdam codicibus, carmo pro charissimo, ex cariño demum carino factum fuit.

(19) Hieronymus ad Pammachium, *sensum.* Ibid. Colb. solus, *aperit.* Mox omnes manuscripti et Hieronym., *læto gramine.* Editi, *lætum gramen.*

(20) German., *breviter.* Mox Gemmeticensis 1 et 2, et Hieronym., *indicare*, alii omnes, *indicari.*

(21) Hieronymus : *Hoc igitur ego vitans qui beatum Antonium te petente transposui.* Et sic etiam Colb. Gemm. 2 et Germ., qui tamen pro *qui*, habent *ita*, melius. Gemmet. 1, *Igitur ego Vitam beati Antonii, ita te petente, transposui.* Editi : *Hoc igitur ego vitans, Vitam beati Antonii, te petente, ita transposui.* Mox Gemmet. 1 et Colb., *syllabis occupentur et litteris.* Ibid. Germ. et Gemmet. 2, *quæris.*

Digitized by Google

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΝΤΩΝΙΟΥ

ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΣ ΚΑΙ ΑΠΟΣΤΑΛΕΙΣ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΝ ΤΗ ΞΕΝΗ ΜΟΝΑΚΟΥΣ

ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΧΑΝΔΡΕΙΑΣ (1).

—

VITA ET CONVERSATIO

S. P. N. ANTONII

SCRIPTA MISSAQUE AD MONACHOS IN PEREGRINA REGIONE VERSANTES, A SANCTO PATRE NOSTRO ATHANASIO EPISCOPO ALEXANDRIÆ.

—

SYNOPSIS.

Procœmium.
1-2. Nascitur Antonius anno 251.
3-4. Monasticæ vitæ nomen dat anno circiter 271.
5-6. A dæmonibus vexatur.
7. Ejus vitæ institutum.
8-10. Ad sepulcra se confert. Ejus cum dæmonibus pugnæ.
11. Annorum prope 35 eremum adit, anno circiter 285. Discum aureum et argenti massam invenit.
12-13. In castellum desertum ingreditur, anno circiter 285. Ejus cum dæmonibus certamina. Signi crucis usus.
14-15. Anno circiter 305, cum 55 prope annos natus esset, a castello egreditur. Monasteria in montibus construi cœpta eodem circiter tempore.
16-43. Oratio Antonii ad monachos ex Ægyptiaca lingua versa.
44. Monasteriorum Antonii status.
45. Secedit in monasterium suum.
46. Anno 310 Alexandriam petit martyrii cupidus.
47. Aspera ejus vitæ ratio.
48. Puellam a dæmone liberat.
49-50. Ad montem interioris solitudinis se confert.
51-54. Ejus pugnæ adversus dæmones.
55, 56. Antonii monita.
57. Fronto palatinus curatur.
58. Virgo quædam sanatur. De Paphnutio monacho et confessore.
59. Frater quidam siti exstinguitur.
60. Antonius videt Ammonis monachi animam in cœlum efferri.
61-62. Antonius Polycratiam curat virginem.
63. Adolescentem a morte liberat.
64. Item alium.
65. Visio Antonii.
66. Animæ justorum post mortem in cœlum feruntur.
67. Antonius honorat episcopos et clericos.
68. Hæreticos odio habet.
69-70. Alexandriam petit rogatu episcoporum ut Arianos confutet, quod gestum ab anno 326 ad 335.
71. Remigrantem Athanasium comitatur usque ad portam.
72-79. Antonii colloquia cum philosophis.
80. Virtute signi crucis Antonius dæmoniacos liberat.
81. Constantinus imp. et filii ejus scribunt ad Antonium.
82. Visio Antonii anno 339 de ecclesiarum direptione ab Arianis postmodum facta anno 341
83-84. Non jussu sanat Antonius, sed orando Christumque nominando.
85. Antonii ad quemdam ducem lepida responsio.
86. Antonius Balacio mortem prænuntiat quæ ipsi accidit.
87-88. Antonii monita.
89-90. Postrema Antonii oratio ad monachos in exteriore monte, cum esset 105 circiter annorum
91. In morbum incidit.
92. Mors Antonii anno 356, 17 Januarii, ut putatur, de qua re etiam in *Vita Athanasii*.

—

(1) Sic titulus apud Hœschelium, in Regio et Jesuit. Edit. vero Paris., Εἰς τὸν βίον τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου προοίμιον πρὸς τοὺς ἐν ξένῃ μοναχούς. In Colbertin. 1 et 2, Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ καθηγητου της ερήμου Ἀντωνίου, συγγραφεὶς παρὰ Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας. Vide quæ de illo, τοὺς ἐν τῇ ξένῃ, diximus in *Monito*.

Digitized by Google

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἀγαθὴν ἁμιλλαν ἐνεστήσασθε πρὸς τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ μοναχοὺς, ἤτοι παρισωθῆναι, ἢ καὶ ὑπερβάλλεσθαι τούτους προελόμενοι τῇ κατ' ἀρετὴν ὑμῶν ἀσκήσει. Καὶ γὰρ καὶ παρ' ὑμῖν (2) λοιπὸν μοναστήρια, καὶ τὸ τῶν μοναχῶν ὄνομα πολιτεύεται. Ταύτην μὲν οὖν τὴν πρόθεσιν δικαίως ἄν τις ἐπαινέσειε, καὶ εὐχομένων ὑμῶν (3), ὁ Θεὸς τελειώσειεν· ἐπειδὴ δὲ ἀπῃτήσατε καὶ παρ' ἐμοῦ περὶ τῆς πολιτείας τοῦ μακαρίου Ἀντωνίου, μαθεῖν θέλοντες ὅπως τε ἤρξατο τῆς ἀσκήσεως, καὶ τίς ἦν πρὸ ταύτης, καὶ ὁποῖον ἔσχε τοῦ βίου τὸ τέλος, καὶ εἰ (4) ἀληθῆ τὰ περὶ αὐτοῦ λεγόμενά ἐστιν, ἵνα καὶ πρὸς τὸν ἐκείνου ζῆλον ἑαυτοὺς ἀγάγητε· μετὰ πολλῆς προθυμίας ἐδεξάμην τὸ παρ' ὑμῶν ἐπίταγμα. Κάμοὶ γὰρ μέγα κέρδος ὠφελείας ἐστὶ καὶ τὸ μόνον Ἀντωνίου μνημονεύειν. Οἶδα δὲ, ὅτι καὶ ὑμεῖς ἀκούσαντες, μετὰ τοῦ θαυμάσαι τὸν ἄνθρωπον, θελήσετε καὶ ζηλῶσαι τὴν ἐκείνου πρόθεσιν· ἔστι γὰρ μοναχοῖς ἱκανὸς χαρακτὴρ πρὸς ἄσκησιν ὁ Ἀντωνίου βίος. Οἷς μὲν (5) οὖν ἠκούσατε περὶ αὐτοῦ παρὰ τῶν ἀπαγγειλάντων, μὴ ἀπιστήσητε, ὀλίγα δὲ μᾶλλον ἀκηκοέναι παρ' αὐτῶν νομίζετε· πάντως γὰρ κἀκεῖνοι μόγις (6) τοσαῦτα διηγήσαντο. Ἐπεὶ κἀγὼ, προτραπεὶς παρ' ὑμῶν, ὅσα ἂν διὰ τῆς ἐπιστολῆς σημανῶ, ὀλίγα τῶν ἐκείνου μνημονεύσας ἐπιστείλω· καὶ ὑμεῖς δὲ μὴ παύσησθε τοὺς ἐνθένδε πλέοντας ἐρωτᾶν. Ἴσως γὰρ, ἑκάστου λέγοντος ὅπερ οἶδε, μόγις ἐπαξίως ἡ περὶ ἐκείνου γένηται διήγησις. Ἐβουλόμην γὰρ οὖν, δεξάμενος ὑμῶν τὴν ἐπιστολὴν, μετα-

A

PROŒMIUM.

631 Bonum cum Ægyptiis monachis initistis certamen, cum eos virtutis exercitatione, vel æquare vel etiam superare constituistis. Nam apud vos etiam demum sunt monasteria, jam monachorum nomen celebratur. Hoc itaque propositum jure quis laudaverit, vobisque precantibus, ipsum Deus perficere velit. Cum autem de vitæ instituto sancti Antonii me rogaveritis, cupientes ediscere quanam ratione hoc exercitationis genus aggressus ille sit, quis antea exstiterit, quis fuerit vitæ ejus exitus, verane sint quæ de illo dicuntur, ut ad eum imitandum vos conferatis; multa cum alacritate mandatum suscepi vestrum. Magnum quippe mihi lucrum vel ex sola Antonii memoria obvenit. Novi certe futurum esse, B ut vos, postquam his auditis hominem admirati fueritis, ejus propositum imitari peroptetis. Apta quippe forma ad exercitationem monachis est Antonii vita. Ne igitur narrantibus de Antonio fidem derogate, imo pauca vos audisse existimate: vix enim illi potuere tot tantasque res vobis renuntiare. Etenim ego, **632** rogantibus vobis, quantacunque per epistolam misero, nonnisi pauca vobis ex gestis illius enarrabo; quare ne desinatis homines hinc ad vos navigantes percontari. Fortasse enim singulis quæ nota sibi sunt indicantibus, vix pro merito illius digna fuerit narratio. Litteris itaque vestris acceptis, volebam quosdam monachos accersere, ex iis maxime qui frequentius illum adibant: ut ab

VERSIO EVAGRII.

S. Athanasii episcopi Alexandrini præfatio.

Athanasius episcopus ad peregrinos fratres.

Optimum, fratres, initistis certamen, aut æquare Ægypti monachos (7), aut superare nitentes virtutis instantia. Etenim apud vos jam plurima (8) sunt monasteria: monachorum quoque nomen est celebre: et hanc voluntatem vestram juste quisque mirabitur: orantibusque vobis optatum Deus tribuet effectum. Quoniam igitur exegistis a me, ut vobis scriberem de conversatione beati Antonii, volentibus discere, quemadmodum cœperit, quive (9) fuerit ante sanctum propositum, qualem etiam habuerit terminum vitæ, et si vera sint ea, quæ de ipso fama dispersit, ut ad ejus æmulationem atque exemplum vos instituere (10) possitis: magna cum lætitia suscepi vestræ charitatis imperium. Etenim mihi ingens lucrum est atque utilitas hoc ipsum, quod recordor Antonii: et vos cum admiratione audientes, scio ejus propositum cupere sectari: perfecta siquidem est ad virtutem via (11). Antonium scire quis fuerit. Ergo ut breviter dicam, et omnibus, quæ de eo referentium sermo jactavit (12), credite, et minima vos existimate (13) audisse de maximis: quia non ambigo, nec eos omnia potuisse cognoscere, cum et ego rogatus a vobis, quanta-

(2) Sic Regius 1 et Jesuit. Editi et alii, γὰρ παρ' ὑμῖν, omisso καί. Mox Regius 2, Colb. 2, ὄνομα, ut legit Evagrius. Alii et editi, σχῆμα.

(3) Colb. 2, ἡμῖν. Infra idem cum Regio 2, μακαρίου. Editi et alii, ἁγίου. Quod ait Athanasius paulo inferius, se narraturum qualis fuerit vitæ exitus Antonii, liquido confutat eos qui aiunt Athanasium, vivente Antonio, ejus conscripsisse vitam. Et sane mortem ejus fuse narrat sub finem.

(4) Regius 1, Colb. 2 et Jesuit., εἰ. Alii et editi, ἤ. Quod ait infra, Κάμοὶ γὰρ μέγα κέρδος ὠφελείας ἐστὶ καὶ τὸ μόνον Ἀντωνίου μνημονεύειν, imitatus videtur ex Xenophonte lib. IV Ἀπομνημονευμ. p. 790, ἐπεὶ καὶ τὸ ἐκείνου (Σωκράτους) μεμνῆσθαι μὴ παρόντος, οὐ μικρὰ ὠφελεῖ τοὺς εἰωθότας τε αὐτῷ συνεῖναι. Cui haud multum absimile habet Plato in *Phædone*, p. 58.

(5) Regius 2 et Colb. 3, ἃ μὲν οὖν. Infra Colb. 2, ἀπιστῆτε.

6) Colb. 2 hic et infra, μόλις. Mox idem, ὅσα δ' ἄν.

(7) Sic omnes manuscripti. Editi, *æquari Ægypti monachis.*

(8) Germ. 2 et Gemmet. 2, *plura.* Infra Maximin., *orantibusque nobis.* Mox Gemmet. 2, *tribuit effectum.* Mox Colb. et Gemmet. 2, *exigitis.*

(9) Colbertin. et Germ. 2, *Quisve.* Infra Colb. et Germ. 2, *et si vera sunt.*

9. Delatus a viro, clausisque de more foribus, iterum solus erat intus: atque ob plagas stare cum non posset, decumbens orabat. Et post orationem edito clamore aiebat: Hic adsum ego Antonius: non vestras fugio plagas, etiamsi plures inflixeritis, nihil me separabit a charitate Christi [39]. Psallebat deinde: *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum* [40]. Hæc asceta sentiebat, hæc loquebatur. At omni bono adversarius inimicus, Antonium tot acceptis vulneribus redire ausum miratus, accitis canibus suis, et furore quasi diruptus: Cernitis, ait, eum non spiritu fornicationis, **640** non plagis deterreri a nobis potuisse, imo audacter nos provocat: sed alia ratione ipsum aggrediamur. In promptu enim diabolo

9. Ἀπηνέχθη οὖν παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ συνήθως τῆς θύρας κεκλεισμένης, ἔνδον ἦν πάλιν μόνος. Καὶ στήκειν μὲν οὐκ ἴσχυε διὰ τὰς πληγὰς (84)· ἀνακείμενος δὲ ηὔχετο. Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ἔλεγε μετὰ κραυγῆς· Ὧδέ εἰμι ἐγὼ Ἀντώνιος· οὐ φεύγω τὰς παρ' ὑμῶν πληγάς. Κἂν γὰρ πλείονας ποιήσητε, οὐδέν με χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ. Εἶτα καὶ ἔψαλλεν· *Ἐὰν παρατάξηται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολὴ, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου.* Ὁ μὲν οὖν ἀσκητὴς ἐφρόνει καὶ ἔλεγε ταῦτα· ὁ δὲ μισόκαλος ἐχθρὸς (85), θαυμάσας, ὅτι καὶ μετὰ τὰς πληγὰς ἐθάρρησεν ἐλθεῖν, συγκαλέσας αὐτοῦ τοὺς κύνας, καὶ διαῤῥηγνύμενος, ἔφη· Ὁρᾶτε ὅτι οὐ πνεύματι πορνείας, οὐ πληγαῖς ἐπαύσαμεν τοῦτον· ἀλλὰ καὶ θρασύνεται καθ' ἡμῶν· προσέλθωμεν ἄλλως αὐτῷ. Εὔκολον C

VERSIO EVAGRII.

eum clausisset, solus ibidem morabatur. Metuens ergo diabolus, ne accessu temporis eremum quoque habitari faceret, ita eum aggregatis satellitibus suis, varia cæde laceravit, ut doloris magnitudo et motum auferret et vocem: nam et ipse postea sæpe referebat, vulnera fuisse tam gravia, ut universa hominum tormenta superarent; sed Dei providentia, quæ nunquam in se sperantibus deest (86), alio die is, quem supra diximus, frater advenit, cibos deferens assuetos: atque eum jacentem in terra semimortuum, fractis foribus, invenit: quem impositum humeris, ad villulæ domicilium reportavit: quo audito, ingens vicinorum atque affinium multitudo concurrens, triste in medio positi funeris reddebat officium. Et jam media noctis parte transgressa, gravis pervigiles omnium oculos vicerat sopor: tum Antonius anima paululum redeunte suspirans, elevavit caput: et postquam cæteris alta (87) quiete prostratis, eum, a quo delatus fuerat, vigilare conspexit, nutu advocans, obsecravit, ut nullo penitus excitato, ad pristinum se referret habitaculum.

9. Relatus ergo, juxta consuetudinem solus iterum permanebat: et stare quidem propter recentes plagas non poterat, orans vero prostratus, post orationem clara voce dicebat: Ecce hic sum ego Antonius, non fugio vestra certamina: etiamsi majora faciatis, nullus me separabit a charitate Christi, psallebatque dicens: *Si constiterint* (88) *adversum me castra, non timebit cor meum.* Talia eo dicente,

[39] Rom. VIII, 35. [40] Psal. XXVII, 3.

(80) Sic omnes manuscripti præter Colb. 2, qui habet καὶ κλείσας τὴν θύραν κατ' αὐτοῦ. Editi, καὶ κλείσαντος ἐκείνου, etc.

(81) Colb. 2, πολίσῃ τῆς ἀσκήσεως. Infra idem, ἔκοψαν πληγαῖς.

(82) Αὐτῷ deest in Regio 2 et Colb. 2. Iidem mox, ὡσεὶ νεκρόν, statim iidem, ἀπέφερεν.

(83) Regius 2 et Colb. 2, μόνον δὲ τόν. Infra iidem soli, quos sequimur, αὐτόν post πάλιν habent.

(84) Ita Regius 2 et Colb. 2, et sic legit Evagrius. Editi et alii, διὰ τὰς ἐκ τῶν δαιμόνων πληγάς. Ibid. omnes fere manuscripti, ἀνακείμενος. Editi, κείμενος. Infra Regius 2 et Colb. 2, Κἂν γὰρ πλείονας. Editi et alii, Κἂν γὰρ καὶ πλείονας.

(85) Sic Regius 2 et Colb. 2 atque ita legit Evagrius. Editi et alii, μισόκαλος καὶ φθονερός.

(86) Editi, *Sed Dei providentia, quæ nunquam in se sperantibus deest, conservavit eum*, et post hæc a linea, *Alio die*, etc., male ut ex Græco textu patet, et ex manuscriptis omnibus quos sequimur.

(87) Sic omnes manuscripti. Editi, *Cæteris vero alta.* Infra editi, post *conspexit*, habent *eumque*, quæ vox deest in manuscript. omnibus.

(88) Sic manuscripti. Editi vero *consistant.*

Digitized by Google

δὲ τῷ διαβόλῳ τὰ εἰς κακίαν σχήματα. Τότε δὴ οὖν ἐν (89) τῇ νυκτὶ κτύπον μὲν τοιοῦτον ποιοῦσιν, ὡς δοκεῖν πάντα τὸν τόπον ἐκεῖνον σείεσθαι· τοὺς δὲ τοῦ οἰκίσκου τέσσαρας τοίχους ὥσπερ ῥήξαντες οἱ δαίμονες, ἔδοξαν δι' αὐτῶν ἐπεισέρχεσθαι, μετασχηματισθέντες εἰς θηρίων καὶ ἑρπετῶν φαντασίαν· καὶ ἦν ὁ τόπος εὐθὺς πεπληρωμένος φαντασίας (90) λεόντων, ἄρκτων, λεοπάρδων, ταύρων, καὶ ὄφεων, ἀσπίδων, καὶ σκορπίων, καὶ λύκων. Καὶ ἕκαστον μὲν τούτων ἐκίνει κατὰ τὸ ἴδιον σχῆμα. Ὁ λέων (91) ἐβρύχε, θέλων ἐπελθεῖν, ὁ ταῦρος ἐδόκει κερατίζειν, ὁ ὄφις ἕρπων οὐκ ἔφθανε, καὶ ὁ λύκος ὁρμῶν ἐπείχετο· καὶ ὅλως πάντων ὁμοῦ ἦσαν τῶν φαινομένων οἱ ψόφοι δεινοὶ, καὶ οἱ θυμοὶ χαλεποί. Ὁ δὲ Ἀντώνιος, μαστιζόμενος καὶ κεντούμενος παρ' αὐτῶν, ἤσθετο μὲν δεινοτέρου πόνου σωματικοῦ (92). Ἀτρέμας καὶ μᾶλλον τῇ ψυχῇ γρηγορῶν ἀνέκειτο· καὶ ἔστενε μὲν διὰ τὸν τοῦ σώματος πόνον· νήφων δὲ τῇ διανοίᾳ καὶ ὥσπερ χλευάζων, ἔλεγεν· Εἰ δύναμίς τις ἦν ἐν ὑμῖν, ἦρκει (93) καὶ μόνον ἕνα ἐξ ὑμῶν ἐλθεῖν· ἐπειδὴ δὲ ἐξενεύρωσεν ὑμᾶς ὁ Κύριος, διὰ τοῦτο κἂν τῷ πλήθει πειράζητέ πως ἐκφοβεῖν· γνώρισμα τῆς ἀσθενείας ὑμῶν τὸ τὰς ἀλόγων ὑμᾶς μιμεῖσθαι μορφάς. Θαῤῥῶν γοῦν πάλιν ἔλεγεν· Εἰ δύνασθε καὶ ἐξουσίαν ἐλάβετε κατ' ἐμοῦ, μὴ μέλλετε, ἀλλ' ἐπίβητε· εἰ δὲ μὴ δύνασθε, τί μάτην ταράσσεσθε; Σφραγὶς γὰρ (94) ἡμῖν καὶ τεῖχος εἰς ἀσφάλειαν ἡ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν πίστις. Πολλὰ τοίνυν ἐπιχειρήσαντες, ἔτριζον κατ' αὐτοῦ τοὺς ὀδόντας, ὅτι μᾶλλον ἔπαιζον ἑαυτοὺς, καὶ οὐκ ἐκεῖνον.

A est, varias ad malitiam induere formas. Noctu itaque tantum excitavere strepitum, ut totus concuti videretur locus et quasi ruptis quatuor casæ parietibus irrumpere dæmones visi sunt, variis ferarum reptiliumque induti formas : fuitque statim locus spectris repletus, leonum, ursorum, leopardorum, taurorum, serpentum, aspidum, scorpionum, atque luporum. Horum unumquodque forma propria movebatur. Rugiebat leo quasi invasurus, taurus cornu petere videbatur, serpens reptando non accedebat tamen, lupus irruens retinebatur. Erat demum omnium quæ apparebant ferarum horrendus strepitus, feroxque animus. Antonius vero flagris stimulisque læsus ab illis, sentiebat quidem graviores B corporis cruciatus, animo tamen intrepidus vigilansque jacebat, gemens quidem ob corporis dolorem, animo tamen vigil, quasi rideret illos : Si qua vis, ait, inesset vobis, sufficiebat ingredi unum ; at cum vos enervarit Dominus, ideo multitudine me terrere conamini : argumentum sane illud est imbecillitatis vestræ, brutorum formas imitari. Fidenterque rursum : Si valetis, inquit, si quam accepistis adversum me potestatem, ne cunctemini, sed invadite, sin non potestis, cur frustra turbamini? Sigillum nobis atque ad tutelam murus est fides in Dominum nostrum. Multis igitur tentatis, stridebant dentibus in eum, quod sese potius illuderent, quam illum.

C

VERSIO EVAGRII.

bonorum hostis diabolus, admiratus quod post tot verbera ausus fuisset reverti, congregatis canibus suis, et proprio se furore dilanians : Videtis, ait, quia nec spiritu fornicationis, nec corporis doloribus superatus, insuper audacter lacessit nos. Omnia arma corripite, acrius a nobis impugnandus est : sentiat, sentiat, debet scire, quos provocet. Dixit, et ad hortantis vocem audientium turba consensit, quia innumeras habet diabolus artes nocendi. Sonitus igitur repentinus increpuit, ita ut loco funditus agitato, et parietibus patefactis, multifaria dæmonum exinde turba se effunderet : nam et bestiarum et serpentium formas induentes, omnem protinus locum replevere phantasiis leonum, taurorum, luporum, aspidum, serpentium, scorpionum, necnon et pardorum atque ursorum. Et hæc singula secundum suam fremebant naturam : rugiebat leo, accedere volens (95) : taurus mugitu et cornibus minabatur ; serpens sibilum personabat : luporum impetus ingerebantur : pardus discolori tergo auctoris sui calliditates varias indicabat : truces omnium vultus, et vocis horridæ dirus auditus. Antonius flagellatus atque confossus, sentiebat quidem asperiores corporis dolores, sed interritus durabat mente pervigili. Et licet gemitum vulnera carnis exprimerent, sensu tamen idem manens (96), quasi de inimicis luderet, loquebatur : Si virium aliquid haberetis, sufficeret unus ad prælium : sed quoniam Domino vos enervante frangimini, multitudine tentatis inferre terrores, cum hoc ipsum infirmitatis indicium sit, quod irrationabilium induitis formas bestiarum. Rursumque confidens, aiebat : Si quid valetis, si vobis in me potestatem Dominus dedit, ecce præsto sum : devorate (97) : si vero non potestis, cur frustra nitimini? Signum enim crucis et fides ad Dominum inexpugnabilis nobis murus est. Multa contra eum minitantes, fremebant dentibus suis, quod nullus tentamenta sequeretur effectus, sed maxime e contrario gigneretur illusio.

(89) Sic manuscripti ; ἐν deest in editis. Infra manuscripti, δι' αὐτῶν. Editi vero, δι' αὐτόν.

(90) Regius 1, 2 et Colb. 2, φαντασίας. Editi et alii, φαντασίαν. Mox iidem, τόπος ἐκεῖνος. Infra quidam codices ἄρκων habent, pro ἄρκτων. Regius 1, 2, Colb. 1 et Vatican., λεοπάρδων. Colb. 3, λεοπαρδάλων cum editis ; in Colb. 2 turbatis ferarum nominibus, hæc vox deest.

(91) Colb. 2, ὁ μὲν λέων. Infra omnes pene manuscripti, ἐπείχετο. Editi, ἐπείγετο.

(92) Colbert. 2, δεινοτέρους πόνους τοῦ σώματος. Regius 1, δεινοτέρου πόνου τοῦ σώματος. Mox Colb. 2, τὴν ψυχὴν μᾶλλον.

(93) Colb. 2, ἐπήρκει. Infra, ὑμᾶς post ἀλόγων D deest in edit. ut in quibusdam mss., sed habetur in Regio 1, 2 et Colb. 2.

(94) Sic omnes mss. præter Jesuit. In editis γάρ deest. Infra iidem omnes, ἔτριζον κατ' αὐτοῦ, recte. Editi, ἔτριζον κατ' αὐτόν.

(95) Sic omnes pene manuscripti. Editi vero, *occidere volens*. Infra omnes manuscripti, *sibilum*. Editi, *sibilo*. Ibid. Germ. 2, *luporum impetus inhiabant*. Colb., *adhibebantur*.

(96) Sic omnes manuscripti. Editi, *permanens*.

(97) Editi post *devorate*, addunt *concessum*, quæ vox deest in omnibus manuscript. Infra editi omnes, *contra S. Antonium*, manuscripti vero, *contra eum*.

Digitized by Google

10. Dominus vero neque tunc certaminis Antonii oblitus, ad opem ferendam advenit. **641** Sublatis itaque oculis tectum vidit quasi apertum, ac lucis radium ad se descendere. Dæmonesque statim evanuere, et protinus remisere corporis dolores, domiciliumque integrum apparuit. Auxilio Antonius animadverso, postquam amplius respirasset, doloribusque levatus, visum quod apparebat his verbis compellavit : Ubi eras? cur non ab initio apparuisti, ut meos levares dolores? Tum vox illi emissa : Hic eram, ait, Antoni, morabarque tuum spectans certamen. Cum itaque sustinueris, neque superatus fueris, ero semper tibi adjutor, tuumque nomen ubique terrarum celebre reddam. His ille auditis surrexit atque oravit; tantumque roboris accepit, ut plus sibi virium corporis esse sentiret, quam habuisset ante. Eratque tum annorum prope triginta quinque.

11. Insequente die egressus, ferventiore animo erat ad pietatem erga Deum, cumque convenisset senem illum priorem, rogabat ut una eremum incolerent. Abnuente illo, cum ob ætatem, tum quod id moris non esset, confestim Antonius ad montem contendit. Verum inimicus, ejus ardens propositum conspicatus, ejusque impediendi cupidus, magni argentei disci speciem in viam projecit. Antonius vero maligni fraude intellecta, stetit, discumque intuitus, diabolum in eo deprehensum his alloquitur : Unde discus in eremo? Nequaquam trita via hæc est, nullum viatorum vestigium, lapsus latere nequivit permagnus cum sit. Sed qui amisisset, ad perquirendum regressus, reperisset haud dubie in deserto loco. Techna diaboli hæc est; propositum animi mei nequaquam cohibebis, o dia-

10. Ὁ δὲ Κύριος οὐδὲ ἐν τούτῳ ἐπελάθετο τῆς ἀθλήσεως Ἀντωνίου, ἀλλ' εἰς ἀντίληψιν αὐτοῦ παραγέγονεν (98). Ἀναβλέψας γοῦν, εἶδε τὴν στέγην ὥσπερ διανοιγομένην, καὶ ἀκτίνά τινα φωτὸς κατερχομένην πρὸς αὐτόν. Καὶ οἱ μὲν δαίμονες ἐξαίφνης ἄφαντοι γεγόνασιν· ὁ δὲ πόνος τοῦ σώματος εὐθὺς ἐπέπαυτο, καὶ ὁ οἶκος πάλιν ἦν ὁλόκληρος. Ὁ δὲ Ἀντώνιος, αἰσθόμενος τῆς ἀντιλήψεως, καὶ πλέον ἀναπνεύσας, κουφισθείς τε τῶν πόνων, ἐδέετο τῆς φανείσης ὀπτασίας, λέγων· Ποῦ ἦς; διὰ τί μὴ ἐξ ἀρχῆς ἐφάνης, ἵνα μου τὰς ὀδύνας παύσῃς; Καὶ φωνὴ γέγονε πρὸς αὐτόν· Ἀντώνιε, ὧδε ἤμην, ἀλλὰ περιέμενον ἰδεῖν (99) τὸ σὸν ἀγώνισμα. Ἐπεὶ οὖν ὑπέμεινας, καὶ οὐχ ἡττήθης, ἔσομαί σοι (1) ἀεὶ βοηθὸς, καὶ ποιήσω σε ὀνομαστὸν πανταχοῦ γενέσθαι. Ταῦτα ἀκούσας, ἀναστὰς ηὔχετο· καὶ τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὡς αἰσθέσθαι αὐτὸν, ὅτι πλείονα δύναμιν ἔσχεν ἐν τῷ σώματι μᾶλλον, ἢς εἶχε τὸ πρότερον (2). Ἦν δὲ τότε λοιπὸν ἐγγὺς τριάκοντα καὶ πέντε ἐτῶν.

11. Τῇ δὲ ἐξῆς προελθὼν, ἔτι μᾶλλον προθυμότερος ἦν εἰς τὴν θεοσέβειαν, καὶ γενόμενος πρὸς τὸν γέροντα τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον, ἠξίου τὴν ἔρημον οἰκῆσαι σὺν αὐτῷ. Τοῦ δὲ παραιτησαμένου διά τε τὴν ἡλικίαν, καὶ διὰ τὸ μηδέπω εἶναι τοιαύτην συνήθειαν, εὐθὺς αὐτὸς ὥρμησεν εἰς τὸ ὄρος. Ἀλλὰ καὶ πάλιν ὁ ἐχθρὸς, βλέπων αὐτοῦ τὴν σπουδὴν καὶ θέλων ἐμποδίσαι ταύτην, ὑπέβαλεν (3) ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀργυροῦ δίσκου μεγάλου φαντασίαν. Ἀντώνιος δὲ, συνεὶς τοῦ μισοκάλου τὴν τέχνην, ἔστη, καὶ τῷ δίσκῳ βλέπων, τὸν ἐν αὐτῷ διάβολον ἤλεγχε λέγων· Πόθεν ἐν ἐρήμῳ δίσκος; Οὐκ ἔστιν ἡ ὁδὸς αὕτη τετριμμένη, οὐδὲ ἐστιν ἴχνος ὁδευσάντων ὧδέ τινων· ἐκπεσὼν οὐκ ἠδύνατο λαθεῖν μέγιστος ὤν. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἀπολέσας, ἀναστρέψας καὶ ζητήσας εὗρεν ἂν διὰ τὸ ἔρημον εἶναι τὸν τόπον. Τοῦτο τέχνη τοῦ διαβό-

VERSIO EVAGRII.

10. Non oblitus Jesus colluctationis servi sui, eidem protector factus est ; denique cum elevaret oculos, vidit desuper culmen aperiri, et deductis tenebris, radium ad se lucis influere. Post cujus splendoris (4) adventum nec dæmonum aliquis apparuit, et corporis dolor extemplo deletus est : ædificium quoque quod paulo ante dissolutum erat, instauratum est. Illico præsentiam Domini intellexit Antonius, et ex intimo pectore longa trahens suspiria ad lumen, quod ei apparuerat, loquebatur, dicens : Ubi eras, bone Jesu, ubi eras? quare non a principio adfuisti, ut sanares vulnera mea? et vox ad eum facta est, dicens : Antoni, hic eram ; sed exspectabam videre certamen tuum : nunc autem, quia dimicando viriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi, et faciam te in omni orbe nominari. His auditis, exsurgens in tantum roboratus orabat, ut intelligeret se plus recepisse tunc virium, quam ante perdiderat. Erat autem tunc Antonius annos natus triginta quinque.

11. Exinde cum voluntati promptæ merita religiosa succrescerent, vadens ad supradictum senem precabatur, ut in deserto habitarent pariter. Causante illo senile ævum, et rei novitatem, solus contendit ad montem, et eremi adhuc monachis ignotæ, rupto metu, viam conatus est pandere. Sed nec tunc cessavit infatigabilis adversarius : nam impedire ejus propositum volens, argenteum discum in itinere projecit : quo viso, Antonius callidi artificis agnovit astutiam, stansque intrepidus, et discum torvis intuens oculis, doli auctorem in phantasmate objurgabat argenti, talia secum reputans : Unde hic in deserto discus? avium hoc iter est, nulla sunt vestigia commeantium ; lapsus de sarcina præ magnitudine latere non potuit : sed et qui perdiderat reversus, ob solitudinem locorum, invenisset profecto, quod ruerat. Hoc artificium, diabole, tuum est : non impedies voluntatem meam, *argentum tuum tecum sit in perditionem.* Hæc illo dicente, discus ut fumus a facie ignis evanuit.

(98) Regius 2 et Colb. 2, γέγονεν. Mox iidem γὰρ pro γοῦν.

(99) Ἰδεῖν deest in Colb. 2. Idem cum Reg. 2, τὸν σὸν ἀγωνισμόν.

(1) Colbertinus secundus, ἔσομαί σου.

(2) Sic Reg. 2, et Colbert. 2. In editis, τὸ πρότερον deest.

(3) Ita manuscripti. Editi vero, ὑπέβαλλεν. Infra Regius secundus et Colbertinus secundus, διήλεγχε. Mox Regius primus, secundus, et Colbert. 1, ἐν ἐρημίᾳ.

(4) Codex cl. et erud. viri Francisci Desmarets, *hujus splendoris*, qui mutilus initio, in hæc verba incipit. Infra omnes mss., *ex imo pectore*, editi, *ex intimo.*

Digitized by Google

λυ γέγονεν. Οὐκ ἐμποδίσεις ἐν τούτῳ μου τὴν προθυμίαν, διάβολε. Τοῦτο γὰρ σὺν σοὶ εἶη (5) *εἰς ἀπώλειαν*. Καὶ τοῦτο τοῦ Ἀντωνίου λέγοντος, ἐξέλιπεν ἐκεῖνος, ὡσεὶ καπνὸς ἀπὸ προσώπου πυρός.

12. Εἶτα πάλιν οὐκ ἔτι φαντασίαν, ἀληθινὸν δὲ χρυσὸν ἐρριμμένον ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐώρακεν ἀπερχόμενος. Εἴτε δὲ τοῦ ἐχθροῦ δείξαντος, εἴτε τινὸς κρείττονος δυνάμεως γυμναζούσης τὸν ἀθλητὴν, καὶ δεικνυούσης τῷ διαβόλῳ, ὅτι μηδὲ τῶν ἀληθῶς φροντίζει χρημάτων· οὔτε αὐτὸς ἀπήγγειλεν, οὔτε ἡμεῖς ἔγνωμεν, πλὴν ὅτι χρυσὸς ἦν ὁ φαινόμενος. Ὁ δὲ Ἀντώνιος τὸ μὲν πλῆθος ἐθαύμασεν, ὡς δὲ πῦρ ὑπερβάς, οὕτως αὐτὸν (6) παρῆλθεν ὡς μηδὲ στραφῆναι· ἀλλὰ καὶ δρόμῳ σπουδάσαι τοσοῦτον, ὥστε κρύψαι καὶ λαθεῖν τὸν τόπον. Μᾶλλον οὖν καὶ μᾶλλον ἐπιτείνας τὴν πρόθεσιν, ὥρμησεν εἰς τὸ ὄρος. Καὶ παρεμβολὴν ἔρημον, καὶ διὰ τὸν χρόνον μεστὴν ἑρπετῶν εὑρὼν εἰς τὸ πέραν τοῦ ποταμοῦ, ἐκεῖ μετέθηκεν ἑαυτὸν, καὶ ᾤκησεν ἐν αὐτῇ. Τὰ μὲν οὖν ἑρπετὰ, ὥσπερ τινὸς διώκοντος, εὐθὺς ἀνεχώρησαν· αὐτὸς δὲ, τὴν εἴσοδον ἀναῤῥάξας, καὶ ἄρτους εἰς μῆνας ἓξ ἀποθέμενος (ποιοῦσι δὲ τοῦτο Θηβαῖοι, καὶ πολλάκις μένουσι καὶ ὅλον ἐνιαυτὸν ἀδιαφθείς), ἔχων ἔνδον ὕδωρ, ὥσπερ ἐν ἀδύτοις ἐγκαταδυόμενος (7) μόνος ἔμενεν ἔνδον, μήτε αὐτὸς προϊών, μήτε τινὰ τῶν ἐρχομένων βλέπων. Αὐτὸς μὲν οὖν πολὺν χρόνον οὕτω συνῆψεν ἀσκούμενος· κατ' ἐνιαυτὸν μόνον ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ δώματος δεύτερον δεχόμενος τοὺς ἄρτους

13. Οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν ἐρχόμενοι τῶν γνωρίμων, ἐπεὶ μὴ συνεχώρει τούτους εἰσελθεῖν, ἔξω πολλάκις ἡμέρας καὶ νύκτας ποιοῦντες, ἤκουον ὡς ὄχλων ἔνδον θορυβούντων, κτυπούντων, φωνὰς ἀφιέντων οἰκτρὰς, καὶ κραζόντων· Ἀπόστα τῶν ἡμετέρων· τί σοὶ καὶ (8) τῇ ἐρήμῳ; οὐ φέρεις ἡμῶν τὴν ἐπιβουλήν. Τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν εἶναί τινας σὺν αὐτῷ μαχομένους ἀνθρώπους, καὶ τούτους διὰ κλιμάκων εἰσεληλυθέναι πρὸς αὐτὸν ἐνόμιζον οἱ ἔξωθεν· ὡς δὲ διά τινος τρυμαλιᾶς παρακύψαντες, οὐδένα ἔβλεπον, τότε

bole. Hoc tecum eat *in perditionem* [31]. Hæc Antonio dicente, evanuit discus, quasi fumus a facie ignis

12. Rursumque cum progrederetur, non vanam speciem, sed verum aurum in via projectum conspexit: inimicusne autem exhiberet illud, an aliqua virtus superior, quæ athletam exerceret, **642** diaboloque significaret, eum ne veras quidem pecunias curare; id sane nec indicavit ipse, nec nobis compertum est: constat solummodo verum fuisse aurum quod apparuit. Copiam solum miratus Antonius, tanquam ignem prosiliit, atque sic pertransivit, ut ne quidem vultum converteret: imo cursum ita concitavit, ut extra conspectum esset lateretque sibi locus. Magis igitur magisque propositum firmans suum, ad montem se contulit, ubi castellum trans flumen reperit tandiu desertum, ut esset plenum reptilibus: cumque transmeasset, ibi habitavit. Reptilia vero, quasi quodam insequente, subito recesserunt. Ille obturato ingressu, panibusque ad sex menses illic repositis (qui mos est Thebæorum, durantque panes per integrum annum incorrupti), aqua vero intus reperta, quasi in adyta descendens, ibi solus commorabatur, nec inde egressus unquam, nec adventantium quempiam videns. Diuturno itaque tempore hoc asceticæ vitæ genus coluit: bis solum quotannis per supremam domus partem accepto pane.

13. Familiares autem eo accedentes, cum non sineret ingredi, extra domum noctes persæpe diesque transigere coacti, audiebant quasi turbas tumultuari, strepitum edere, voces emittere lamentabiles, clamare: E nostris recede sedibus: quid tibi cum eremo? nostras nunquam feres insidias. Et initio quidem qui stabant foris, putabant homines intus esse qui cum illo concertarent, ac per scalas intro descendissent; posteaquam vero per foramen introspexerunt, tum viso nemine, intellexere

VERSIO EVAGRII.

12. Dehinc non ut ante phantasiam (9), sed ingentem auri massam jacentem in itinere conspexit. Verum hanc utrum diabolus simulaverit, an ad Antonium comprobandum, quia nec veris opibus inescaretur, virtus cœlestis ostenderit, ignoratur: hoc tantum agnovimus, quia quod visum est, aurum fuit. At ille magnitudinem admiratus radiantis metalli, rapido cursu, quasi quoddam vitaret incendium, ad montem usque perrexit, ibique flumine transvadato, invenit castellum desertum plenum (ob tempus et solitudinem) venenatorum animalium, in quo se constituens novus hospes habitavit: statimque (10) ad ejus adventum ingens turba serpentium, quasi persecutorem passa, profugit. At ille obstructo lapidibus introitu, panes mensium sex, ut Thebæis mos est, secum recondens (nam crebro per annum incorrupti durare solent), nec non et exiguum habens aquæ solitarius perdurabat (11): nusquam inde procedens, nunquam aliquem suscipiens, in tantum ut cum bis in anno per tectum desuper panes acciperet, nullum cum deferentibus haberet alloquium.

13. Multis igitur videndi eum desiderio et studio requirendi, ante ostium ejus pernoctantibus, audiebantur ut vulgi voces adversus Antonium, tumultusque dicentium: Quid te nostris ingeris habitaculis? quid tibi et deserto? abscede a finibus alienis, non potes (12-13) nostras insidias sustinere. Et primo qui-

[31] Act. VIII, 20.

(5) Sic Reg. 1, 2, et Colbert. 2, 3. In editis, εἴη deest.

(6) Colbert. 2, αὐτό. Infra Reg. 2, et Colbert. 2, μᾶλλον οὖν. Editi et alii, μᾶλλον μὲν οὖν.

(7) Sic Regius primus et Colbertin. secundus, atque ita legendum videtur ex Evagrio. Alii autem codices cum editis post ἐγκαταδυόμενος habent, ἐν τῷ μοναστηρίῳ.

(8) Sic mss. Editi vero, κἀν.

(9) Sic omnes mss. Bolland. vero, *in phantasmate*. Paulo post omnes mss., *hoc tantum*, editi, *hoc tamen*.

(10) Sic omnes mss. Editi vero, *statim*.

(11) Græca hic variant et fusiora sunt.

(12-13) Sic omnes mss., quorum tamen quidam habent, *non poteris*. Editi, *non potes hic habitare, non nostras insidias*, etc.

Digitized by Google

dæmones esse, atque perterriti Antonium compellarunt. Ille vero magis hos audiebat quam curabat illos. Et prope januam accedens, hortabatur homines ut secederent, nec reformidarent, nam ejusmodi phantasias dæmones exhibere eorum maxime causa qui perterrentur. Obsignate vos, aiebat, et cum fiducia abscedite : siniteque illos sibi ipsis illudere. Tum abibant illi signo crucis muniti : ille vero remanebat, nihil læsus a dæmonibus, neque ejusmodi certaminibus defatigatus. Accessio quippe cœlestium visionum, et hostium imbecillitas permagnum illi præstabat laborum levamentum, majoremque **643** addebat alacritatem. Etenim cum frequenter accederent familiares, rati se illum mortuum reperturos, psallentem audiebant : *Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, et fugiant qui oderunt eum a facie ejus. Sicut deficit fumus deficiant : sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei* [22]. Et rursus : *Omnes gentes circuierunt me, et in nomine Domini ultus sum eos* [23]

οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ· καὶ πάλιν· *Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς.*

14. Viginti itaque prope annos ita degit, asceticam seorsim agens vitam, neque inde progressus, nec nisi raro visus ab aliquo. Post hæc autem, cupientibus permultis Antonii ascesin imitari, accedentibusque familiaribus : atque vi confractis, ac depulsis foribus, exiit Antonius tanquam ex adyto mysteriis initiatus, atque divino afflatus numine. Tuncque primum extra castellum visus est ab adventantibus. Ut viderunt illi, mirati sunt corporis habitum eumdem ipsum esse qui semper fuerat, nec per quietem obesum pinguedine, neque macie confectum per jejunia dæmonumque certamina ; talis

A δηλογιτάμενοι δαίμονας εἶναι τούτους, καὶ φοβηθέντες αὐτοὶ, τὸν Ἀντώνιον ἐκάλουν. Ὁ δὲ μᾶλλον τούτων ἤκουεν (14), ἢ ἐκείνων ἐφρόντιζε. Καὶ προσελθὼν ἐγγὺς τῆς θύρας, παρεκάλει τοὺς ἀνθρώπους ἀναχωρεῖν καὶ μὴ φοβεῖσθαι· οὕτω γὰρ ἔλεγε τοὺς δαίμονας φαντασίας ποιεῖν κατὰ τῶν δειλιώντων. Ὑμεῖς οὖν σφραγίσατε ἑαυτοὺς, καὶ ἄπιτε θαῤῥοῦντες· καὶ τούτους ἄφετε παίζειν ἑαυτοῖς. Οἱ μὲν οὖν ἀπήρχοντο τετειχισμένοι τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ. Ὁ δὲ ἔμενε, καὶ οὐδὲν ἐβλάπτετο παρ' αὐτῶν· ἀλλ' οὐδὲ ἔκαμνεν ἀγωνιζόμενος· ἡ γὰρ προσθήκη τῶν γινομένων αὐτῷ τῶν ἄνω θεωρημάτων, καὶ ἡ τῶν ἐχθρῶν ἀσθένεια, πολλὴν αὐτῷ τῶν πόνων ἀνάπαυλαν παρείχετο, καὶ εἰς πλείονα προθυμίαν παρεσκεύαζε. Καὶ γὰρ συνεχῶς παρέβαλλον οἱ γνώριB μοι, νομίζοντες εὑρίσκειν αὐτὸν νεκρὸν, καὶ ἤκουον αὐτοῦ ψάλλοντος· *Ἀναστήτω, ὁ Θεὸς, καὶ διασκορπισθήτωσαν* (15) *οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, καὶ φυγέτωσαν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ οἱ μισοῦντες αὐτόν. Ὡς ἐκλείπει καπνὸς, ἐκλειπέτωσαν· ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς, οὕτως ἀπόλοιντο* (16) *Πάντα τὰ ἔθνη ἐκύκλωσάν με, καὶ τῷ ὀνόματι*

14. Εἴκοσι τοίνυν ἐγγὺς ἔτη διετέλεσεν, οὕτω καθ' ἑαυτὸν ἀσκούμενος, οὔτε προϊὼν, οὔτε παρά τινων συνεχῶς βλεπόμενος. Μετὰ δὲ ταῦτα, πολλῶν ποθούντων καὶ θελόντων αὐτοῦ τὴν ἄσκησιν ζηλῶσαι (17), ἄλλων τε γνωρίμων ἐλθόντων, καὶ βίᾳ τὴν θύραν C καταβαλόντων καὶ ἐξεωσάντων· προῆλθεν ὁ Ἀντώνιος ὥσπερ ἔκ τινος ἀδύτου μεμυσταγωγημένος καὶ θεοφορούμενος (18)· καὶ τότε πρῶτον ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς ἐφάνη τοῖς ἐλθοῦσι πρὸς αὐτόν. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ὡς εἶδον, ἐθαύμαζον ὁρῶντες αὐτοῦ τό τε σῶμα τὴν αὐτὴν ἕξιν ἔχον, καὶ μήτε πιανθὲν, ὡς ἀγύμναστον (19), μήτε ἰσχνωθὲν ὡς ἀπὸ νηστειῶν καὶ μά-

VERSIO EVAGRII.

dem, qui foris erant, existimabant aliquos homines scalis positis (20) introisse, ibique contendere : postquam autem per cavernas introspicientes, nullum viderunt, dæmones intellexerunt contra eum contendere : et nimio metu perterriti, Antonii auxilium flagitabant. At ille ostio propinquans ad consolandos fratres, ne timerent, atque ut inde recederent, precabatur : trepidantibusque asserebat cunctis, a dæmonibus incuti metum : Signate vos, inquiens, et abite securi, ipsosque semetipsos sinite deludere. Itaque illis revertentibus, hic remanebat illæsus, nec unquam in certamine lassabatur, accedentium enim (21) augmenta profectuum, vel debilitas repugnantium, maximum ejus contentioni levamen addiderant, et ejus animo constantiam suggerebant. Rursusque ad eremum venientibus turbis, quæ jam mortuum eum se existimaverant reperturos : ille psallebat intrinsecus : *Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, et fugiant qui oderunt eum a facie ejus ; ut fumus minuitur* (22), *deficiant, ut liquescit cera a facie ignis; ita pereant peccatores a facie Dei*, et iterum : *Omnes gentes circumdederunt me, et in nomine Domini vindicavi in eis.*

14. Sic annis (23) viginti solitarie transactis, atque ab hominum segregatus aspectibus perduravit. Cum ergo multorum et propositum imitari cupientium, et notorum multitudo ad eum concurreret, nec non et patientium infinita se caterva glomeraret (24), tandem pene jam foribus evulsis, quasi ex aliquo

[22] Psal. LXVII, 2, 3. [23] Psal. CXVII, 12.

(14) Sic Reg. 1, 2, et Colbert. 2. Editi, ἤκουσεν. Ibidem omnes mss. ut in textu. Editi, ἢ ἐκείνων ἐφρόντιζε, καὶ γὰρ συνεχῶς παρέβαλλον, omissis lineis permultis.

(15) Sic omnes mss. Editi, διασκορπισθήσονται.

(16) Sic Colbertinus secundus, cum textu Græco. Alii et editi, ἀπολοῦνται.

(17) Sic Colbertinus primus. Regius vero 2, et Colbertinus 2, καὶ ζηλῶσαι θελόντων τὴν ἄσκησιν Ἀντωνίου. Alii et editi pro αὐτοῦ habent αὐτῷ.

(18) Hæc καὶ θεοφορούμενος desunt in Colbert. 2, nec videntur lecta ab Evagrio.

(19) Sic Regius secundus et Colbertinus secundus D recte. Editi et alii, ἢ ὡς ἀγύμναστον, positum habent post ἀπὸ νηστειῶν.

(20) Sic omnes manuscripti. Editi vero, *scalis appositis.*

(21) Sic omnes mss. Editi vero, *accedentium autem.*

(22) Ita omnes pene manuscripti. Editi vero, *sicut deficit fumus.*

(23) Ita omnes mss. Editi vero, *sic Antonius annis.* Mox mss. *aspectibus.* Editi, *conspectibus.*

(24) Sic mss. Editi vero, *conglomeraret.* Bolland. post *pene jam*, habet, *per vim*, quæ desunt in omnibus mss.

Digitized by Google

χης δαιμόνων· τοιοῦτος γὰρ ἦν, οἷον καὶ πρὸ τῆς ἀναχωρήσεως ἤδεισαν αὐτόν· τῆς δὲ ψυχῆς πάλιν καθαρὸν τὸ ἦθος· οὔτε γὰρ ὡς ὑπὸ ἀνίας συνεσταλμένον (25) ἦν, οὔτε ὑφ' ἡδονῆς διακεχυμένον, οὔτε ὑπὸ γέλωτος ἢ κατηφείας συνεχόμενον· οὔτε γὰρ ἐωρακὼς τὸν ὄχλον ἐταράχθη, οὔτε ὡς ὑπὸ τοσούτων κατασπαζόμενος ἐγεγήθει· ἀλλ' ὅλος (26) ἦν ἴσος, ὡς ὑπὸ τοῦ λόγου κυβερνώμενος, καὶ ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἑστώς. Πολλοὺς γοῦν τῶν παρόντων τὰ σώματα πάσχοντας ἐθεράπευσεν ὁ Κύριος δι' αὐτοῦ· καὶ ἄλλους ἀπὸ δαιμόνων ἐκαθάρισε. Χάριν τε ἐν τῷ λαλεῖν ἐδίδου τῷ Ἀντωνίῳ· καὶ οὕτω πολλοὺς μὲν λυπουμένους παρεμυθεῖτο, ἄλλους δὲ μαχομένους διήλλαττεν εἰς φιλίαν· πᾶσιν ἐπιλέγων μηδὲν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ προκρίνειν τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης. Διαλεγόμενος δὲ καὶ παραινῶν μνημονεύειν (27) περὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν καὶ τῆς εἰς ἡμᾶς γενομένης τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, ὃς οὐκ ἐφείσατο τοῦ ἰδίου Υἱοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν· ἔπεισε πολλοὺς αἱρήσασθαι τὸν μονήρη βίον· καὶ οὕτω λοιπὸν γέγονε καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι μοναστήρια, καὶ ἡ ἔρημος ἐπολίσθη ὑπὸ (28) μοναχῶν, ἐξελθόντων ἀπὸ τῶν ἰδίων, καὶ ἀπογραψαμένων τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πολιτείαν.

A quippe erat, qualem ante secessum ejus conspexerant. Animi item puri mores erant; nam nec mœrore coarctari, nec voluptatibus diffluere, neque vel risum, vel tristitiam præferre, neque conspecta multitudine turbari, neque tanta salutantium frequentia lætari visus est. Sed æquabilis omnino erat, utpote qui ratione regeretur, et æquum naturæ statum servaret. Multos itaque corpore per eum Dominus sanavit: alios dæmonibus liberavit. Gratiam item Antonio loquenti dederat Dominus; ut mœstos plurimos consolaretur: concertantes alios reduceret in amicitiam, hortans omnes ut nihil mundanarum rerum anteferrent charitati Christi. Cum autem inter loquendum futura memoraret bona, nec non Dei erga nos amorem, *qui proprio* 644
B *Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum* [34]; multis persuasit monasticam ut eligerent vitam: atque ita demum in montibus quoque excitata sunt monasteria, eremusque a monachis habitata est, qui relictis suis omnibus, cœlesti instituto nomen dabant.

15. Χρείας δὲ γενομένης διελθεῖν αὐτὸν τὴν τοῦ Ἀρσενοΐτου διώρυγα (χρεία δὲ ἦν ἡ τῶν ἀδελφῶν ἐπίσκεψις), πλήρης ἦν ἡ διώρυξ κροκοδείλων. Καὶ μόνον εὐξάμενος, ἐνέβη αὐτός τε καὶ πάντες οἱ σὺν αὐτῷ, καὶ διῆλθον ἀβλαβεῖς. Ὑποστρέψας δὲ εἰς τὸ μοναστήριον, τῶν αὐτῶν εἵχετο σεμνῶν καὶ νεανικῶν πόνων. Διαλεγόμενός τε συνεχῶς, τῶν μὲν ἤδη μοναχῶν τὴν προθυμίαν ηὔξανε, τῶν δὲ ἄλλων τοὺς πλείστους εἰς ἔρωτα τῆς ἀσκήσεως ἐκίνει, καὶ ταχέως, ἔλκοντος τοῦ λόγου, πλεῖστα γέγονε μοναστήρια, καὶ πάντων αὐτῶν ὡς πατὴρ καθηγεῖτο.

15. Necesse cum esset ut Arsenoiticum canalem transmearet (ex usu quippe fratrum erat ut inviseret illos), canalisque crocodilorum plenus esset, tantum precatus conscendit, atque cum sociis omnibus pertransivit illæsus. Reversus ad monasterium pristinos labores strenue fortiterque adiit. Frequentibus autem colloquiis, eorum qui jam monachi erant auxit alacritatem, aliorum vero plurimos ad asceticæ vitæ amorem inflammavit; ita ut ejus suasu brevi plurima fierent monasteria, quibus omnibus quasi pater ipse præerat.

16. Μιᾷ γοῦν ἡμέρᾳ προελθών, καὶ πάντων τῶν μοναχῶν ἐλθόντων πρὸς αὐτὸν, ἀξιούντων τε παρ'

16. Aliqua die progressus, monachis omnibus ad eum accedentibus, rogantibusque, ut eum ser-

VERSIO EVAGRII.

cœlesti aditu consecratus apparuit. Obstupuerunt universi et oris gratiam et corporis dignitatem, quod nec per quietem intumuerat, nec jejuniis dæmonumque certamine faciem ejus pallor obsederat; sed e contrario quasi nihil temporis exegisset, antiquus membrorum decor perseverabat. Proh! quanta miracula (29)! quæ in illo animi puritas fuit? Nunquam hilaritate nimia resolutus in risum est, nunquam recordatione peccati tristitia ora contraxit, non magnis stupentium se elatus est laudibus: nihil in illo indecens solitudo, nihil asperum quotidiana cum hostibus bella contulerant; sed temperata mens æquali ad cuncta ferebatur examine. Plurimos igitur ab immundis spiritibus et infirmitatibus variis Dei gratia per Antonium liberavit. Sermo ejus sale conditus consolabatur mœstos, docebat inscios, concordabat iratos: omnibus suadens nihil amori Christi anteponendum. Proponebatque ante oculos bonorum magnitudinem futurorum, et Dei clementiam, et beneficia retexebat indulta, quod proprio Filio suo non pepercerit Deus, sed pro nostra omnium salute eum tradiderit. Nec mora, plura audientium corda ad humanarum rerum contemptum hæc ejus suasit oratio: et habitandæ eremi istud exordium fuit (30).

15. Quid sane et in Arsenoitarum oppido gestum sit non transibo silentio: nam, cum fratres vellet invisere, et rivulum Nili (31), qui crocodilis et multis ejus fluminis bestiis plenus erat, transvadare esset necesse, tam cum comitibus suis transivit illæsus, quam inde rediit incolumis. Rursusque in pristinis laboribus perseverans, multos magisterio suo fratres confirmavit, ita ut brevi tempore plurima fierent monasteria, novos antiquosque monachos pro ætate vel tempore, paterno moderabatur affectu.

16. Quadam autem die cum (32) a congregatis fratribus rogaretur, ut eis institutoria largiretur præ-

[34] Rom. VIII, 32.

(25) Regius secundus et Colbert. 2, συνεσταλμένη· διακεχυμένη· συνεχομένη.

(26) Regius. 1, et Colbert. 2, ὅλως.

(27) Regius 2, et Colbert. 2, μνημονεύων, omisso παραινῶν. Infra iidem, ὡς οὐκ ἐφείσατο, et ita legit Evag. In editis et aliis, ὃς οὐκ.

(28) Ὑπό deest in Regio 2, et Colbert. 2.

(29) Sic omnes mss. Bolland. *proh! quanto miraculo!*

(30) Ita omnes mss. Bolland. vero, *istud ejus exordium fuit.*

(31) Bolland. *fluminis Nili*, mss. sequimur. Infra Bolland. *sævis fluminis.*, Mss., *ejus fluminis.*

(32) Sic manuscripti. Bollandus vero, *cum S. Antonius.*

Digitized by Google

mocinantem audire liceret : hæc illis Ægyptiaca lingua locutus est : Scripturæ sacræ sunt ad doctrinam satis : sed operæ pretium est nos mutuo in fide cohortari, atque verbis concitare. Vos itaque, ut filii, ea referte patri quæ nostis : ego vero utpote natu grandior, quæ novi quæque experimento didici trado vobis. Illud in primis sit commune omnium studium, ut a cœpto ne recedamus, neve propter laborem animo concidamus : nec dicamus : Jamdiu asceticam agimus vitam : imo potius, ac si quotidie inciperemus, alacritatem augeamus. Brevissima quippe hominis vita si cum futuris conferatur sæculis, ita ut nihil sit ævum nostrum cum æterna vita comparatum. In mundo quidem quævis res justo pretio venditur, et æquale æquali commutatur ; promissio autem æternæ vitæ parvo emitur : scriptum est enim : *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni : si autem in potentatibus, octoginta anni, et amplius eorum labor et dolor* [35]. Si itaque totos octoginta vel etiam centum annos **645** in ascetica vita perseveraverimus ; nequaquam centum solum annis regnabimus, sed pro centum illis, in sæcula sæculorum. Et cum in terra decertemus, non in terra hæreditas erit nostra, sed in cœlis promittitur nobis : atque corruptibili deposito corpore, incorruptibile accipiemus.

17. Itaque, filii, ne lassescamus, neque putemus nos diutius morari, aut magnum quid præstare : *Non enim sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis* [36]. Ne mundum intuentes existimemus magnis nos rebus renuntiasse : siquidem totus terrarum orbis minimus est si cum toto conferatur cœlo. Si tota igitur terra potiremur, totique renuntiaremus, nequaquam dignum illud esset regno cœlorum. Quemadmodum enim si quis æneam drachmam despiceret,

αὐτοῦ ἀκοῦσαι λόγον, ἔλεγεν αὐτοῖς τῇ Αἰγυπτιακῇ φωνῇ ταῦτα· Τὰς μὲν Γραφὰς ἱκανὰς εἶναι πρὸς διδασκαλίαν· ἡμᾶς δὲ καλὸν παρακαλεῖν ἀλλήλους ἐν τῇ πίστει, καὶ ἀλείφειν ἐν τοῖς λόγοις. Καὶ ὑμεῖς τοίνυν ὡς τέκνα φέρετε τῷ πατρὶ λέγοντες ἃ οἴδατε· κἀγὼ δὲ ὡς τῇ ἡλικίᾳ πρεσβύτερος ὑμῶν, ἃ οἶδα καὶ ὧν πεπείραμαι μεταδίδωμι. Ἔστω δὲ προηγουμένως κοινὴ πᾶσιν αὕτη σπουδή, ἀρξαμένους μὴ ὑπενδοῦναι, μηδὲ ἐκκακεῖν ἐν τοῖς πόνοις, μηδὲ λέγειν· Ἔχρονίσαμεν ἐν τῇ ἀσκήσει· ἀλλὰ μᾶλλον ὡς ἀρχόμενοι καθ' ἡμέραν, τὴν προθυμίαν ἐπαυξήσωμεν. Ὅλος (33) γὰρ ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος βραχύτατός ἐστι, μετρούμενος πρὸς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας· ὥστε καὶ πάντα τὸν χρόνον ἡμῶν μηδὲν εἶναι πρὸς τὴν αἰώνιον ζωήν. Καὶ πᾶν μὲν πρᾶγμα ἐν τῷ κόσμῳ τοῦ ἀξίου πιπράσκεται, καὶ ἴσον ἴσῳ τις ἀντικαταλλάσσει· ἡ δὲ ἐπαγγελία τῆς αἰωνίου ζωῆς ὀλίγου τινὸς ἀγοράζεται. Γέγραπται γάρ· *Αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς* (34) *ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη, ἐὰν δὲ ἐν δυναστείαις, ὀγδοήκοντα ἔτη, καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν, κόπος καὶ πόνος.* Ὅταν τοίνυν πάντα τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη, ἢ καὶ ἑκατὸν διαμείνωμεν ἐν τῇ ἀσκήσει, οὐκ ἴσα τοῖς ἑκατὸν ἔτεσι βασιλεύσομεν, ἀλλ' ἀντὶ τῶν ἑκατὸν αἰῶνας αἰώνων βασιλεύσομεν· καὶ ἐπὶ γῆς ἀγωνισάμενοι, οὐκ ἐν γῇ κληρονομοῦμεν, ἀλλ' ἐν οὐρανοῖς ἔχομεν τὰς ἐπαγγελίας· πάλιν δὲ φθαρτὸν ἀποθέμενοι τὸ σῶμα, ἄφθαρτον ἀπολαμβάνομεν αὐτό.

17. Ὥστε (35), τέκνα, μὴ ἐκκακῶμεν, μηδὲ νομίζωμεν χρονίζειν, ἢ μέγα τι ποιεῖν. *Οὐ γὰρ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς δόξαν.* Μηδὲ εἰς τὸν κόσμον βλέποντες νομίζωμεν μεγάλοις τισὶν ἀποτετάχθαι· καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ πᾶσα ἡ γῆ βραχυτάτη πρὸς ὅλον τὸν οὐρανόν ἐστιν. Εἰ τοίνυν καὶ πάσης τῆς γῆς κύριοι ἐτυγχάνομεν, καὶ ἀπετασσόμεθα τῇ γῇ πάσῃ, οὐδὲν ἄξιον ἦν πάλιν πρὸς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὡς γὰρ εἴ τις καταφρονήσειε μιᾶς

VERSIO EVAGRII.

cepta, cum prophetica fiducia exaltans vocem aiebat : Ad omnem quidem mandatorum disciplinam Scripturas posse sufficere : sed et hoc optimum fore, si mutuis se invicem fratres sermonibus consolarentur. Et vos ergo, inquit, ut patri referte quæ nostis : et ego quæ per longam ætatem consecutus sum, quasi filiis indicabo. Hoc sit autem primum cunctis in commune mandatum, nullum in arrepti propositi vigore facessere, sed quasi incipientem augere semper debere quod cœperit, præsertim cum humanæ vitæ spatia, æternitati comparata, brevissima sint (36). Ita exorsus, paululum siluit : et admiratus nimiam Dei largitatem, rursus adjecit, dicens : In præsenti hac vita æqualia sunt pro rerum commutatione commercia, nec majora recipit ab emente qui vendit : promissio autem vitæ sempiternæ vili pretio comparatur, scriptum est enim : *Dies vitæ nostræ septuaginta anni : si autem multum, octoginta ; quidquid reliquum est, labor et dolor est* ; quando ergo octoginta, aut centum, ut multum annos (37) laborantes, in Dei opere vixerimus, non pari tempore regnaturi sumus in futuro : sed pro annis supradictis, omnium nobis sæculorum regna tribuentur, non terram hæreditabimus, sed cœlum : corpus quoque corruptum relinquentes, idipsum cum incorruptione recipiemus.

17. Ergo, filioli, non vos aut tædium delatiget, aut vanæ gloriæ delectet ambitio : *Non enim sunt condignæ passiones hujus temporis, ad superventuram gloriam quæ revelabitur in nobis.* Nemo cum despexerit mundum, reliquisse se arbitretur ingentia, quia omnis terra, ad infinitatem comparata cœlorum, brevis ac parva est. Si ergo nec universo orbi renuntiantes, dignum aliquid habitaculis possumus compensare

[35] Psal. LXXXIX, 10. [36] Rom. VIII, 18.

(33) Sic maxima pars mss. Alii cum editis, ὅλως, sed leguntur apud Evagrium.

(34) Regius primus, τῶν ἐτῶν τῆς ζωῆς. Infra ἔτη post ὀγδοήκοντα deest in editis et in quibusdam mss., in pluribus tamen habetur. Mox Colbert. secundus solus, πλεῖστον pro πλεῖον. Paulo post Regius secundus et Colbert. secundus, ἢ καὶ ἑκατόν, quæ desunt in cæteris manuscriptis et in editis,

(35) Colbert. 2, Οὐκοῦν. Mox omnes pene mss., μὴ ἐκκακῶμεν. Editi, μὴ ἐκκάμωμεν.

(36) Bollandus post *brevissima sint*, habet, *ac parva* ; secus manuscripti.

(37) Sic manuscripti. Bollandus, *annis*.

Digitized by Google

χαλκῆς δραχμῆς, ἵνα κερδήσῃ χρυσᾶς δραχμὰς ἑκατὸν, οὕτως ὁ πάσης τῆς γῆς κύριος ὢν, καὶ ἀποτασσόμενος αὐτῇ, ὀλίγον ἀφίησι, καὶ ἑκατονταπλασίονα λαμβάνει. Εἰ δὲ οὐδὲ πᾶσα ἡ γῆ ἀξία τῶν οὐρανῶν ἐστιν, ὁ ἄρα ἀφεὶς ὀλίγας ἀρούρας, ὡς οὐδὲν καταλιμπάνων, κἂν οἰκίαν ἢ χρυσίον ἱκανὸν ἀφῇ, οὐκ ὀφείλει καυχᾶσθαι ἢ ἀκηδιᾷν. Ἄλλως τε ὀφείλομεν λογίζεσθαι, ὅτι, κἂν μὴ ἀφῶμεν δι' ἀρετὴν, ἀλλ' ὕστερον ἀποθνήσκοντες καταλιμπάνομεν αὐτὰ πολλάκις καὶ οἷς οὐ θέλομεν, ὡς ἐμνημόνευσεν ὁ Ἐκκλησιαστής. Διὰ τί οὖν μὴ δι' ἀρετὴν ἡμεῖς καταλιμπάνομεν, ἵνα καὶ βασιλείαν κληρονομήσωμεν; Διὰ τοῦτο μηδὲ τοῦ κτᾶσθαί τις ἡμῶν ἐπιθυμίαν λαμβανέτω. Τί γὰρ κέρδος ταῦτα κτᾶσθαι, ἃ μηδὲ αἴρομεν μεθ' ἑαυτῶν; τί οὐ (38) μᾶλλον ἐκεῖνα κτώμεθα, ἃ καὶ μεθ' ἑαυτῶν ἄραι δυνάμεθα, ἅτινά ἐστι φρόνησις, δικαιοσύνη, σωφροσύνη, ἀνδρεία, σύνεσις, ἀγάπη, φιλοπτωχία, πίστις ἡ εἰς Χριστὸν, ὀργησία, φιλοξενία; Ταῦτα κτώμενοι, εὑρήσομεν αὐτὰ πρὸ ἑαυτῶν ἐκεῖ ποιοῦντα ἡμῖν ξενίαν ἐν τῇ γῇ τῶν πραέων.

18. Ὥστε καὶ ἐκ τοιούτων πειθέτω τις ἑαυτὸν μὴ ὀλιγωρεῖν· καὶ μάλιστα, ἐὰν λογίσηται, δοῦλον ἑαυτὸν εἶναι τοῦ Κυρίου, καὶ ὀφείλοντα τῷ δεσπότῃ δουλεύειν. Ὥσπερ οὖν ὁ δοῦλος οὐκ ἂν τολμήσῃ λέγειν (39)· Ἐπειδὴ χθὲς εἰργασάμην, οὐκ ἐργάζομαι σήμερον· οὐδὲ τὸν παρελθόντα χρόνον μετρῶν, παύσεται τῶν ἑξῆς ἡμερῶν, ἀλλὰ καθ' ἡμέραν, ὡς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ γέγραπται, τὴν αὐτὴν προθυμίαν δείκνυσιν, ἵνα τῷ κυρίῳ αὐτοῦ ἀρέσκῃ (40), καὶ μὴ κινδυνεύσῃ· οὕτω καὶ ἡμεῖς καθ' ἡμέραν ἐπιμένωμεν τῇ ἀσκήσει, εἰδότες, ὅτι, ἐὰν μίαν ἡμέραν ἀμελήσωμεν, οὐ διὰ τὸν παρελθόντα χρόνον ἡμῖν συγχωρήσει, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀμέλειαν ἀγανακτήσει καθ' ἡμῶν. Οὕτως καὶ ἐν τῷ Ἰεζεχιὴλ ἠκούσαμεν· οὕτως καὶ ὁ Ἰούδας διὰ νύκτα μίαν ἀπώλεσε καὶ τοῦ παρελθόντος χρόνου τὸν κόπατον.

A ut centum aureas lucraretur; ita si quis universæ terræ dominus renuntiaret illi, is parum relinqueret, ac centuplum reciperet. Quod si ne tota quidem terra digna sit regno cœlorum, qui ergo aruras paucas relinquit, quasi nihil amittit : vel etiam si domum, multumque auri dimittat, nequaquam gloriari debet, aut remissius agere. Et aliquid cogitandum nobis est, si ea virtutis causa non relinquamus, morte amissuros tandem nos esse, ac persæpe quibus minime vellemus, ut ait Ecclesiastes [37]. Cur ergo ea virtutis causa non relinquamus, ut regni accipiamus hæreditatem? Quapropter, ne quem nostrum invadat possidendi cupido. Quid lucri ea adipisci quæ nobiscum non auferemus? aut cur non potius ea acquiramus quæ nobiscum auferemus, prudentiam scilicet, justitiam, temperantiam, fortitudinem, intelligentiam, charitatem, pauperum amorem, fidem in Christum, mansuetudinem, hospitalitatem? Hæc si adipiscamur, illic reperiemus, quæ nos in mansuetorum terra hospitio excipiant.

18. His itaque argumentis quivis in animum inducat ut non animo concidat, præsertim si cogitet se Domini servum oportere Domino servire. Quemadmodum itaque servus non ausit hæc dicere : **646** Cum heri laborarim, otiabor hodie : neque præteritum tempus dimensus, diebus sequentibus cessabit; sed quotidie, ut scriptum est in Evangelio, idem præfert animi studium, ut suo placeat Domino, et non periclitetur : ita et nos quotidie in ascetica perseveremus, scientes, si una die indiligenter agamus, Dominum non veniam nobis, præteriti temporis gratia, esse concessurum; sed succensurum nobis propter negligentiam. Ita et in Ezechiele scriptum [38] : ita et Judas ob unam noctem, præteriti temporis laborem perdidit.

VERSIO EVAGRII.

cœlestibus, se unusquisque consideret, et statim intelliget, parvis aruris et parietibus, vel modica auri portione contempta, nec gloriari se debere, quasi magna dimiserit, nec tædere, quasi parva sit recepturus. Ut enim contemnit aliquis unam æream drachmam ad drachmas centum aureas conquirendas : ita etiam, qui totius orbis dominium dereliquit, centuplum de melioribus præmiis in sublimi sede recipiet. Ad summum, illud perspicere debemus, quod etsi nostras velimus retentare divitias, lege mortis ab ipsis divellamur inviti, ut in libro Ecclesiastæ scriptum est. Cur ergo non facimus de necessitate virtutem? cur non ad lucranda regna cœlestia ultro relinquimus, quod lucis istius fine perdendum est? Nihil eorum curæ sit monachis (41), quæ secum auferre non possunt : illud potius debemus expetere, quod nos ducat ad cœlum; sapientiam scilicet, castitatem, justitiam, virtutem, sensum pervigilem, pauperum curam, fidem in Christo robustam, animum iræ victorem, hospitalitatem (42). Hæc sectantes, mansionem nobis in terra quietorum secundum Evangelium præparabimus.

18. Consideremus Domini esse nos famulos, et servitutem debere ei a quo creati sumus. Ut enim servus præteriti gratia famulatus, præsens aut futurum non contemnit imperium, nec audet asserere, quod ex labore transacto instantis operis habere debeat libertatem, sed jugi studio, ut in Evangelio scriptum est, eamdem semper exhibet servitutem, ut et domino placere possit, et ne metum lucretur et verbera; sic et nos divinis congruit parere præceptis : scientes quod æquus ille retributor, in quo quemque invenerit, in eo sit judicaturus, quod prophetica per Ezechielem voce testatur : nam et infelix Judas propter unius noctis impietatem, omni præteriti temporis labore privatus est.

[37] Eccle. IV, 8. [38] Ezech. XVIII.

(38) Ita mss. quidam. Alii vero, μή. Editi, οὖν, mendose.

(39) Sic mss. Editi vero, λέγων. Infra Colbert. 2, παύσεται ἡμέραν ἐξ ἡμέρας.

(40) Sic manuscripti. Editi vero, ἀρέσῃ. Infra Colbert. 1, ἐπιμείνωμεν. Paulo post Colbertin. 2, ὥραν pro ἡμέραν.

(41) Sic maxima pars manuscriptorum. Bollandus vero, *Christianis*.

(42) Manuscripti, *hospitalem*.

Digitized by Google

19. Quocirca alii, asceticæ vitæ operam demus, nec indiligenter agamus. In hoc enim ipsum, Dominum adjutorem habemus, ut scriptum est [39] : Quicunque bonum elegerit, ei Deus cooperatur in bonum. Ut autem non negligenter agamus, Apostoli dictum meditari convenit : *Quotidie morior* [40]. Si enim vixerimus quasi quotidie morituri, non peccabimus. Quod ita intelligendum, ut quotidie mane surgentes, non existimemus nos ad vesperam usque esse victuros, et cum decumbimus, ne surrecturos arbitremur : cum vita nostra natura incerta sit, et quotidie per Providentiam dimensa. Sic affecti, et si in dies ita vixerimus, neque peccabimus, neque alicujus rei cupiditate tenebimur, nulli succensebimus, nullum recondemus thesaurum in terra : sed quasi quotidie mortem exspectantes, nullam rem possidebimus : omnia omnibus delicta condonabimus : nec mulieris concupiscentia, nec obscena ulla voluptate tenebimur, sed ut caducam aversabimur : semper concertantes atque judicii diem prospicientes. Semper enim gravior formido et cruciatuum periculum, voluptatis suavitatem dissolvit, nutantemque erigit animam.

20. Idcirco jam exorsi, jam ingressi virtutis viam, magis contendamus ut ad futura perveniamus [41]. Nemo retrorsum convertatur, ut Loti uxor [42], cum potissimum Dominus dixerit : *Nemo mittens* **647** *manum suam ad aratrum et respiciens retro, aptus est regno cœlorum* [43]. Retro autem respicere nihil aliud est quam pœnitere, ac rursum mundana sapere. Ne timete de virtute audientes, neve de nomine stupeatis. Non enim procul nobis est, neque extra nos consistit : in nobis ipsis res est et perfacilis sane, si modo voluerimus. Græci

19. Ἐχώμεθα οὖν, τέκνα, τῆς ἀσκήσεως, καὶ μὴ ἀκηδιῶμεν. Ἔχομεν γὰρ ἐν τούτῳ καὶ τὸν Κύριον συνεργὸν, ὡς γέγραπται· Παντὶ τῷ προαιρουμένῳ τὸ ἀγαθὸν συνεργεῖ ὁ Θεὸς εἰς τὸ ἀγαθόν. Εἰς δὲ τὸ μὴ ὀλιγωρεῖν ἡμᾶς καλὸν τὸ τοῦ Ἀποστόλου ῥητὸν μελετᾷν, τὸ, *Καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω.* Ἂν γὰρ καὶ ἡμεῖς, ὡς ἀποθνήσκοντες καθ' ἡμέραν, οὕτως ζῶμεν, οὐχ ἁμαρτήσομεν. Ἔστι δὲ τὸ λεγόμενον τοιοῦτον, ἵνα, ἐγειρόμενοι καθ' ἡμέραν, νομίζωμεν μὴ μένειν ἕως ἑσπέρας, καὶ πάλιν μέλλοντες κοιμᾶσθαι, νομίζωμεν μὴ ἐγείρεσθαι· ἀδήλου φύσει καὶ τῆς ζωῆς ἡμῶν οὔσης, καὶ μετρουμένης καθ' ἡμέραν παρὰ τῆς Προνοίας. Οὕτω δὲ διακείμενοι, καὶ καθ' ἡμέραν οὕτω ζῶντες, οὔτε ἁμαρτήσομεν, οὔτε τινὸς ἐπιθυμίαν ἕξομεν, οὔτε μηνιοῦμέν τινι, οὔτε θησαυρίσομεν ἐπὶ τῆς γῆς· ἀλλ' ὡς καθ' ἡμέραν προσδοκῶντες ἀποθνήσκειν, ἀκτήμονες ἐσόμεθα, καὶ πᾶσι πάντα συγχωρήσομεν· ἐπιθυμίας δὲ γυναικὸς, ἢ ἄλλης ῥυπαρᾶς ἡδονῆς, οὐδ' ὅλως κρατήσομεν, ἀλλ' ὡς παρερχομένην ἀποστραφησόμεθα· ἀγωνιῶντες ἀεὶ καὶ προβλέποντες τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως. Ἀεὶ γὰρ ὁ μείζων φόβος καὶ ὁ ἀγὼν τῶν βασάνων διαλύει τὸ λεῖον (43) τῆς ἡδονῆς, καὶ τὴν ψυχὴν κλίνουσαν ἀνίστησιν.

20. Οὐκοῦν ἀρξάμενοι καὶ ἐπιβάντες ἤδη τῇ ὁδῷ τῆς ἀρετῆς, ἐπεκτεινώμεθα μᾶλλον ἵνα φθάσωμεν ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν (44). Καὶ μηδεὶς εἰς τὰ ὀπίσω στρεφέσθω, ὡς ἡ γυνὴ τοῦ Λώτ· μάλιστα ὅτι Κύριος εἴρηκεν· *Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.* Τὸ δὲ στραφῆναι οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ μεταμεληθῆναι, καὶ πάλιν κοσμικὰ φρονεῖν. Μὴ φοβεῖσθε δὲ ἀκούοντες περὶ ἀρετῆς, μηδὲ ξενίζεσθε περὶ τοῦ ὀνόματος· οὐ γὰρ μακρὰν ἀφ' ἡμῶν ἐστιν οὐδ' ἔξωθεν ἡμῶν συνίσταται, ἐν

VERSIO EVAGRII.

19. Idcirco tenendus est continuus instituti rigor, habentibus Deum auxiliatorem, sicut scriptum est, quia omni proponenti bonum Deus cooperatur. Ad inertiam autem calcandam Apostoli præcepta replicemus, quibus se mori quotidie testabatur : similiter et nos humanæ conditionis vitam ancipitem retractantes, non peccabimus : cum enim excitati a somno, ad vesperam nos pervenire dubitemus, et quieti corpora concedentes, de lucis non confidamus adventu, et ubique naturæ ac vitæ incertæ memores, Dei nos intelligamus providentia gubernari ; non modo (45) non delinquemus, aut aliqua fragili cupiditate raptabimur ; sed nec irascemur quidem adversus aliquem, nec terrenos congregare thesauros ambiemus : quin potius metu quotidiani recessus, et sejungendi corporis jugi exspectatione (46), omnia caduca calcabimus. Gessabit mulierum amor, libidinis exstinguetur incendium, invicem nobis debita nostra donabimus, ante oculos semper habentes ultimæ retributionis adventum : quia major formido (47) et pœnarum timor horridus, simul et lubricæ carnis incentiva dissolvit, et ruentem animam quasi ex aliqua rupe sustentat.

20. Ideoque precor ut ad finem propositi omni labore tendamus, nemo post tergum respiciens Lot imitetur uxorem, præsertim cum Dominus dixerit, Nullum ponentem manum super aratrum et respicientem retrorsum, dignum esse regno cœlorum : respicere autem retrorsum nihil aliud est, quam in eo pœnitere quod cœperis, et mundanis rursus desideriis obligari. Nolite, quæso, virtutis tanquam impossibile nomen pavere, nec peregrinum vobis, aut procul positum videatur hoc studium, quod ex nostro pendet arbitrio : hujus operis homini inserta natura est, et ejusmodi res est quæ nostram tantummodo exspectat voluntatem. Græci studia transmarina sectentur, et in alieno orbe constitutos, inanium littera-

[39] Rom. VIII, 28. [40] I Cor. XV, 31. [41] Philipp. III, 14. [42] Genes. XIX, 26. [43] Luc. IX, 62.

(43) Sic Reg. 1 et 2. Alii et editi, πλεῖον, minus recte.

31. Si itaque se futura prædicere simulent, nemo attendat. Sæpe enim aliquot ante diebus venturos fratres prænuntiant, et veniunt illi revera. Hoc autem agunt, non aliqua se audientium ratione habita, sed quo suadeant illis ut fidem habeant sibi: atque demum eos suæ quasi potestatis factos perdant: unde ne attendatur ipsis, imo loquentes abjiciantur, quia nihil illis egemus. Quid mirum enim, si levioribus quam homines usi corporibus, cum viderint aliquos viam ingressos, cursu antevertant, atque renuntient? eo quippe modo eques peditem prævertere possit: quare hac in re non sunt admiratione digni. Nihil enim norunt quod nondum exstet: solusque Deus novit omnia antequam fiant [68]. Illi vero si qua viderint, quasi fures concitato cursu referunt. Quam multis jam quæ inter nos geruntur, quod scilicet convenerimus, et mutuo loquamur adversum illos, renuntiant, antequam nostrum quispiam discedens hæc enarret! Quod sane quivis pernix puer præstare valet, atque cunctabundum prævertere. Quod autem dico sic intelligendum. Si quis ex Thebaide, aut ex quadam alia regione iter ingreditur, antequam proficiscatur, **655** profecturusne sit ignorant: ambulantem cum vident præcurrunt, ejusque adventum prænuntiant: atque paucis inde diebus adventant illi. Contingit tamen

VERSIO EVAGRII.

Credite experto (4): pertimescit Satanas recte viventium vigilias, orationes, jejunia, mansuetudinem, voluntariam paupertatem, vanæ gloriæ contemptum, humilitatem, misericordiam, iræ dominatum, et præcipue purum erga Christum amorem (5) novit teterrimus coluber, ex præcepto Domini sub justorum se jacere vestigiis, qui ait: *Ecce dedi vobis potestatem calcare super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici.*

31. Si autem et divinationem se habere simulantes, venturos fratres nuntiaverint, et adfuerint quos venire prædixerant, nec sic fides est commodanda mendacibus: ob id enim præcessere venientes, ut credulitas sibi pararetur ex nuntio, et postea aditus ex credulitate fallaciæ. Verum in hoc nullum Christiano debet esse miraculum, cum non tantum qui levitate naturæ per cuncta discurrunt valeant prævenire gradientes, sed homines quoque equorum velocitate prævecti, nuntiant adfuturos. Non enim ea, quæ nondum fieri cœpta sunt referunt, quia Deus solus conscius est futurorum: sed quorum conspiciunt in actu initium, eorum sibi tanquam fures apud ignaros vindicant notionem. Nam quantos nunc putatis qui possint velocitate puerili istum cœtum nostrosque contra se sermones, ante relatum alicujus hic positi, longe manentibus indicare? Hoc quod dico vobis perspicuum fieri potest exemplis. Si quis a

[67] Luc. x, 19. [68] Dan. XIII, 42.

(99) Reg. 2, ἀπατῶντας. Colbertin. 2, πατοῦντας. D

(1) Sic Reg. 2 et Colbert. 2. In editis ἐξουσίαν deest. Infra mss., πρὸ ἡμερῶν, ubi editi, πρὸ ἡμῶν habent.

(2) Colbertinus secundus, τούτῳ καὶ ἵππῳ τις ἐπικαθήμενος προοδεύει τοῦ ὁδεύοντος. Regius secundus, τοῦτο καὶ ἵππῳ τις καθήμενος προλέγει τοῦ ὁδεύοντος.

(3) Sic Regius secundus et Colbertin. 2, atque ita legisse videtur Evagrius. Editi et alii, πᾶς τις.

(4) Sic manuscripti. Bollandus vero, *credite mihi experto.*

(5) Ita omnes pene manuscripti. Bollandus vero, *et præcipue purum cor erga Christi amorem.*

Digitized by Google

plerumque ut profectis pedem referentibus ipsi mentiantur.

32. Eodem modo de fluvii aquis nonnunquam effutiunt : cum viderint enim multas fuisse pluvias in partibus Æthiopiæ, videntesque hinc futuram exundationem fluminis, priusquam aqua perveniat in Ægyptum, præcurrentes id annuntiant [9]. Quod etiam homines narrare possent, si tantum cursu valerent, quantum ipsi. Quod si Davidis speculator in editum conscendens locum, venientem hominem facilius vidit, quam qui infra steterat : et ille ipse qui præcucurrit, ante alios renuntiavit, non quidem ea quæ nondum contigissent, sed gesta quæ jamjam in via erant ut nuntiarentur ; eodem prorsus modo illi, hunc ineunt aliis annuntiandi laborem, solum ut decipere possint : sed si interea Providentia alia ratione disponat, ut facultas ipsi est, de aquis et de viatoribus, tum mentiti illi, et qui fidem habuere decepti sunt.

33. Ita exorta olim sunt Gentilium oracula, et ita illi olim a dæmonibus decepti sunt : sed fallacia invenit finem. Venit enim Dominus, qui dæmones cum vafritie illa sua de medio sustulit. Nihil quippe illi a seipsis norunt : sed quasi fures, quæ apud alios cernunt, hæc loquuntur : potiusque conjectare dicendi sunt, quam prævidere. Quare, si quando vere dicant, ne tunc quidem quispiam admiretur. Etenim ipsi medici qui morborum periti sunt, cum in diversis eumdem viderint morbum, quadam consuetudine morbos persæpe futuros dicunt. Gubernatores item, atque agricolæ, ex assueto conspiciendi aeris usu, aut tempestatem aut serénitatem aeris prædicunt : nec quisquam dixerit eos divino quodam afflatu talia præfari, sed experimento et usu. Ne quis ergo miretur si forte dæmones aliquando hæc ipsa conjectura ducti loquantur : neve iis adhibeat animum. Quæ audientibus utilitas si ab

656 illis aliquot ante diebus ediscant futura? aut

τους μεθ' ἡμέρας ἐλθεῖν. Πολλάκις δὲ τῶν περιπατούντων ὑποστρεφόντων, ἐψεύσαντο αὐτοί.

32. Οὕτω καὶ περὶ τοῦ ποταμίου ὕδατος ἔστιν ζτε φλυαροῦσιν· ἐωρακότες γὰρ πολλοὺς ὑετοὺς γινομένους ἐν τοῖς τῆς Αἰθιοπίας μέρεσι, καὶ εἰδότες, ὡς ἐξ ἐκείνων ἡ πλημμύρα τοῦ ποταμοῦ γίνεται, πρὶν ἐλθεῖν εἰς τὴν Αἴγυπτον τὸ ὕδωρ, προτρέχοντες λέγουσι. Τοῦτο δ' ἂν καὶ οἱ ἄνθρωποι εἰρήκασιν, εἰ τοσοῦτον ἠδύναντο δραμεῖν, ὅσον ἐκεῖνοι. Καὶ ὥσπερ ὁ σκοπὸς τοῦ Δαβὶδ, ἀνερχόμενος εἰς ὑψηλὸν, μᾶλλον τοῦ κάτω μένοντος προέβλεπε τὸν ἐρχόμενον· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ προτρέχων ἔλεγε πρὸ τῶν ἄλλων, οὐ τὰ μὴ γενόμενα, ἀλλὰ τὰ ἤδη ὁδεύοντα καὶ γινόμενα· οὕτω καὶ οὗτοι κάμνειν αἱροῦνται (6), καὶ σημαίνουσιν ἄλλοις, ἵνα μόνον ἀπατῶσιν· ἂν μέντοι ἡ Πρόνοια μεταξύ τι βουλεύσηται περὶ τῶν ὑδάτων ἢ τῶν ὁδευόντων (ἔξεστι γὰρ αὐτῇ), ἐψεύσαντο οἱ δαίμονες, καὶ ἠπατήθησαν οἱ προσεσχηκότες αὐτοῖς.

33. Οὕτω συνέστη τὰ τῶν Ἑλλήνων μαντεῖα, καὶ οὕτως ἐπλανήθησαν παρὰ (7) τῶν δαιμόνων τὸ πρίν· ἀλλὰ καὶ οὕτω πέπαυται λοιπὸν ἡ πλάνη. Ἦλθε γὰρ ὁ Κύριος ὁ σὺν αὐτῇ τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν καὶ τοὺς δαίμονας καταργήσας. Οὐδὲν γὰρ γινώσκουσιν ἀφ' ἑαυτῶν· ἀλλ' ὡς κλέπται, ἃ παρ' ἄλλοις ὁρῶσι, ταῦτα διαβάλλουσι (8)· καὶ μᾶλλον στοχασταί εἰσιν ἢ προγνῶσται. Διὸ, κἂν ἀληθῆ ποτε τοιαῦτα λέγωσι, μηδ' οὕτως αὐτοὺς θαυμαζέτω τις. Καὶ γὰρ καὶ ἰατροὶ πεῖραν ἔχοντες τῶν νοσημάτων, ἐπειδὰν θεωρήσωσιν ἐν ἄλλοις τὴν αὐτὴν νόσον, πολλάκις στοχαζόμενοι ἀπὸ τῆς συνηθείας προλέγουσι. Καὶ κυβερνῆται δὲ καὶ γεωργοὶ πάλιν, ἀπὸ τῆς συνηθείας βλέποντες τὴν τοῦ ἀέρος κατάστασιν, προλέγουσιν ἢ χειμῶνα ἢ εὔδιον ἀέρα ἔσεσθαι· καὶ οὐ διὰ τοῦτο ἐκ θείας ἐπιπνοίας (9) αὐτοὺς ἄν τις εἴποι προλέγειν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πείρας καὶ τῆς συνηθείας. Ὅθεν εἰ καὶ οἱ δαίμονες τὰ αὐτά ποτε στοχαζόμενοι λέγουσι, μὴ διὰ τοῦτό τις αὐτοὺς θαυμαζέτω, μηδὲ προσεχέτω τούτοις. Τί γὰρ χρήσι-

VERSIO EVAGRII.

thebaide aut alicujus regionis oppido cœperit proficisci et hunc jam dæmones (10) viderint in itinere ambulantem, pernicitate memorata possunt prædicere venientem.

32. Ita et de Nili inundatione solemni, cum multas in Æthiopia viderint pluvias, e quibus fluvius intumescens, ultra alveum effluere consuevit, præcurrentes ad Ægyptum, nuntiant amnis adventum : hoc autem et homines, si illis celeritatis esset tantæ natura, facile nuntiarent : ut enim speculator beati David ad verticem loci celsioris ascendens, prior quam hi qui in terra erant, prospiciens venientes, non quædam incerta de futuris, sed de his qui venire cœperant, nuntiabat : sic et aerii dæmones (11) cura pervigili omnia considerantes, rapido cursu sibi invicem nuntiant : sed si forte contigerit, ut Dei nutu ad finem cœpta non veniant : hoc est si aut viator e media regrediatur via, aut suspensæ nubibus aquæ ad alium cœli cardinem deferantur, tunc decipientium una cum credentibus error aperitur.

33. Hæc gentilitatis fuere principia, his præsagatorum (12) dolis apud delubra dæmonum quondam credebantur oracula; quæ adventu Domini nostri Jesu Christi indicto sibi silentio, obmutuerunt, suosque perdidere captivos. Quis, rogo, aut medicum ex observatione morborum, cum animæ æstuantis incendia (13) de venarum pulsu levi digitorum scrutatur attactu, divinam arbitratur habere notitiam? quis gubernatorem navigationis suæ viam inter cœli sidera requirentem majestatis honore veneratur? quis agricolam de aridis æstatis fervoribus, aut de hiemali aquarum largitate vel frigore disputantem, non potius experientia

[9] II Reg. xviii, 24.

(6) Sic omnes pene mss. Editi, ἐροῦνται. Mox Colb. 2, ἄλλοις. Alii, ἀλλήλοις. Mox quidam manuscripti, ἀπατῶσιν. Alii cum editis, ἀπατῶνται.

(7) In editis legebatur οἱ ante παρά, sed deest in Reg. 1, 2 et Colbert. 2. Infra idem, Οὐδὲν ἄρα.

(8) Regius primus, διαλαλοῦσι.

(9) Sic Regius secundus et Colbertin. 2, recte. Editi vero, προνοίας.

(10) Sic manuscripti omnes. Bollandus vero, *et hunc dæmones*.

(11) Ita manuscripti. Bollandus, *sic et dæmones*.

(12) Desmar., *præsagiorum*. Rosweid., *præsagitorum*, alii cum Bolland., *præsagatorum*.

(13) Sic omnes pene manuscripti. Bollandus, *incendium*.

Digitized by Google

μον τοῖς ἀκούουσι τὸ εἰδέναι παρὰ τούτων πρὸ ἡμερῶν τὰ ἐρχόμενα; ἢ ποία σπουδὴ τὰ τοιαῦτα γινώσκειν, κἂν ἀληθῶς γινώσκῃ; οὐ γὰρ ἀρετῆς ἐστι τοῦτο ποιητικὸν, οὐδὲ ἤθους ἀγαθοῦ πάντως ἐστὶ τοῦτο γνώρισμα. Οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν κρίνεται διὰ τί οὐκ οἶδε, καὶ οὐδεὶς μακαρίζεται, ὅτι μεμάθηκε καὶ ἔγνω· ἀλλ' ἐν τούτοις ἕκαστος ἔχει τὴν κρίσιν, εἰ τὴν πίστιν τετήρηκε, καὶ τὰς ἐντολὰς γνησίως ἐφύλαξεν.

34. Ὅθεν οὐ δεῖ περὶ πολλοῦ ταῦτα ποιεῖσθαι· οὐδὲ διὰ ταῦτα (14) ἀσκεῖσθαι καὶ πονεῖν, ἵνα προγινώσκωμεν, ἀλλ' ἵνα Θεῷ καλῶς πολιτευόμενοι ἀρέσωμεν. Εὔχεσθαί τε χρὴ, οὐχ ἵνα προγινώσκωμεν, οὐδὲ τοῦτον τῆς ἀσκήσεως ἀπαιτεῖν μισθόν· ἀλλ' ἵνα συνεργὸς ἡμῖν εἰς τὴν κατὰ τοῦ διαβόλου νίκην ὁ Κύριος γένηται. Εἰ δὲ ἅπαξ καὶ τοῦ προγινώσκειν ἡμῖν μέλει, καθαρεύωμεν τῇ διανοίᾳ. Ἐγὼ γὰρ πιστεύω, ὅτι καθαρεύουσα (15) ψυχὴ πανταχόθεν καὶ κατὰ φύσιν ἐστῶσα, δύναται, διορατικὴ γενομένη, πλείονα καὶ μακρότερα βλέπειν τῶν δαιμόνων, ἔχουσα τὸν ἀποκαλύπτοντα Κύριον αὐτῇ· οἷα ἦν ἡ τοῦ Ἐλισσαίου βλέπουσα τὰ κατὰ (16) τὸν Γιεζῆ, καὶ ὁρῶσα τὰς παρ' αὐτὴν ἑστώσας δυνάμεις.

35. Ὅταν τοίνυν νυκτὸς ἔρχωνται πρὸς ὑμᾶς, καὶ θέλωσι τὰ μέλλοντα λαλεῖν, ἢ λέγωσιν· Ἡμεῖς ἐσμεν οἱ ἄγγελοι· μὴ προσέχετε, ψεύδονται γάρ. Ἂν δὲ καὶ ἐπαινῶσι τὴν ἄσκησιν ὑμῶν, καὶ μακαρίζωσιν ὑμᾶς· μήτε ὑπακούετε, μήθ' ὅλως προσποιεῖσθε τούτους (17)· σφραγίζετε δὲ μᾶλλον ἑαυτοὺς καὶ τὸν οἶκον, καὶ εὔχεσθε· καὶ δύεσθε αὐτοὺς καὶ γινομένους ἀφανεῖς· δειλοὶ γάρ εἰσι, καὶ πάνυ φοβοῦνται τὸ σημεῖον τοῦ Κυριακοῦ σταυροῦ· ἐπειδήπερ ἐν αὐτῷ τούτους ἀποδυσάμενος, παρεδειγμάτισεν ὁ Σωτήρ. Ἐὰν δὲ καὶ ἀναιδέστερον στήκωσιν, ἐξορχούμενοι καὶ ποικιλλόμενοι ταῖς φαντασίαις· μὴ δειλιάσητε, μηδὲ πτήξητε, μηδὲ ὡς καλοῖς αὐτοῖς προσέχητε· καὶ γὰρ τὴν τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν φαύλων παρουσίαν εὐχερὲς καὶ δυ-

A quid curæ ea nosse, etiamsi vere sciri queant? nulla enim hinc virtutis accessio, nec omnino probitatis est hoc indicium. Nemo nostrum in judicium vocatur, quod ea non norit; nemo beatus censetur, quod didicerit et noscat: sed hac de re quisque in judicium vocabitur, fidemne servaverit, an præcepta recte impleverit.

34. Quare non sunt hæc multi facienda: neque ideo subeunda ascetica vita, laboresque, ut futura prænoscamus, sed ut probitate vitæ Deo placeamus. Orandum item, non ut futura præsciamus: neque talis asceticæ vitæ postulanda merces est; sed rogandum ut nobis ad referendam de diabolo victoriam adjutor sit Dominus. Quod si omnino nobis B futura prospiciendi cura sit aliqua, mente simus pura. Persuasum quippe habeo animam omnino puram, et quæ secundum naturam steterit, perspicacem fore, atque posse plura et remotiora videre quam diabolus, Domino ipsi revelante: qualis erat Elisei mens, quæ res a Giezi gestas conspexit [70], quæque vidit exercitum ex sua parte stantem [71].

35. Cum ergo noctu vos adibunt, volentque futura loqui, ac dicent, Sumus angeli, ne fidem habeatis, mentiuntur quippe. Si asceticum vestrum laudent institutum, vosque beatos prædicaverint, ne audiatis eos, nec advertere quidem videamini: sed potius obsignate vos domumque, et precamini. videbitisque eos evanescere: timidi quippe sunt, C et signum Dominicæ crucis admodum pertimescunt, illo quippe ipsos Salvator spoliatos palam traduxit. Sin institerint impudentius, exsultantes, atque formas larvasque commutantes, ne timete nec terreamini, neve ipsis tanquam bonis adhibete animum: bonorum enim malorumque præsentiam internoscere in promptu est, divina scilicet ope. Sancto-

VERSIO EVAGRII.

laudat, quam Dei consecrat nomine? Verum, ut concedamus paulisper vera dæmones nuntiare, respondete mihi quis fructus est nosse venientia? nunquid aut sciens hæc aliquando laudatus, aut punitus est nesciens? In hoc unusquisque sibi præparat, seu tormenta, seu gloriam, si vel negligat Scripturarum mandata, vel faciat. Nullus ob id nostrum hanc arripuit vitam, ut habeat præscientiam futurorum; sed ut præceptis Domini obediens, amicus esse incipiat de servo.

34. Curandum est ergo non præscire quæ veniant (18), sed implere quæ justa sunt; nec instituti boni hanc flagitare mercedem, cum magis debeamus victoriam contra diabolum ab auxiliatore Domino postulare; sed si forte aliquis hoc libenter assumit, ut futura cognoscat, habeat purum cor; quia credo animam Deo servientem, si in ea perseveraverit integritate qua nata est, plus scire posse quam dæmones: talis erat anima Elisei, quæ aliis incognitas virtutes videbat.

35. Nunc jam cæteras vobis dæmonum explicabo fallacias: solent, nocte venientes, angelos Dei se fingere, laudare studium, mirari perseverantiam, futura præmia polliceri: quos cum videritis, tam vos, quam domos vestras crucis armate signaculo, et confestim dissolventur in nihilum: quia metuunt illud tropæum in quo Salvator aereas exspolians potestates, eas fecit ostentui: solent etiam variis saltationibus (19) membra torquere, et nostris procaciter offerre se visibus, ut mentem pavore, corpus horrore concutiant: sed et in hoc fides Deo tuta fugat eos quasi infirma ludibria. Non est autem difficilis bonorum spirituum malorumque discretio, quæ sic Deo tribuente panditur. Sanctorum angelorum amabilis et tranquillus aspectus est, quia non contendent neque clamabunt (20), neque audiet aliquis vocem eorum:

[70] IV Reg. v, 26. [71] IV Reg. vi, 17.

(14) Sic Reg. 2, et Colbert. 2. Hæc, οὐδὲ διὰ ταῦτα, desunt in edit.

(15) Colbert. 1, 2 3, et Reg. 2, καθαρεύσασα.

(16) Sic Regius secundus et Colbert. 2. In editis et aliis τὰ κατά deest. Mox iidem, περὶ αὐτήν, soli.

(17) Sic Regius secundus et Colbertin. secundus. Editi et alii, τούτοις.

(18) Sic mss. fere omnes. Bollandus vero, *curandum est non præscire quæ veniunt.* Paulo post manuscripti, *nec instituti boni.* Bollandus, *nec institutionibus bonis.* Infra omnes manuscripti, *assumit.* Bollandus, *assumat.*

(19) Ita manuscripti. Bollandus vero, *simulationibus.*

(20) Ita omnes manuscripti. Bollandus autem, *non contendunt, neque clamant.*

Digitized by Google

rum quippe visio non perturbationem affert. *Non contendet enim neque clamabit, neque audiet aliquis vocem ejus* [72] : sed ita placide, ita leniter fit illud, ut gaudium, exsultatio et lætitia hinc animæ exoriatur : cum illis quippe **657** Dominus est, qui nostrum gaudium est, Deique Patris potentia : ejusque cogitationes imperturbatæ et tranquillæ remanent ; ita ut illuminata ipsa, per seipsam eos qui apparent contempletur. Tum divinorum atque futurorum bonorum desiderium occupat ipsam, velletque prorsus iis adjungi, ut cum illis abiret. Quod si quidam, utpote homines, bonorum visionem extimuerint : hi metum illis dilectione sua statim adimunt ; ut Zachariæ Gabriel egit [73], et mulieribus qui in divino sepulcro apparuit angelus [74], et qui pastoribus in Evangelio ait : *Ne timete* [75]. Timor enim eorum non ex animi metu, sed ex præsentis præstantioris naturæ cognitione ortus est. Talis itaque est sanctorum visio.

36. Malorum vero incursus et phantasia, cum tumultu, strepitu, sono et clamore obvenit : qualis exempli causa fuerit illiberalium adolescentium vel latronum tumultus. Unde exoritur animi pavor, turbatio et confusio cogitationum, tristitia, ascetarum odium, incuria, mœror animi, cognatorum recordatio, formido mortis, ac demum concupiscentia malarum rerum, animus ad virtutem remissus, inordinati mores. Cum itaque quibusdam conspectis, timore corripiemini, si statim timor auferatur, et ejus loco mox consequatur ineffabile gaudium, alacritas, fiducia, animi recreatio, cogitationum tranquillitas, et quæcunque alia superius dicta sunt, robur animi item et Dei amor, confidite et orate : gaudium enim et ille animæ status præsentis sanctitatem indicat. Sic Abraham Dominum

A νατόν ἐστι διαγνῶναι, τοῦ Θεοῦ διδόντος οὕτως. Ἡ μὲν γὰρ τῶν ἁγίων ὀπτασία οὐκ ἔστι τεταραγμένη. *Οὐκ ἐρίσει γὰρ, οὔτε κραυγάσει, οὐδὲ ἀκούσει τις τῆς φωνῆς αὐτῶν.* Ἡσύχως δὲ καὶ πράως γίνεται οὕτως, ὡς εὐθὺς χαρὰν καὶ ἀγαλλίασιν καὶ θάρσος ἐγγίνεσθαι τῇ ψυχῇ· ἔστι γὰρ μετ' αὐτῶν ὁ Κύριος, ὃς ἐστιν ἡμῶν μὲν χαρὰ, τοῦ δὲ Θεοῦ Πατρὸς ἡ δύναμις· οἵ τε λογισμοὶ αὐτῆς ἀτάραχοι καὶ ἀκύμαντοι διαμένουσιν· ὥστε καταυγζομένην αὐτὴν ὑπ' αὐτῆς (21), τοὺς φαινομένους θεωρεῖν. Καὶ γὰρ πόθος τῶν θείων καὶ τῶν μελλόντων αὐτῇ ἐπεισέρχεται, καὶ θελήσει πάντως συναφθῆναι τούτοις, εἰ ἀπῆρχετο μετ' αὐτῶν. Ἐὰν δὲ καὶ, ὡς ἄνθρωποι, τινὲς φοβηθῶσι τὴν τῶν καλῶν ὀπτασίαν, ἀφαιροῦσιν οἱ φαινόμενοι τὸν φόβον παρ' αὐτὰ τῇ ἀγάπῃ· ὡς ἐποίησε Γαβριὴλ τῷ Ζαχαρίᾳ, καὶ ὁ φανεὶς ἄγγελος ἐν τῷ θείῳ μνημείῳ ταῖς B γυναιξὶ, καὶ ὁ (22) τοῖς ποιμέσι λέγων ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Μὴ φοβεῖσθε.* Ἔστι γὰρ ὁ φόβος ἐκείνων οὐ κατὰ δειλίαν ψυχῆς, ἀλλὰ κατ' ἐπίγνωσιν τῆς τῶν κρειττόνων παρουσίας. Τοιαύτη μὲν οὖν ἡ τῶν ἁγίων ὀπτασία.

36. Ἡ δὲ τῶν φαύλων ἐπιδρομὴ καὶ φαντασία τεταραγμένη, μετὰ κτύπου καὶ ἤχου καὶ κραυγῆς· οἵα ἂν γένοιτο νεωτέρων ἀπαιδεύτων καὶ λῃστῶν κίνησις. Ἐξ ὧν εὐθὺς (23) γίνεται δειλία ψυχῆς, τάραχος καὶ ἀταξία λογισμῶν, κατήφεια, μῖσος πρὸς τοὺς ἀσκητὰς, ἀκηδία, λύπη, μνήμη τῶν οἰκείων, καὶ φόβος θανάτου· καὶ λοιπὸν ἐπιθυμία κακῶν, ὀλιγωρία πρὸς τὴν ἀρετὴν, καὶ τοῦ ἤθους ἀκαταστασία. Ὅταν τοίνυν θεωρήσαντές τινα (24) φοβηθῆτε, C ἐὰν μὲν εὐθὺς ὁ φόβος ἀφαιρεθῇ, καὶ ἀντ' ἐκείνου γένηται χαρὰ ἀνεκλάλητος, καὶ εὐθυμία, καὶ θάρσος, καὶ ἀνάκτησις, καὶ τῶν λογισμῶν ἀταραξία, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα προεῖπον, ἀνδρία τε καὶ ἀγάπη εἰς τὸν Θεὸν, θαρσεῖτε καὶ εὔχεσθε· ἡ γὰρ χαρὰ καὶ ἡ κατάστασις τῆς ψυχῆς δείκνυσι τοῦ παρόντος τὴν ἁγιότητα. Οὕτως Ἀβραὰμ ἰδὼν τὸν Κύριον ἠγαλλιάσατο·

VERSIO EVAGRII.

verum tacite leniterque properantes, gaudium, exsultationem, fiduciam pectoribus infundunt : siquidem cum illis est Dominus, qui est fons et origo lætitiæ. Tunc mens nostra non turbida, sed lenis et placida, angelorum luce radiatur : tunc anima cœlestium præmiorum aviditate flagrans, effracto, si posset, humani corporis domicilio, et membris exonerata mortalibus, cum his quos videt, abire festinat ad cœlum. Horum tanta benignitas est, ut si quis pro conditione fragilitatis humanæ miro fuerit eorum fulgore perterritus, omnem continuo ex corde auferant metum. Ita Gabriel cum Zachariæ loqueretur in Templo, et angeli cum divinum Virginis partum pastoribus nuntiarent, et qui Dominici corporis agebant excubias, securis videntium se mentibus ostendentes, ne metuerent, imperabant. Metus enim non tantum ex pavore animi, quantum ex magnarum rerum sæpe incutitur aspectu.

36. Pessimorum vero vultus truces, sonitus horridi, sordidi cogitatus, plausus motusque indisciplinatorum (25) adolescentum vel latronum : e quibus confestim timor animæ, sensibus torpor incutitur : odium Christianorum, monachorum mœror et tædium, suorum recordatio, metus mortis, cupido nequitiæ, lassitudo virtutis, cordis hebetatio. Si igitur post timorem, horrori concepto (26) successerit gaudium, et ad Deum fiducia atque ineffabilis charitas, venisse sciamus auxilium ; quia securitas animæ præsentis Majestatis indicium est. Sic namque et Abraham patriarcha videns Deum, gavisus est : et Joannes

[72] Isa. XLII, 2. [73] Luc. I, 13. [74] Matth. XXVIII, 5. [75] Luc. II, 10.

(21) Regius secundus et Colbertin. 2, δι' ἑαυτῆς. D

(22) Sic Regius secundus et Colbertin. 2. In editis ὁ deest.

(23) Ita Regius secundus et Colbertin. 2, εὐθὺς deest in editis et in quibusdam mss.

(24) Ita Reg. 2 et Colbert. 2. Editi vero, τινάς.

(25) *Indisciplinatorum* deest in omnibus quos vidimus mss., sed legitur in editis et in Græco.

(26) Sic duo manuscripti. Alii, *horrore concepto*. Editi, *horrore conceptum*.

Digitized by Google

καὶ ὁ Ἰωάννης, γενομένης φωνῆς παρὰ τῆς Θεοτόκου (27) Μαρίας, ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει. Ἐὰν δὲ φανέντων τινῶν ταραχὴ γένηται, καὶ κτύπος ἔξωθεν, καὶ φαντασία κοσμικὴ, καὶ ἀπειλὴ θανάτου, καὶ ὅσα προεῖπον· γινώσκετε ὅτι φαύλων ἐστὶν ἡ ἔφοδος.

A videns exsultavit [76]: sic Joannes edita a Deipara Maria voce exsultavit gaudens [77]. Quod si quibusdam apparentibus, tumultus fiat, externus strepitus, mundanus apparatus, metus mortis et quæ superius dixi, scitote malorum esse adventum.

37. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο γνώρισμα ὑμῖν ἔστω· ὅτ' ἂν τοίνυν (28) ἐπιμένῃ δειλιῶσα ἡ ψυχὴ, παρουσία τῶν ἐχθρῶν ἐστιν. Οὐ γὰρ ἀφαιροῦνται τὴν δειλίαν τῶν τοιούτων οἱ δαίμονες, ὥσπερ πεποίηκεν ὁ μέγας ἀρχάγγελος Γαβριὴλ τῇ Μαρίᾳ καὶ τῷ Ζαχαρίᾳ, καὶ ὁ φανεὶς ἐν τῷ μνημείῳ ταῖς γυναιξίν· ἀλλὰ μᾶλλον ὅταν ἴδωσι δειλιῶντας, αὐξάνουσι τὰς φαντασίας, ἵνα μειζόνως αὐτοὺς καταπτήξωσι· καὶ λοιπὸν ἐπιβάντες, προσπαίζωσι λέγοντες· Πεσόντες προσκυνήσατε. Τοὺς μὲν οὖν Ἕλληνας οὕτως ἠπάτησαν· οὕτως γὰρ ἐνομίσθησαν παρ' αὐτοῖς (29) ψευδώνυμοι θεοί· ἡμᾶς δὲ οὐκ ἀφῆκεν ὁ Κύριος ἀπατηθῆναι παρὰ τοῦ διαβόλου, ὀπηνίκα τὰς τοιαύτας αὐτῷ ποιοῦντι φαντασίας ἐπιτιμῶν εἴρηκεν· *Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ· γέγραπται γάρ· Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.* Μᾶλλον οὖν καὶ μᾶλλον ὁ πανοῦργος διὰ ταῦτα (30) καταφρονείσθω παρ' ἡμῶν· ὁ γὰρ εἰρηκεν ὁ Κύριος, τοῦτο ὑπὲρ ἡμῶν πεποίηκεν· ἵνα καὶ παρ' ἡμῶν ἀκούοντες οἱ δαίμονες τὰς τοιαύτας φωνὰς ἀνατρέπωνται διὰ τὸν Κύριον, τὸν ἐν ταύταις αὐτοῖς ἐπιτιμήσαντα.

37. Et hoc item vobis indicio sit. Si anima timida perseveret, inimicorum est præsentia : nequaquam enim dæmones metum auferunt, ut præstitit magnus archangelus Gabriel **658** Mariæ et Zachariæ, et qui in monumento apparuit, mulieribus; quin potius si reformidantes cernant, phantasias adaugent, majorem ut incutiant terrorem, atque adorti demum irrideant dicentes : Prostrati adorate. Ita gentiles deceperunt : sic ab illis false dii habiti sunt. Nos B vero Dominus non sivit a diabolo circumveniri, cum similibus phantasiis se aggredientem increpavit his verbis : *Vade retro me, Satana, scriptum est enim : Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies* [78]. Quapropter magis magisque versipellis iste despiciatur a nobis. Quod enim illi hæc Dominus dixit, id nostri causa factum est, ut has voces a nobis item audientes dæmones evertantur, propter Dominum qui eos ipsis increpavit.

38. Οὐ δεῖ δὲ ἐπὶ τῷ δαίμονας ἐκβάλλειν καυχᾶσθαι, οὐδ' ἐπὶ ταῖς θεραπείαις ἐπαίρεσθαι· οὐδὲ τὸν μὲν ἐκβάλλοντα δαιμόνια θαυμάζειν μόνον, τὸν δὲ C μὴ ἐκβάλλοντα ἐξουθενεῖν· ἑκάστου δὲ τὴν ἄσκησιν καταμανθανέτω τις, καὶ ἢ μιμείσθω καὶ ζηλούτω, ἢ (31) διορθούσθω. Τὸ γὰρ ποιεῖν σημεῖα οὐχ ἡμῶν· τοῦτο Σωτῆρος (32) ἔργον ἐστί· τοῖς γοῦν μαθηταῖς ἔλεγε· *Μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ δαιμόνια ὑμῖν ὑποτάσσεται· ἀλλ' ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Τὸ μὲν γὰρ ἐν οὐρανῷ γεγράφθαι

38. Neque porro decet ejiciendorum dæmonum virtute gloriari, neque de morborum curationibus extolli ; nec eum qui dæmonia ejicit admirari, cum qui non ejicit despicere ; sed singulorum exercitationem quivis ediscat, et vel imitetur æmuleturque, vel corrigat. Nam signa facere, non nostrum, sed Salvatoris opus est : quare discipulis ait : *Nolite gaudere quia spiritus vobis subjiciuntur, gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cœlis* [79]. Nam quod nomina nostra in cœlis scripta sint, vir-

VERSIO EVAGRII.

cum Mariam supervenisse sentiret, quæ in sacro ventris hospitio universitatis gestabat parentem, exsultavit necdum natus in gaudium.

37. Sin autem (33) incussa formido permanserit, hostis est qui videtur : quoniam nec refovere novit, ut Gabriel paventem Virginem ne timeat, jubet, et sicuti pastores nuntio consolati sunt : quin imo pavorem duplicat, et usque ad profundam impietatis foveam, ut sibi homines prosternantur, impellit. Exinde misera gentilitas, Dominicæ interdictionis ignara, falso dæmones deos opinata est. Christianorum autem populos his fallaciis irretiri non passus est Dominus, qui diabolum in Evangelio audacter sibi principatum omnium præsumentem repulit, dicens : *Vade retro, Satana, scriptum est enim : Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies.* Horum verborum etiam nobis licentia est tributa ; quia idcirco locutus est talia, ut similitudo tentamentorum Auctoris nostri frangeretur eloquiis.

38. Illud quoque, mei charissimi, admoneo, ut vitæ magis sit vobis, quam signorum sollicitudo : nullus ex vobis hæc faciens, aut ipse superbia intumescat, aut despiciat eos qui facere non possunt, conversationem magis scrutamini singulorum : in hac (34) et imitari vos quæ perfecta sunt convenit et implere quæ desunt. Nam signa facere non est nostræ parvitatis, sed Domini potestatis, qui ad discipulos glo-

[76] Joan. VIII, 56. [77] Luc. I, 41. [78] Matth. IV, 10; Deut. XIII, 4. [79] Luc. X, 20.

(27) Sic omnes manuscripti et editi, præter Colbertinum secundum, qui habet, Κυριοτόκου. Mox idem, post ἐν ἀγαλλιάσει, habet τὸ βρέφος, omisitque Ἰωάννης supra.

(28) Sic Colbertinus secundus solus, quem tamen sequi visum est. Alii et editi, ὅτ' ἄν τινων. Infra idem, ἀπὸ τῶν τοιούτων.

(29) Sic Regius secundus, Colbertinus secundus et Vaticanus. In editis et aliis, παρ' αὐτοῖς deest. Mox editi, ὁ Κύριος οὐ συνεχώρησεν, manuscripti omnes ut in textu. Paulo post Colbertinus secundus solus, ποιοῦντα φαντασίας, ἵνα μειζόνως αὐτὸν καταπτήξῃ, ἐπιτιμῶν αὐτῷ εἴρηκεν.

(30) Sic mss. omnes, præter Regium secundum qui habet διὰ τοῦτο. In editis hæc desunt.

(31) Vide supra num. 22.

(32) Sic Colbertin. secundus. Editi et alii, τοῦ δὲ Σωτῆρος.

(33) Sic manuscripti omnes. Editi vero, *si autem.*

(34) Ita manuscripti omnes. Bollandus, *in hac vita et*

Digitized by Google

tutis vitæque nostræ testimonium illud est : ejicere autem dæmonia, Salvatoris donum. Quamobrem iis qui non virtute, sed signis gloriabantur, aiebantque : *Domine, nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus?* respondit : *Amen dico vobis, nescio vos* [80]. Non enim novit Dominus vias impiorum. Orandumque prorsus est, uti supra dixi, ut accipiamus gratiam discernendorum spirituum; ut, quemadmodum scriptum est [81] non omni spiritui credamus.

39. Equidem jam silere vellem, nec ulterius verba facere, hactenus dictis contentus; sed ne putetis me temere ista proferre, sed credatis me expertum vera isthæc enarrare; ideo, **659** etsi quasi insipiens fiam, at cordis puritatem novit Dominus qui hæc audit, meque non mei causa, sed vestræ charitatis et exhortationis gratia, quæ novi dæmonum molimina, hæc rursum narrare. Quoties me beatum illi dixere, ego vero maledicebam illis in nomine Domini. Quoties prædixere exundaturum fluvium, quibus ego : Ecquid hoc ad vos? Accesserunt aliquando cum minis, meque, quasi milites omni armorum genere instructi, cinxere. Alio tempore equis, feris et serpentibus implevere domum, tum ego psallebam : *Hi in curribus, et hi in equis; nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur* [82] : quibus illi precibus a Domino prefligati sunt. Venerunt aliquando in tenebris, quamdam luminis phantasiam præferentes, aiebantque : Accessimus, Antoni, lucem prælaturi tibi : clausis ego oculis orabam, ac derepente exstincta lux impiorum est. Paucis post mensibus, venere quasi psallentes, ac verba loquentes Scripturarum : *Ego autem tanquam surdus non audiebam* [83]. Fuit cum monasterium quassarent : at ego mente immotus manendo precabar. Rursum post accessere cum

τὰ ὀνόματα, μαρτύριόν ἐστι τῆς ἡμῶν ἀρετῆς καὶ τοῦ βίου· τὸ δὲ ἐκβάλλειν δαίμονας, τοῦ δεδωκότος Σωτῆρός ἐστιν ἡ χάρις αὕτη. Ὅθεν τοῖς μὴ ἐν ἀρετῇ, ἀλλ' ἐν σημείοις καυχωμένοις, καὶ λέγουσι· *Κύριε, οὐ τῷ* (35) *σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν;* ἀπεκρίνατο· *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς.* Οὐ γὰρ γινώσκει Κύριος τὰς ὁδοὺς τῶν ἀσεβῶν. Καθόλου δὲ εὔχεσθαι δεῖ, καθὰ προεῖπον, λαμβάνειν χάρισμα διακρίσεως πνευμάτων· ἵνα, καθὼς γέγραπται, μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύωμεν.

39. Ἐβουλόμην μὲν οὖν σιωπῆσαι, καὶ μηδὲν ἐξ ἐμαυτοῦ λέγειν, ἀρκεῖσθαι δὲ μόνοις τούτοις· ἵνα δὲ μὴ νομίσητε ταῦτά με (36) λέγειν ἁπλῶς, ἀλλ' ἀπὸ πείρας καὶ ἀληθείας πιστεύσητε ταῦτά με διηγεῖσθαι· διὰ τοῦτο, κἂν ὡς ἄφρων γένωμαι, ἀλλ' οἶδεν ὁ ἀκούων Κύριος τὸ τοῦ συνειδότος καθαρὸν, καὶ ὅτι οὐ δι' ἐμαυτὸν, τῆς δὲ ὑμῶν ἀγάπης χάριν καὶ προτροπῆς, ἃ εἶδον τῶν δαιμόνων ἐπιτηδεύματα, ταῦτα πάλιν λέγω. Ποσάκις ἐμακάρισάν με, κἀγὼ κατηρασάμην αὐτοὺς ἐν ὀνόματι Κυρίου. Ποσάκις προειρήκασι περὶ τοῦ ποταμίου ὕδατος, κἀγὼ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγον· Καὶ ὑμῖν (37) *τί περὶ τούτου μέλει;* Ἦλθόν ποτε ἀπειλοῦντες, καὶ ἐκύκλωσάν με ὡς στρατιῶται μετὰ πανοπλίας. Καὶ ἄλλοτε ἵππων καὶ θηρίων (38) καὶ ἑρπετῶν ἐπλήρωσαν τὸν οἶκον· κἀγὼ ἔψαλλον· *Οὗτοι ἐν ἅρμασι, καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις· ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα·* καὶ ταῖς εὐχαῖς ἀνετράπησαν ἐκεῖνοι παρὰ τοῦ Κυρίου (39). Ἦλθόν ποτε ἐν σκοτίᾳ, φωτὸς ἔχοντες φαντασίαν, καὶ ἔλεγον· Ἤλθομεν φᾶναί σοι, Ἀντώνιε· ἐγὼ δὲ, καμμύων τοὺς ὀφθαλμοὺς, ηὐχόμην, καὶ εὐθὺς ἐσβέσθη τὸ φῶς τῶν ἀσεβῶν. Καὶ μετὰ μῆνας ὀλίγους ἦλθον ὡς ψάλλοντες, καὶ λαλοῦντες ἀπὸ τῶν Γραφῶν· *Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον.* Ἐσείσάν ποτε τὸ μοναστήριον· ἐγὼ δὲ ηὐχόμην ἀκίνητος μένων (40) τῷ φρονήματι. Καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν

VERSIO EVAGRII.

riantes, in Evangelio ait : *Ne gaudeatis quia dæmones vobis subjecti sunt, sed quod nomina vestra scripta sunt in cœlis.* Nominum enim in libro vitæ conscriptio testimonium est virtutis et meriti : expulsio autem Satanæ, largitio Salvatoris est; unde his, qui non in vitæ laboribus, sed in prodigiis exsultabunt, dicentibus : *Nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Respondebit Dominus : *Amen dico vobis, non novi vos : discedite a me, operarii iniquitatis.* Non enim novit Dominus vias impiorum. Hoc ergo magnopere postulemus, ut donum spirituum discernendorum mereamur accipere, quo, secundum sententiam Scripturarum, omni spiritui non credamus.

39. Volueram quidem jam finire sermonem, et silentio premere quæcunque meæ acciderant parvitati : sed ne putetis me frustra commemorasse quæ evenire non possint, idcirco (licet insipiens fiam, tamen Dominus, qui secretæ mentis est inspector, novit non me causa jactantiæ, sed vestri gratia profectus hoc facere) pauca replicabo de plurimis. Quoties me nimiis laudibus efferre conati sunt, cum a me in nomine Domini maledicta reciperent? Quoties augmenta Nili futura (41) dixerunt, cum a me audirent : Et hoc ad vestram quid pertinet curam? Quoties minitantes ut milites armati, scorpionibus, equis, belluis, et variis serpentibus circumdederunt me, et domum in qua eram repleverunt, cum ego e contra psallerem : *Hi in curribus, et hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur.* Et statim miseri-

[80] Matth. VII, 22, 23. [81] I Joan. IV, 1. [82] Psal. XIX, 8. [83] Psal. XXXVII, 14.

(35) Sic omnes manuscripti et Græcus Scripturæ textus. Editi vero hic et infra, ἐν τῷ.

(36) Ita Colbertinus secundus. In aliis et editis, μέ deest.

(37) Regius secundus et Colbertin. 2, Ἀλλ' ὑμῖν.

(38) Sic Colb. 2 et Reg. 2. Editi et alii, καὶ ἵππων καὶ ἄλλοτε θηρίων, et ita codex Henrici Savilii initio mutilus, cujus varias lectiones ad calcem lib. de Vita Antonii adjecit Hœschelius.

(39) Ita Regius 2 et Colbertin. 2. In editis hæc, παρὰ τοῦ Κυρίου, desunt.

(40) Sic Colbertinus 2, cui consentit Evagrius. Editi et alii, μένειν.

(41) Sic manuscripti. Bollandus vero, *Nisi paucis minis.*

Digitized by Google

ἐλθόντες ἐκρότουν, ἐσύριττον, ὠρχοῦντο. Ὡς δὲ ἠύχόμην, καὶ ἀνεκείμην ψάλλων κατ' ἐμαυτόν· εὐθὺς ἤρξαντο θρηνεῖν καὶ κλαίειν, ὥσπερ ἐξατονήσαντες· ἐγὼ δὲ ἐδόξαζον τὸν Κύριον (42), τὸν καθελόντα καὶ παραδειγματίσαντα τὴν τόλμαν καὶ τὴν μανίαν αὐτῶν.

40. Ἐφάνη ποτὲ δαίμων ὑψηλὸς λίαν μετὰ φαντασιας, καὶ τετόλμηκεν εἰπεῖν· Ἐγώ εἰμι ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ· καὶ, Ἐγώ εἰμι ἡ πρόνοια· τί σοι θέλεις χαρίσωμαι (43); Ἐγὼ δὲ τότε μᾶλλον ἐνεφύσησα κατ' αὐτοῦ, τὸν Χριστὸν ὀνομάσας, καὶ τύψαι τοῦτον ἐπεχείρησα· καὶ ἔδοξα τετυφέναι, καὶ εὐθὺς ὁ τηλικοῦτος σὺν πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ δαίμοσι ἠφανίσθη ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ. Ἦλθέ ποτε (44) νηστεύοντός μου, καὶ ὡς μοναχὸς ὁ δόλιος, ἔχων ἄρτων φαντασίαν· καὶ συνεβούλευε λέγων· Φάγε, καὶ παῦσαι τῶν πολλῶν πόνων· ἄνθρωπος εἶ καὶ σὺ, καὶ μέλλεις ἀσθενεῖν. Ἐγὼ δὲ, νοήσας αὐτοῦ τὴν μεθοδείαν (45), ἀνέστην εὔξασθαι. Κἀκεῖνος οὐκ ἤνεγκεν· ἐξέλιπε γὰρ, καὶ διὰ τῆς θύρας ὡς καπνὸς ἐξερχόμενος ἐφάνη. Ποσάκις ἐν τῇ ἐρήμῳ φαντασίαν ἔδειξε χρυσοῦ, ἵνα μόνον ἅψωμαι, καὶ βλέψω! ἐγὼ δὲ κατέψαλλον αὐτοῦ, κἀκεῖνος ἐτήκετο. Πολλάκις ἔκοπτόν με πληγαῖς, κἀγὼ ἔλεγον· Οὐδέν με χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ· καὶ μᾶλλον αὐτοὶ μετὰ ταῦτα κατέκοπτον ἀλλήλους. Οὐκ ἐγὼ δὲ ἦμην ὁ παύων ἐκείνους καὶ καταργῶν· ἀλλ' ὁ Κύριος ἦν, ὁ λέγων· *Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα.* Ἐγὼ δὲ, τέκνα, μνημονεύων τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ, μετεσχημάτισα ταῦτα εἰς ἐμαυτὸν, ἵνα μάθητε μὴ ἐκκακεῖν ἐν τῇ ἀσκήσει, μηδὲ φοβεῖσθαι τοῦ διαβόλου καὶ τῶν δαιμόνων αὐτοῦ τὰς φαντασίας.

A strepitu, sibilo, et saltationibus; ut vero orare me, atque decumbentem apud meipsum psallere conspexerunt, cœpere statim lamentari ac flere quasi se vires defecissent : ego vero gloriam Domino retuli, qui audaciam furoremque illorum retunderet, atque traduceret.

40. Aliquando mihi admodum excelsus dæmon cum phantasia visus, dicere ausus est : Ego sum virtus Dei; ego sum providentia : quid tibi vis beneficii conferam? At ego tum magis in illum insufflavi, prolato Christi nomine, atque verberare conatus sum, ac reipsa verberasse visum mihi est : statimque ille tantus, cum omnibus suis dæmonibus, in nomine Christi evanuit. Venit aliquando me jejunante, monachi speciem habens : panesque B ut videbatur tenens, suadebat dicens : Comede, tantorumque laborum finem facito : nam **660** homo tu quoque es, periculumque ne ægrotes. Intellecta ego illius vafritie, surrexi oraturus : quod ille non tulit, evanuit enim, ac per januam quasi fumus egredi visus est. Quoties auri speciem in deserto objecit, ut vel solum tangerem atque respicerem! ego vero adversum psallebam, et contabescebat ille. Plerumque me plagis conciderunt, et aiebam : Nihil me separabit a charitate Christi [84] : tumque illi sese mutuo cædebant. Nec eram ego qui illos compescerem atque arcerem; sed Dominus erat, qui ait : *Videbam Satanam quasi fulgur de cœlo cadentem* [85]. Ego vero, filioli, memor apostolici dicti [86], hæc in me transtuli, ut ediscatis non animo C deficere in ascetica vita, neque diaboli ejusque dæmonum phantasias reformidare.

VERSIO EVAGRII.

cordia Christi fugabantur. Quodam autem tempore cum ingenti luce venientes, dixerunt : Venimus, Antoni, nostrum tibi præbere fulgorem. Et ego clausis oculis, quia lucem diaboli dedignabar aspicere, orabam, et dicto citius impiorum lumen exstinguebatur. Post menses autem paucos, cum coram me psallerent, et de Scripturis sibimet sermocinarentur : *ego tanquam surdus non audiebam.* Commoverunt aliquando monasterium meum, et ego mente immobili Dominum deprecabar. Sæpe strepitus, sæpe saltationes, sæpe sibilos ingesserunt, et me psallente, sonus eorum in voces flebiles vertebatur.

40. Creditisne, filioli, quod dicturus sum vobis? vidi aliquando diabolum excelsum corpore, qui se Dei virtutem et providentiam ausus est dicere, et ait ad me : Quid vis ut a me tibi donetur, Antoni? At ego sputaculum maximum (46) in os ejus ingeminans, totum me in eum Christi nomine armatus, ingessi : et statim ille procerus aspectu inter medias manus exsolevit. Jejunanti etiam mihi visus est ut monachus, et panes offerens, his sermonibus suadebat ut vescerer, et huic aliquid indulgerem corpusculo : Et tu, inquit, homo es, et humana fragilitate circumdaris : labor paululum conquiescat, ne ægritudo subrepat. Illico luridam faciem serpentis agnovi, et cum ad consueta Christi munimenta confugerem, tanquam per fenestram fumus laberetur, evanuit. Auri quoque decipulam mihi in deserto frequenter tetendit : quod ideo offerebat, ut aut visu irretiret me, aut tactu commacularet. Cum vapularem autem (nam sæpe me a dæmonibus (47) non denego verberatum) canebam : Nullus me separabit a charitate Christi : ad cujus vocis auditum, in se invicem defurentes, non meo, sed Domini fugabantur imperio, qui ait : *Vidi Satanam quasi fulgur cadentem de cœlo.* Hæc ergo, filioli, apostolici memor eloquii, in me transformavi, ut propositum vestrum nec dæmonum terror, nec aliqua lassitudo dissolveret.

[84] Rom. VIII, 35. [85] Luc. X, 18. [86] I Cor. IV, 6.

(42) Sic omnes mss. Editi vero, τὸν Θεόν. Infra post ἐφάνη in editis et quibusdam mss. legitur δέ, sed deest in Regio secundo et Colbertin. 2.

(43) Omnes manuscripti, χαρίσωμαι. Editi, χειρίσωμαι. Ibidem manuscripti omnes, ἐνεφύσησα, præter Reg. 2, qui habet, ἐφύσησα. Hœschelius item legit, ἐνεφύσησα. Editores Parisienses ἐνέπτυσα posuerunt, Hœschelii conjecturam, ut videtur, quam ad marginem ipse notarat, nulla manuscripti auctoritate secuti sunt, quod sæpius alibi præstitere. Mox Regius secundus et Colbertin. 2, τύψαι. Editi vero et alii, τυπτῆσαι. D

(44) Sic Regius secundus et Colbertin. 2. In editis et aliis δέ legitur ante ποτε.

(45) Ita Colbertinus secundus, quem sequi visum est. Alii et editi, μέθοδον. Mox omnes manuscripti et Hœschel., ἐφάνη. Edit. Paris., ἠφανίσθη.

(46) Quidam manuscripti, *sputa tunc maxima.* Alii, *sputa quam maxime.*

(47) Sic manuscripti pene omnes. Bollaud. *commacularet : sæpe quoque me a dæmonibus.*

Digitized by Google

41. Et quia hæc narrando factus sum insipiens, A istud quoque accipite, ut tuti et absque formidine degatis : mihique fidem habete, non mentior quippe. Quodam tempore pulsavit aliquis in monasterio januam meam. Tum egressus vidi quemdam procerum ac prælatæ staturæ. Sciscitante me : Quis tu es? Ego sum, inquit, Satanas. Me rursum interrogante : Qua de causa hoc ades in loco? Respondit ille : Cur me falso accusant monachi et omnes alii Christiani? Cur me horis singulis exsecrantur? Cui ego : Cur molestus illis es? Non ego, ait, sed illi ipsi sese conturbant : infirmus enim factus sum. An non legerunt : *Inimici defecerunt frameæ in finem, et civitates destruxisti* [87]? Nullus mihi superest locus, non telum, non civitas. Ubique locorum Christiani facti sunt, atque demum monaB chis repleta est solitudo. Observent ipsi sese, nec me immerito exsecrentur. Tum ego Domini gratiam admiratus : Quanquam mendax semper es, dixi, et veritatem nunquam dicis, hoc jam tamen licet invitus vere dixisti : Christus enim veniens te infirmum reddidit, atque dejectum denudavit. **661** Audito ille Salvatoris nomine, ardoremque ejusmodi non ferens, evanidus factus est.

42. Si igitur ipse diabolus se fatetur nihil posse, despiciendus sane a nobis est cum ille tum dæmones ejus. Inimicus ergo cum canibus suis, ejusmodi utitur dolis : nos autem gnari eorum infirmitatis, ipsos contemnere valemus. Quamobrem ne labamur mente, ne timendi causas animo versemus : C neque comminiscamur nobis terrores, dicendo : Ne dæmon invadens prosternat me : ne sublatum projiciat, vel derepente irruens perterrefaciat. Talia prorsus ne cogitemus, neu mœrore quasi perituri

41. Καὶ ἐπειδὴ γέγονα ἄφρων διηγούμενος, δέξασθε καὶ τοῦτο πρὸς (48) ἀσφάλειαν καὶ ἀφοβίαν· καὶ πιστεύσατέ μοι· οὐ ψεύδομαι γάρ. Ἔκρουσέ ποτέ τις ἐν τῷ μοναστηρίῳ τὴν ἐμὴν θύραν· καὶ ἐξελθών, εἶδόν τινα μακρὸν καὶ ὑψηλὸν φαινόμενον. Εἶτα πυθομένου μου· Σὺ τίς εἶ; ἔφη (49)· Ἐγώ εἰμι ὁ Σατανᾶς. Εἶτα λέγοντός μου· Τί οὖν ἐνταῦθα πάρει; ἔλεγεν ἐκεῖνος· Τί μέμφονταί με μάτην οἱ μοναχοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες Χριστιανοί; Τί μοι καταρῶνται καθ' ὥραν; Ἐμοῦ δὲ εἰπόντος· Τί γὰρ αὐτοῖς ἐνοχλεῖς; ἔφη· Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ ἐνοχλῶν αὐτοῖς, ἀλλ' αὐτοὶ ταράττουσιν ἑαυτούς· ἐγὼ γὰρ ἀσθενὴς γέγονα. Οὐκ ἀνέγνωσαν, ὅτι *Τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος, καὶ πόλεις καθεῖλες*; οὐκ ἔτι τόπον ἔχω, οὐ βέλος, οὐ πόλιν. Πανταχοῦ Χριστιανοὶ γεγόνασι· λοιπὸν καὶ ἡ ἔρημος πεπλήρωται μοναχῶν. Ἑαυτοὺς τηρείτωσαν, καὶ μὴ μάτην με καταράσθωσαν. Τότε θαυμάσας ἐγὼ τοῦ Κυρίου τὴν χάριν, εἶπον πρὸς αὐτόν· Ἀεὶ ψεύστης ὢν, καὶ μηδέποτε λέγων ἀλήθειαν, ὅμως τοῦτο νῦν, καὶ μὴ θέλων, εἴρηκας ἀληθές· ὁ γὰρ Χριστὸς, ἐλθὼν, ἀσθενῆ σε πεποίηκε, καὶ καταβαλὼν ἐγύμνωσεν. Ἐκεῖνος, ἀκούσας τὸ τοῦ Σωτῆρος ὄνομα, καὶ μὴ φέρων τὴν ἐκ τούτου καῦσιν, ἀφανὴς γέγονεν.

42. Εἰ τοίνυν καὶ αὐτὸς ὁ διάβολος ὁμολογεῖ μηδὲν δύνασθαι, ὀφείλομεν παντελῶς καταφρονεῖν αὐτοῦ τε καὶ τῶν δαιμόνων αὐτοῦ. Ὁ μὲν οὖν ἐχθρὸς μετὰ τῶν ἑαυτοῦ κυνῶν τοσαύτας ἔχει τὰς πανουργίας· ἡμεῖς δὲ, μαθόντες αὐτῶν τὴν ἀσθένειαν, καταφρονεῖν αὐτῶν δυνάμεθα. Τοῦτον οὖν τὸν τρόπον μὴ προκαταπίπτωμεν (50) τῇ διανοίᾳ, μηδὲ λογιζώμεθα ἐν τῇ ψυχῇ δειλίας, μηδὲ ἀναπλάττωμεν ἑαυτοῖς φόβους, λέγοντες· Μὴ ἄρα δαίμων ἐλθὼν ἀνατρέψῃ με· μὴ ἄρα βαστάξας καταβάλῃ, ἢ ἐξαίφνης ἐπιστὰς

VERSIO EVAGRII

41. Sed quoniam ob vestram utilitatem multa memorando, insipiens factus sum; et hujus rei vobis impertiri cupio notionem, quam veram esse nullus ambigat audientium : pulsavit aliquando dæmon monasterii ostium : egrediens, video hominem enormi sublimitate, porrectum (51) : cum ab hoc quinam esset inquirerem, ait : Ego sum Satanas : et ego : Quid, inquam, hic quæris? respondit : Cur mihi frustra imputant monachi? cur mihi omnes Christianorum populi maledicunt? et ego : Juste faciunt : tuis enim frequenter molestamur insidiis (52). At ille ait : Nihil ego facio, sed ipsi se invicem turbant : nam ego miserabilis factus sum, rogo, non legistis : *Quia defecerunt inimici frameæ in finem, et civitates eorum destruxisti?* En nullum jam habeo locum, nullam possideo civitatem, jam mihi nulla sunt arma : per omnes nationes cunctasque provincias Christi personat nomen : solitudines ipsæ monachorum stipantur choris : ipsi se, quæso, tueantur, et me sine causa non lacerent. Tunc ego Domini gratiam (53) cum alacritate miratus, sic ad eum locutus sum : Non tuæ veritati, quæ nulla est, tam novam et tam inauditam ascribo sententiam. Nam cum fallaciæ caput sis, hoc sine mendacio coactus es confiteri. Vere enim Jesus tuas funditus subruit vires, et honore nudatus angelico, volutaris in sordibus. Vix dum verba compleveram, et ille sublimis aspectu Salvatoris nominatione dejectus est (54).

42. Quæ ergo jam, o filioli, poterit residere cunctatio? quæ trepidatio manebit ulterius? quis nos eorum turbo poterit convellere? securæ sint animæ singulorum : non sibi fingat cogitatio vana discrimina; non aliquis timeat a diabolo sublatum ad præcipitia se posse deferri : pellatur omnis anxietas. Dominus enim, qui nostros prostravit inimicos, manens, ut promisit, in nobis, a vanis nos Satanæ munivit incur-

[87] Psal. IX, 7.

(48) Sic omnes manuscripti. In editis πρός D deest.

(49) Sic pene omnes mss. Editi vero omisso, ἔφη, habent Ἐγώ εἰμι, φησίν.

(50) Sic tres manuscripti. Editi et alii, Τούτῳ τῷ τρόπῳ μὴ καταπίπτωμεν.

(51) Ita manuscripti omnes. Bolland. vero post *porrectum*, addit, *caput usque ad cœlum.*

(52) Sic mss. omnes. Bollandus vero, *molestantur insidiis.* Mox omnes fere mss., *non legistis.* Bolland. *nonne legisti.*

(53) Sic omnes manuscripti. Bolland. vero, *solitudines quoque stipantur.* Infra omnes manuscripti, *Domini.* Editi autem, *Dei.* Mox quidam mss., *Non tuæ veritati recentem ascribo.*

(54) Quidam manuscripti, *deletus est.*

Digitized by Google

ἐκταράξῃ. Μηδ' ὅλως ἐνθυμώμεθα τοιαῦτα, μηδὲ λυπώμεθα ὡς ἀπολλύμενοι· θαῤῥῶμεν δὲ μᾶλλον καὶ χαίρωμεν ἀεί, ὡς σωζόμενοι· καὶ λογιζώμεθα τῇ ψυχῇ, ὅτι Κύριος μεθ' ἡμῶν ἐστιν, ὁ τροπώσας (54*) καὶ καταργήσας αὐτούς. Καὶ διανοώμεθα δὲ καὶ ἐνθυμώμεθα ἀεί, ὅτι, ὄντος τοῦ Κυρίου μεθ' ἡμῶν, οὐδὲν ἡμῖν οἱ ἐχθροὶ ποιήσουσιν. Ἐλθόντες γὰρ, οἵους ἂν εὕρωσιν ἡμᾶς, τοιοῦτοι καὶ αὐτοὶ γίνονται πρὸς ἡμᾶς, καὶ πρὸς ἃς εὑρίσκουσιν ἐν ἡμῖν ἐννοίας, οὕτω καὶ αὐτοὶ τὰς φαντασίας ἀφομοιοῦσιν. Ἐὰν μὲν οὖν δειλιῶντας εὕρωσι καὶ ταραττομένους, εὐθὺς αὐτοὶ, ὡς λῃσταὶ, τὸν τόπον ἀφύλακτον εὑρόντες, ἐπιβαίνουσι· καὶ ὅπερ ἀφ' ἑαυτῶν λογιζόμεθα, τοῦτο μετὰ προσθήκης ποιοῦσιν. Ἐὰν (55) γὰρ βλέπωσιν ἡμᾶς φοβουμένους καὶ δειλιῶντας, μειζόνως αὐξάνουσι τὴν δειλίαν ἐν ταῖς φαντασίαις καὶ ταῖς ἀπειλαῖς, καὶ λοιπὸν ἐν τούτοις ἡ ταλαίπωρος κολάζεται ψυχή· ἐὰν δὲ χαίροντας ἡμᾶς εὕρωσιν ἐν Κυρίῳ, καὶ λογιζομένους περὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, καὶ ἐνθυμουμένους τὰ τοῦ Κυρίου, καὶ διαλογιζομένους (56), ὅτι πάντα ἐν χειρὶ Κυρίου ἐστὶ, καὶ οὐδὲν ἰσχύει δαίμων κατὰ Χριστιανοῦ, οὐδὲ ὅλως ἐξουσίαν ἔχει κατά τινος· βλέποντες (57) ἠσφαλισμένην τὴν ψυχὴν τοῖς τοιούτοις λογισμοῖς, ἀποστρέφονται κατηῤῥυμμένοι. Οὕτως τὸν μὲν Ἰὼβ ἰδὼν ὁ ἐχθρὸς περιπεφραγμένον, ἀνεχώρησεν ἀπ' αὐτοῦ· τὸν δὲ Ἰούδαν γυμνὸν ἀπὸ τούτων εὑρὼν, ἠχμαλώτισεν. Ὥστε, εἰ θέλομεν καταφρονεῖν τοῦ ἐχθροῦ, λογιζώμεθα ἀεὶ τὰ τοῦ Κυρίου, καὶ χαιρέτω ἀεὶ ἡ ψυχὴ τῇ ἐλπίδι· καὶ ὀψόμεθα ὡς καπνὸν τὰ τῶν δαιμόνων παίγνια, καὶ μᾶλλον φεύγοντας αὐτοὺς ἢ διώκοντας. Εἰσὶ γὰρ λίαν αὐτοὶ, καθὰ προεῖπον, δειλοὶ, προσδοκῶντες ἀεὶ τὸ ἡτοιμασμένον αὐτοῖς πῦρ.

43. Καὶ τοῦτο δὲ (58) πρὸς ἀφοβίαν κατ' ἐκείνων ἔχετε παρ' ἑαυτοῖς τὸ τεκμήριον· Ὅταν τις φαντασία γένηται, μὴ προκατάπιπτε ἐν δειλίᾳ, ἀλλ' ὁποία ἂν ᾖ, θαῤῥῶν ἐρώτα πρῶτον· Τίς εἶ σὺ, καὶ πόθεν; A afficiamur; sed fidamus magis et gaudeamus, utpote salutem consecuti: atque animo reputemus, nobiscum esse Dominum, qui dæmones profligavit atque compressit. Cogitemus item et mente semper volvamus, dum nobiscum Dominus est, nullo nos ab inimicis malo afficiendos esse. Cum advenient enim, quales nos repererint, tales erga nos futuri sunt, atque phantasias suas cogitationibus quas in nobis deprehenderint accommodant: si perterritos et turbatos reperiant, illico quasi fures, locum absque custodia inventum invadunt: tum quod nos ipsi cogitamus, id etiam cum augmento perpetrant. Nam si viderint nos reformidare, atque terreri, terroris illi accessionem præstant phantasiis et comminationibus suis, ac demum iis in rebus castigatur misera anima; sin gaudentes in B Domino reperiant, et de futuris cogitantes bonis; ac quæ Domini sunt animo versantes, et nobiscum reputantes omnia in manu Domini esse, nec quidquam valere dæmones in Christianum, nec minimam habere in quempiam potestatem; cum, inquam, animam hujusmodi rebus munitam conspexerint, pudefacti recedunt. Ita Jobum munitum reperiens inimicus, ab illo recessit: Judam vero his nudatum deprehendens, captivum abduxit. Si igitur inimicum despicere velimus, quæ Domini sunt assidue cogitemus, sitque anima semper spe læta: tum dæmonum ludibria nobis instar fumi videbuntur, atque fugientes illos potius quam persequentes videbimus. Sunt namque, uti supra dixi, perquam C timidi, quod semper exspectent sibi paratum ignem.

662 43. Hocque sit vobis ad securitatem indicium: Cum quædam aderit visio, ne statim pavore concidas, sed qualiscunque illa sit, fidens primum interroga: Quisnam tu es, et unde? Tum si sanc-

VERSIO EVAGRII.

sibus. En ipse diabolus, qui hujusmodi cum suis satellitibus exercet astutias, nihil se posse contra Christianos fatetur. Jam curæ Christianorum et monachorum sit, ne per eorum inertiam vires dæmonibus præbeantur. Nam quales nos et nostras repererint cogitationes, tales se nobis præstare consueverunt, et, si quod in pectoribus malæ mentis et pavoris semen invenerint, quasi latrones, qui deserta obtinent loca, cœptos cumulant timores, et crudeliter imminentes, infelicem puniunt animam. Sin autem alacres (59) fuerimus in Domino; et futurorum bonorum cupido nos succenderit, si semper omnia manibus Dei committamus, nullus dæmonum ad expugnandum valebit accedere: magis enim, cum muniti in Christo corda conspexerint, confusi revertentur. Ita et Job firmatum in Domino diabolus refugit, et infelicissimum Judam exspoliatum fide vinculis captivitatis innexuit. Una est ergo ratio vincendi inimicum; lætitia spiritualis, et animæ Dominum semper cogitantis jugis recordatio: quæ dæmonum ludos quasi fumum expellens, persequetur adversarios potius quam timebit. Non est enim nescius Satanas ignium futurorum, et æstuantis gehennæ copiosa novit incendia.

43. Sed ut mea jam claudatur oratio, illud in fine (60) commemoro: cum aliqua se vobis obtulerit

(54*) Ita Regius secundus et Colbertin. 2. Editi et Savil., τροπαιώσας. Colbertinus primus et tertius, et Regius primus, τροπωσάμενος. Mox hæc, Καὶ ἐνθυμούμεθα, desunt in editis, sed habentur a manuscriptis omnibus.

(55) Ita manuscripti. Editi vero, Ἐὰν μὲν οὖν.

(56) Sic mss. pene omnes. Editi vero, καὶ λογιζομένους τὰ τοῦ Κυρίου, καὶ διαλογιζομένους, omissis mediis.

(57) Sic Hœschelius et omnes manuscripti, præter Savil., qui cum editione Paris. habet, βλέποντες γάρ. Infra Regius secundus et Colbertinus secundus, Ἰὼβ εὑρών.

(58) Sic Hœschel. et pene omnes manuscripti. Savil. cum edit. Paris., Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο. Saviliani quippe codicis lectiones cum bonas tum malas secuti frequenter sunt Parisienses.

(59) Ita omnes pene manuscripti. Editi vero, *si autem alacres.*

(60) Sic maxima pars manuscriptorum. Bolland., *in finem.*

Digitized by Google

ctorum sit visio, certiorem te facient, atque terrorem tuum in gaudium vertent; sin diabolica illa sit, statim debilitatur, perspecta animi firmitate: nam imperterriti animi signum est, vel sic interrogare: Quis tu es, et unde? Ita sciscitatus filius Nave certior factus est [88]: nec latuit inimicus interroganti Danieli [89].

44. Hæc loquente Antonio delectabantur omnes: tum in aliis augebatur virtutis amor; aliorum segnities pellebatur; quorumdam prior cessabat opinio: omnibusque persuasum erat, contemnendas esse dæmonum insidias, mirantibus gratiam Antonio datam a Domino ad discretionem spirituum. Erant igitur in montibus monasteria quasi tabernacula repleta divinis choris psallentium, lectionis studiosorum, jejunantium, orantium, exsultantium spe futurorum, laborantium ad eleemosynas erogandas, mutua charitate et concordia junctorum. Ac revera videre erat quasi aliquam segregatam regionem pietatis atque justitiæ. Nullus ibi qui injuria vel afficeret, vel afficeretur: nulla exactoris increpatio, sed multitudo ascetarum, quorum unum omnium erat virtutis studium; ut qui monasteria vidisset talemque monachorum constitutionem, exclamasset haud dubie: *Quam pulchræ domus tuæ, Jacob, et tabernacula tua, Israel! ut nemora umbrosa, ut paradisus juxta fluvium, ut tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas* [90].

45. Ipse vero more solito secedens intra monasterium suum, majore vitam asceticam studio adiit, ingemebatque quotidie cœlestium memor mansio-

A Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἁγίων ὀπτασία, πληροφοροῦσί σε, καὶ τὸν φόβον σου εἰς χαρὰν μεταβάλλουσιν· ἐὰν δὲ διαβολική τις ᾖ, εὐθὺς ἐξασθενεῖ, βλέπουσα ἐρρωμένην τὴν διάνοιαν· ἀταραξίας γὰρ τεκμήριον τὸ ὅλως πυνθάνεσθαι· Τίς εἶ, καὶ πόθεν; Οὕτως ὁ μὲν τοῦ Ναυῆ, ἐρωτήσας, ἔμαθεν· ὁ δὲ ἐχθρὸς οὐκ ἔλαθεν ἐρωτήσαντα τὸν Δανιήλ.

44. Ταῦτα διαλεγομένου τοῦ Ἀντωνίου, πάντες ἔχαιρον· καὶ τῶν μὲν ὁ ἔρως τῆς ἀρετῆς ηὔξανε, τῶν δὲ ἡ ὀλιγωρία παρεκβαλεῖτο (61), καὶ ἄλλων ἡ οἴησις ἐπαύετο· πάντες τε ἐπείθοντο καταφρονεῖν τῆς δαιμονικῆς ἐπιβουλῆς, θαυμάζοντες τὴν δοθεῖσαν παρὰ τοῦ Κυρίου Ἀντωνίῳ χάριν εἰς τὴν διάκρισιν τῶν πνευμάτων. Ἦν οὖν ἐν τοῖς δρεσι τὰ μοναστήρια ὡς σκηναὶ πεπληρωμέναι θείων χορῶν, ψαλλόν- B των, φιλολογούντων, νηστευόντων, εὐχομένων, ἀγαλλιωμένων ἐπὶ τῇ τῶν μελλόντων ἐλπίδι, καὶ ἐργαζομένων εἰς τὸ ποιεῖν ἐλεημοσύνας, ἀγάπην τε καὶ συμφωνίαν ἐχόντων εἰς ἀλλήλους. Καὶ ἦν ἀληθῶς ἰδεῖν ὥσπερ χώραν τινὰ καθ' ἑαυτὴν οὖσαν θεοσεβείας καὶ δικαιοσύνης. Οὐκ ἦν γὰρ ἐκεῖ ὁ ἀδικῶν ἢ ὁ ἀδικούμενος, οὐδὲ μέμψις φορολόγου· ἀλλὰ πλῆθος μὲν ἀσκητῶν, ἓν δὲ τῶν πάντων εἰς ἀρετὴν τὸ φρόνημα· ὥστε ἰδόντα τινὰ πάλιν τὰ μοναστήρια, καὶ τὴν τοιαύτην τῶν μοναχῶν τάξιν, ἀναφωνῆσαι καὶ εἰπεῖν· *Ὡς καλοί σου οἱ οἶκοι, Ἰακώβ, αἱ σκηναί σου, Ἰσραήλ! ὡσεὶ νάπαι σκιάζουσαι, καὶ ὡσεὶ παράδεισος ἐπὶ ποταμόν, καὶ ὡσεὶ σκηναί, ἃς ἔπηξεν ὁ Κύριος, καὶ ὡσεὶ κέδροι παρ' ὕδασιν.*

C 45. Αὐτὸς μέντοι συνήθως καθ' ἑαυτὸν ἀναχωρῶν ἐν τῷ ἑαυτοῦ μοναστηρίῳ, ἐπέτεινε τὴν ἄσκησιν (62), καθ' ἡμέραν τε ἐστέναζεν, ἐνθυμούμενος τὰς

VERSIO EVAGRII.

visio, audacter requirite quis sit ille, et unde venerit: ac sine mora, si sanctorum fuerit revelatio, angelica consolatione timor vertetur in gaudium. Si vero diaboli fuerit oblata tentatio, fidelis animæ percunctationibus evanescet: quia maximum est securitatis indicium, interrogare quisnam est et unde: sic et Nave filius auxiliatorem suum interrogando cognovit, nec Danielem percontantem latere potuit inimicus.

44. Postquam Antonius dicendi finem fecit: lætantibus cunctis, in aliis virtutis cupido exardescebat, in aliis infirma refovebatur fides, ex aliorum mentibus falsæ opiniones pellebantur, ex aliorum sensibus inanium terrorum pellebatur accessio (63): simulque universi, cum jam dæmonum insidias contemnerent, mirabantur in Antonio tantam gratiam spirituum discernendorum, quam Domino tribuente perceperat. Erant igitur in monte monasteria tanquam tabernacula, plena divinis choris psallentium, legentium, orantium: tantumque jejunandi et vigiliarum ardorem cunctorum mentibus sermo ejus afflaverat, ut futuræ spei aviditate, ad charitatem mutuam et misericordias indigentibus exhibendas jugi studio laborarent, qui infinitam regionem quamdam et oppidum a mundana conversatione sejunctum, plenum pietatis et justitiæ videbantur incolere. Quis tantum monachorum agmen aspiciens, quis virilem illum concordiæ cœtum cernens, in quo nullus nocens, nulla detractio susurronis, sed multitudo abstinentium et certamen officiorum erat, non in hanc statim erumperet vocem: *Quam bonæ domus tuæ, Jacob, tabernacula tua, Israel, tanquam nemora obumbrantia, tanquam paradisus super fluvios, tanquam tabernacula quæ fixa sunt a Domino, tanquam cedri circa aquas!*

45. Dum hæc ita gererentur (64), quibus in dies beatæ vitæ studium cresceret, Antonius mansionum in cœlo positarum recordans, et præsentis vitæ despiciens inanitatem, quasi parva essent quæcunque jam gesserat, separatus a fratribus instituebatur, cumque eum sive cibum sive somnum indulgere corpusculo, aut alias naturæ necessitates, cogeret humana conditio, miro afficiebatur pudore, quod tantam animæ libertatem modici carnis termini coercerent: nam frequenter cum fratribus sedens, a cibo qui

[88] Jos. v, 13. [89] Dan. x, 11, 18, 19. [90] Num. xxiv, 5, 6.

(61) Sic editio Parisiensis et maxima pars manuscriptorum. Hœschelius cum quibusdam aliis, παρεκαλεῖτο, legendum forte, παρεξεβάλλετο.

(62) Colbertin. 2, ἐνέμενε τῇ ἀσκήσει.

(63) Ita duo manuscripti recte. Bolland. vero, *accensio*.

(64) Sic mss. Bolland. vero, *geruntur*.

Digitized by Google

ἐν οὐρανῷ μονὰς, τόν τε πόθον ἔχων εἰς αὐτὰς, καὶ σκοπῶν τὸν ἐφήμερον τῶν ἀνθρώπων βίον. Καὶ γὰρ μέλλων ἐσθίειν καὶ κοιμᾶσθαι, καὶ ἐπὶ ταῖς ἄλλαις ἀνάγκαις τοῦ σώματος ἔρχεσθαι, ἠσχύνετο, τὸ τῆς ψυχῆς λογιζόμενος νοερόν. Πολλάκις γοῦν μετὰ πολλῶν ἄλλων μοναχῶν μέλλων ἐσθίειν, ἀναμνησθεὶς τῆς πνευματικῆς τροφῆς, παρητήσατο, καὶ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν ἀπῆλθε, νομίζων ἐρυθριᾶν, εἰ βλέποιτο παρ' ἑτέρων ἐσθίων· ἤσθιε μέντοι καθ' ἑαυτὸν διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀνάγκην· πολλάκις δὲ καὶ μετὰ τῶν ἀδελφῶν· αἰδούμενος μὲν ἐπὶ τούτοις, παῤῥησιαζόμενος δὲ ἐπὶ τοῖς ὑπὲρ ὠφελείας λόγοις. Καὶ ἔλεγε χρῆναι τὴν πᾶσαν σχολὴν διδόναι τῇ ψυχῇ μᾶλλον ἢ τῷ σώματι, καὶ συγχωρεῖν μὲν διὰ τὴν ἀνάγκην ὀλίγον καιρὸν τῷ σώματι, τὸ δὲ ὅλον σχολάζειν τῇ ψυχῇ μᾶλλον, καὶ τὴν ταύτης ὠφέλειαν ζητεῖν· ἵνα μὴ αὕτη καθέλκηται ὑπὸ τῶν ἡδονῶν τοῦ σώματος, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ σῶμα παρ' αὐτῆς δουλαγωγῆται· τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ λεγόμενον παρὰ τοῦ Σωτῆρος· *Μὴ μεριμνήσητε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε, μηδὲ τῷ σώματι τί ἐνδύσησθε. Καὶ ὑμεῖς μὴ ζητεῖτε τί φάγητε ἢ τί πίητε, καὶ μὴ μετεωρίζεσθε· ταῦτα γὰρ πάντα τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου ἐπιζητεῖ. Ὑμῶν δὲ ὁ Πατὴρ οἶδεν, ὅτι χρῄζετε τούτων ἁπάντων. Πλὴν ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.*

46. Μετὰ ταῦτα κατέλαβε τὴν Ἐκκλησίαν ὁ κατὰ Μαξιμῖνον τὸ τηνικαῦτα γενόμενος διωγμός· καὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων ἀγομένων εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἠκολούθησε καὶ αὐτὸς, ἀφεὶς τὸ μοναστήριον, λέγων· Ἀπέλθωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵνα ἀγωνιζώμεθα κληθέντες (65), ἢ θεωρήσωμεν τοὺς ἀγωνιζομένους. Καὶ πόθον μὲν εἶχε μαρτυρῆσαι· παραδοῦναι δὲ μὴ θέλων ἑαυτὸν, ὑπηρέτει τοῖς ὁμολογηταῖς ἔν τε τοῖς μετάλλοις καὶ ἐν ταῖς φυλακαῖς. Πολλή τε ἦν αὐτῷ σπουδὴ ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ἀγωνιζομένους μὲν τοὺς καλουμένους ἐπαλείφειν εἰς προθυμίαν, μαρτυροῦντας δὲ αὐτοὺς ἀπολαμβάνειν καὶ προπέμπειν ἕως τελειωθῶσιν.

num, earumque desiderio captus, ac humanæ vitæ fragilitatem animo versans : cibum quippe aut somnum, aut cæteras corporis necessitates, nonnisi **663** cum rubore capiebat, secum reputans animæ vim intelligendi. Sæpe comesturus cum aliis monachis, spiritualis cibi recordatus, abnuebat, atque procul illis secedebat, ratus pudori sibi esse si comedens ab aliis videretur : seorsum itaque comedebat ob corporis necessitatem, plerumque etiam cum fratribus : tum quod visus ab illis pudore afficeretur, tum quod fiduciam sumeret, ut illis utilem sermonem subministraret. aiebatque totam curam animæ potius quam corpori adhibendam : dandum tamen corpori ob necessitatem paululum temporis; sed totum reliquum animæ impendendum, et ejus quærendam utilitatem, ut ne ipsa traheretur corporis voluptatibus, imo potius ab ea corpus in servitutem redigeretur : hanc enim ipsam esse Salvatoris sententiam : *Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, neque corpori quid induamini : et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis ; et nolite in sublime tolli, hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit quoniam his omnibus indigetis. Cæterum quærite primum regnum ejus, et hæc omnia adjicientur vobis* [91].

46. Post hæc Ecclesiam excepit Maximini persecutio ; sanctosque martyres Alexandriam adductos, relicto ille monasterio, secutus est, aiens : Pergamus et nos, ut vel vocati congrediamur, vel præliantes spectemur. Et martyrii quidem desiderio flagrabat ; sed cum nollet sese tradere, confessoribus in metallis et in carceribus ministrabat. Magna quoque ipsi cura in judicii loco, vocatos concertantesque hortari ad animi alacritatem : martyriumque passuros excipere, atque comitari donec consummarentur. Judex itaque, viso tam illius quam suorum intrepido hac in re animo, jussit ne-

VERSIO EVAGRII.

fuerat appositus, memoria escæ spiritualis abstrahebatur. Edebat tamen, utpote homo, sæpe solus, sæpe cum fratribus. Et cum hæc mira (ut prædixi) ageret, cum confusione animi (66) adhibendam magnopere diligentiam persuadebat, dicens, nec corpus esse penitus enecandum, nec nimietate escæ satiandum (67), ne operatio contra voluntatem Creatoris dissolveretur : et ob id omne studium animæ conferendum, ne vitiis superata corporeis ad æternas inferni tenebras truderetur ; quinimo indultum sibi in carne imperium vindicans, domicilium suum, ut apostolus Paulus, ad tertium cœlum sublevaret : asserebatque hoc esse (68) a Salvatore præceptum, in quo ait : *Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, aut quid bibatis, nec corpori vestro quid vestiamini, quia hæc gentes quærunt : vester autem Pater novit quod indigetis his omnibus : quærite ergo primum regnum Dei et justitiam ejus, et hæc omnia apponentur* (69) *vobis.*

46. His rebus ita transactis, cum persecutio impiissima Maximini furore vesano vastaret Ecclesiam, sanctisque martyribus Alexandriam perductis, relicto et ipse monasterio secutus est futuras Christi victimas, dicens : Pergamus ad gloriosos fratrum triumphos, ut aut ipsi congrediamur, aut spectemus alios præliantes. Et amore quidem jam martyr erat, sed cum tradere se ultro non vellet et ministraret confessoribus (70) in metallis vel in carceribus constitutis, magna cum libertate et cura ingredientes ad judi-

[91] Luc. XII, 29-31.

(65) Colb. 2, βληθέντες.

(66) Ita plerique omnes manuscripti. Bolland. vero, *cum confusione animæ*. Mox in multis editis habetur *corpori*, post *magnopere*, sed non legitur in mss.

(67) Hæc, *nec nimietate escæ satiandum*, in solo habentur Gemmet 1, unde sumpsimus, ut integra fiat sententia

(68) Sic manuscripti. In Bolland. vero, *esse*, deest. Infra pene omnes manuscripti, *nec corpori vestro induamini*. Bolland., *nec corpori quid vestiamini*.

(69) Ita omnes fere manuscripti. Bolland. vero, *adjicientur*. Mox manuscripti *ita* post *rebus*. Bolland. non habet. Mox aliqui legunt *Maximiani*.

(70) Ita omnes pene manuscripti. Bolland., *valeret et sociari confessoribus*.

Digitized by Google

minem monachorum in judicii loco interesse, vel in urbe prorsus versari. Tum aliis omnibus visum est illo die sese occultare : **684** Antonio autem tantum jussio curæ fuit, ut loto ependyte, insequente die in edito loco conspicuus staret, atque præfecto sese nitidus exhiberet. Omnibus rem mirantibus, ipsoque judice id perspiciente, et cum militum suorum turma prætereunte, stetit ille intrepidus, ut nostram Christianorum ostenderet animi alacritatem : nam, uti superius dixi, martyrii desiderio flagrabat. Itaque mœrenti similis erat, quod martyrium assequi non posset : Dominus autem virum conservabat ad nostram cæterorumque utilitatem, ut asceticæ vitæ, quam ex Scripturis ipse didicerat, permultis magister foret. Enimvero multi, perspecto ejus vitæ instituto, imitari illum studuere. Confessoribus itaque rursum de more ministrabat, et quasi vinctus cum illis fuisset, assiduum illis officiorum suorum impendebat laborem.

47. Postquam autem cessavit persecutio, beatæque memoriæ episcopus Petrus martyrio affectus est, profectus est Antonius, atque iterum secessit in monasterium, ubi conscientiæ suæ studio quotidie martyr erat, atque fidei certaminibus dimicabat. Asceticam enim vitam ferventius iniit; jejunabat quippe quotidie, vestimento usus interno quidem cilicino, externo vero pelliceo, quod ad usque mortem servavit : neque corpus ad deponendas sordes aqua lavit, neque pedes unquam abluit, vel solum in aquam nisi postulante necessitate demersit : nec unquam exutum illum conspexit quispiam, vel nudatum corpus Antonii, nisi cum post mortem suam sepultus est.

48. Cum secederet igitur, secumque statuisset aliquandiu nec isthinc egredi, nec apud se quempiam admittere, Martinianus quidam militum præpositus accedens molestiam Antonio creavit, iliam

Ὁ γοῦν δικαστὴς, βλέπων αὐτοῦ τε καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τὸ ἄφοβον, καὶ τὴν εἰς τοῦτο σπουδὴν, παρήγγειλε μηδένα τῶν μοναχῶν ἐν τῷ δικαστηρίῳ φαίνεσθαι, μηδὲ ὅλως ἐν τῇ πόλει διατρίβειν. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἔδοξαν κρύπτεσθαι τὴν ἡμέραν ἐκείνην· ὁ δὲ Ἀντώνιος τοσοῦτον ἐφρόντισεν, ὥστε καὶ μᾶλλον πλῦναι τὸν ἐπενδύτην, καὶ τῇ ἑξῆς ἔμπροσθεν ἐφ' ὑψηλοῦ στῆναι, καὶ φαίνεσθαι τῷ ἡγεμόνι λαμπρόν. Πάντων οὖν ἐπὶ τούτῳ θαυμαζόντων, καὶ τοῦ ἡγεμόνος ὁρῶντος, καὶ μετὰ τῆς τάξεως αὐτοῦ διαβαίνοντος, αὐτὸς ἀτρέμας εἱστήκει, δεικνὺς ἡμῖν τῶν Χριστιανῶν τὴν προθυμίαν· ἤυχετο γὰρ κἀὶ αὐτὸς μαρτυρῆσαι, καθὰ προεῖπον. Αὐτὸς μὲν οὖν λυπουμένῳ ἐῴκει, ὅτι μὴ μεμαρτύρηκεν· ὁ δὲ Κύριος ἦν αὐτὸν φυλάττων εἰς τὴν ἡμῶν καὶ τὴν ἑτέρων ὠφέλειαν, ἵνα καὶ ἐν τῇ ἀσκήσει, ἣν ἐκ τῶν Γραφῶν αὐτὸς μεμάθηκε, πολλοῖς διδάσκαλος γένηται. Καὶ γὰρ καὶ μόνον βλέποντες αὐτοῦ τὴν ἀγωγὴν, πολλοὶ τῆς πολιτείας αὐτοῦ ἐσπουδάζοντο ζηλωταὶ γενέσθαι. Πάλιν οὖν ὑπηρέτει (71) συνήθως τοῖς ὁμολογηταῖς, καὶ ὡς συνδεδεμένος αὐτοῖς, ἦν κοπιῶν ἐν ταῖς ὑπηρεσίαις.

47. Ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν ὁ διωγμὸς ἐπαύσατο, καὶ μεμαρτύρηκεν ὁ μακαρίτης ἐπίσκοπος Πέτρος, ἀπεδήμησε, καὶ πάλιν εἰς τὸ μοναστήριον ἀνεχώρει, καὶ ἦν ἐκεῖ καθ' ἡμέραν μαρτυρῶν τῇ συνειδήσει, καὶ ἀγωνιζόμενος τοῖς τῆς πίστεως ἄθλοις. Καὶ γὰρ καὶ ἀσκήσει πολλῇ καὶ συντονωτέρᾳ ἐκέχρητο· ἐνήστευε γὰρ ἀεὶ, τὸ δὲ ἔνδυμα εἶχεν ἔνδον μὲν τρίχινον (72), ἐπάνω δὲ δερμάτινον, ὃ καὶ ἕως τελευτῆς τετήρηκε, μήτε σῶμα διὰ ῥύπον ὕδατι λούσας, μήθ' ὅλως τοὺς πόδας ἀπονίψας, ἢ κἂν ἁπλῶς εἰς ὕδωρ αὐτοὺς χωρὶς ἀνάγκης ἀνασχόμενος ἐμβαλεῖν· ἀλλ' οὐδὲ γυμνωθέντα τις αὐτὸν ἑώρακεν, οὐδὲ ὅλως τὸ σῶμά τις εἶδε Ἀντωνίου γυμνὸν, εἰ μὴ ὅτε τελευτήσας ἐθάπτετο.

48. Ἀναχωροῦντι τοίνυν αὐτῷ, καὶ προθεμένῳ ποιῆσαι χρόνον, ὥστε μήτε αὐτὸν προϊέναι, μήτε τινὰ δέξασθαι, Μαρτινιανός (73) τις ἀρχων στρατιωτῶν, ἐλθὼν, ἐγίνετο δι' ὄχλου τῷ Ἀντωνίῳ· εἶχε γὰρ

VERSIO EVAGRII.

cem exhortabatur, ne terrore impiorum subacti, Dominum negarent. Jamque sententiâ coronatos (74) exsultans, quasi ipse vicisset, usque ad locum felicis sanguinis prosequebatur. Quamobrem motus judex Antonii sociorumque ejus constantia (75), præcepit nullum penitus monachorum aut observare judicium, aut in civitate versari. Et cæteris quidem omnibus in illa die placuit abscondi; Antonius autem impavidus, neglecto persecutoris imperio, lavit ependyten suum. Et alia die stans in quodam eminenti loco, candenti præcinctus veste, procedentem judicem suo provocabat aspectu, flagrans cupiditate martyrii : ostendebatque nobis contemptorem pœnarum et mortis, in Christianis, animum perseverare debere, in tantum, ut contristaretur, quia volenti pati pro nomine Christi (76), martyrium non dabatur. Sed Dominus qui suo gregi parabat magistrum, servavit Antonium, ut institutum (sicuti factus est) monachorum non solum oratione ejus, sed et conspectibus firmaretur, nunquam tamen a sanctorum confessorum vestigiis separatus est, quin anxia circa eos cura et charitatis vinculis colligatus, magis carcerem patiebatur exclusus.

47. Postquam autem persecutionis turbo defluxerat, et B. episcopo Petro jam ob martyrii gloriam coronato, ad pristinum monasterium regressus, quotidianum fidei ac conscientiæ martyrium merebatur, acrioribus se jejuniis vigiliisque conficiens, vestimento cilicino intrinsecus, desuper pelliceo utebatur, nunquam corpus lavans, nunquam pedibus sordes abluens, nisi cum per aquam (77) transire necessitas compulisset : nullus denique Antonii corpus nudum, antequam moreretur, unquam vidit.

(71) Colb. 2, ἠκολούθει.
(72) Tres manuscripti, τρίχινον recte. Tres alii, τρύχινον. Editi, τρυχίνιον.
(73) Regius 2, Μαρτιάνος. Colb. 2, Μαρτῖνος.
(74) Sic manuscripti quidam. Bolland., *coronatos*.
(75) Ita omnes manuscripti. Bolland. [vero, *ob Antonii sociorumque ejus constantiam*.
(76) Ita manuscripti pene omnes. Bolland. vero, *pro Dei nomine*.
(77) Sic manuscripti. Bolland. vero, *per aquas*.

Digitized by Google

ὑπὸ δαίμονος ἐνοχλουμένην τὴν θυγατέρα· ὡς δὲ ἐπὶ πολὺ διέμενε κόπτων τὴν θύραν καὶ ἀξιῶν ἐλθεῖν αὐτὸν, καὶ εὔξασθαι τῷ Θεῷ διὰ τὴν παῖδα· ἀνοίξαι μὲν οὐκ ἠνέσχετο, παρακύψας δὲ ἄνωθεν, εἶπεν· Ἄνθρωπε, τί μου κατακράζεις; ἄνθρωπός εἰμι κἀγὼ ὥσπερ καὶ σύ. Εἰ δὲ πιστεύεις τῷ Χριστῷ, ᾧ λατρεύω, ὕπαγε, καὶ ὡς πιστεύεις εὔξαι τῷ Θεῷ (78), καὶ γίνεται. Εὐθὺς οὖν ἐκεῖνος πιστεύσας, καὶ ἐπικαλεσάμενος τὸν Χριστὸν, ἀπῆλθεν, ἔχων τὴν θυγατέρα καθαρισθεῖσαν ἀπὸ τοῦ δαίμονος. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα δι' αὐτοῦ πεποίηκεν ὁ Κύριος, ὁ λέγων· *Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν.* Πλεῖστοι γὰρ τῶν πασχόντων, μὴ ἀνοίγοντος αὐτοῦ τὴν θύραν, μόνον ἐκάθευδον (79) ἔξω τοῦ μοναστηρίου, καὶ πιστεύοντες καὶ εὐχόμενοι γνησίως, ἐκαθαρίζοντο.

A quippe secum habebat a dæmone vexatam : ut autem diu januam pulsando perseverabat, rogabatque ut egrederetur, Deumque rogaret pro filia sua ; ille januam quidem non aperuit, prospiciens vero desuper ait : Quid tu ad me clamas? homo sum sicut tu. Quod si Christo credis cui ego servio, vade, et secundum fidem tuam ora Deum, et optatum assequere. Credidit ille **665** statim, et invocato Christi nomine abiit, filiam reducens a dæmone liberatam. Multa item alia ejus opera fecit Dominus qui ait : *Petite, et dabitur vobis*[91]. Plurimi namque eorum qui patiebantur, cum non aperiret ipse januam, extra monasterium dormiebant, atque cum sincera fide orantes, mundabantur.

49. Ὡς δὲ εἶδεν ἑαυτὸν ὀχλούμενον ὑπὸ πολλῶν καὶ μὴ ἀφιέμενον κατὰ γνώμην ἀναχωρεῖν, ὡς βούλεται, εὐλαβηθεὶς μὴ ἐξ ὧν ὁ Κύριος ποιεῖ δι' αὐτοῦ, ἢ αὐτὸς ἐπαρθῇ, ἢ ἄλλος τις ὑπὲρ ὃ ἐστι λογίσηται περὶ αὐτοῦ, ἐσκέψατο καὶ ὥρμησεν ἀνελθεῖν εἰς τὴν ἄνω Θηβαΐδα πρὸς τοὺς ἀγνοοῦντας αὐτόν. Καὶ δὴ παρὰ τῶν ἀδελφῶν δεξάμενος ἄρτους, ἐκάθητο παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ, σκοπῶν εἰ ἄρα παρέλθοι πλοῖον, ἵνα ἐμβὰς ἀνέλθῃ μετ' αὐτῶν. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ σκεπτομένου, φωνή τις ἄνωθεν γέγονε πρὸς αὐτόν· Ἀντώνιε, ποῦ πορεύῃ, καὶ διὰ τί; Ὁ δὲ μὴ ταραχθεὶς, ἀλλ' ὡς εἰωθὼς καλεῖσθαι πολλάκις οὕτως, ἐπακούσας, ἀπεκρίνατο, λέγων· Ἐπειδὴ οὐκ ἐπιτρέπουσί μοι ἡρεμεῖν οἱ ὄχλοι, διὰ τοῦτο βούλομαι ἀνελθεῖν εἰς τὴν ἄνω Θηβαΐδα, διὰ τὰς πολλὰς τῶν (80) ὧδέ μοι γινομένας ἐνοχλήσεις, καὶ μάλιστα διὰ τὸ ἀπαιτεῖσθαί με παρ' αὐτῶν τὰ ὑπὲρ τὴν ἐμὴν δύναμιν. Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔφη (81)· Κἂν εἰς τὴν Θηβαΐδα ἀνέλθῃς, κἂν, ὡς ἐνθυμῇ, κατέλθῃς εἰς τὰ βουκόλια, πλείω καὶ διπλασίονα τὸν κάματον ἔχεις ὑπομένειν. Εἰ δὲ θέλεις ὄντως ἡρεμεῖν, ἄνελθε νῦν εἰς τὴν ἐνδο-

B 49. Ut vidit autem a multis sibi molestiam creari, nec sibi licere pro arbitrio secedere, veritus ne ex signis quæ per se Dominus faciebat, aut ipse extolleretur, aut alius quispiam de ipso plus quam res ipsa ferret existimaret, re secum deliberata, profectus est ut se conferret in superiorem Thebaidem, ad homines quibus esset ignotus. Acceptisque panibus a fratribus ad oram fluminis sedebat, ut observaret num qua pertransiret navicula, ut ea conscensa cum vectoribus ascenderet. Hæc illo cogitante, vox quædam desuper ad illum facta est : Antoni, quo tendis? quave de causa? Ille nihil turbatus, utpote solitus sic sæpe compellari, respondit : Quia turbæ non sinunt me quiescere, ideo me C in superiorem Thebaidem conferre decrevi, ad vitandas frequentes illas perturbationes, maximeque quod ea a me postulent quæ meam superent virtutem. Tum vox ad illum : Sive in Thebaidem ascendas, sive, ut cogitas, ad armenta boum te conferas ; duplo majorem sustinebis laborem. Quod si omnino quiescere desideras, vade nunc in interiorem soli-

VERSIO EVAGRII.

48. Quodam autem tempore, cum ab omnium se amovisset oculis, et clauso monasterio neminem omnino susciperet, Martinianus militum præpositus, cujus filia immundi spiritus infestationibus quatiebatur, pulsans ostium obsecrabat, ut suo pignori subveniret, et exiens Deum pro filia precaretur. Tum ille aperire quidem minime voluit, prospiciens vero desuper ait : O homo, quid meum poscis auxilium? Mortalis et ego sum, et tuæ socius fragilitatis ; si autem credis in Christum, cui deservio, vade, et secundum fidem tuam ora Deum, et sanabitur filia tua. Confestim ille credens abiit, et invocato Jesu, filiam reduxit incolumem. Multa et alia mirabilia per illum Dominus operatus est et merito : qui enim promisit in Evangelio : *Petite, et dabitur vobis*, invento qui mereretur accipere (82), suam potentiam non negavit : nam plures vexatorum ante monasterium ejus, clauso introitu, dormientes, fidelibus per eum ad Christum precibus purgabantur.

49. Hæc illi multitudo venientium, desideratam solitudinem auferens, tædio fuit. Metuens itaque ne signorum copiosa concessio aut suos animos extolleret, aut alios plus de se, quam videbant in ipso, cogeret æstimare, ad superiorem Thebaidem pergere cogitavit, ubi nullus eum agnosceret. Et a fratribus acceptis panibus, sedebat super fluminis ripam, transitum navis observans. Illo talia cogitante, vox ad eum desuper facta est, dicens : Antoni, quo pergis, et quare? At ille intrepide, quasi consuetam vocem loquentis agnosceret, respondit : Quoniam non sinunt me quiescere populi, idcirco ad superiorem Thebaidem ire optimum duxi, præcipue, quia ea exigor quæ virtutem meæ pusillanimitatis excedunt. Et vox ad illum ait : Si ad Thebaidem vadas, et ad pastoralia (ut cogitas) pergas, majorem ac duplicem sustinebis laborem : si autem vere quiescere cupis, vade nunc ad interius desertum. Cumque Antonius diceret : Quis mihi locum avium poterit ostendere? ignarus enim sum locorum : confestim ei is qui loquebatur,

[91] Luc. xi, 9.

(78) Sic manuscripti. Editi vero, Εἰ δὲ πιστεύεις εὔξας τῷ Θεῷ, multis omissis.

(79) Sic Reg. 2, Colb. 2, et ita legit Evagrius. Alii et editi, ἐκάθηντο.

(80) Ita omnes manuscripti. In editis τῶν deest.

(81) Sic manuscripti pene omnes. Editi vero, ἡ φωνή, male.

(82) Sic manuscripti. Bolland. vero, *qui ejus gratiam mereretur accipere.* Infra manuscripti, *purgabantur.* Bolland., *curabantur.*

Digitized by Google

tudinem. Percontante Antonio : Quis ignotam mihi viam ostensurus est? statim illi Saracenos indicavit, eam ipsam viam ingressuros. Accessit igitur ad illos Antonius, rogavitque ut se in solitudinem una proficisci paterentur. Illi tanquam ex Providentiæ jussu, libenter virum recepere : confectoque cum illis trium dierum triumque noctium itinere, ad montem pervenit admodum excelsum, ad cujus radicem aqua erat limpidissima, dulcis, valdeque frigida, et planities extra montem, paucæque palmæ inculte.

50. Antonius itaque quasi divinitus permotus, locum illum dilexit; is enim ipse erat quem indicarat qui **666** eum ad oram fluminis allocutus fuerat. Initio igitur acceptis panibus a viæ sociis, solus in monte remansit, nullo admisso sodali : locum enim deinceps illum pro sua agnovit domo. Saraceni autem ipsi conspecta Antonii alacritate, de industria per eam pertransibant viam, et cum gaudio panes ad ipsum deferebant : aliquid item solatii licet modicum dabant istæ palmæ. Post hæc, ubi locum fratres edidicere, velut filii, patris memores, ipsi transmittendum panem curarunt : sed cum videret Antonius afferendi panis causa gravari quosdam, et laborem perferre, ut monachos illo levaret, re secum deliberata, quosdam se adeuntes rogavit ut deferrent sibi ligonem atque securem, parumque frumenti. Quibus allatis, peragrata quæ circa montem erat terra, minimum spatii repertum satui aptum, coluit : et cum irrigationi largiter aqua suppeteret, semina jecit. Quod cum quotannis præstaret, habuit inde panem; lætus, quod nulli ea de causa molestus deinde foret, et quod nemini omnino oneri esset. Sed cum deinceps adverteret quosdam ad se venire, pauca sevit olera, ut, si quis adventaret, tam gravi itinere defatigatus paululum hinc recreationis perciperet. Ac initio quidem feræ solitudinis, potus causa isthuc accedentes, ejus satui et culturæ sæpius nocebant; is una placide ap-

A τέραν (83) ἐρημον. Τοῦ δὲ Ἀντωνίου λέγοντος· Καὶ τίς δείξει μοι τὴν ὁδόν; ἄπειρος γὰρ εἰμι ταύτης· εὐθὺς ἔδειξεν αὐτῷ Σαρακηνοὺς μέλλοντας ὁδεύειν τὴν ὁδὸν ἐκείνην. Προσελθὼν τοίνυν, καὶ ἐγγίσας αὐτοῖς ὁ Ἀντώνιος, ἠξίου σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν ἔρημον ἀπελθεῖν. Οἱ δὲ, ὥσπερ ἐξ ἐπιτάγματος τῆς Προνοίας, προθύμως αὐτὸν ἐδέξαντο· καὶ ὁδεύσας τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας μετ' αὐτῶν, ἦλθεν εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν· καὶ ὕδωρ μὲν ἦν ὑπὸ τὸ ὄρος διειδέστατον, γλυκὺ, καὶ μάλα ψυχρόν. Πεδιὰς δὲ ἔξωθεν, καὶ φοίνικες ἀμεληθέντες ὀλίγοι.

B 50. Ὁ οὖν Ἀντώνιος, ὥσπερ θεόθεν κινούμενος, ἠγάπησε τὸν τόπον· οὗτος γὰρ ἦν ὃν ἐσήμανεν ὁ λαλήσας αὐτῷ παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ. Τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν δεξάμενος παρὰ τῶν συνοδευσάντων ἄρτους, ἔμενεν (84) ἐν τῷ ὄρει μόνος, οὐδενὸς ἑτέρου συνόντος αὐτῷ· ὡς γὰρ ἴδιον οἶκον ἐπιγνοὺς, εἶχε λοιπὸν τὸν τόπον ἐκεῖνον. Αὐτοί τε οἱ Σαρακηνοὶ, θεωρήσαντες τὴν Ἀντωνίου προθυμίαν (85), ἐξεπίτηδες ἐκείνην τὴν ὁδὸν διήρχοντο, καὶ χαίροντες ἔφερον ἄρτους αὐτῷ· εἶχε δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν φοινίκων ὀλίγην τινὰ τότε καὶ εὐτελῆ (86) παραμυθίαν. Μετὰ δὲ ταῦτα, μαθόντες οἱ ἀδελφοὶ τὸν τόπον, ὡς τέκνα, πατρὸς μνημονεύοντες, ἐφρόντιζον ἀποστέλλειν αὐτῷ· ἀλλ' ὁρῶν ὁ Ἀντώνιος, ὅτι προφάσει τοῦ ἄρτου σκύλλονταί τινες ἐκεῖ, καὶ κάματον ὑπομένουσι· φειδόμενος καὶ ἐν τούτῳ τῶν μοναχῶν, ἐβουλεύσατο καθ' ἑαυτὸν, καὶ τῶν εἰσερχομένων τινὰς πρὸς αὐτὸν ἠξίωσε κομίσαι αὐτῷ δίκελλαν, καὶ πέλεκυν, καὶ σῖτον ὀλίγον. Ὡς C δὲ ἐκομίσθη ταῦτα, διοδεύσας τὴν περὶ τὸ ὄρος γῆν, βραχύτατόν τινα τόπον εὑρὼν ἐπιτήδειον, ἐγεώργησε· καὶ τὸν ἐκ τοῦ ὕδατος ποτισμὸν ἀφθόνως ἔχων, ἔσπειρε. Καὶ κατ' ἐνιαυτὸν τοῦτο ποιῶν, εἶχεν ἐκεῖθεν τὸν ἄρτον· χαίρων, ὅτι μηδενὶ διὰ τοῦτο γενήσεται ὀχληρὸς, καὶ ὅτι ἐν πᾶσιν ἑαυτὸν ἀβαρῆ φυλάττει. Ἀλλὰ μετὰ ταῦτα βλέπων πάλιν τινὰς ἐρχομένους, ἐγεώργησε καὶ ὀλιγοστὰ λάχανα, ἵνα ὁ εἰσερχόμενος ἔχῃ τινὰ παραμυθίαν ὀλίγην τοῦ καμάτου τῆς καλεπῆς ἐκείνης ὁδοῦ. Τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν τὰ ἐν τῇ ἐρήμῳ θηρία

VERSIO EVAGRII.

Saracenos indicavit, qui mercandi gratia ad Ægyptum venire consueverant. His appropinquans Antonius rogavit ut se pariter abducerent in desertum : nullus obnisus est, sed tanquam a Deo missum comitem suscipientes, amplexi sunt ejus societatem. Tribus autem diebus et noctibus itinere confecto, invenit montem valde excelsum, ad cujus radices fons aquæ dulcis labebatur, et campus haud magnus totum ambiens montem, qui palmis perpaucis, et his neglectis, consitus erat.

50. Hunc Antonius locum, quasi a Deo sibi offerretur, amplexus est. Is enim erat quem sibi ad fluminis ripam sedenti, qui loquebatur ostenderat. Et primo quidem accipiens a comitibus panes, solus remansit in monte, nullo alio cum eo conversante : quasi propriam enim domum agnoscens, habebat locum illum. Saraceni quoque videntes ejus fiduciam, optato per eum transitu, panes eidem cum lætitia deferebant : necnon palmarum, licet mediocri, attamen aliquanto solatio refovebatur. Exinde cum fratres, agnito loco, tanquam ad patrem filii, sollicite alimenta transmitterent, videns Antonius quod ob suum refrigerium multis onerosus labor indiceretur, et parcens etiam in hoc monachis, rogavit unum de advenientibus, ut sarculum sibi bis acutum cum frumento deferret. Quibus allatis, circumiens montem, haud grandem culturæ aptum reperit locum, ad quem derivata aqua desuper poterat influere; ibique seminavit, atque exinde annuum sibi panem laborans, gaudebat quod sine cujusquam molestia ex propriis manibus viveret in deserto. Sed cum rursus etiam illuc quidam venire cœpissent, misertus est lassitudini eorum, et olus in parvo terræ cespite coluit, ut post asperum iter aliquo venientes solatio refoverentur. Hoc fratrum refrigerium et parvulam messem bestiæ propter aquas illuc convenientes depastæ sunt : e quibus

(83) Manuscripti pene omnes, ἐσωτέραν. Editi, ἐνδοτέραν.

(84) Quidam manuscripti, ἔμεινεν.

(85) Colb. 2 solus, Ἀντωνίου πρόθεσίν τε καὶ προθυμίαν.

(86) Colb. 2 et Savil., καὶ ἀσθενῆ.

Digitized by Google

προφάσει τοῦ ὕδατος ἐρχόμενα, πολλάκις ἔβλαπτον αὐτοῦ τὸν σπόρον καὶ τὴν γεωργίαν· αὐτὸς δὲ χαριέντως κρατήσας ἐν τῶν θηρίων, ἔλεγε τοῖς πᾶσι· Διὰ τί με βλάπτετε, μηδὲν ἐμοῦ (87) βλάπτοντος ὑμᾶς; Ἀπέλθετε, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου μηκέτι ἐγγίσητε τοῖς ὧδε. Καὶ ἐξ ἐκείνου λοιπὸν, ὥσπερ φοβηθέντα τὴν παραγγελίαν, οὐκ ἔτι τῷ τόπῳ ἤγγισαν.

51. Αὐτὸς μὲν οὖν μόνος ἦν εἰς τὸ ἔσω ὄρος, ταῖς εὐχαῖς καὶ τῇ ἀσκήσει σχολάζων· οἱ δὲ ἀδελφοὶ οἱ (88) διακονοῦντες αὐτῷ, ἠξίωσαν αὐτὸν, ἵνα διὰ μηνῶν εἰσερχόμενοι κομίζωσιν αὐτῷ ἐλαίας καὶ ὄσπριον καὶ ἔλαιον· γέρων γὰρ λοιπὸν ἦν. Ἐκεῖ τοίνυν ἀναστρεφόμενος, ὅσας ὑπέμεινε πάλας, κατὰ τὸ γεγραμμένον, οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἀντικειμένους δαίμονας, ἐκ τῶν εἰσερχομένων πρὸς αὐτὸν ἐγνωμεν. Καὶ γὰρ κἀκεῖ θορύβων, καὶ φωνῶν πολλῶν, καὶ κτύπων, ὡς ὅπλων ἤκουον· τό τε ὄρος νυκτὸς πλῆρες θηρίων γενόμενον ἔβλεπον· ἐθεώρουν δὲ καὶ αὐτὸν ὡς πρὸς βλεπομένους μαχόμενον, καὶ εὐχόμενον κατ' αὐτῶν. Καὶ τοὺς μὲν ἐρχομένους πρὸς αὐτὸν παρεθάρρυνεν, αὐτὸς δὲ ἠγωνίζετο κάμπτων τὰ γόνατα καὶ προσευχόμενος τῷ Κυρίῳ. Καὶ ἦν ἀληθῶς θαύματος ἄξιον, ὅτι, μόνος ἐν τοιαύτῃ ἐρήμῳ ὢν, οὔτε δαιμόνων ἐφισταμένων ἐπτοεῖτο, οὔτε, τοσούτων ὄντων ἐκεῖ θηρίων τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν, ἐφοβεῖτο τούτων τὴν ἀγριότητα· ἀλλ' ἀληθῶς, κατὰ τὸ γεγραμμένον, πεποιθὼς ἦν ἐπὶ Κύριον ὡς ὄρος Σιὼν, ἀσάλευτον ἔχων καὶ ἀκύμαντον τὸν νοῦν· ὥστε μᾶλλον τοὺς δαίμονας φεύγειν, καὶ τὰ θηρία τὰ ἄγρια, ὡς γέγραπται, εἰρηνεύειν πρὸς αὐτόν.

52. Ὁ μὲν οὖν διάβολος, ὡς ψάλλει Δαβὶδ, παρετηρεῖτο τὸν (88') Ἀντώνιον, καὶ ἔτριζε κατ' αὐτοῦ τοὺς ὀδόντας· ὁ δὲ Ἀντώνιος παρεκαλεῖτο παρὰ τοῦ Σωτῆρος, ἀβλαβὴς διαμένων ἀπὸ τῆς ἐκείνου πανουργίας καὶ τῆς ποικίλης μεθοδείας. Ἀγρυπνοῦντι τοίνυν αὐτῷ νυκτὸς ἐπαφῆκε θηρία· καὶ σχεδὸν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐρήμῳ πᾶσαι αἱ ὕαιναι, ἐξελθοῦσαι τῶν φωλεῶν, περιεκύκλωσαν, καὶ μέσος ἦν αὐτός· χαινούσης δὲ, καὶ δάκνειν ἑκάστης ἀπειλούσης, συνεὶς τὴν τοῦ ἐχθροῦ τέχνην, εἶπε πάσαις αὐταῖς· Εἰ μὲν ἐξουσίαν ἐλάβετε κατ' ἐμοῦ, ἕτοιμός εἰμι βρωθῆναι παρ' ὑμῶν· εἰ δὲ παρὰ δαιμόνων ὑπεβλήθητε, μὴ μέλλετε, ἀλλ' ἀναχωρεῖτε· δοῦλος γὰρ Χριστοῦ εἰμι.

A prehensa, omnibus ait : Quid me lædítis, nihil a me læsæ? Abite, et in nomine Domini ne unquam huc appropinquate. Et ex eo tempore quasi mandatum veritæ, nunquam ad eum locum accessere.

51. Solus itaque ipse in interiore monte degenat, precibus et asceticæ vitæ dans operam. Fratres vero qui ad eum accedebant, rogabant ut singulis mensibus liceret sibi olivas, legumina et oleum ad ipsum deferre : nam senex jam erat. Eo itaque in loco degens, quantas sustinuerit pugnas, uti scriptum est[93], non adversus carnem et sanguinem, sed contra adversarios dæmones, ex iis qui illum adibant didicimus. Illic enim tumultus audiebant, voces multas, armorumque strepitus : noctuque montem videbant feris plenum : spectabantque ipsum tanquam contra **667** visibiles pugnantem, et adversum illos orantem. Seque adeuntibus ipse fiduciam dabat : pugnabat autem flexis genibus et Dominum precabatur. Eratque prorsus mira res, hominem solum in ejusmodi deserto, nec invadentes dæmones reformidare, neque tantam ferarum, quadrupedum, reptiliumque, quanta illic aderat, multitudinem feritatemque pertimescere. Sed revera, ut scriptum est[94], confidebat in Domino sicut mons Sion, tranquillo semper et imperturbato animo, ita ut ipsi dæmones potius aufugerent, immanesque feræ, ut scriptum est[95], pacem cum illo haberent.

52. Et diabolus quidem, ut canit David, observabat Antonium, et stridebat dentibus[96] in eum; Antonius vero a Salvatore consolationem accipiebat, nullo ex calliditate et dolosa vafritie illius accepto detrimento. Ipsi itaque noctu vigilanti immisit diabolus feras, ac prope omnes quæ in illa eremo erant hyænæ, ex latibulis egressæ, medium ipsum circumdedere, singulis hianti ore morsum minitantibus. Animadversa ille inimici techna, ait illis omnibus : Si accepistis adversum me potestatem, paratus sum vorari a vobis; sin estis a dæmonibus submissæ, ne moremini, sed abscedite : Christi enim servus sum.

B

C

VERSIO EVAGRII.

unam apprehendens dixit omnibus : Cur me lædítis, nihil a me læsæ. Ante, et in nomine Domini ne huc appropietis ulterius. Quis credat, post hanc denuntiationem quasi timentes, nunquam illuc bestias appropinquasse?

51. Sic Antonio impenetrabilia montium et deserti interiora captanti, orationibus etiam dedito, introeuntes fratres magnis vix precibus extorserunt ut olivas et legumen et oleum, quod post menses aliquot ministrabant, dignaretur accipere, et senili modicum laxaret ætati. Proh! quantas ibi conversans expertus est luctas! Vere, secundum quod scriptum est, non illi adversus carnem et sanguinem fuisse colluctationem, sed adversus principatus et potestates, ab his qui ad eum ingrediebantur, agnovimus. Illi enim tumultus et voces populi, armorumque sonitus, prorsus plenum montem dæmonum multitudine se vidisse referebant, ipsum etiam quasi contra inimicos palam resistentem et fortiter colluctantem. Qui tamen et advenientes suo refovebat hortatu, et flexis genibus, armis quoque orationum omnem Satanæ prosternebat exercitum. Admiratione plane dignum est, in tam immani solitudine, unum hominem nec dæmonum quotidianas expavisse congressiones, nec tantarum bestiarum, quadrupedum sive serpentium diversæ cessisse

[93] Ephes. VI, 12. [94] Psal. CXXIV, 1. [95] Job V, 23. [96] Psal. XXXIV, 16.

(87) Sic maxima pars manuscriptorum. In editis ἐμοῦ deest

(88) Regius 2 et Colb. 2, ἀδελφοὶ οἱ εἰσερχόμενοι ἠξίωσαν αὐτὸν, καὶ διὰ μηνῶν διακονοῦντες ἐκόμιζον αὐτῷ.

(88') Vulg., παρετηρᾶτο. EDIT.

Digitized by Google

Hæc Antonio dicente aufugere illæ, quasi verbi flagello pulsæ.

53. Post paucos hinc dies, dum operaretur (laborandi quippe cura ipsi erat), aliquis januæ se sistens, funiculum operis trahebat: sportas enim ille nectebat, quas se adeuntibus daret pro iis quæ sibi deferebant. Surgens vero bestiam vidit femorum tenus forma humana, crura vero pedesque habens asinis similes. Tum Antonius sese solum signo crucis munivit; aitque : Christi servus sum : si adversum me missus es, ecce adsum. Bestia autem cum dæmonibus suis tam propere fugit, ut præ celeritate caderet et moreretur. Bestiæ autem interitus dæmonum lapsus erat. Nihil certe illi non tentarunt ut ex eremo illum abducerent, quod efficere nequiverunt.

668 54. Rogatus aliquando a monachis ut descenderet ad ipsos, et aliquantum temporis se suaque loca visitaret, iter cum illis ingressus est, camelo panes et aquam gestante. Nam tota ista solitudo arida est, nullaque isthic est aqua potui apta, præterquam in illo monte in quo ejus erat monasterium, unde hauserant illi aquam. Deficiente igitur aqua in itinere, cum calor nimius esset, periculum erat omnibus. Loca enim obeuntes, nec inventa aqua, neque progredi ultra poterant, sed humi jacebant, animumque despondentes, camelum siverunt quoquo vellet abire. Senex videns periclitari omnes, admodum mœstus atque ingemiscens, parumque ab illis digressus, flexis genibus extensisque manibus orabat, statimque effecit Dominus ut

ρεῖτε· Χριστοῦ γὰρ δοῦλός εἰμι. Ταῦτα τοῦ Ἀντωνίου λέγοντος, ἔφυγον ἐκεῖναι, ὡς ὑπὸ μάστιγος τοῦ λόγου διωκόμεναι.

53. Εἶτα μεθ' ἡμέρας ὀλίγας, ὡς εἰργάζετο (ἔμελε γὰρ αὐτῷ καὶ κοπιᾷν), ἐπιστάς τις τῇ θύρᾳ, εἵλκε τὴν σειρὰν τοῦ ἔργου· σπυρίδας γὰρ ἔῤῥαπτε, καὶ ταύτας τοῖς εἰσερχομένοις ἀντὶ τῶν κομιζομένων αὐτῷ ἐδίδου. Ἀναστὰς δὲ, εἶδε θηρίον, ἀνθρώπῳ μὲν ἐοικὸς ἕως τῶν μηρῶν, τὰ δὲ σκέλη καὶ τοὺς πόδας ὁμοίους ἔχον ὄνῳ. Καὶ ὁ μὲν Ἀντώνιος μόνον ἑαυτὸν ἐσφράγισε, καὶ εἶπε· Χριστοῦ δοῦλός εἰμι· εἰ ἀπεστάλης κατ' ἐμοῦ, ἰδοὺ πάρειμι. Τὸ δὲ θηρίον σὺν τοῖς ἑαυτοῦ δαίμοσιν οὕτως ἔφυγεν, ὡς ὑπὸ τῆς ὀξύτητος πεσεῖν καὶ ἀποθανεῖν. Ὁ δὲ τοῦ θηρίου θάνατος πτῶμα τῶν δαιμόνων ἦν. Πάντα γὰρ ἐσπούδαζον ποιεῖν, ἵνα καταγάγωσιν αὐτὸν ἐκ τῆς ἐρήμου, καὶ οὐκ ἴσχυσαν.

54. Ἀξιωθεὶς δέ ποτε παρὰ τῶν μοναχῶν κατελθεῖν πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐπισκέψασθαι διὰ χρόνου αὐτούς τε καὶ τοὺς τόπους, ᾤδευσε σὺν τοῖς μοναχοῖς τοῖς ἀπαντήσασι· κάμηλος δὲ ἐβάσταζε αὐτοῖς τοὺς ἄρτους καὶ τὸ ὕδωρ. Ἄνυδρος γὰρ ἡ ἔρημός ἐστιν ἐκείνη πᾶσα, καὶ οὐκ ἔστιν ὕδωρ πότιμον ὅλως, εἰ μὴ ἐν ἐκείνῳ τῷ ὄρει μόνῳ, ὅθεν καὶ ὑδρεύσαντο, ἐν ᾧ καὶ τὸ μοναστήριόν (89) ἐστιν αὐτοῦ. Λείψαντος τοίνυν τοῦ ὕδατος ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ καύματος ὄντος σφοδροτάτου, πάντες ἔμελλον κινδυνεύειν. Περιελθόντες γὰρ τοὺς τόπους, καὶ μὴ εὑρόντες ὕδωρ, οὐδὲ περιπατεῖν ἐδύναντο λοιπὸν, ἀλλὰ κατέκειντο χαμαὶ, τήν τε κάμηλον ἀφῆκαν ἀπελθεῖν, ἀπογνόντες ἑαυτῶν. Ὁ δὲ γέρων, ὁρῶν πάντας κινδυνεύοντας, πάνυ λυπηθεὶς καὶ στενάξας, ὀλίγον ἀπ' αὐτῶν ἀπελθὼν, καὶ

VERSIO EVAGRII.

feritati. Juste David cecinit : *Qui confidunt* (90) *in Domino, sicut mons Sion.* Immobilem et tranquillam retinens animi firmitatem, et dæmones fugabat, et feras, sicut scriptum est, secum pacificabat.

52. Sed et diabolus, ut supra dictus Propheta ait, observans eum, frendebat dentibus suis : et ille Salvatoris auxilio, ab universis tutus perseverabat insidiis. Quadam ergo nocte cum pervigil Antonius obsecraret Dominum, tantos in monasterium ejus bestiarum greges coacervavit, ut omnes eremi belluas circum se aspiceret. Quæ cum rictu oris morsum corpori minitarentur, intellexit hostis astutias, dixitque : Si a Domino in me vobis est tributa licentia, devorare concessum : si autem dæmonum huc venistis impulsu, quantocius abite, quia Christi famulus sum. Ita factum est, et cum jubentis voce omnis bestiarum multitudo, quasi majestatis verbere cæderetur, aufugit.

53. Non multi post hæc fluxerunt dies, et alia oritur cum eodem hoste certatio. Operante illo (nam semper, ut venientibus pro his quæ sibi detulerant aliquod munusculum rependeret, laborabat), traxit quidam sportellæ, quam texebat, tricinum (91) sive funiculum, ad cujus motum exsurgens, vidit bestiam pube tenus humanam faciem præferentem, quæ exinde in asinum finiebatur. Post cujus aspectum, vexillum crucis in fronte sua pingens, hoc tantum ait : Christi servus sum, si ad me missa es, non fugio. Nullum in medio spatium, et statim informe prodigium dicto ocius cum satellitum turba fugit, et in medio cursu ruens exstinctum est. Ista autem explosi mors atque enecatio (92) prodigii, dæmonum erat communis interitus : qui omni studio laborantes, Antonium a deserto deducere non valuerunt. Mirandis plus miranda succedunt.

54. Non grande post ista tempus excesserat, et tantarum victoriarum homo fratrum precibus vincitur; a monachis enim rogatus ut eos dignaretur invisere, una cum his profectus est, impositis camelo aqua et panibus : quia nusquam præter monasterii locum ex quo hauserant, potabilis aqua per arentem viam reperiebatur. Verum in medio itinere bibendi subsidia defecerunt : ardor nimius, æstus intolerabilis, mortem cuncta minitantur. Circumeunt, et quærunt saltem collectam ex pluviis lacunam : nihil prorsus remedii, nihil occurrit penitus ad salutem. Camelus quasi periturus et ipse diuittitur, æstuans pectus exuri-

(89) Regius 2 et Colb. 2, ἀσκητήριον.

(90) A Desm., *feritati juxta quod David cecinit : Qui confidunt.* Editi et alii, *feritati, juste David cecinit : Qui confidunt.* Gemmet. vero 1, quem sequimur, *feritati, qui confidunt.* Quæ lectio Græcis accipit. Mox post, *Sion*, editi, *non commovebitur in æternum*, quæ desunt in mss.

(91) Alii manuscripti, *trichiam*, alii, *triciam*, alii, *triceam*, habent.

(92) Sic major pars manuscriptorum. Editi cum aliis, *enecati.*

Digitized by Google

κλίνας τὰ γόνατα, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτείνας, προσηύχετο· καὶ εὐθὺς ἐποίησεν ὁ Κύριος ὕδωρ ἐξελθεῖν (93), ἔνθα προσευχόμενος εἱστήκει· καὶ οὕτως πιόντες οἱ πάντες, ἀνέπνευσαν· καὶ τοὺς ἀσκοὺς πλήσαντες, ἐζήτησαν τὴν κάμηλον, καὶ εὗρον· συνέβη γὰρ τὸ σχοινίον εἰς τινα λίθον περιειλῆθαι, καὶ οὕτω κατασχεθῆναι. Ἀγαγόντες τοίνυν καὶ ποτίσαντες, ἐπέθηκαν ἐπ' αὐτὴν (94) τοὺς ἀσκοὺς καὶ διώδευσαν ἀβλαβεῖς. Ὡς δὲ ἦλθεν εἰς τὰ ἔξω μοναστήρια, πάντες ὡς πατέρα βλέποντες κατησπάζοντο. Καὶ αὐτὸς δὲ, ὥσπερ ἐφόδια φέρων ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐξένιζεν αὐτοὺς τοῖς λόγοις, καὶ μετεδίδου τῆς ὠφελίας. Πάλιν τε ἦν χαρὰ ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ ζῆλος προκοπῆς, καὶ παράκλησις διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως. Ἔχαιρεν οὖν (95) καὶ αὐτὸς, βλέπων τήν τε τῶν μοναχῶν προθυμίαν, καὶ τὴν ἀδελφὴν γηράσασαν ἐν παρθενίᾳ, καθηγουμένην τε καὶ αὐτὴν ἄλλων παρθένων.

A quo loco ipse orabat aqua scaturiret. Tum bibentes omnes sese recrearunt, impletisque utribus, camelum perquirebant, atque invenere : contigit enim ut funiculus lapidi circumvolutus eum detineret. Illo potatum adducto, atque impositis utribus, perrexerunt incolumes. Ut autem ad exteriora venit monasteria, quasi patrem suum vidissent, omnes amplexati sunt. Ipse vero ceu viaticum ex monte detulisset, verbis suis illos quasi xeniis donabat, utiliaque impertiebat. Gaudiumque denuo in montibus erat, studium profectus, atque consolatio, ob fidem quam in se mutuo conspiciebant. Lætabatur ipse quoque conspecta monachorum alacritate, sororemque videns in virginitate consenuisse, aliarumque virginum esse præpositam

B

55. Μεθ' ἡμέρας τοίνυν εἰσῆλθε πάλιν εἰς τὸ ὄρος· καὶ τότε λοιπὸν πολλοὶ πρὸς αὐτὸν εἰσήρχοντο· καὶ ἄλλοι πάσχοντες ἐτόλμησαν εἰσελθεῖν· Πρὸς μὲν οὖν πάντας τοὺς εἰσερχομένους πρὸς αὐτὸν μοναχοὺς, τοῦτο συνεχῶς εἶχε τὸ παράγγελμα, πιστεύειν εἰς τὸν Κύριον, καὶ ἀγαπᾷν αὐτὸν, φυλάττειν τε ἑαυτοὺς ἀπὸ ῥυπαρῶν λογισμῶν καὶ σαρκικῶν ἡδονῶν, καὶ, ὡς ἐν ταῖς Παροιμίαις γέγραπται, μὴ ἀπατᾶσθαι χορτασίᾳ κοιλίας· φεύγειν τε κενοδοξίαν, καὶ εὔχεσθαι συνεχῶς, ψάλλειν τε πρὸ ὕπνου καὶ μεθ' ὕπνον, καὶ ἀποστηθίζειν (96) τὰ ἐν ταῖς Γραφαῖς παραγγέλματα, καὶ μνημονεύειν τῶν πράξεων τῶν ἁγίων, πρὸς τὸ τῷ ζήλῳ τούτων ῥυθμίζεσθαι τὴν ψυχὴν ὑπομιμνησκομένην ἐκ τῶν ἐντολῶν. Μάλιστα δὲ συνεβούλευε τὸ τοῦ Ἀποστόλου ῥητὸν συνεχῶς μελετᾷν· *Ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν*· καὶ τοῦτο κοινῶς περὶ πάσης ἐντολῆς εἰρῆσθαι νομίζειν, ἵνα μὴ

55. Elapsis quibusdam diebus, n montem remigravit : ac demum multi ad eum accessere, ausique sunt alii infirmitatibus afflicti illum adire. Omnibus ergo se convenientibus monachis, hoc frequenter mandatum tradebat : ut in Dominum crederent, ipsum diligerent, custodirentque se ab obscenis cogitationibus sordidisque voluptatibus, et, ut in Proverbiis scriptum est[97], ventris saturitate ne deciperentur : inanem fugerent **669** gloriam, frequenter orarent, psallerent ante et post somnum, mandata Scripturarum mente revolverent, atque memores essent rerum a sanctis viris gestarum, ut anima ex divinis præceptis admonita, sese ad illorum zelum conformaret. Suadebat in primis Apostoli dictum frequenter meditari : *Sol non occidat super iracundiam vestram*[98] ; idque de omnibus præceptis una dictum arbitrari, nec super iracun-

C

VERSIO EVAGRII.

tur (97), sitis desperatione fervescit. Mavit senem fratrum secum commune discrimen, et vehementissime contristatus ingemuit. Dehinc ad solita precum auxilia confugiens, paululum ab eis secessit : ibique genibus fixis, supplices manus tetendit ad Dominum. Nec mora ; et ad primas rogantis lacrymas, in orationis loco fons ebulliens erupit, ibique exstincta sitis, et arentia membra refecta sunt, et plenis utribus inventum potant camelum. Ita enim casu evenerat, ut camelus errans per eremum, dum funiculum trahit, in quodam lapide ejusdem alligatione funiculi teneretur (98). Tandem confecto itinere, ad monachos qui invitaverant pervenit. Tunc vero quasi patri omnes obviam currunt (99), et honorifico salutatu in oscula ejus et amplexus certatim ruunt. Proposito ferventi gaudet Antonius, et lætantibus de adventu suo cunctis, quasi xenia de monte portans, spiritualia impartitur alimenta. Laudat veterum studia, hortatur novorum. Sororem quoque jam vetulam virginem videns, et aliarum puellarum magistram, mira exsultatione sustollitur. Exinde quasi diu abesset ab eremo, rursum festinavit ad montem.

55. Plurimis jam ad illum venientibus, cum etiam vexati a dæmonibus, malo necessitatis coacti, auderent deserta penetrare ; quos ille consolans, et monachis in commune præcipiens, aiebat : Credite in Jesum fideliter : mentem a malis cogitationibus (1), carnem ab immunditiis servate puram, et, juxta eloquia divina, ne seducamini in saturitate ventris : odite vanam gloriam, orate sæpissime, psallite vespere et mane (2) : et mandata Scripturarum revolvite. Recordamini gestorum quæ sancti quique fecerunt, ut exempli memoria animum incitet ad virtutem, refrenet a vitiis. Suadebat etiam jugi meditatione retinendum Apostoli sermonem, quo ait : *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Non tantum autem super iracundiam solem occidere non debere interpretabatur, sed et super omnia delicta hominum, ne peccatorum ua-

[97] Prov. xxiv, 15. [98] Ephes. iv, 26.

(93) In Regio 2 et Colb. 2 ἐξελθεῖν deest, in iisdem inferius hæc, οἱ πάντες, desunt. Mox iidem, πληρώσαντες. Infra omnes pene manuscripti, περιειλῆθαι. Editi, περιειληφθῆναι.

(94) Sic Regius 2 et Colb. 2. In editis vero et cæteris ἐπ' αὐτὴν deest.

(95) Regius 2 et Colb. 2, Ἔχαιρε δέ.

(96) Colbertinus secundus, ἀποστηθίζειν.

(97) Sic manuscripti. Editi vero, *Et ipse æstuans dimittitur, æstuantis pectus exuritur et sitis*, etc.

(98) Quidam manuscripti, *potant camelum : accidit enim ut fune circa lapidem obvoluto teneretur.* Multo brevius.

(99) Ita manuscripti. Editi vero, *Obviam occurrunt.* Infra omnes manuscripti, *quasi exenia.*

(1) Sic manuscripti. Editi vero, *mentem a malis cogitationibus.*

(2) Sic manuscripti. Editi post, *mane*, addunt, *et meridie.*

Digitized by Google

diam solum, sed nec super aliud quodvis peccatum nostrum sol occidat. Par quippe est et omnino e re nostra, nec solem ob diurnam malitiam, nec lunam ob nocturnum peccatum, vel malam cogitationem, nos condemnare. Ut igitur in tuto sit probitas nostra, operæ pretium fuerit dictum Apostoli auscultare atque custodire; ait enim : *Vos ipsos dijudicate, et vos ipsos probate*[10]. Quotidie itaque de diurnis nocturnisque actibus rationem quisque apud se ineat : et si peccaverit, desinat; si non peccaverit, ne glorietur, sed in bono perseveret, nec negligenter agat, neve proximum damnet, vel seipsum justum prædicet, ut ait beatus apostolus Paulus, donec venerit Dominus, qui abscondita scrutatur[1]. Sæpe etenim accidit ut nobis lateant quæ agimus, quæ nos quidem ignoramus, sed Dominus novit omnia. Judicio igitur illi permisso, de aliorum malis mutuo doleamus, et alter alterius onera portemus[2], nosmetipsos dijudicemus; si quid desit, id supplere nitamur. Ad cavenda autem peccata id observetur : Opera quisque nostrum sua, et motus animi, tanquam aliis nuntiaturus, notet conscribatque : atque confidite futurum esse, ut, cum nos pudeat ab aliis cognosci, peccandi prorsus, imo quid pravum cogitandi, finem faciamus. Quis est enim qui, dum peccat, videri velit? aut quis post peccatum admissum non mentitur latendi causa? Sicut itaque in aliorum conspectu nunquam scortabimur; **670** ita si cogitationes, ut aliis nuntiaturi, perscribamus, nobis potius ab obscenis cogitationibus cavebimus, ob revelandi pudorem. Perinde itaque nobis ejusmodi scriptio sit atque ascetarum oculi, ut æque scriptionem ac aliorum conspectum erubescentes, prava ne cogitemus quidem. Hæc si nobis forma

A

B

C

ἐπὶ μόνῳ παροργισμῷ, ἀλλὰ μηδὲ ἐπὶ ὅλῃ ἁμαρτίᾳ ἡμῶν ὁ ἥλιος ἐπιδύνῃ· καλὸν γὰρ καὶ ἀναγκαῖον, μήτε τὸν ἥλιον περὶ ἡμερινῆς κακίας, μήτε τὴν σελήνην περὶ νυκτερινῆς ἁμαρτίας, ἢ ὅλως ἐνθυμήσεως, καταγινώσκειν ἡμῶν. Ἵν' οὖν τοῦτο ἡμῖν περισώζηται, καλὸν ἀκοῦσαι (3) τοῦ Ἀποστόλου καὶ φυλάξαι· φησὶ γάρ· *Ἑαυτοὺς ἀνακρίνετε, καὶ ἑαυτοὺς δοκιμάζετε.* Καθ' ἡμέραν τοίνυν τῶν ἡμερινῶν καὶ τῶν νυκτερινῶν πράξεων τὸν λόγον ἕκαστος παρ' ἑαυτῷ λαμβανέτω· καὶ, εἰ μὲν ἥμαρτε, παυέσθω· εἰ δὲ μὴ ἥμαρτε, μὴ καυχάσθω· ἀλλ' ἐπιμενέτω τῷ καλῷ, καὶ μὴ ἀμελείτω, μηδὲ κατακρινέτω τὸν πλησίον, μηδὲ δικαιούτω ἑαυτὸν, ὡς εἶπεν ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ὁ τὰ κρυπτὰ ἐρευνῶν. Πολλάκις γὰρ καὶ ἑαυτοὺς, ἐν οἷς πράττομεν, λανθάνομεν· καὶ ἡμεῖς μὲν οὐκ οἴδαμεν, ὁ δὲ Κύριος καταλαμβάνει πάντα. Αὐτῷ οὖν τὸ κρῖμα διδόντες, ἀλλήλοις συμπάσχωμεν, καὶ ἀλλήλων μὲν τὰ βάρη βαστάζωμεν, ἑαυτοὺς δὲ ἀνακρίνωμεν, καὶ ἃ ὑστεροῦμεν, ἀναπληροῦν σπουδάζωμεν. Ἔστω δὲ καὶ αὕτη πρὸς ἀσφάλειαν τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν παρατήρησις· Ἕκαστος τὰς πράξεις καὶ τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς, ὡς μέλλοντες ἀλλήλοις ἀπαγγέλλειν, σημειώμεθα καὶ γράφωμεν· καὶ θαῤῥεῖτε, ὅτι, πάντως αἰσχυνόμενοι γνωσθῆναι, παυσόμεθα τοῦ ἁμαρτάνειν, καὶ ὅλως τοῦ ἐνθυμεῖσθαί τι φαῦλον. Τίς γὰρ (4) ἁμαρτάνων θέλει βλέπεσθαι; ἢ τίς ἁμαρτήσας, οὐ μᾶλλον ψεύδεται, λανθάνειν θέλων; Ὥσπερ οὖν βλέποντες ἀλλήλους, οὐκ ἂν πορνεύσαιμεν, οὕτως, ἐὰν ὡς ἀπαγγέλλοντες ἀλλήλοις τοὺς λογισμοὺς γράφωμεν, μᾶλλον τηρήσομεν ἑαυτοὺς ἀπὸ λογισμῶν ῥυπαρῶν, αἰσχυνόμενοι γνωσθῆναι. Ἔστω οὖν ἡμῖν τὸ γράμμα ἀντὶ ὀφθαλμῶν τῶν συνασκητῶν· ἵνα, ἐρυθριῶντες γράφειν ὡς τὸ βλέπεσθαι, μήθ' ὅλως ἐνθυμηθῶμεν τὰ φαῦλα· οὕτω

VERSIO EVAGRII.

quam nostrorum aut in nocte luna, aut in die sol testis abscederet (5-6). Illius quoque admonebat præcepti memores esse, quo dicitur : *Dijudicate vosmetipsos, et probate*, ut rationem diei noctisque facientes, si in se delictum deprehendissent, peccare desisterent. Sin autem nullus error decepisset, perseverantes instarent potius incœpto, quam arrogantia tumidi aut alios contemnerent, aut sibi justitiam vindicarent, juxta supradicti doctoris eloquium dicentis : *Nolite judicare ante tempus;* magis debere eos Christi, cui soli occulta patent, reservare judicio. Multas esse, ut scriptum est, vias, quæ videntur hominibus justæ, sed fines earum ad profundum respicere inferni : sæpe nostra non posse nos intelligere peccata, sæpe falli ignoratione (7) gestorum : aliud esse Dei cuncta cernentis judicium, qui non ex superficie corporum, sed ex mentium judicat arcanis; æquum autem esse nos nobis compati, et invicem onera nostra portare : ut concesso examine Salvatori, proprias conscientias nosmetipsos judicantes intueremur. Necnon dicebat magnam esse ad virtutem viam, si singuli vel observarent quid agerent (8), vel universas mentium cogitationes fratribus referrent. Non enim posse aliquem peccare, cum relaturus esset ad alium quæcunque peccasset; et subire pudorem in publicum turpia proferendi. Denique nullum peccantem, coram alio audere peccare : etiamsi peccet, tamen testem vitare peccati, mentiri magis et negare, et vetus delictum novo inficiendi augere delicto. Igitur quasi sub oculis, aiebat, nostris et cogitatu confundimur et actu, si omnia referenda faciamus; multo autem magis, si peccata nostra fideliter describentes digeramus in ordinem. Tunc vero annotatio delictorum fratrum videbitur oculi. Si timebimus peccati ceras conscias, ipsi nos arguent apices, et quomodo meretricibus membra miscentes, confunduntur ad præsentiam cæterorum; ita et nos erubescemus ad litteras. Hæc agamus, hac virtutis gradiamur via (9), et corpora mentibus subjugantes, perniciosas diaboli coeamus insidias.

[10] II Cor. XIII, 5. [1] I Cor. IV, 5; Rom. II, 16. [2] Galat. VI, 2.

(3) Ita Regius 1, 2, Colb. 2 et Savil. Editi vero et alii, Ἵν' οὖν ἐν τούτῳ ἡμῖν τὸ καλὸν περισώζηται, καλὸν ἀκοῦσαι.

(4) Sic omnes manuscripti. Editi, Τί γάρ. Mox Regius 2, Colb. 3 et Savil., βλέπεσθαι, recte. Editi et alii, βλάπτεσθαι.

(5-6) Sic manuscripti omnes. Editi vero, *testes abscederent*. Mox aliqui manuscripti, *præcepti quo dicitur*. Editi vero, *præcepti memores esse, quod dicit de his*.

(7) Sic manuscripti quidam optime. Editi vero, *in ratione*.

(8) Sic manuscripti. Editi vero, *quid gererent*.

(9) Ita manuscripti. Editi autem, *Si hæc agamus, hanc virtutis gradiamur viam*

Digitized by Google

δὲ τυποῦντες ἑαυτοὺς, δυνησόμεθα δουλαγωγεῖν τὸ σῶμα, καὶ ἀρέσκειν μὲν τῷ Κυρίῳ, πατεῖν δὲ τὰς τοῦ ἐχθροῦ μεθοδείας.

56. Ταῦτα μὲν τοῖς ἁπαντῶσι παρήγγελλε· τοῖς δὲ πάσχουσι συνέπασχε καὶ συνηύχετο· πολλάκις τε καὶ ἐν πολλοῖς ὁ Κύριος ἐπήκουεν (9') αὐτοῦ· καὶ οὔτε ἐπακουόμενος ἐκαυχᾶτο, οὔτε μὴ ἐπακουόμενος ἐγόγγυζεν· ἀλλ' ἀεὶ μὲν αὐτὸς ηὐχαρίστει τῷ Κυρίῳ, τοὺς δὲ πάσχοντας παρεκάλει μακροθυμεῖν, καὶ εἰδέναι, ὅτι οὔτε αὐτοῦ, οὔθ' ὅλως ἀνθρώπων ἐστὶν ἡ θεραπεία, ἀλλὰ μόνου τοῦ Θεοῦ τοῦ ποιοῦντος, ὅτε θέλει, καὶ οἷς βούλεται (10). Οἱ οὖν πάσχοντες ὡς θεραπείαν ἐδέχοντο καὶ τοὺς λόγους τοῦ γέροντος, μανθάνοντες καὶ αὐτοὶ μὴ ὀλιγωρεῖν, μακροθυμεῖν δὲ μᾶλλον· καὶ οἱ θεραπευόμενοι δὲ ἐδιδάσκοντο μὴ τῷ Ἀντωνίῳ εὐχαριστεῖν, ἀλλὰ τῷ Θεῷ μόνῳ.

57. Εἷς γοῦν Φρόντων καλούμενος, ἀπὸ Παλατίου τυγχάνων, καὶ πάθος ἔχων δεινὸν, τήν τε γὰρ γλῶτταν ἑαυτοῦ κατήσθιε, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐμελλε βλάπτεσθαι, εἰσελθὼν εἰς τὸ ὄρος, ἠξίου τὸν Ἀντώνιον εὔξεσθαι περὶ αὐτοῦ. Ὁ δὲ εὐξάμενος, ἔλεγε τῷ Φρόντωνι· Ἄπελθε, καὶ θεραπεύῃ. Τοῦ δὲ βιασαμένου, καὶ μείναντος ἔνδον ἡμέρας, ἐπέμενε λέγων ὁ Ἀντώνιος· Οὐ δυνήσῃ μένων ὧδε θεραπευθῆναι. Ἔξελθε, καὶ φθάσας εἰς τὴν Αἴγυπτον, ὄψει τὸ γινόμενον εἰς σὲ σημεῖον. Πιστεύσας ἐκεῖνος ἐξῆλθε· καὶ ὡς μόνον εἶδε τὴν Αἴγυπτον, πέπαυτο τοῦ πάθους (11), καὶ γέγονεν ὑγιὴς ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὸν λόγον Ἀντωνίου, ὃν εὐξάμενος ἔμαθε παρὰ τοῦ Σωτῆρος.

58. Παρθένος δέ τις ἀπὸ Βουσίρεως τῆς Τριπόλεως πάθος εἶχε δεινὸν καὶ λίαν αἰσχρόν. Τά τε γὰρ δάκρυα αὐτῆς, καὶ αἱ μύξαι, καὶ τὰ ἐκ τῶν ὤτων ὑγρὰ πίπτοντα χαμαὶ, σκώληκες εὐθὺς ἐγίνοντο· ἦν δὲ καὶ τὸ σῶμα παραλελυμένη, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἶχεν οὐ κατὰ φύσιν. Ταύτης οἱ γονεῖς μαθόντες ἀπερχομένους πρὸς τὸν Ἀντώνιον μοναχοὺς, πιστεύσαντες τῷ Κυρίῳ τῷ τὴν αἱμορροοῦσαν (12) θεραπεύσαντι, ἠξίωσαν μετὰ τῆς θυγατρὸς συνοδεῦσαι τοὺ-

A vivendi sit, corpus subigere valebimus, Domino placere, atque insidias inimici calcare.

56. Hæc se adeuntibus tradidit præcepta. Afflictorumque vicem dolebat et una cum illis precabatur; ac sæpe in multisque exauditus a Domino fuit: nec tamen ille ea de causa gloriabatur, nec si non exaudiretur murmurabat, sed semper gratiis Domino actis, afflictis auctor erat ut bono essent animo, nossentque nec sibi nec cuiquam hominum inesse medendi facultatem, sed soli Deo, qui, quo tempore quibusque libet, beneficia impertit. Quæ verba ægris medelæ loco erant: qui senis eruditi sermonibus, ediscebant non animum despondere, sed alacriter potius tolerare, et qui curabantur, non Antonio, sed Deo soli gratias agere.

B

57. Quidam certe vir nomine Fronto, Palatinus, cum gravi morbo laboraret, linguam quippe suam dentibus laniabat, et oculis periclitabatur, ad montem progressus, rogabat Antonium, ut sui gratia precaretur. Precatus ille, Frontoni dicebat: Abi, sanaberis. Renitente illo, atque aliquot ibi dies commorante, instat Antonius: Hic si remaneas sanari non poteris. Vade, atque ubi in Ægyptum perveneris, signum in te factum conspicies. Credidit ille, abiitque: et conspecta solum Ægypto, liberatus morbo est, atque sanatus juxta Antonii dictum, quod oranti illi Salvator revelaverat.

C

58. Virgo item quædam ex Busiride Tripolitana, gravi turpissimoque tenebatur morbo. Lacrymæ quippe ejus, mucus, auriumque humor in terram delapsus **671** in vermes statim vertebantur; erat præter hæc paralytica, oculosque habebat contra quam natura ferret. Hujus parentes, cum didicissent proficisci monachos ad Antonium, habentes in Domino fidem, qui sanguinis fluxu afflictam mulierem sanaverat[a], rogarunt ut se una cum filia iti-

VERSIO EVAGRII.

56. Talibus sermonum hortamentis et venientes ad se monachos incitabat ad studium, et patientibus condolebat, pluresque eorum Dominus per Antonium liberavit. Nunquam tamen aut de incolumitate curatorum est inflatus ad gloriam, aut contristatus de obsessis adhuc corporibus murmuravit: magis autem eodem semper animo et vultu manens, gratias Deo referebat, suadens occupatis ut correptionem qua vexabantur, patientius ferrent. Non enim Antonii aut cujusquam hominum omnino hanc esse medicinam, sed Dei solius, qui et quibus vellet et quo vellet tempore daret sanitatem. Ita consolatione sua et vexatos æquanimiter ferre tentationem, et jam liberatos, non sibi sed Deo gratias referre docebat.

57. Fronto autem quidam ex Palatinis (13) qui infestissimo dæmonio vexabatur (nam et linguam ejus laniabat dentibus, et oculorum nitebatur lumen exstinguere), perrexit ad montem, rogabatque beatum senem ut pro se Dominum rogaret. Oravit Antonius, dixitque ad eum: Vade, et curaberis. Illi incredulo sibi, et violenter ibidem contra præceptum remoranti, eadem geminabat Antonius, dicens: Hic curari non poteris: egredere, et calcata Ægypto statim te misericordia Christi consequetur. Tandem credidit, et profectus est: ac visa Ægypto, secundum promissionem (14) senis, quam ei Dominus oranti revelaverat, infestatio cessavit inimici.

58. Virgo vero quædam, quæ de Busiris Tripolitanæ regionis civitate ibidem erat, inauditis ac flebilibus morbis laborabat. Etenim narium purgamenta, oculorum lacrymæ, aurium putridus humor in terram cadens, confestim in vermes vertebantur. Angebat calamitatem corpus paralysi dissolutum, oculos quoque

[a] Matth. IX, 20

(9') Sic Regius 2 et Colb. 2. Editi et alii, ὑπήκουεν

(10) Sic Reg. 2, Colb. 2 et Savil. Editi vero, ὅσα βούλεται.

(11) Tres codices, τὸ πάθος.

(12) Sic Regius secundus, Colbertinus secundus et Savil. Editi et alii, αἱμόῤῥουν.

(13) Sic manuscripti quidam recte. Editi, *ex Palæstinis*.

(14) Ita manuscripti. Editi autem, *professionem*.

Digitized by Google

neris comites admitterent. Quibus abnuentibus, parentes eum filia extra montem remansere apud Paphnutium confessorem et monachum ; monachos vero ad Antonium ingressos, nuntiaturosque de virgine, prævenit ipse narravitque morbum puellæ, et quod una cum illis iter fecisset. Rogantibus dehinc monachis ut illis etiam ingrediendi facultas esset, abnuit ipse ; sed, Abite, ait, et invenietis illam, nisi mortua sit, sanatam. Mihi enim non convenit hujusmodi opus, ut me miserum hominem illa adeat ; sed Salvatoris est medela, qui in omni loco misericordiam facit iis qui invocant illum. Ipsi certe precanti annuit Dominus : mihique declaravit pro sua clementia, se puellam, quo loco jam versatur, curaturum. Editum itaque est hoc miraculum, nam egressi illi, lætos offenderunt parentes puellamque sanatam.

59. Cum duo fratres accederent, et aqua in via defecisset, obiit alter, alter vero moriturus erat : cumque non valeret ultra progredi, humi jacens mortem exspectabat. Antonius in monte sedens compellatis duobus monachis, qui casu tum aderant, urgens ait : Lagenam aquæ sumite, atque cursu viam Ægypti capessite : cum enim duo accederent, alter jamjam exstinctus, alter moriturus est, nisi properetis. Oranti quippe mihi hoc nunc revelatum est. Profecti monachi, alterum mortuum repererunt atque humarunt, alterum aqua recrearunt, ad senemque adduxerunt ; unius namque diei erat spatium. Quod si quis quærat cur non ante exstinctum alium hoc dixerit, is non recte interrogaverit. **672** Namque mortis judicium non Antonii, sed Dei erat, qui de illo ita decrevit, de hoc revelavit. Id solum

τοις. Τῶν δὲ ἀνασχομένων, οἱ μὲν γονεῖς μετὰ τῆς παιδὸς ἔμειναν ἔξω τοῦ ὄρους παρὰ Παφνουτίῳ τῷ ὁμολογητῇ (15) καὶ μοναχῷ· οἱ δὲ εἰσῆλθον, καὶ μόνον ὡς ἠθέλησαν ἀπαγγεῖλαι περὶ τῆς παρθένου, ἔφθασεν αὐτοὺς αὐτὸς, καὶ διηγήσατο τό τε πάθος τῆς παιδὸς, καὶ πῶς συνώδευσεν αὐτοῖς. Εἶτα τούτων ἀξιούντων ἐπιτραπῆναι κἀκείνους εἰσελθεῖν, τοῦτο μὲν οὐκ ἐπέτρεψεν, εἶπε δέ· Ὑπάγετε, καὶ εὑρήσετε αὐτὴν, εἰ μὴ ἀπέθανε, τεθεραπευμένην. Οὐ γὰρ ἐμόν ἐστι τοῦτο κατόρθωμα, ἵνα καὶ πρὸς ἐμὲ τὸν οἰκτρὸν ἄνθρωπον ἔλθῃ· ἀλλὰ τοῦ Σωτῆρός ἐστιν ἡ θεραπεία, τοῦ ποιοῦντος ἐν παντὶ τόπῳ τὸ ἔλεος αὐτοῦ τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν. Κἀκείνῃ τοίνυν ἐπένευσεν ὁ Κύριος εὐξαμένῃ, κἀμοὶ δεδήλωκεν ἡ αὐτοῦ φιλανθρωπία, ὅτι τὸ πάθος ἐκεῖ οὔσης τῆς παιδὸς θεραπεύσει. Γέγονε γοῦν τὸ θαῦμα, καὶ ἐξελθόντες εὗρον τοὺς γονεῖς χαίροντας, καὶ τὴν παῖδα λοιπὸν (15') ὑγιαίνουσαν.

59. Εἰσερχομένων δὲ δύο ἀδελφῶν τινων, καὶ λείψαντος ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ ὕδατος, ὁ μὲν εἷς ἀπέθανεν, ὁ δὲ ἕτερος ἔμελλε· μηκέτι γοῦν ἰσχύων ὁδεύειν, ἔκειτο καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῆς γῆς τεθνήξεσθαι προσδοκῶν. Ὁ δὲ Ἀντώνιος, καθήμενος ἐν τῷ ὄρει, φωνήσας δύο μοναχοὺς (συνέβη γὰρ ἐκεῖ τούτους εἶναι), ἤπειγε λέγων· Λάβετε κεράμιον ὕδατος, καὶ δράμετε τὴν ἐπ' Αἴγυπτον ὁδόν· δύο γὰρ ἐρχομένων, ὁ μὲν εἷς ἄρτι τετελεύτηκεν, ὁ δὲ ἕτερος μέλλει, ἐὰν μὴ σπεύσητε. Τοῦτο γὰρ εὐχομένῳ μοι νῦν (16) πεφανέρωται. Ἐλθόντες τοίνυν οἱ μοναχοὶ, εὗρον τὸν μὲν κείμενον νεκρὸν, καὶ ἔθαψαν, τὸν δὲ ἕτερον ἀνεκτήσαντο τῷ ὕδατι, καὶ ἀπήγαγον πρὸς τὸν γέροντα· ἦν γὰρ τὸ διάστημα ἡμέρας ὁδός. Ἐὰν δὲ ζητήσῃ τις, διὰ τί μὴ πρὸ τοῦ τελευτῆσαι τὸν ἄλλον οὐκ εἰρήκεν· οὐκ ὀρθῶς ζητεῖ τοῦτο λέγων. Οὐ γὰρ ἦν Ἀντωνίου τὸ

VERSIO EVAGRII.

perversos contra naturam habens. Hujus parentes (17) cum ad Antonium monachos ire didicissent, credentes in Domino, qui pertinacem sanguinis fluxum in Evangelio tactu fimbriæ stare præceperat, rogaverunt ut miserabilem filiæ comitatum susciperent. Illis renitentibus eam usque ad Antonium perducere, remansere parentes ejus foris montem (18) cum filia debili apud beatum confessorem et monachum Paphnutium, qui effosso pro Christo oculo sub Maximiano persecutore, tali dehonestamento corporis plurimum gloriabatur. Pervenerunt igitur ad Antonium monachi. Cumque de morbo puellæ referre disponerent, relationem eorum senis sermo prævenit, et omnem debilitatis et itineris usque ad sanctum Paphnutium causam, quasi ipse interfuisset, exposuit. Rogantibus autem eum monachis ut parentibus cum filia permitteretur ingressus, non concessit, sed ait : Ite, et invenietis puellam, si non est mortua, curatam. Et adjecit : Nullus debet ad meam humilitatem venire, quia largitio curationum non est humanæ miseriæ, sed Jesu Christi misericordiæ, qui ubique in se credentibus præstare consuevit auxilium. Quamobrem et illa, pro qua petitis, suis precibus liberata est, et cum ad Dominum orarem ego, mihi præscientia sanitatis ejus indulta est. Dixit, et verba ejus puellæ incolumitas consecuta est. Nam exeuntes foras ad beatum Paphnutium, et filiam sospitem, et parentes lætos repererunt.

59. Non multos autem post ista dies, cum duobus fratribus euntibus ad Antonium aqua in itinere defecisset, et uno siti mortuo, alter jaceret in terra mortem exspectans, Antonius sedens in monte, celeriter ad se duos monachos vocat, qui forte ibidem sunt reperti, et festinato præcepit, ut lagenam aquæ assumentes, invaderent iter quod ducit ad Ægyptum, dixitque : Unus e fratribus huc advenientibus, modo migravit ad Dominum ; alter, si non succurreritis, addetur : hoc enim mihi nunc oranti revelatum est. Sic ait, et juxta præceptum ejus monachi festinantes, exstinctum corpus inveniunt, terraque id operientes, alterum refocillatum suo junxerunt comitatui : erat autem spatium itineris unius diei. Fortasse aliquis quærit, cur non antequam moreretur, Antonius dixerit ; incongruo prorsus Christianis argumento, quia non Antonii, sed Dei judicium fuit, qui et de recedente quam voluit, sententiam tulit,

(15) Ita manuscripti omnes. Editi vero, ὁμολογητῷ.
(15') Vulg., λιπόν. EDIT.
(16) Sic manuscripti quidam. In editis νῦν deest. Colbertinus secundus, ἀπεκαλύφθη.
(17) Sic manuscripti ; editi vero, *Hanc parentes ejus deferentes.*
(18) *Montem* deest in editis, sed legitur in manuscriptis, et ex Græcis expressum est. Infra manuscripti, *effosso pro Christo oculo*, rectius quam editi, qui habent, *effossis pro Christo oculis*. Hic Evagrius paraphrasten agit potius quam interpretem. Sed alias sæpissime brevius Græce exprimit.

Digitized by Google

τοῦ θανάτου κρῖμα, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦ καὶ περὶ ἐκείνου κρίναντος, καὶ περὶ τούτου ἀποκαλύψαντος. Μόνον δὲ Ἀντωνίου τοῦτο θαῦμα ἦν, ὅτι ἐν τῷ ὄρει καθήμενος, εἶχε τὴν μὲν καρδίαν νήφουσαν, τὸν δὲ Κύριον δεικνύοντα αὐτῷ τὰ μακράν.

60. Καὶ γάρ ποτε πάλιν, καθήμενος ἐν τῷ ὄρει καὶ ἀναβλέψας, εἶδεν ἐν τῷ ἀέρι (19) ἀναγόμενόν τινα, πολλήν τε τῶν ἀπαντώντων γινομένην τὴν χαράν. Εἶτα θαυμάζων καὶ μακαρίζων τὸν τοιοῦτον χορὸν, ηὔχετο μαθεῖν, τί ἂν εἴη τοῦτο. Καὶ εὐθὺς ἦλθεν αὐτῷ φωνὴ, ταύτην εἶναι τοῦ Ἀμοῦν (20) τὴν ψυχὴν, τοῦ ἐν τῇ Νιτρίᾳ μοναχοῦ. Ἦν δὲ οὗτος ἕως γήρως ἀσκητὴς διαμείνας. Καὶ τὸ διάστημα δὲ τὸ ἀπὸ Νιτρίας ἕως τοῦ ὄρους, ἔνθα ἦν ὁ Ἀντώνιος, ἡμερῶν ἐστι δεκατριῶν. Οἱ τοίνυν ὄντες μετὰ Ἀντωνίου, βλέποντες τὸν γέροντα θαυμάζοντα, ἠξίωσαν μαθεῖν· καὶ ἤκουσαν, ὅτι ἄρτι τετελεύτηκεν ὁ Ἀμοῦν. Ἦν γὰρ γνώριμος, διὰ τὸ πυκνότερον αὐτὸν ἐκεῖ παραγίνεσθαι, καὶ πολλὰ καὶ δι' αὐτοῦ σημεῖα γεγενῆσθαι· ἐξ ὧν ἕν ἐστι τοῦτο· Ποτὲ χρείας γενομένης παρελθεῖν αὐτὸν τὸν ποταμὸν τὸν λεγόμενον Λύκον (ἦν δὲ τότε (21) πλημμύρα τῶν ὑδάτων), ἠξίωσε τὸν σὺν αὐτῷ Θεόδωρον μακρὰν ἀπ' αὐτοῦ γενέσθαι, ἵνα μὴ ἀλλήλους ἴδωσι γυμνοὺς, ἐν τῷ διανήχεσθαι τὸ ὕδωρ. Εἶτα ἀπελθόντος τοῦ Θεοδώρου, ᾐσχύνετο πάλιν καὶ ἑαυτὸν ἰδεῖν γυμνόν. Ἕως τοίνυν ᾐσχύνετο, καὶ ἐφρόντιζεν, ἐξαίφνης ἀπηνέχθη εἰς τὸ πέραν. Ὁ οὖν Θεόδωρος, καὶ αὐτὸς ἀνὴρ εὐλαβὴς, ἐγγίσας καὶ ἐωρακὼς αὐτὸν προλαβόντα, καὶ μήθ' ὅλως ὕδατι βραχέντα, ἠξίου μαθεῖν τὸν τρόπον τοῦ περάματος. Ὡς δὲ ἐώρα μὴ θέλοντα εἰπεῖν αὐτὸν, διισχυρίζετο, κατέχων αὐτοῦ τοὺς πόδας, μὴ πρότερον ἐξαφεῖναι, πρὶν ἂν μάθῃ παρ' αὐτοῦ. Βλέπων τοιγαροῦν ὁ Ἀμοῦν τὸ φιλόνεικον τοῦ Θεοδώρου, μάλιστα καὶ διὰ τὸν λόγον, ὃν εἶπεν, ἀπῄτησε καὶ αὐτὸς μηδενὶ λέγειν αὐτὸν ἕως θανάτου αὐτοῦ· καὶ οὕτως ἀπήγγειλε, βεβαστάχθαι καὶ τεθεῖσθαι αὐτὸν εἰς τὸ πέραν· μήτε δὲ περιπεπατηκέναι εἰς τὸ ὕδωρ, μήθ' ὅλως εἶναι τοῦτο δυνατὸν ἀνθρώποις, εἰ μὴ μόνῳ τῷ Κυρίῳ, καὶ οἷς ἂν

A in Antonio admiratione dignum est, quod sedens in monte, vigili corde esset, eique Dominus ea quæ procul fierent, revelaret.

60. Nam iterum in monte cum sederet, sublatis oculis, vidit in aere quemdam efferri, et magnum eorum gaudium qui ipsi irent obviam. Admiratus ille, atque ejusmodi cœtum beatum prædicans, rogabat ut quid illud esset edisceret. Voxque statim ad illum facta est, esse Amunis in Nitria monachi animam. Is ad obitum usque in ascetæ statu perseverarat. Atque a Nitria distat mons in quo erat Antonius tredecim dierum itineris intervallo. Qui cum Antonio erant, cernentes admirantem senem, roga-
B bant quid esset, audiereque : Jam obiit Amun. Erat quippe notus, quod frequens isthuc se conferret, multaque per eum ederentur signa : quorum unum hoc est : Cum trajiciendus sibi esset Lycus fluvius, quo tempore exundabant aquæ, rogavit Theodorum socium ut procul secederet, ne sese nudos aspicerent in tranando aquam. Abscedente Theodoro, etiam tum puduit sese nudatum videre. Dum pudore et sollicitudine agitaretur, illico in ripam transfertur alteram. Theodorus itaque pius et ipse vir, ut reversus vidit illum antevertisse, neque prorsus aqua madidum esse, rogabat quo ille modo transmeasset. Quem abnuentem dicere ut vidit, apprehensis ejus pedibus, affirmabat se non ante dimissurum,
C quam edisceret ab illo. Animadversa Amun Theodori contentione, in eo maxime quod dicebat, vicissim postulavit nemini ut rem aperiret ipse usque ad mortem ejus : et tunc narravit gestatum se atque trans fluvium positum fuisse, nec vel minimum in aquis deambulasse : neque prorsus id ab hominibus nec nisi a Domino fieri posse : **673** et quibus ipse concederet, ut olim magno apostolo Petro [a]. Theodorus itaque rem ejusmodi narravit post mortem Amunis. Monachi porro quibus mortem Amunis renun-

VERSIO EVAGRII.

et de sitiente revelare dignatus est. Hoc tantum in Antonio mirabile est, quod in monte remotissimo sedens, corde pervigili cuncta procul posita, Domino indicante, cognosceret.

60. Alio rursus in tempore cum sederet in monte, et oculos subito tetendisset in cœlum, vidit nescio quam animam, lætantibus in ejus occursum angelis, ad cœlum pergere. Cujus spectaculi novitate stupefactus, beatum dixit sanctorum chorum, oravitque ut sibi rei præsentis agnitio panderetur. Et statim vox ad eum facta est inquiens istam esse Ammonis (22) monachi animam, qui Nitriæ morabatur. Erat autem Ammon vir grandævus, qui perseveranter a pueritia usque ad senectutem in sanctitate vixerat. Itinere quoque dierum tredecim, a Nitria, locus in quo sedebat Antonius, dividebatur. Videntes autem eum monachi admirantem, qui venerant, deprecati sunt ut causam hilaritatis ediceret. Quibus ait modo Ammonem quievisse : quem propter frequentem ejus ad Antonium commeatum, et propter celebritatem indultorum ei a Domino signorum, optime noverant. De quibus etiam hoc unum dicendum est. Necesse ei fuit aliquando flumen nomine Lycum subitis aquis inundatum transvadare, rogavitque Theodorum, qui cum ipso erat, ut paululum a suo separaretur aspectu, ne nuditatem corporis invicem uterque conspicerent. Recessit Theodorus. Nihilominus ille seipsum cum nudare vellet, erubuit. Cogitantem autem eum in alteram ripam virtus divina transposuit. Rursusque Theodorus, vir et ipse Deo devotus, transiens ad senem, mirari cœpit quod tam velociter fluvium transvadasset. Cumque nihil humoris in pedibus, nulla in vestibus ejus aquæ signa conspiceret, rogavit eum, ut tam incredibilem translationem quasi filio pater exponeret. Nolente illo dicere quæ acciderant, amplexus est pedes ejus, juravitque non se dimissurum priusquam sibi id quod celabat referret. Videns ergo senex contentiose vincere volentem fratrem, exegit vicissim ab illo, ut nu li

[a] Matth. XIV, 28, 29.

(19) Ita plurimi mss. Alii et editi, ἐν τῷ ὄρει.
(20) Vide Pallad. *Hist. Lausiac.* c. 8.
(21) Ita omnes manuscripti. Editi, τοῦτο, male.
(22) Manuscripti alii *Amus*, alii *Amos* habent.

Digitized by Google

tiverat Antonius, observato die, advenientes post dies triginta ex Nitria, fratres interrogarunt atque compererunt ea ipsa die et hora obiisse Amunem, qua ejus animam sursum ferri senex viderat. Ac utrique puritatem animæ Antonii summopere mirati sunt, qui a triginta dierum itineris intervallo statim rem didicerat, animamque sursum ferri conspexerat.

A αὐτὸς ἐπιτρέψῃ, ὡς τῷ μεγάλῳ ἀποστόλῳ Πέτρῳ πεποίηκεν. Ὁ μὲν οὖν Θεόδωρος μετὰ θάνατον τοῦ Ἀμοῦν διηγήσατο τοῦτο· οἱ δὲ μοναχοί, οἷς εἶπεν ὁ Ἀντώνιος περὶ τοῦ θανάτου τοῦ Ἀμοῦν, ἐσημειώσαντο τὴν ἡμέραν· καὶ ἀνελθόντων τῶν ἀδελφῶν ἀπὸ τῆς Νιτρίας μετὰ τριάκοντα ἡμέρας, ἐπύθοντο, καὶ ἔγνωσαν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ τῇ ὥρᾳ κεκοιμῆσθαι τὸν Ἀμοῦν, ἐν ᾗ τὴν ψυχὴν εἶδεν ἀναφερομένην ὁ γέρων αὐτοῦ. Καὶ πάνυ καὶ οὗτοι κἀκεῖνοι τὸ καθαρὸν τῆς ψυχῆς ἐθαύμαζον Ἀντωνίου, πῶς τὸ ἀπὸ διαστήματος ἡμερῶν δεκατριῶν γενόμενον παρ' αὐτὰ μεμάθηκε, καὶ τὴν ψυχὴν εἶδεν ἀναγομένην.

61. Archelaus etiam comes cum offendisset illum in exteriore monte, rogavit ut solum precaretur Deum pro Polycratia Laodiceæ virgine admiranda, atque Christifera, quæ vehemente stomachi laterisque dolore premebatur ob nimiam exercitationis contentionem, atque toto erat corpore infirma. Oravit Antonius, observavitque comes qua ille orasset die, ac Laodiceam profectus sanam reperit virginem. Sciscitatusque quando et quanam die fuisset morbo levata, chartam protulit, in qua orationis tempus conscripserat. Cumque rem comperisset, ostendit statim rem in charta descriptam : miratique sunt omnes, eodem illam tempore doloribus levasse Dominum, quo pro ipsa Antonius oraret, Salvatorisque clementiam ejus gratia obsecraret.

61. Καὶ μὴν καὶ Ἀρχέλαός ποτε ὁ κόμης, εὑρὼν αὐτὸν ἐν τῷ ὄρει τῷ ἔξω (23), προσεύξασθαι μόνον ἠξίωσεν αὐτὸν περὶ Πολυκρατείας τῆς ἐν Λαοδικείᾳ θαυμαστῆς καὶ Χριστοφόρου παρθένου. Ἔπασχε γὰρ ἐκείνη δεινῶς τὸν στόμαχον καὶ τὸ πλευρὸν ἀπὸ τῆς B ἄγαν ἀσκήσεως, καὶ ὅλη ἦν ἀσθενὴς τῷ σώματι. Ὁ μὲν οὖν Ἀντώνιος ηὔχετο· ὁ δὲ κόμης ἐσημειώσατο τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ γέγονεν ἡ εὐχή· καὶ ἀπελθὼν εἰς τὴν Λαοδίκειαν, εὗρεν ὑγιῆ τὴν παρθένον. Πυνθανόμενος δὲ, πότε καὶ ποίᾳ ἡμέρᾳ (24) πέπαυται τῆς ἀσθενείας, προήνεγκε τὸν χάρτην, ἐν ᾧ τὸν χρόνον τῆς εὐχῆς ἔγραψε· καὶ μαθὼν, ἔδειξε καὶ αὐτὸς εὐθὺς τὴν ἐν τῷ χάρτῃ γραφήν· καὶ πάντες ἐθαύμασαν ἐπιγνόντες (25), ὅτι τότε πέπαυκεν ὁ Κύριος αὐτὴν τῶν πόνων, ὅτε ἦν εὐχόμενος ὁ Ἀντώνιος καὶ παρακαλῶν τὴν ἀγαθότητα τοῦ Σωτῆρος περὶ αὐτῆς.

62. Sæpenumero aliquot ante dies, imo nonnunquam ante mensem, prædixit quinam adventuri essent, et qua de causa. Et alii quidem ejus solum videndi desiderio accedebant, alii infirmitatis causa, C alii quod a dæmonibus vexarentur. Nemoque gravabatur, aut durum æstimabat itineris labórem : percepta quippe utilitate quisque remigrabat. Rogabatque ille ut nemo se pro his dictis factisque miraretur, sed potius Dominum, qui nobis hominibus suæ pro facultate nostra cognitionis gratiam impertiret.

62. Καὶ περὶ τῶν ἐρχομένων ἐς πρὸς αὐτὸν πολλάκις προέλεγε πρὸ ἡμερῶν, ἦν δὲ ὅτε καὶ πρὸ μηνὸς, καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἥρχοντο· οἱ μὲν γὰρ ἕνεκα (26) τοῦ μόνον ἰδεῖν αὐτὸν ἦρχοντο, οἱ δὲ δι' ἀσθένειαν, καὶ ἄλλοι πάσχοντες ὑπὸ δαιμόνων. Καὶ πάντες οὐ σκυλμὸν οὐδὲ ζημίαν ἡγοῦντο τὸν κόπον τῆς ὁδοῦ· ἀνέκαμπτε γὰρ ἕκαστος αἰσθόμενος τῆς ὠφελείας. Τοιαῦτα δὲ λέγων καὶ βλέπων, ἠξίου μηδένα θαυμάζειν αὐτὸν ἐν τούτῳ· ἀλλὰ μᾶλλον θαυμάζειν (27) τὸν Κύριον, ὅτι ἀνθρώποις ἡμῖν οὕσιν ἐχαρίσατο κατὰ δύναμιν γινώσκειν αὐτόν

VERSIO EVAGRII.

hoc ante suam mortem indicaret, atque ita confessus est se subito in alteram ripam fuisse transpositum, neque vero omnino undis impressisse vestigia : Dominici corporis hoc tantummodo privilegium asserens, et eorum quibus ipse, ut apostolo Petro, donaverit, ut aquarum levitati humanum corpus insisteret. Hæc autem Theodorus promisso tempore non dixit, post ejus mortem retulit. Monachi vero, quibus dixerat Antonius de morte Ammonis, notaverunt diem : et venientibus de Nitria fratribus post dies triginta, sciscitantes, repererunt illo die, illaque hora dormisse Ammonem, qua animam ejus ferri senex viderat. Utrique igitur puritatem mentis in Antonio mirati sunt, quomodo rei tam longe gestæ statim ad eum fuisset perlata cognitio.

61. Archelaus quoque comes, cum eum invenisset in exteriori monte, rogavit ut oraret pro Polycratia, quæ in Laodicea erat, admirabili et Christo dedita virgine. Patiebatur enim pessimos stomachi et lateris dolores, quos jejuniis nimiis vigiliisque contraxerat, et erat penitus toto debilis corpore. Oravitque Antonius et diem quo oratio fuerat facta annotavit Archelaus. Redit Laodiceam, et invenit virginem incolumem. Percontatus diem sanitatis, reperit tempus medelæ cum annotatione congruere, et omnes admirati sunt, agnoscentes eo tempore illam a Domino fuisse a doloribus liberatam, quo orans Antonius pro ipsa bonitatem Salvatoris invocaverat.

62. Sæpe etiam ad se venientium, ante dies et menses, et causas prædixit et tempora. Nam quosdam videndi eum tantum desiderium, alios imbecillitas, nonnullos obsessa a dæmonibus corpora pertrahebant. Nemo tamen unquam vexationem aut detrimentum laboriosi itineris conquestus est. Regrediebantur omnes spirituali cibo pleni. At ille præcipiebat non suæ laudi hanc admirationem ab eis applicari debere : sed Domini, qui sui notionem hominibus pro capacitate mortalitatis indulserit.

(23) De monte Antonii exteriore et interiore fuse Bollandus in præmissis ad *Antonii Vitam*.

(24) Colbertinus secundus, πῶς τε καὶ πότε, etc.

(25) Ita omnes manuscripti. In editis hæc, ἐθαύμασαν ἐπιγνόντες; desunt. Savil. ἐθαύμαζον habet.

(26) Sic duo manuscripti. Editi vero, οἱ μὲν ἕνεκα.

(27) Colb. 2, ἐν τούτοις· ἀλλὰ μᾶλλον δοξάζειν. Infra idem, Ἐλθὼν δέ.

Digitized by Google

63. Κατελθὼν δέ ποτε πάλιν εἰς τὰ ἔξω μοναστήρια, καὶ ἀξιωθεὶς εἰς πλοῖον εἰσελθεῖν, καὶ εὔξασθαι μετὰ μοναχῶν, μόνος αὐτὸς ἀντελάβετο δεινῆς δυσωδίας καὶ πάνυ πικρᾶς. Τῶν δὲ ἐν τῷ πλοίῳ λεγόντων, ἰχθὺν εἶναι καὶ τάριχον ἐν τῷ πλοίῳ, καὶ τούτων εἶναι τὴν ὀσμήν, αὐτὸς ἄλλην ἔλεγεν εἶναι τὴν δυσωδίαν· ἔτι δὲ αὐτοῦ λέγοντος, νεώτερός τις ἔχων δαίμονα, ὃς προεισελθὼν ἐκρύπτετο ἐν τῷ πλοίῳ, εὐθὺς ἀνέκραξεν. Ἐπιτιμηθεὶς δὲ ὁ δαίμων ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξῆλθε· καὶ ὁ μὲν ἄνθρωπος γέγονεν ὑγιής· πάντες δὲ ἔγνωσαν, ὅτι τοῦ δαίμονος ἦν ἡ δυσωδία. A

64. Καὶ ἄλλος δέ τις τῶν ἐπιφανῶν ἦλθεν ἔχων δαίμονα πρὸς αὐτόν. Ἦν δὲ ὁ δαίμων ἐκεῖνος (28) οὕτω δεινός, ὡς τὸν ἐνεργούμενον μὴ γινώσκειν, εἰ πρὸς Ἀντώνιον ἦει· ἀλλὰ καὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ τὰ περιττὰ κατήσθιεν. Οἱ μὲν οὖν ἀγαγόντες αὐτὸν, παρεκάλουν τὸν Ἀντώνιον εὔξασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ· ὁ δὲ Ἀντώνιος συμπαθὼν τῷ νεανίσκῳ, ηὔχετο· καὶ τὴν νύκτα πᾶσαν συνηγρύπνησεν αὐτῷ. Καὶ ὁ μὲν νεανίσκος, ἐξαίφνης ἐπελθὼν τῷ Ἀντωνίῳ περὶ τὴν ἕω, ὤθησεν αὐτόν· τῶν δὲ σὺν ἐκείνῳ ἐλθόντων ἀγανακτούντων, ἔφη ὁ Ἀντώνιος· Μὴ χαλεπαίνετε τῷ νεανίσκῳ· οὐ γὰρ αὐτός ἐστιν, ἀλλ' ὁ ἐν αὐτῷ δαίμων· ἐπιτιμηθεὶς δὲ, καὶ κελευσθεὶς ἐλαθῆναι εἰς ἀνύδρους τόπους, ἐμάνη, καὶ τοῦτο πεποίηκε. Δοξάζετε οὖν τὸν Κύριον· τὸ γὰρ οὕτως αὐτὸν ὁρμῆσαι κατ' ἐμοῦ σημεῖον ὑμῖν γέγονε τῆς τοῦ δαίμονος ἐξόδου. Ταῦτα τοῦ Ἀντωνίου εἰπόντος, εὐθὺς ὁ νεανίσκος γέγονεν ὑγιής· καὶ λοιπὸν σωφρονήσας, ἔγνω, ὅπου τε ἦν, καὶ κατησπάζετο τὸν γέροντα εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ. B C

65. Πολλά τε ἄλλα τοιαῦτα συμφώνως καὶ ὁμαλῶς εἰρήκασι περὶ αὐτοῦ πλεῖστοι τῶν μοναχῶν δι' αὐτοῦ γεγενῆσθαι. Οὐκ ἔτι δὲ ταῦτα θαυμαστὰ τοσοῦτον, ὅσον ἐκ ἄλλα θαυμασιώτερα μᾶλλον φαίνεται. Μέλλων γὰρ ἐσθίειν ποτὲ, καὶ ἀναστὰς εὔξασθαι περὶ τὴν ἐννάτην ὥραν, ᾔσθετο ἑαυτὸν ἁρπαγέντα τῇ διανοίᾳ· καὶ, τὸ παράδοξον, ἐστὼς ἔβλεπεν ἑαυτὸν ὥσπερ ἔξωθεν ἑαυτοῦ γινόμενον, καὶ ὡς εἰς τὸν ἀέρα ὁδηγούμενον ὑπό τινων· εἶτα πικροὺς καὶ δεινούς τινας ἑστῶτας ἐν τῷ

63. Cum iterum descendisset aliquando ad exteriora monasteria, rogatus ut in naviculam conscenderet, et oraret cum monachis, molestissimum solus fetorem percepit. Cumque vectores dicerent, piscem esse **674** et salsamentum in navicula, unde fetor talis oriretur, aliud ille esse affirmabat: ipsoque adhuc loquente adolescens quidam dæmonem habens, qui prævertens alios in navi sese occultarat, derepente exclamat. Increpatus dæmon in nomine Domini Jesu Christi, exiit, sanusque fuit homo. Tum compertum omnibus fuit, ex dæmone fetorem provenisse.

64. Alius item illustris homo a dæmone vexatus ipsum adiit, et tam furiosus erat dæmon ille, ut ignarus esset se ad Antonium adduci, imo sui corporis comederet excrementa. Rogabant itaque qui ipsum adduxerant, Antonium, ut oraret pro illo. Antonius adolescentem miseratus, precabatur, totamque noctem cum eo duxit insomnem. Juvenisque circa auroræ tempus derepente in Antonium irruens, impulit eum. Quod cum indigne ferrent comites ejus: Ne succenseatis, ait Antonius, adolescenti: neque enim illud agit ipse, sed qui in ipso est dæmon. Increpatus autem dæmon, atque jussus in loca arida aufugere, id, furore percitus, aggressus est. Domino itaque gloriam referte. Nam quod ille sic impetum in me fecerit, dæmonis exitus signum vobis fuit. Hæc loquente Antonio, statim sanatus est juvenis, atque ad sanam rediens mentem, agnovit quo esset loco, senemque amplexatus est gratias agens Deo.

65. Alia his similia permulta edidisse Antonium signa, plurimi monachorum summo consensu narrarunt. Neque tamen tanta sunt admiratione digna, quanta alia nonnulla videntur. Cum aliquando comesturus esset, ubi oraturus surrexisset circa nonam horam, sese mente abripi sensit, quodque prorsus stupendum est, cum staret, sese vidit tanquam extra se positum, et per aerem a quibusdam abductum. Exinde terribiles tetrosque nonnullos vidit in aere

VERSIO EVAGRII.

63. Quodam autem tempore cum exisset ad exteriora monasteria, et rogatus esset a fratribus ut in navi quadam cum monachis proficiscentibus oraret, ascendit, et solus ex omnibus odorem sensit teterrimum. Asserebant cuncti piscium salsorum et tarichorum in navi positorum hunc esse fetorem (29). At ille alterius rei fetorem se sentire affirmavit. Adhuc loquente illo, adolescens quidam possessus a dæmone, qui præcedens juxta carinam se navis absconderat, repente exclamavit. Quo statim per Antonium in nomine Domini nostri Jesu Christi curato, intellexere universi diaboli illum fuisse fetorem.

64. Alius quoque ad eum vir, inter suos nobilis, dæmoniosus adducitur, tanta oppressus insania, ut non sciret se esse apud Antonium, necnon et corporis sui superflua comederet. Quamobrem rogatus senex ab his qui eum adduxerunt, ut pro illo Dominum oraret, in tantum juvenis miseriæ condoluit, ut tota nocte pervigilans cum eo, adversus patientis insaniam laboraret. Sed cum jam lucesceret, et obsessus, impetu in Antonium facto, vehementer eum impulisset; irasci cœperunt, qui eum adduxerunt, cur seni fecisset injuriam. Quibus Antonius ait: Nolite alienam culpam juveni misero ascribere: furor iste obsidentis est, non obsessi: idcirco autem in hanc proruit dolens hostis audaciam, quia Dominus ad aridam regionem ire eum jussit, et expulsi Satanæ indicium iste adversum me impetus fuit. Nulla post verba mora, adolescens recepto sensu, et gratias agens Deo, et locum ubi esset agnovit, et toto Antonium complexans deosculatus est affectu.

65. Innumera et alia istiusmodi signa sunt, quæ monachorum concordi sæpe relatione cognovimus. Verum non tantum his adhibendus est stupor: quia multo plus, quæ sequuntur, conditionem nostræ fragilitatis excedunt. Hora circiter nona, cum ante cibum orare cœpisset, raptum se sensit in spiritu, et ab

(28) In editis post, ὁ δαίμων, legitur ἐκεῖνος, quæ vox deest in quibusdam manuscriptis.

(29) Sic manuscripti. Editi vero, *putorem*, et sic infra.

Digitized by Google

stantes, qui transitum ejus intercludere volebant. Obsistentibus iis qui illum adducebant, postulare illi num obnoxius ipsis esset : cumque rationes ab ejus nativitate exposcerent, id Antonii duces prohibuere, aiebantque : Culpas ejus omnes a nativitate delevit Dominus : ex quo autem tempore monachus effectus est, et sese **675** Deo consecravit, liceat rationes ducere. Cum igitur accusarent, nec probare possent, libera illi ac minime interclusa via fuit : statimque seipsum quasi reversum vidit, et intra se stantem atque omnino Antonium ut ante. Tunc cibi sumendi immemor, residuum illius diei atque totam noctem gemendo precandoque transegit. Obstupefactus enim erat, cum videret quot nobis essent adversarii, quantisque laboribus aer iste pertransitur. Recordatusque est idipsum esse quod ait Apostolus : *Secundum principem potestatis aeris*[5]. Hæc enim est inimici potestas, pugnare scilicet, atque pro virili viam transeuntibus intercludere. Quapropter hortabatur : *Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo*[6] ; ut inimicus *nihil habens malum dicere de nobis confundatur*[7]. Nos autem qui ista didicimus memores simus Apostoli hæc loquentis : *Sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio ; Deus scit*[8]. Sed Paulus usque ad tertium cœlum raptus est, et cum audisset *arcana verba*, descendit. Antonius vero usque ad aerem sese pervenisse vidit, atque concertasse donec liber evaderet.

66. Hoc item gratiæ dono præditus fuit. Sedens quippe solus in monte, si qua de re unquam apud se dubitaret, id illi in oratione a Providentia revelabatur. Eratque, uti scriptum est[9] a Deo doctus beatus ille. Post hæc igitur, habita cum quibusdam se adeuntibus disputatione de animæ statu atque

ἀέρι καὶ θέλοντας αὐτὸν κωλῦσαι ὥστε μὴ διαβῆναι. Τῶν δὲ ὁδηγούντων ἀντιμαχομένων, ἀπῄτουν ἐκεῖνοι λόγον, εἰ μὴ ὑπεύθυνος αὐτοῖς εἴη. Θελόντων τοίνυν συνᾶραι λόγον ἀπὸ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ, ἐκώλυον οἱ τὸν Ἀντώνιον ὁδηγοῦντες, λέγοντες ἐκείνοις· Τὰ μὲν ἀπὸ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ ὁ Κύριος ἀπῆλειψεν· ἐξ οὗ δὲ γέγονε μοναχὸς, καὶ ἐπηγγείλατο τῷ Θεῷ, ἔξεστω (50) λόγον ποιῆσαι. Τότε κατηγορούντων, καὶ μὴ ἐλεγχόντων, ἐλευθέρα γέγονεν αὐτῷ καὶ ἀκώλυτος ἡ ὁδός· καὶ εὐθὺς εἶδεν ἑαυτὸν ὥσπερ ἐρχόμενον καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἑστῶτα, καὶ πάλιν ἦν ὅλως Ἀντώνιος. Τότε τοῦ μὲν φαγεῖν αὐτὸς ἐπιλαθόμενος, ἔμεινε τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς στενάζων καὶ εὐχόμενος. Ἐθαύμαζε γὰρ βλέπων πρὸς πόσους ἡμῖν ἐστιν ἡ πάλη, καὶ διὰ πόσων πόνων ἔχει τις διαβῆναι τὸν ἀέρα· καὶ ἐμνημόνευεν, ὅτι τοῦτό ἐστιν ὃ ἔλεγεν ὁ Ἀπόστολος· *Κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος*. Ἐν τούτῳ γὰρ ὁ ἐχθρὸς ἔχει τὴν ἐξουσίαν, ἐν τῷ μάχεσθαι καὶ πειράζειν διακωλύειν τοὺς διερχομένους. Διὸ καὶ μάλιστα παρῄνει· *Ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ· ἵνα μηδὲν ἔχων* (51) *λέγειν περὶ ἡμῶν φαῦλον* ὁ ἐχθρὸς *καταισχυνθῇ*. Ἡμεῖς δὲ, τοῦτο μαθόντες, μνημονεύωμεν τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· *Εἴτε ἐν σώματι, οὐκ οἶδα· εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα· ὁ Θεὸς οἶδεν*. Ἀλλ' ὁ μὲν Παῦλος ἕως τρίτου οὐρανοῦ ἡρπάγη, καὶ ἀκούσας *ἄρρητα ῥήματα* κατῆλθεν· ὁ δὲ Ἀντώνιος ἕως τοῦ ἀέρος ἑαυτὸν εἶδε φθάσαντα, καὶ ἀγωνισάμενον (52) ἕως ἐλεύθερος φανῇ.

66. Εἶχε δὲ καὶ τοῦτο πάλιν χάρισμα. Ἐν γὰρ τῷ ὄρει κατὰ μόνας καθήμενος, εἴ ποτέ τι πρὸς ἑαυτὸν ζητῶν ἠπόρει, τοῦτο αὐτῷ παρὰ τῆς Προνοίας εὐχομένῳ ἀπεκαλύπτετο. Καὶ ἦν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, θεοδίδακτος γενόμενος ὁ μακάριος. Μετὰ ταῦτα γοῦν διαλέξεως αὐτῷ ποτε γενομένης πρός τινας εἰσελθόν-

VERSIO EVAGRII.

angelis in sublime deferri ; prohibentibus transitum aeris dæmonibus, cœperunt angeli contradicentes requirere quæ esset causa retinendi, nullis exsistentibus in Antonio criminibus. Illis vero ab exordio nativitatis replicare peccata nitentibus, calumniosa angeli ora clauserunt, dicentes, non debere eos a nativitate ejus delicta narrare, quæ jam Christi essent bonitate sopita : si qua autem scirent ex eo tempore, quo factus esset monachus, et Deo se consecrasset, licere proferre. Accusabant dæmones multa procaciter mentientes : et cum deessent probamenta fallacibus, liber Antonio concensus aperitur. Et statim rediens in se, in eo loco in quo stare cœperat, hoc se rursum vidit esse quod fuerat. Tunc vero oblitus escæ, ex illa hora noctem gemitu ac lamentatione transegit, reputans secum humanorum hostium multitudinem, et colluctationem tantam exercitus, et laboriosum per aerem iter ad cœlum, et hoc Apostoli dictum, quo sit : *Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principem potestatis hujus aeris*, qui sciens aereas potestates ob id semper tentare, luctari et contendere, ne nobis liber transitus esset ad cœlum, hortabatur monens : *Assumite arma Dei, ut possitis resistere in die mala ; ut nihil mali habens quod de nobis* (53) *dicere possit inimicus, confundatur*. Nos autem apostolici sermonis recordemur, dicentis : *Sive in corpore, sive extra corpus, nescio : Deus scit*. Et Paulus quidem usque ad tertium cœlum raptus est, ibique auditis verbis ineffabilibus, descendit : Antonius autem usque ad aerem sublatus, post colluctationem liber apparuit.

66. Habebat etiam istiusmodi donum : si cujus rei sedens in monte ignarus fuisset, et ejus secum inquireret notionem, oranti ei a Domino revelabatur ; et erat, secundum quod scriptum est, a Deo doctus. Denique cum a fratribus haberetur iste tractatus, et ab eo sedulo scisciarentur quemadmodum se post corporis sarcinam anima gereret, quive ei locus post exitum concederetur, proxima nocte vox desuper

[5] Ephes. II, 2. [6] Ephes. VI, 13. [7] Tit. II, 8. [8] II Cor. XII, 2. [9] Joan. VI, 45.

(30) Regius 1, et Colbert. 2, ἔξεστι.

(31) Sic omnes mss. Editi, τοῦ Θεοῦ, ἵνα μηδὲν ἔχων. Infra tres mss., μνημονεύωμεν. Editi et alii, ἐμνημονεύομεν.

(32) Sic quidam manuscripti. Editi vero, ἀγωνισάμενος, minus recte. Infra post πρὸς ἑαυτόν deest ζητῶν in editis et in quibusdam mss., sed habetur in aliis.

(33) Sic manuscripti. Editi vero, *vobis*.

Digitized by Google

τας (34) πρὸς αὐτὸν, περὶ τῆς διαγωγῆς τῆς ψυχῆς, καὶ ποῖος μετὰ ταῦτα αὐτῇ τόπος ἔσται, τῇ ἑξῆς νυκτὶ καλεῖ τις αὐτὸν ἄνωθεν, λέγων· Ἀντώνιε, ἀναστὰς ἔξελθε, καὶ βλέπε. Ἐξελθὼν τοίνυν, (ᾔδει γὰρ τίσιν ὑπακούειν ὀφείλει·) καὶ ἐθεώρησέ τινα μακρὸν ἀναβλέψας (35), ἀειδῆ καὶ φοβερὸν, ἑστῶτα καὶ φθάνοντα μέχρι τῶν νεφελῶν, καὶ ἀναβαίνοντάς τινας ὥσπερ ἐπτερωμένους· κἀκεῖνον ἐκτείνοντα τὰς χεῖρας· καὶ τοὺς μὲν κωλυομένους παρ' αὐτοῦ, τοὺς δὲ ὑπερπταμένους, καὶ διελθόντας λοιπὸν, ἀμερίμνως ἀνάγεσθαι. Ἐπὶ μὲν (36) οὖν τοῖς τοιούτοις ἔτριζε τοὺς ὀδόντας ὁ μακρὸς ἐκεῖνος· ἐπὶ δὲ τοῖς ἀποπίπτουσιν, ἔχαιρε. Καὶ εὐθὺς πρὸς Ἀντώνιον ἐγένετο φωνή· Νόει τὸ βλεπόμενον· καὶ διανοιχθείσης αὐτοῦ τῆς διανοίας, ἐνενόει τῶν ψυχῶν εἶναι τὴν πάροδον, καὶ τὸν ἑστῶτα μακρὸν εἶναι τὸν ἐχθρὸν (37) τὸν φθονοῦντα τοῖς πιστοῖς· καὶ τοὺς μὲν ὑπευθύνους αὐτῷ κρατοῦντα καὶ κωλύοντα διελθεῖν, τοὺς δὲ μὴ πεισθέντας αὐτῷ μὴ δυνάμενον κρατεῖν ὡς ὑπερβαίνοντας. Τοῦτο πάλιν ἐωρακὼς, καὶ ὥσπερ ὑπομιμνησκόμενος, μᾶλλον ἠγωνίζετο προκόπτειν τοῖς ἔμπροσθεν καθ' ἡμέραν. Ταῦτα δὲ οὐχ ἑκὼν ἀπήγγελλεν αὐτός· ἐν δὲ τῷ χρονίζειν ἐν ταῖς εὐχαῖς καὶ καθ' ἑαυτὸν θαυμάζειν, πυνθανομένων τῶν συνόντων καὶ θλιβόντων αὐτὸν, ἠναγκάζετο λέγειν, ὡς πατὴρ οὐ δυνάμενος κρύπτειν τοῖς τέκνοις· ἀλλὰ καὶ ἡγούμενος, ὅτι τὸ μὲν αὐτοῦ σύνειδός ἐστι καθαρὸν, ἐκείνοις δὲ τὸ διήγημα γίνεται πρὸς ὠφέλειαν, μανθάνουσι τῆς ἀσκήσεως εἶναι καρπὸν ἀγαθὸν, τῶν τε πόνων πολλάκις παραμύθιον γίνεσθαι τὰς ὀπτασίας.

67. Πρὸς δὲ (38) καὶ τὸ ἦθος ἀνεξίκακος ἦν, καὶ τὴν ψυχὴν ταπεινόφρων· τοιοῦτος γὰρ ὢν, τόν τε κανόνα τῆς Ἐκκλησίας ὑπερφυῶς ἐτίμα, καὶ πάντα κληρικὸν τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι ἤθελεν ἑαυτοῦ. Τοῖς μὲν γὰρ ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις οὐκ ᾔδειτο κλίναι τὴν κεφαλήν· διάκονος δὲ εἴ ποτε πρὸς αὐτὸν ὠφελείας χάριν ἀπήντα, τὰ μὲν πρὸς ὠφέλειαν διελέγετο· τὰ δὲ τῆς εὐχῆς αὐτῷ παρεχώρει, οὐκ αἰδούμενος μανθάνειν καὶ αὐτός. Καὶ γὰρ πολλάκις ἐπυνθάνετο, καὶ

loco post mortem; insequente nocte compellat quis eum desuper, aiens: Antoni, surge, egredere, atque vide. Egressus igitur (norat quippe quibus obsequendum esset) sublatisque oculis, vidit procerum quemdam deformem ac terribilem, stantem, atque nubes attingentem, et quosdam ceu alatos ascendere, illumque manus extendere, atque alios quidem impediri ab illo, alios superius volare, et ubi pertransierant, absque cura et periculo sursum ferri. Quorum causa procerus ille dentibus stridebat: de collapsis autem lætabatur. Statimque Antonius vocem audivit: **676** Intellige quod vidisti. Et aperta ipsi mente, cogitabat animarum id esse transitum, et stantem illum procerum, esse inimicum, qui credentibus invideret, sibique obnoxios apprehenderet, transitumque arceret: eosque, qui non sibi morem gererent, retinere non posset, utpote supergressos. Hæc cum vidisset, quasi commonefactus, id magis magisque contendebat, ut quotidie ad ea quæ ante se essent progrederetur. Hæc autem invitus ille renuntiavit: sed cum in orationibus diutius immoraretur, et hæc miraretur intra se, sciscitantibus iis qui aderant, atque molestiam ingerentibus, coactus est id declarare, quasi Pater qui filiis id celare non posset: ratus etiam, suam sibi conscientiam puram esse, narrationemque illis perutilem fore, cum discerent, quam bonus esset asceticæ vitæ fructus, laborumque sæpe solatium visiones esse.

67. Ad hæc patientissimus erat, animoque humili: cum talis enim esset, Ecclesiæ canonem supra modum observabat. Omnem clericum honore sibi præire volebat. Non verebatur enim episcopis presbyterisque inclinare caput. Diaconus vero si utilitatis gratia accederet, quæ utilia essent ille loquebatur, quæ orationem vero spectant, ipsi cedebat. Neque verebatur ipse ab aliis ediscere: nam plerumque sciscitabatur, præsentesque audire ro-

VERSIO EVAGRII.

nomen ejus inclamitans, ait: Antoni, exsurge, exi et vide. Qui egressus, sciebat (39) enim quibus respondere deberet, et elevatis ad cœlum oculis, vidit quemdam longum atque terribilem, caput usque ad nubes attollentem. Vidit etiam pennatos quosdam se elevare cupientes ad cœlum, atque illum extensis manibus prohibere transgressu: e quibus alios apprehensos elidebat ad terram, alios frustra retinere contendens, dolebat super se ad cœlestia transvolare: et maximum gaudium mistum mœrore victi victoresque tribuebant. Statimque ad eum vox facta est, dicens: Animadverte quod vides. Et tunc cœpit illuminato corde intelligere, animarum esse conscensum, et diabolum prohibentem; qui et sibi retineret obnoxios, et in sanctorum, quos decipere non poterat, cruciaretur volatu. His visionum exemplis incitatus, quotidie ad meliora crescebat. Neque vero id, quod sibi revelatum fuerat, causa jactantiæ fratribus indicabat: sed cum orans jugiter Dei laudaret auxilium, interrogantibus compellebatur edicere: nec spiritualibus filiis pura in Christo anima occultare quidquam volebat, præsertim cum hujusmodi signorum relatio et amorem ministraret proposito, et fructum laboris ostenderet.

67. Nunquam ille aut ira subita concitatus patientiam rupit, aut humilitatem erexit in gloriam. Nam omnes clericos usque ad ultimum gradum ante se orare compellens, episcopis quoque atque presbyteris, quasi humilitatis discipulus, ad benedicendum se caput submittebat. Diacones vero (40), qui ad eum utili-

(34) Sic manuscripti. Editi vero, συνελθόντας.

(35) Sic mss. In editis, ἀναβλέψας deest. Infra omnes manuscripti, ὑπερπταμένους, Editi, ὑπερπτωμένους.

(36) Sic omnes fere mss. In editis μέν deest. Infra εὐθὺς deest in editis, sed habetur in omnibus mss.

(37) Sic mss. cod. Editi vero, τῶν ψυχῶν εἶναι τὸν ἐχθρόν, omissis plurimis.

(38) Sic Colb. 2. Alii πῶς δέ.

(39) Sic manuscripti. Editi vero, *qui exsurgens egressus est, sciebat.*

(40) Manuscripti quidam *Diacones* habent. Alii, *Diaconi.*

Digitized by Google

gabat, et si quidpiam quis utile proferret, utilitati sibi fuisse fatebatur. Magna mirabilisque vultui ejus inerat gratia. Illudque præterea donum a Salvatore consecutus erat, ut si, dum in monachorum cœtu adesset, aliquis eum sibi antea ignotum videre vellet, statim accedens, prætergressus alios, ad eum accurreret, illius quasi aspectu attractus. Neque tamen statura, aut latitudine aliis præstabat, sed morum compositione atque animæ puritate : namque cum imperturbatam gereret mentem, tranquillos item habuit externos sensus ; ita ut ex animi lætitia vultus hilaritas proveniret, et ex corporis motibus animæ status sentiretur, juxta Scripturam : *Corde lætante floret vultus : dum autem in mœrore est, dejicitur* [10]. Sic Jacob agnovit Laban insidias parare, aitque uxoribus : *Non est* B *facies patris vestri sicut heri et nudius tertius* [11].

677 Sic Davidem agnovit Samuel ; pulchros quippe habebat oculos, dentes tanquam lac candidos. Eo ipso modo dignoscebatur Antonius : præ mentis enim serenitate nunquam perturbabatur : ac præ animi lætitia, nunquam tristi erat vultu.

Οὕτως καὶ ὁ Ἀντώνιος ἐπιγινώσκετο· οὐδέποτε γὰρ σκυθρωπὸς ἐγίνετο, χαιρούσης αὐτοῦ τῆς διανοίας.

68. Eratque prorsus admirabili fide et pietate. Cum Meletianis quippe schismaticis nunquam communicavit : compertam habens eorum ab initio malitiam atque defectionem. Nec cum Manichæis unquam, aut aliis quibuslibet hæreticis, amice collocutus est, nisi admonendi causa, ut mutata sententia piam sectarentur fidem : ratus, eorum amicitiam et colloquia, animi damnum atque per- C niciem esse, quod item alios monebat. Sic etiam Arianorum hæresim exsecrabatur, omnibusque auctor erat, ut ne vel ad eos accederent, vel pravam eorum sectarentur fidem. Adeuntes se aliquando

A ἠξίου παρὰ τῶν συνόντων (41) ἀκούειν· καὶ ὡμολόγει ὠφελεῖσθαι, εἴ τι χρήσιμόν τις ἔλεγε. Καὶ μὴν καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ χάριν εἶχε πολλὴν καὶ παράδοξον. Εἶχε δὲ καὶ τοῦτο τὸ χάρισμα παρὰ τοῦ Σωτῆρος· εἰ γὰρ μετὰ τοῦ πλήθους τῶν μοναχῶν παρῆν, καὶ τοῦτον ἰδεῖν τις ἐβούλετο μὴ πρότερον γινώσκων, προσελθὼν εὐθὺς, τοὺς μὲν ἄλλους ὑπερέβαινε, πρὸς αὐτὸν δὲ ἔτρεχεν, ὡς ὑπὸ τῶν ὄψεων αὐτοῦ ἑλκόμενος. Οὐχ ὕψει δὲ, οὐδὲ τῷ πλάτει διέφερε τῶν ἄλλων, ἀλλὰ τῇ τῶν ἠθῶν καταστάσει, καὶ τῇ τῆς ψυχῆς καθαρότητι. Ἀθορύβου γὰρ οὔσης τῆς ψυχῆς, ἀταράχους εἶχε καὶ τὰς ἔξωθεν αἰσθήσεις· ὡς ἀπὸ τῆς χαρᾶς (42) τῆς ψυχῆς ἱλαρὸν ἔχειν καὶ τὸ πρόσωπον, καὶ ἀπὸ τῶν τοῦ σώματος κινημάτων αἰσθέσθαι καὶ νοεῖν τὴν τῆς ψυχῆς κατάστασιν, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Καρδίας εὐφραινομένης, θάλλει πρόσωπον· ἐν δὲ λύπαις οὔσης, σκυθρωπάζει.* Οὕτως Ἰακὼβ ἐπέγνω τὸν Λάβαν ἐπιβουλὴν ἐνθυμούμενον, καί φησι πρὸς τὰς γυναῖκας· *Οὐκ ἔστι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς ὑμῶν ὡς χθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν*· οὕτως ὁ Σαμουὴλ ἐπέγνω τὸν Δαβίδ· χαροποιοὺς (43) γὰρ εἶχε τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τοὺς ὀδόντας ὡς γάλα λευκούς. ἐταράττετο, γαληνιώσης αὐτοῦ τῆς ψυχῆς· οὐδέποτε

68. Καὶ τῇ πίστει δὲ πάνυ θαυμαστὸς ἦν καὶ εὐσεβής. Οὔτε γὰρ Μελετιανοῖς τοῖς σχισματικοῖς ποτε κεκοινώνηκεν, εἰδὼς αὐτῶν τὴν ἐξ ἀρχῆς πονηρίαν καὶ ἀποστασίαν· οὔτε Μανιχαίοις, ἢ ἄλλοις τισὶν αἱρετικοῖς ὡμίλησε φιλικὰ, ἢ μόνον ἄχρι νουθεσίας τῆς εἰς εὐσέβειαν (44) μεταβολῆς· ἡγούμενος καὶ παραγγέλλων τὴν τούτων φιλίαν καὶ ὁμιλίαν βλάβην καὶ ἀπώλειαν εἶναι ψυχῆς. Οὕτω γοῦν καὶ τὴν τῶν Ἀρειανῶν αἵρεσιν ἐβδελύσσετο, παρήγγελλέ τε πᾶσι μήτε ἐγγίζειν αὐτοῖς, μήτε τὴν κακοπιστίαν αὐτῶν ἔχειν. Ἀπελθόντας γοῦν ποτέ τινας πρὸς αὐτὸν τῶν Ἀρειομανιτῶν, ἀναχρίνας καὶ μαθὼν ἀσεβοῦντας,

VERSIO EVAGRII.

tatis causa veniebant, cum pro adjutorio eorum eis præsentibus disputaret, ad orandum Dominum sibi præponebat, non erubescens et ipse discere. Nam et interrogabat frequenter eos cum quibus erat : et si aliquid ab eis necessarium audierat, se fatebatur adjutum. Habebat autem et in vultu magnam gratiam, et admirabile a Salvatore etiam hoc munus acceperat. Si quis enim ignarus ejus, inter multitudinem monachorum eum videre desiderasset, nullo indicante, cæteris prætermissis, ad Antonium currebat, et animæ puritatem agnoscebat ex vultu, et per speculum corporis, gratiam sanctæ mentis intuebatur ; nam semper hilarem faciem gerens, liquido ostendebat se de cœlestibus cogitare, sicut Scriptura ait : *Corde lætante vultus floret : et in mœrore constituto tristatur.* Ita et Jacob agnovit Laban socerum suum insidias sibi machinantem, dicens ad filias ejus : *Non est facies patris vestri sicut heri et nudius tertius.* Sic Samuel agnovit David : lætificatos enim habebat oculos, et dentes sicut lac candidos. Similiter agnoscebatur Antonius : quia semper eamdem faciem inter prospera et adversa retinens, nec secundis extollebatur, nec frangebatur adversis.

68. Erat autem in fidei pietate mirabilis (45). Nunquam schismaticorum se miscuit communioni, antiquam eorum sciens pravitatem atque transgressionem : nunquam Manichæis aut aliis hæreticis saltem amicabilia verba largitus est, nisi tantum ea quæ eos possent ab iniquitatis errore revocare : denuntians talium amicitias atque sermones, perditionem esse animæ. Sic etiam Arianos detestabatur, ut omnibus diceret, ne juxta eos quidem esse accedendum. Nam cum venissent quidam Ariomanitæ, reperta eorum

[10] Prov. xv, 13. [11] Genes. xxxi, 5.

(41) Sic quidam mss. cod. rectius quam alii et editi, qui habent πάντων συνόντων.

(42) Sic omnes mss. In editis, χαοᾶς τῆς deest.

(43) Mss. Alii, χαροπούς, alii χαροποιούς habent, quæ vox nusquam de Davide reperitur dicta, sed Gen. xlix, 12.

(44) Sic quidam manuscripti rectius quam editi, qui habent πρὸς εὐσέβειαν.

(45) Sic maxima pars mss. Editi vero, *Erat autem et in multa simabilis, et in fidei puritate mirabilis.*

Digitized by Google

ἐδίωξεν ἀπὸ τοῦ ὄρους, λέγων ὄφεων ἰοῦ χείρονας εἶναι τοὺς λόγους αὐτῶν.

69. Καὶ ψευσαμένων δέ ποτε τῶν Ἀρειανῶν, ὡς ἐκείνοις τὰ αὐτὰ φρονοῦντος, ἠγανάκτει καὶ ἐθυμοῦτο κατ' ἐκείνων. Εἶτα παρακληθεὶς παρά τε τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν ἀδελφῶν πάντων, κατῆλθεν ἀπὸ τοῦ ὄρους· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, τοὺς Ἀρειανοὺς ἀπεκήρυξεν (46)· αἵρεσιν ἐσχάτην λέγων εἶναι ταύτην, καὶ πρόδρομον τοῦ Ἀντιχρίστου (47). Ἐδίδασκέ τε τὸν λαὸν μὴ εἶναι κτίσμα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, μηδὲ ἐξ οὐκ ὄντων γεγενῆσθαι· ἀλλ' ὅτι ἀΐδιός ἐστι τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας Λόγος καὶ Σοφία. Δι' ὃ καὶ ἀσεβές ἐστι λέγειν· Ἦν ὅτε οὐκ ἦν (48)· ἦν γὰρ ἀεὶ ὁ Λόγος συνυπάρχων τῷ Πατρί· ὅθεν μηδὲ μίαν ἔχετε κοινωνίαν πρὸς τοὺς ἀσεβεστάτους Ἀρειανούς· *Οὐδεμία γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος.* Ὑμεῖς μὲν γὰρ εὐσεβοῦντες Χριστιανοί ἐστε· ἐκεῖνοι δὲ, κτίσμα λέγοντες τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγον, οὐδὲν διαφέρουσιν ἐθνικῶν, λατρεύοντες τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα Θεόν. Πιστεύσατε δὲ, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις πᾶσα ἀγανακτεῖ κατ' αὐτῶν· ὅτι τὸν κτίστην καὶ Κύριον τοῦ παντὸς, ἐν ᾧ τὰ πάντα γέγονε, τοῦτον τοῖς γενητοῖς συναριθμοῦσιν.

70. Οἱ μὲν οὖν λαοὶ πάντες ἔχαιρον ἀκούοντες παρὰ τοῦ τοιούτου ἀνδρὸς ἀναθεματιζομένην τὴν χριστομάχον αἵρεσιν· οἱ δὲ τῆς πόλεως πάντες συνέτρεχον ἰδεῖν τὸν Ἀντώνιον. Ἕλληνές τε καὶ αὐτοὶ οἱ λεγόμενοι αὐτῶν ἱερεῖς, εἰς τὸ Κυριακὸν ἤρχοντο λέγοντες· Ἀξιοῦμεν ἰδεῖν τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον· πάντες γὰρ αὐτὸν οὕτως ἐκάλουν. Καὶ γὰρ κἀκεῖ πολλοὺς δι' αὐτοῦ ἐκαθάρισεν ὁ Κύριος ἀπὸ δαιμόνων, καὶ βλαβέντας τὴν διάνοιαν ἴασατο. Πολλοὶ δὲ καὶ Ἕλληνες ἠξίουν κἂν μόνον ἅπτεσθαι τοῦ γέροντος, πιστεύοντες ὠφελεῖσθαι. Ἀμέλει τοσοῦτοι γεγό-

A quosdam Ariomanitarum, explorata et cognita eorum impietate, ex monte repulit, aiens serpentum veneno pejores eorum esse sermones.

69. Cum aliquando mentiti Ariani dicerent secum sentire Antonium, rem indigne tulit, graviterque iis succensebat. Hortantibus deinde episcopis et fratribus omnibus, descendit de monte, atque ingressus Alexandriam, Arianos publico sermone condemnavit: aiens postremam omnium esse eam hæresim et Antichristi prodromum. Docebatque populum, Filium Dei non esse creaturam, neque ex non exstantibus factum esse; sed æternum esse Patris substantiæ Verbum et Sapientiam. Unde impium est dicere: Erat cum non esset. Erat quippe semper Verbum una cum Patre exsistens: B quare nullam cum impiissimis Arianis habete communionem: *Nulla enim communicatio luci ad tenebras*[12]. Vos quippe pie sentientes Christiani estis: illi autem cum dicant eum qui ex Patre est Filium Dei et Verbum, esse creaturam, nihil differunt ab ethnicis, qui creaturæ serviunt potius quam Creatori Deo[13]. Credite autem creaturam **678** omnem adversus eos indignari: quod Creatorem Dominumque universi, in quo omnia facta sunt, hunc, inquam, factis rebus annumerent.

70. Lætabatur porro populus omnis, audiens a tanto viro anathemate damnatam Christo inimicam hæresim, civesque omnes videndi Antonii desiderio accurrebant. Gentiles ipsi, imo eorum sacerdotes, ut vocant, ad Dominicum accedentes, aiebant: C Rogamus ut hominem Dei videre nobis liceat: omnes quippe ita eum appellabant. Ea item in urbe multos ejus opera mundavit Dominus a dæmonibus: alios mente captos liberavit. Multi item ex gentilibus rogabant ut saltem possent senem contingere, id sibi profuturum credentes. Ex illis certe

VERSIO EVAGRII.

post examinationem infidelissima secta, effugavit eos de monte, dicens, multo serpentibus deteriores horum esse sermones.

69. Mentientibus autem Arianis aliquando Antonium ita ut se credere, admiratus eorum audaciam, et justi doloris ira commotus, rogatusque ab episcopis atque universis fratribus, Alexandriam descendit: ibique Ariomanitas publico sermone condemnavit, ultimam hanc esse hæresim et præcursorem Antichristi affirmans, prædicavitque in populo Filium Dei, non facturam, non ex nullis exstantibus, sed proprium, unius cum Patre substantiæ: ne creatura potius, aut adoptio aut appellatio videretur. Impium esse dicens vel mente concipere: Erat quando non erat: cum Verbum Dei Deus (49), qui est semper. Patri sit coæternus, quia ex eo natus est Patre, qui semper est. Unde aiebat: Cum Arianis vobis nulla sit conjunctio: *Quæ enim societas luci ad tenebras?* Vos fideliter credentes, Christiani estis: illi Verbum, id est Filium, qui ex Deo Patre est, creaturam dicentes, nullo intervallo a gentibus separantur, qui serviunt creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in sæcula. Ipsa, mihi credite, irascuntur elementa, et omnis contra Arianum furorem, secundum Apostoli dictum, ingemiscit creatura, quod sibi Dominum suum, per quem omnia et in quo omnia facta sunt, videat aggregari.

70. Hæc tanti viri prædicatio, exprimi non potest, quantum ad fidem populos roboraverit. Lætabantur quippe hostilem et Christo inimicam hæresim anathematizari ab Ecclesiæ columna. Nulla tunc ætas, nullus sexus domi remansit. Taceo de Christianis. Pagani quoque, et ipsi idolorum sacerdotes, ad Dominicum convolabant dicentes: Precamur ut videamus hominem Dei: quia hoc apud universos erat nomen Antonio. Ambiebant quoque saltem fimbriam vestimenti ejus attingere, multum sibi et tactum prodesse

[12] II Cor. VI, 14. [13] Rom. I, 25.

(46) Gestum hoc est ab anno 326 ad 335. Vide in *Vita Athanasii*.

(47) Colbertinus secundus, ἀντιχειμένου. *Antichristi προδρόμους* hæreticos vocant SS. PP. Sic Irenæus *De Gnosticis*, lib. I, p. 68, et sat communis fuit antiquorum Patrum opinio, qui putabant judicii diem imminere. Sic item Cyprianus ad Fortunatum. Apud Athanasium vero, quoties Antichristi prodromi vocentur Ariani, in Indice generali videre est.

(48) Regius 1, solus, ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν.

(49) Multi codices, *cum Verbum Deus*. Germ. 2, *cum Verbum Dei*.

Digitized by Google

tot, paucis istis diebus, Christiani effecti sunt, quot alias per annum visi fuerint. Exinde cum nonnulli rati eum tanta multitudine turbari, ab illo omnes abigerent : nihil ille turbatus ait, nequaquam plures illos esse iis, quibuscum in monte pugnaret dæmonibus.

71. Cum proficisceretur autem, illumque nos honoris causa comitaremur; ut ad portam pervenimus, retro mulier clamabat : Maneto, homo Dei, filia mea graviter a dæmone vexatur : maneto, quæso, ne mihi quoque currenti sit periculum. Tum his senex auditis, nobisque rogantibus, libens substitit. Ut appropinquavit mulier, puella humi jactata est : Antonio autem precante, atque Christum nominante, puella, egresso impuro spiritu, sana surrexit. Tum mater Deo benedixit : cunctique gratias egere. Gaudebatque ille, dum in montem, quasi in propriam sibi domum, remigraret.

72. Prudentia erat singulari : quodque mirum, tametsi litteras non didicerat, acri tamen et sagaci erat ingenio. Aliquando ad eum accessere duo Græci philosophi, rati se Antonii posse periculum facere : qui tum erat in exteriore monte. **679** Agnitisque ex vultu viris, illisque occurrens, per interpretem ait : Quid tantum suscepistis laborem, o philosophi, ut stultum hominem conveniretis? Respondentibus illis, nequaquam stultum ipsum esse, sed perquam prudentem, dixit : Si stultum adiistis hominem, illud certe inani labore : sin me prudentem arbitramini, mihi estote similes, cum quæ bona sunt imitari par sit. Nam si ego vos adiissem, vos imitaturus eram : cum autem ad me vos accesseritis, mei similes efficiamini : Christianus quippe sum. Admirati illi abscessere : nam præter hæc viderant dæmones Antonium reformidare.

Α νασι Χριστιανοὶ ἐν ταῖς ὀλίγαις ἡμέραις ἐκείναις, ὅσους ἄν τις εἶδεν ἐνιαυτῷ (50) γενομένους. Εἶτα, τινῶν νομιζόντων ἐκ τῶν ὄχλων αὐτὸν ταράττεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο ἀποτρεπόντων ἀπ' αὐτοῦ πάντας, αὐτὸς οὐ ταραττόμενος ἔλεγε, μὴ πλείους εἶναι τούτους ἐκείνων, μεθ' ὧν ἐν τῷ ὄρει παλαίομεν δαιμόνων.

71. Ὅτε δὲ ἀπεδήμει, καὶ προεπέμπομεν αὐτὸν, ὡς ἐφθάσαμεν εἰς τὴν πύλην, ὄπισθέν τις ἐβόα γυνή· Μεῖνον, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ἡ θυγάτηρ μου δεινῶς ὑπὸ δαίμονος ἐνοχλεῖται· μεῖνον, παρακαλῶ, μὴ κἀγὼ κινδυνεύσω τρέχουσα. Ἀκούσας ὁ γέρων, καὶ ἀξιωθεὶς παρ' ἡμῶν, θέλων ἔμεινεν. Ὡς δὲ ἤγγισεν ἡ γυνὴ, ἡ μὲν παῖς ἔῤῥιπτο χαμαί· τοῦ δὲ Ἀντωνίου προσευξαμένου, καὶ τὸν Χριστὸν ὀνομάσαντος, ἠγέρθη ἡ παῖς ὑγιὴς, ἐξελθόντος τοῦ ἀκαθάρτου δαίμονος. Ἥ Β τε μήτηρ εὐλόγει τὸν Θεὸν, καὶ πάντες ηὐχαρίστουν. Καὶ αὐτὸς δὲ ἔχαιρεν ἀποδημῶν, ὡς εἰς τὸν ἴδιον οἶκον, εἰς τὸ ὄρος.

72. Καὶ φρόνιμος δὲ ἦν λίαν· καὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι, γράμματα μὴ μαθὼν, ἀγχίνους ἦν καὶ συνετὸς ἄνθρωπος. Ποτὲ γοῦν φιλόσοφοι δύο ἦλθον πρὸς αὐτὸν Ἕλληνες, νομίζοντες δύνασθαι τὸν Ἀντώνιον πειρᾶσαι· ἦν δὲ ἐν τῷ ὄρει τῷ ἔξω· ὁ δὲ (51) ἐκ τοῦ προσώπου συνεὶς τοὺς ἀνθρώπους, ἐξελθὼν πρὸς αὐτοὺς, ἔφη δι' ἑρμηνέως· Τί τοσοῦτον ἐσκύληκε, ὦ φιλόσοφοι, πρὸς μωρὸν ἄνθρωπον; Τῶν δὲ εἰπόντων, μὴ εἶναι μωρὸν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ μάλα φρόνιμον, ἔφη πρὸς αὐτούς· Εἰ μὲν πρὸς μωρὸν ἤλθετε, περιττὸς ὑμῶν ὁ κάματος· εἰ δὲ νομίζετέ με φρόνιμον εἶναι, C γίνεσθε ὡς ἐγώ· δεῖ γὰρ τὰ καλὰ μιμεῖσθαι. Καὶ εἰ μὲν ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ἠρχόμην, ἐμιμησάμην ἂν ὑμᾶς· εἰ δὲ ὑμεῖς πρὸς ἐμὲ, γίνεσθε ὡς ἐγώ· Χριστιανὸς γάρ εἰμι. Οἱ δὲ θαυμάζοντες ἀνεχώρουν ἔβλεπον γὰρ καὶ δαίμονας φοβουμένους τὸν Ἀντώνιον.

VERSIO EVAGRII.

credentes. Quot tunc diabolica obsidione et variis infirmitatibus liberati? Quot simulacris erepta sunt spolia? Quanti etiam ab errore gentilium retracti, nostro juncti sunt gregi? tanti certe, ut paucorum dierum spatio ex idolorum superstitione conversio omnem per annum credentium vinceret turbam. Præterea cum irruentem multitudinem comites repellerent, æstimantes tædio illi conventum populi fore, ille tranquillo animo dicebat : Nunquid hic cœtus dæmonum major est turbis? nunquid obsequentium multitudo colluctatorum in monte nostrorum catervis est numerosior?

71. Accidit etiam ut cum eum redeuntem circa portam prosequeremur, a tergo quædam mulier clamitaret, dicens : Exspecta, homo Dei, filia mea atrocissimo vexatur dæmonio : exspecta, obsecro, exspecta, ne et ego currens (52) inteream. Hoc audito, mirabilis senex a nobis admonitus, volens tamen et ipse, paululum substitit. Cumque appropinquante muliere, puella jaceret explosa, oravit tacitus Dominum Jesum : et ad nominationem ejus statim spiritus impurus egressus est : puella incolumis, populus in laudibus Dei, mater in gaudio fuit. Ipse autem lætabatur, quia ad desideratam solitudinem remeabat (53).

72. Erat autem valde sapiens, et hoc in se mirabile habebat, quia cum litteras non didicisset, ingeniosissimus et prudentissimus erat. Aliquando etenim philosophi duo gentiles venerunt ad eum, putantes Antonium se posse decipere : erat vero in exteriori monte. Quos cum vidisset, paganos intellexit ex vultu : et procedens ad eos, per interpretem ita cœpit loqui : Quare tam longe ad stultum hominem sapientes se vexare voluerunt? Illis dicentibus non esse illum stultum, sed et nimium sapientem, vigilanter respondit : Si ad stultum venistis, superfluus est labor vester : si autem putatis me sapientem esse, et sapientiam habere bonum est, imitamini (54) quod probatis, quia bona convenit imitari. Si ego ad vos venissem, vos imitarer; sed quia vos ad me quasi ad sapientem venistis, estote, sicut ego sum, Christiani. Abscesserunt philosophi, utrumque mirantes, et acumen ingenii, et dæmonum expulsiones.

(50) Tres mss., ἐν ἐνιαυτῷ.

(51) Sic quidam mss. Editi vero, ὡς δέ.

(52) Ita mss. Editi vero, *corruens*, minus recte.

(53) Editi cum Germ. 1, solo, *repedabat*, Gemmet. 1, et Germ. 2, *remeabat*. Desmar., *revertebatur*. Colb., *rediebat*. Paulo post mss. quidam, *non didicisset, immobilis homo et mansuetus erat*.

(54) Ita multi manuscripti. Editi vero, *et savientiam habere, bonum est ut imitemini*.

Digitized by Google

73. Ἄλλων δὲ πάλιν τοιούτων ἀπαντησάντων πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ὄρει τῷ ἔξω, καὶ νομιζόντων χλευάζειν, ὅτι μὴ μεμάθηκε γράμματα, λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἀντώνιος· Ὑμεῖς δὲ τί λέγετε; Τί πρῶτόν ἐστι, νοῦς ἢ γράμματα; καὶ τί τίνος αἴτιον, ὁ νοῦς τῶν γραμμάτων, ἢ τὰ γράμματα τοῦ νοῦ; Τῶν δὲ εἰπόντων πρῶτον εἶναι τὸν νοῦν, καὶ τῶν γραμμάτων εὑρέτην· ἔφη ὁ Ἀντώνιος· Ὧ τοίνυν ὁ νοῦς ὑγιαίνει, τούτῳ (55) οὐκ ἀναγκαῖα τὰ γράμματα. Τοῦτο καὶ τοὺς παρόντας καὶ αὐτοὺς ἐξέπληξεν. Ἀπῆλθον οὖν θαυμάζοντες, ὅτι τοσαύτην ἔβλεπον ἐν ἰδιώτῃ σύνεσιν· καὶ γὰρ οὐχ ὡς ἐν ὄρει τραφείς, κἀκεῖ γέρων γενόμενος, ἄγριον εἶχε τὸ ἦθος· ἀλλὰ καὶ χαρίεις ἦν καὶ πολιτικός. Τὸν δὲ λόγον εἶχεν ἡρτυμένον τῷ θείῳ ἅλατι· ὥστε μηδένα φθονεῖν, χαίρειν δὲ μᾶλλον ἐπ' αὐτῷ πάντας τοὺς ἐρχομένους πρὸς αὐτόν.

74. Ἀμέλει μετὰ ταῦτα (56) πάλιν ἐλθόντων ἑτέρων τινῶν· ἦσαν δὲ οὗτοι τῶν παρ' Ἕλλησι δοκούντων εἶναι σοφῶν· καὶ ἀπαιτούντων αὐτὸν λόγον περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ πίστεως· ἐπιχειρούντων δὲ συλλογίζεσθαι περὶ τοῦ κηρύγματος τοῦ θείου σταυροῦ, καὶ βουλομένων χλευάζειν· ὀλίγον ἐπισχὼν ὁ Ἀντώνιος, καὶ πρῶτον οἰκτείρας αὐτοὺς ἐπὶ τῇ ἀγνωσίᾳ, ἔλεγε δι' ἑρμηνέως, τοῦ καλῶς τὰ ἐκείνου διερμηνεύοντος· Τί κάλλιόν ἐστι, σταυρὸν ὁμολογεῖν, ἢ μοιχείας καὶ παιδοφθορίας προσάπτειν τοῖς παρ' ὑμῖν λεγομένοις θεοῖς; Τὸ μὲν γὰρ παρ' ἡμῶν λεγόμενον ἀνδρίας ἐστὶ τεκμήριον, καὶ καταφρονήσεως θανάτου γνώρισμα· τὰ δὲ ὑμέτερα ἀσελγείας ἐστὶ πάθη. Ἔπειτα τί βέλτιόν ἐστι, λέγειν, ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος οὐκ ἐτράπη· ἀλλ' ὁ αὐτὸς ὤν, ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ εὐεργεσίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἀνείληφε σῶμα ἀνθρώπινον, ἵνα, τῇ ἀνθρωπίνῃ γενέσει κοινωνήσας, ποιήσῃ τοὺς ἀνθρώπους κοινωνῆσαι θείας καὶ νοερᾶς φύσεως· ἢ ἐν ἀλόγοις ἐξομοιοῦν τὸ Θεῖον, καὶ διὰ τοῦτο σέβειν

A 73. Aliis rursum his similibus se in exteriori monte adeuntibus, illudendi, ut sperabant, causa, quod litterarum esset imperitus, interrogavit eos Antonius: Quid vos dicitis? Quidnam prius est, mens an litteræ, et quid horum alterius causa est, mensne litterarum, an litteræ mentis (57)? Qui cum mentem dicerent priorem et litterarum inventricem, ait Antonius: Cui ergo sana mens est, huic non necessariæ litteræ. Quo sermone tam quis aderant alii, quam isti, obstupuere. Abscesserunt igitur illi mirati tantam in idiota homine sapientiam: licet enim in monte enutritus, ibi consenuisset, nequaquam agrestis erat moribus, sed comis urbanusque. Divinoque sale conditus sermo illius fuit; ita ut nemo invideret ipsi, sed lætarentur potius universi qui ad eum accederent.

B

74. Enimvero accedentibus iterum quibusdam ex iis qui apud Græcos sapientes videntur, rationemque reposcentibus de fide nostra in Christum, nitentibusque argute de divinæ crucis prædicatione, ridendi causa, disputare; paululum moratus Antonius, illorumque ignorantiam prius miseratus, per peritissimum interpretem hæc locutus est. Quid præstabilius est, crucemne confiteri, an adulteria, præposteramque libidinem diis (ut vocatis) ascribere? Quod nos loquimur, fortitudinis est argumentum, certumque contemptæ mortis indicium: vestra autem, sunt lasciviæ morbi. Deinde quid præstat: **680** Verbumne Dei dicere non mutatum

C esse; sed idem ipsum exsistens, pro salute et bono hominum corpus assumpsisse humanum, ut humanæ particeps originis, divinæ homines ac spiritualis naturæ participes redderet; an divinum Numen brutis animantibus assimilare, ac propterea quadrupedes, serpentes, hominumque imagines co-

VERSIO EVAGRII.

73. Alios quoque similiter mundi sapientes, qui eum irridere cupiebant, quia litteras ignoraret, tali disputatione colligavit, dicens: Respondete mihi, quid prius, sensus an litteræ? et quid cujus exordium? sensus ex litteris, an litteræ oriuntur ex sensu? Illis asserentibus, quia sensus esset auctor atque inventor litterarum, ait: Igitur si cui sensus incolumis est, hic litteras non requirit. Quis præsentium post hanc colluctationem non exclamaverit, cum obstupuerint et ipsi qui victi sunt, tantam in imperito litterarum sagacitatem animi admirantes? Neque enim, ut in solitudine et montibus versatus, atque omnem ibidem exigens vitam, agrestis et rigidus erat, sed jucundus atque affabilis. Sermonem, secundum Apostoli præceptum, divino conditum sale proferebat, ita ut invidia careret, et amore omnium potiretur.

74. Inter hæc, quasi parum esset his gentilitatem fuisse superatam, et tertio venerunt viri ad eum omnis sæcularis prudentiæ nube cæcati, atque universis philosophiæ studiis artium, suorum (58) æstimatione doctissimi. Illi cum rationem ab eo exigerent fidei, quam in Christo habemus, et niterentur arguta sophismatum interrogatione de divina cruce eum illudere, in silentium paululum voce compressa, primum eorum miseratus errorem est: deinde per interpretem, qui ejus verba diligentissime in Græcum solebat exprimere sermonem, ita exorsus est, dicens: Quid pulchrius est, quidve honestius, crucem colere, an adulteria, parricidium, vel incestum his assignare quos colitis: cum in altero sit contemptus mortis, insigne virtutum; in altero turpis religio, obscenitatis magistra? Quid melius est dicere, quod Dei Verbum manens ut erat, ob salutem nostram humanum corpus assumpserit, ut societate mortalitatis nos eveheret ad cœlum, participesque naturæ cœlestis efficeret: an, ut ipsi asseritis, divinæ mentis haustum ad terrena veneranda submittere (59), et pecudum atque serpentium formis cœleste nomen includere? Quo ore Christianorum credulitatem audetis irridere, dicentium Christum Filium Dei sine sui detrimento, et cœpisse esse quod non erat, et mansisse quod fuerat: cum ipsi animam de cœlestibus detrahentes,

(55) Ita mss. In editis τούτῳ deest.

(56) Sic manuscripti. In editis habetur καὶ ante μετὰ ταῦτα. Mox ἑτέρων deest in editis, sed habetur in omnibus mss.

(57) Tertull. *De testimonio animæ*, cap. 5: *Certe prior anima quam littera, et prior sermo quam liber, et prior sensus quam stylus.*

(58) Sic manuscripti recte. Editi vero, *suarum.*

(59) Ita manuscripti omnes. Editi vero, *caput submittere.*

Digitized by Google

lere? Ea enim vestrum sapientum sunt numina. Quomodo igitur audetis nos irridere, qui Christum dicimus hominem factum apparuisse: cum vos ex cœlo animam detrahentes, eam dicatis errasse, ei ex cœlorum fornice delapsam esse in corpus? atque utinam in humanum duntaxat, et non in quadrupedes quoque et in serpentes transiret decideretque. Nostra quippe fides in salutem hominum fuisse Christi adventum affirmat. Vos autem erratis cum de non-genita anima verba facitis. Nos possibilia, et quæ in beneficentissimam erga homines Providentiam cadunt, sentimus, nam id impossibile Deo nequaquam est; vos imaginem mentis animam dicendo, lapsus ei ascribitis, mutationique obnoxiam fabulamini, ipsamque demum mentem propter animam, mutabilem inducitis. Qualis enim imago, talis sit oportet is cujus imago est. Cum porro de mente talia existimatis, advertite vos in mentis Patrem blasphemare.

75. Crucem vero quod spectat, quid præstabilius dixeritis, improborum hominum insidiis crucem tolerare, et qualecunque mortis genus non reformidare; an errores Osiridis et Isidis, insidias Typhonis, Saturni fugam, liberorum devorationes et parricidia fabulose narrare? Hæc quippe vestra est sapientia. Cur vero in crucem cachinnantes, **681** resurrectionem non miramini? Qui enim hanc rem, bi ipsi illam conscripsere. Aut cur facta crucis mentione, suscitatos mortuos siletis, necnon cæcos visum consecutos, sanatos paralyticos, mundatos leprosos, incessum supra mare, aliaque signa et

A τετράποδα, καὶ ἑρπετὰ, καὶ ἀνθρώπων εἰκόνας; Ταῦτα γὰρ ὑμῶν ἐστι τῶν σοφῶν τὰ σεβάσματα. (60) Πῶς δὲ χλευάζειν τολμᾶτε ἡμᾶς, λέγοντας τὸν Χριστὸν ἄνθρωπον πεφανερῶσθαι· ὅπου γε ὑμεῖς, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ (61) τὴν ψυχὴν χωρίζοντες, φάσκετε πεπλανῆσθαι αὐτὴν καὶ πεπτωκέναι ἀπὸ τῆς ἀψίδος τῶν οὐρανῶν εἰς σῶμα· καὶ εἶθε εἰς ἀνθρώπινον μόνον, καὶ μὴ εἰς τετράποδα καὶ ἑρπετὰ μεταβαίνειν καὶ μεταπίπτειν. Ἡ μὲν γὰρ ἡμετέρα πίστις ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν λέγει· ὑμεῖς δὲ πλανᾶσθε, ὅτι περὶ ἀγεννήτου ψυχῆς ἐξηγεῖσθε. Καὶ ἡμεῖς μὲν τὸ δυνατὸν καὶ φιλάνθρωπον τῆς Προνοίας φρονοῦμεν, ὅτι καὶ τοῦτο οὐκ ἀδύνατον ἦν τῷ Θεῷ· ὑμεῖς δὲ, εἰκόνα τοῦ νοῦ τὴν ψυχὴν λέγοντες, πτώματα προσάπτετε αὐτῇ, καὶ τρεπτὴν B αὐτὴν μυθολογεῖτε· καὶ λοιπὸν καὶ αὐτὸν τὸν νοῦν διὰ τὴν ψυχὴν τρεπτὸν εἰσάγετε. Ὁποία γὰρ ἦν ἡ εἰκὼν, τοιοῦτον ἀνάγκη κἀκεῖνον εἶναι, οὗ ἐστιν ἡ εἰκών. Ὅτ' ἂν δὲ περὶ τοῦ νοῦ τοιαῦτα νομίζετε, ἐνθυμεῖσθε, ὅτι καὶ εἰς αὐτὸν τὸν Πατέρα τοῦ νοῦ βλασφημεῖτε.

75. Περὶ δὲ τοῦ σταυροῦ τί βέλτιον ἂν εἴποιτε, ἐπιβουλῆς ἐπαγομένης παρὰ πονηρῶν ὑπομένειν σταυρὸν, καὶ μὴ πτήσσειν τὸν ὁπωσδήποτε θάνατον ἐπαγόμενον· ἢ πλάνας Ὀσίριδος καὶ Ἴσιδος, καὶ ἐπιβουλὰς Τυφῶνος, καὶ Κρόνου φυγὴν, καὶ τέκνων καταπόσεις, καὶ πατροκτονίας μυθολογεῖν; Ταῦτα γὰρ ὑμῶν ἐστι τὰ σοφά. Πῶς δὲ, χλευάζοντες τὸν σταυρὸν, οὐ θαυμάζετε τὴν ἀνάστασιν; Οἱ γὰρ τοῦτο εἰπόντες κἀκεῖνο ἔγραψαν. Ἢ διὰ τί, μνημονεύοντες τοῦ σταυροῦ, σιωπᾶτε περὶ τῶν ἐγερθέντων νεκρῶν, καὶ τῶν ἀναβλεψάντων τυφλῶν, καὶ τῶν θεραπευθέντων παραλυτικῶν, τῶν τε καθαρισθέντων λεπρῶν C

VERSIO EVAGRII.

non tantum hominum sed et serpentium et pecudum soleatis sepire (62) corporibus? Christiana credulitas pro salute mundi Deum suum venisse testatur: vos vero innatam animam prædicantes, ultro citroque transfertis. Christiana fides, quæ omnipotentiam Dei clementiamque veneratur, consequenter incarnationem dicit Deo fuisse possibilem, ita tamen, ut non evacuaverit dignatio dignitatem: vos qui animam ex splendidissimo Dei fonte manantem turpiter decidisse jactatis, qui mutabilem et convertibilem eam post sui diminutionem audetis asserere, jam illam quoque naturam, dominam sæculorum, per animæ contumelias impia lingua temeratis: imago enim, quæ secundum vos naturalem similitudinem sui retinet auctoris, cui una est ex quo defluit (63) eademque substantia, humilitates proprias et injurias consequenter ad suam originem remittit. Igitur animadvertite, contumelias animorum, ad patrem (ut appellatis) earum, per vestram blasphemiam redundare.

75. Crux Christi Domini Dei nostri hic nobis ingeritur. Rogo, quæ hæc est religionis obscenitas? nonne potius est crucem aut alicujus generis mortem, ab iniquis hominibus illatam patienter sustinere, quam Isidis plangere post Osirim vagos incertosque discursus? Pudeat, quæso vos, insidiarum Typhonis: pudeat Saturni fugæ et devorationis crudelissimæ liberorum. Erubescite parricidium Jovis et incestum: erubescite raptum ejus et coitum mulierum atque puerorum. Ille, sicut vestri fingunt poetæ, ad explendum immanissimæ libidinis furorem, molles dedit in amorem vagitus: ille in Danaes fluxit sinus, ipse amator et pretium: ille modulatus ales Ledæos expetivit amplexus: ille in proprium sæviens sexum, regium puerum ministris avibus polluit. Hæc vos creditis, hæc colitis, hæc sunt vestrorum ornamenta templorum. Æquo, deprecor, pro vestra salute, nostra dicta pensate judicio. Cuncta, an nihil credendum in libris Christianis est? Si nihil, nec crucis quoque, cui detrahitis, nomen agnoscitis. Si universa credenda sunt, cur, cum in iisdem libris cruci resurrectio copuletur, passionem divinam stolido laceratis

(60) Hæc verba habentur in Oratione Justiniani ad Mennam, tomo quinto Concilior., p. 652, quæ contulimus cum his. Paulo post Colbert. 2, γεγενῆσθαι καὶ πεφανερῶσθαι. In editis, πεφανερῶσθαι, solum, omissis cæteris.

(61) Colbertinus secundus solus, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, quem tamen sequimur, quia consonat cum Evagrio. Editi et alii, ἐκ τοῦ νοῦ. In Græcis codicibus, ἐκ τοῦ οὐνοῦ scribitur, unde facile factum est, ἐκ τοῦ νοῦ. Mox omnes editi, ὁρίζοντες, præter Reg. 1, optimæ notæ, qui habet χωρίζοντες, et cum Evagrio consentit.

(62) Sic omnes pene manuscripti. Editi vero, *sepelire*.

(63) Sic manuscripti. Editi, *defluxit*.

Digitized by Google

καὶ τῆς ἐπὶ τὴν θάλασσαν πεζοπορίας, τῶν τε ἄλλων σημείων καὶ τεραστίων, ἅπερ οὐκέτι ἄνθρωπον, ἀλλὰ Θεὸν δείκνυσι τὸν Χριστόν; Πάνυ μοι δοκεῖτε ἀδικεῖν ἑαυτοὺς, καὶ μὴ γνησίως ἐντετυχηκέναι ταῖς Γραφαῖς ἡμῶν. Ἀλλ' ἐντυγχάνετε μὲν ὑμεῖς, καὶ βλέπετε, ὅτι ἃ πεποίηκεν ὁ Χριστὸς, Θεὸν αὐτὸν ἀποδεικνύουσιν, ἐπιδημήσαντα ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων.

A prodigia, quæ Christum non hominem tantum, sed Deum demonstrant? Multum videmini mihi vobis ipsis iniqui, nec sincero animo Scripturas legisse nostras. Sed legitote, et advertite quæ Christus egit, Deum ipsum pro salute hominum adventem comprobare.

76. Εἴπατε δὲ καὶ ὑμεῖς ἡμῖν τὰ ὑμέτερα. Τί δ' ἂν εἴποιτε περὶ τῶν ἀλόγων, ἢ ἀλογίαν καὶ ἀγριότητα; Ἐὰν δὲ, ὡς ἀκούω, θελήσητε λέγειν μυθικῶς λέγεσθαι ταῦτα παρ' ὑμῖν· καὶ ἀλληγορεῖτε (64) ἁρπαγὴν Κόρης εἰς τὴν γῆν, καὶ Ἡφαίστου χωλότητα εἰς τὸ πῦρ, καὶ Ἥραν εἰς τὸν ἀέρα, καὶ Ἀπόλλωνα εἰς τὸν ἥλιον, καὶ Ἄρτεμιν μὲν εἰς τὴν σελήνην, τὸν δὲ Ποσειδῶνα εἰς τὴν θάλασσαν· οὐδὲν ἧττον αὐτὸν οὐ Θεὸν σέβεσθε, ἀλλὰ τῇ κτίσει λατρεύετε παρὰ τὸν τὰ πάντα κτίσαντα Θεόν. Εἰ γὰρ, ὅτι καλὴ ἡ κτίσις, τοιαῦτα συνεθήκατε· ἀλλ' ἔδει μέχρι τοῦ θαυμάσαι μόνον ὑμᾶς γενέσθαι, καὶ μὴ θεοποιῆσαι τὰ ποιήματα· ἵνα μὴ τὴν τοῦ Δημιουργοῦ τιμὴν τοῖς γενητοῖς παρέχητε. Ἐπεὶ ὥρα ὑμᾶς καὶ τοῦ ἀρχιτέκτονος τὴν τιμὴν εἰς τὴν ὑπ' αὐτοῦ γενομένην οἰκίαν μεταφέρειν, ἢ τὴν τοῦ στρατηγοῦ εἰς τὸν στρατιώτην. Τί τοίνυν πρὸς ταῦτα λέγετε, ἵνα γνῶμεν, εἰ ἄξιόν τι χλευῆς ὁ σταυρὸς ἔχει;

76. Jam quæ ad vos attinet loquimini. Quid de brutis dixeritis, nisi feritatem et immanitatem? Quod si, ut audio, hæc fabulose a vobis dicta contenditis, et per Proserpinæ raptum, figurate terram significatis; per Vulcani claudicationem, ignem; per Junonem, aerem; per Apollinem, solem; per Dianam, lunam; per Neptunum, mare; nihilo magis B ipsum Deum colitis; sed creatis rebus servitis potius quam omnium creatori Deo. Quod si hæc ob creatorum pulchritudinem commenti estis, satis erat ea mirari, nec opificia pro diis habere, ne Creatoris honorem factis rebus ascriberetis. Alioqui restat ut architecti honorem ad domum ab illo structam transferatis, aut ducis ad militem. Quid ad hæc igitur, ut sciamus num quid risu dignum crux habeat?

77. Ἐκείνων δὲ διαπορούντων, καὶ στρεφομένων ὧδε κἀκεῖσε, μειδιάσας ὁ Ἀντώνιος ἔφη πάλιν δι' ἑρμηνέως (65)· Ταῦτα μὲν καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ὄψεως ἔχει τὸν ἔλεγχον· ἐπειδὴ δὲ μᾶλλον ὑμεῖς τοῖς ἀποδεικτικοῖς λόγοις ἐπιτρείδεσθε, καὶ ταύτην ἔχοντες C τὴν τέχνην, βούλεσθε καὶ ἡμᾶς μὴ ἄνευ τῆς διὰ τῶν λόγων ἀποδείξεως θεοσεβεῖν· εἴπατε πρῶτον ὑμεῖς, τὰ πράγματα, καὶ μάλιστα ἡ περὶ τοῦ Θεοῦ γνῶσις,

77. Hæsitantibus illis, atque huc illucque sese convertentibus, subridens Antonius per interpretem rursum ait: Hæc primo aspectu ita se habere coarguuntur. Cæterum quia argumentis potius nitimini, et hac estis instructi arte, neque vos vultis absque probationibus Deum colere; vos primum dicite, Rerum et potissimum Dei cognitio qua ratione accurate percipitur, ratiociniorum demonstratione, an

VERSIO EVAGRII.

eloquio, et non statim jungitis cæcorum visum, surdorum auditum, claudorum gressum (66), lepræ emundationem, serviens ambulanti Deo suo mare, dæmonum fugas, resurrectionem mortuorum, et defunctorum ab inferis reditus? Hæc omnia Scripturis divinis, quas interpellatis, inserta sunt, et iisdem voluminibus continentur præconia majestatis, et mortis dedecora. Quamobrem odio, quo imbuti estis, abjecto, invenietis illico, et Deum verum esse Jesum, et salutis humanæ gratia fragilem assumpsisse naturam.

76. Vestram tamen nobis, si non pudet, narrate religionem. Sed quæ error infelix poterit referre culturas de tanta rerum fœditate atque vecordia? nisi forte (ut audio) fabulas afferatis deorum vestrorum et obscenitates et crudelitates, et vanitates et mortes, tegentes eas allegoricis velaminibus: Liberæ raptum, terram; semiclaudum Vulcanum et debilem, ignem; Junonem, aerem; Apollinem, solem; Dianam, lunam; Neptunum, maria; et libidinum principem Jovem, ætherem interpretantes. Nec, post hanc excusationis procacitatem, Deum, sed creaturas, contempto Creatore, suscipitis. Quod si pulchritudo vos elementorum ad suam traxit venerationem, modum fas erat custodire; et oportebat mirari tantum, nec colere; ne facturæ veneratio Creatoris esset injuria. Nam secundum istiusmodi, quam vos sequimini, rationem præposteram, et architecti honor migrabit ad domum, et medici scientia ad remedia conferetur, omnium quoque artificum merita vel laudes ad opera transferentur. Quid ad hæc dicitis, ut agnoscamus quæ sit crucis ridiculæ vobis ignominiosa confessio?

77. Hac disputatione convertentibus inter se philosophis oculos, simulque mussitantibus, subridens Antonius, rursum per interpretem ait: Prædurum namque cuncto videtur operi, quoties justo universæ rei tenore calcato, laboris merita factis magis quam factoribus astruuntur. Elementa quidem, ut memoravi, ex ipso conspectu suam comprobant servitutem. Sed quoniam vos observatione dialectica, necessaria, ut putatis, quæque colligitis, hoc quoque artificio etiam nos nostram religionem compellitis affirmare. Respondete mihi: cognitio Dei quemadmodum manifestius approbatur, per collectionem verborum, an per operationem fidei? et quid antiquius est, operatio fidei, an disputatio per argumenta procedens? Illis re-

(64) Ita omnes mss. Editi vero, καὶ ἀλληγορεῖτε τὴν γῆν, omissis quibusdam. Infra editi omnes et quidam mss., οὐδὲν ἧττον αὐτὸν τὸν Θεὸν σέβεσθε, contraria omnino sententia. Regius secundus, et Savil. ut in textu.

(65) Ita quidam manuscripti. In editis vero et cæteris, hæc, πάλιν δι' ἑρμηνέως, desunt.

(66) Sic manuscripti quidam cum editis. Alii vero, *cursum*.

Digitized by Google

fidei operatione? aut quid antiquius, fides quæ per operationem habetur, an argumentis facta demonstratio? **682** Illis reponentibus, antiquiorem esse fidem quæ per operationem habetur, esseque illam accuratam cognitionem, ait Antonius: Recte dixistis: nam fides ex animi affectu oritur; dialectica vero auctorum suorum arte constituta est. Itaque quibus adest operatio illa per fidem, illis minime necessaria, imo forte supervacanea est demonstratio argumentis facta. Siquidem quod nos fide intelligimus, id vos argumentis concludere nitimini: imo sæpe quæ nos intelligimus, ne exprimere quidem potestis. Præstantior itaque et firmior est operatio per fidem sophisticis vestris argumentis.

A πῶς ἀκριβῶς διαγινώσκεται, δι' ἀποδείξεως λόγων, ἢ δι' ἐνεργείας πίστεως; καὶ τί πρεσβύτερόν ἐστιν, ἡ δι' ἐνεργείας πίστις, ἢ ἡ διὰ λόγων ἀπόδειξις; Τῶν δὲ ἀποκριναμένων, πρεσβυτέραν εἶναι τὴν δι' ἐνεργείας πίστιν, καὶ ταύτην εἶναι τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν· ἔφη ὁ Ἀντώνιος· Καλῶς εἴπατε· ἡ μὲν γὰρ πίστις ἀπὸ διαθέσεως ψυχῆς γίνεται· ἡ δὲ διαλεκτικὴ ἀπὸ τέχνης τῶν συντιθέντων ἐστίν. Οὐκοῦν οἷς πάρεστιν ἡ διὰ πίστεως ἐνέργεια, τούτοις οὐκ ἀναγκαία, ἢ τάχα καὶ περιττὴ ἡ διὰ λόγων ἀπόδειξις. Καὶ γὰρ ὅπερ ἡμεῖς ἐκ πίστεως νοοῦμεν, τοῦτο ὑμεῖς διὰ λόγων κατασκευάζειν πειρᾶσθε (67)· καὶ πολλάκις οὐδὲ φράσαι ἃ νοοῦμεν δύνασθε· ὥστε βελτίων καὶ ὀχυρωτέρα ἡ διὰ πίστεως ἐνέργεια τῶν σοφιστικῶν ὑμῶν συλλογισμῶν.

78. Nos certe Christiani, non in sapientia rationum Græcarum mysterium habemus [a], sed in virtute fidei quæ a Deo nobis per Jesum Christum suppeditatur. Quod autem vera sint quæ loquor, hinc comprobatur, quod nos, licet litterarum ignari, credimus in Deum, ac per ejus opera, ipsius in omnia providentiam novimus. Quod autem efficax sit fides nostra, hinc ostenditur, quod nobis fide in Christum innixis, vobis vero sophisticis disceptationibus, vestra quidem idolorum portenta abolentur; nostra vero fides ubique propagatur. Vos argumentis et sophismatibus neminem Christianorum ad paganismum traducitis; nos fidem erga Christum docentes, vestram minuimus superstitionem, agnoscentibus omnibus, Christum Deum esse et Dei Filium. Vos eloquentia vestra Christi doctrinam minime impeditis: nos Christum crucifixum nominantes, omnes fugamus dæmones, quos ut deos timetis. Et ubi signum crucis formatur, magica ars vires amittit, atque veneficia nihil virtutis habent.

B 78. Ἡμεῖς τοίνυν οἱ Χριστιανοὶ οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγων Ἑλληνικῶν ἔχομεν τὸ μυστήριον· ἀλλ' ἐν δυνάμει πίστεως ἐπιχορηγουμένης ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ παρὰ Θεοῦ. Καὶ ὅτι ἀληθής ἐστιν ὁ λόγος, ἰδοὺ νῦν, μὴ μαθόντες ἡμεῖς γράμματα, πιστεύομεν εἰς τὸν Θεὸν, ἐπιγινώσκοντες διὰ τῶν ποιημάτων αὐτοῦ τὴν εἰς πάντα πρόνοιαν. Καὶ ὅτι ἐνεργής ἐστιν ἡ πίστις ἡμῶν, ἰδοὺ νῦν ἡμεῖς ἐπερειδόμεθα (68) τῇ πίστει τῇ εἰς τὸν Χριστὸν, ὑμεῖς δὲ σοφιστικαῖς λογομαχίαις. Καὶ τὰ μὲν παρ' ὑμῖν τῶν εἰδώλων φάσματα καταργεῖται, ἡ δὲ παρ' ἡμῖν πίστις ἐπεκτείνεται πανταχοῦ. Καὶ ὑμεῖς μὲν συλλογιζόμενοι καὶ σοφιζόμενοι, οὐ μεταπείθετε ἀπὸ Χριστιανισμοῦ εἰς Ἑλληνισμόν· ἡμεῖς δὲ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν διδάσκοντες, ψιλοῦμεν ὑμῖν τὴν δεισιδαιμονίαν, ἐπιγινωσκόντων πάντων τὸν Χριστὸν εἶναι Θεὸν, καὶ τοῦ Θεοῦ Υἱόν. Καὶ ὑμεῖς μὲν τῇ καλλιεπείᾳ οὐκ ἐμποδίζετε (69) τὴν τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίαν· ἡμεῖς δὲ, ὀνομάζοντες τὸν ἐσταυρωμένον Χριστὸν, πάντας διώκομεν δαίμονας, οὓς ὑμεῖς φοβεῖσθε ὡς θεούς. Καὶ ἔνθα τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ γίνεται, ἀσθενεῖ μὲν μαγεία, οὐκ ἐνεργεῖ δὲ φαρμακεία.

79. Dicite ergo, ubinam sunt oracula vestra? ubi Ægyptiorum incantationes? ubi magorum phanta-

79. Εἴπατε γοῦν, ποῦ νῦν ὑμῶν τὰ μαντεῖα; ποῦ αἱ τῶν Αἰγυπτίων ἐπαοιδαί; ποῦ τῶν μάγων αἱ φαν-

VERSIO EVAGRII.

spondentibus firmiorem sermonibus operationem esse, et hanc liquidam de Deo cognitionem; bene eos et ipse dixisse consensit; quia operationem, qui ex fide descendit, animi generat affectus; dialectica vero disputatione ex artificio componentium sumpsit oppositionis exordium. Cum ergo, ait, operationem fidei animo suam quis habuerit, superflua erit verborum compositio, per quam conceptam sensu nostro credulitatem tentatis evellere, et tamen sæpe nostras explicare intelligentias non valetis. Ita solidiora sunt mentis opera, quam sophismatum (70) fraudulenta conclusio.

78. Nos Christiani mysterium vitæ nostræ non in sapientia mundi habemus repositum, sed in virtute fidei, quæ nobis a Deo tributa per Christum est. Hanc orationis meæ veritatem, rerum, quæ quotidie geruntur, ordo commendat. Nobis imperitis et litterarum vestrarum ignaris ad Dei cognitionem ejus solum verba sufficiunt. Ecce nos tot gentilitatis gregibus abstracti, in universum orbem quotidie propagamur: vobis vero post adventum Domini, nodosæ sophismatum defecerunt versutiæ. Ecce nos simplicem Christi fidem docentes, idololatriam debellavimus, et per prædicationem ignominiosæ crucis, aurata templa ceciderunt. Vos, si potestis, ostendite, quibus contextione verborum gentilitatem Christo præponere suaseritis. Per omnes jam terras verus Dei Filius Christus est agnitus: nihil eloquentia sophismatum, nihil disputatio philosophiæ multitudini potest obesse credentium. Crucifixum nominamus, et universi dæmones, quos vos ut deos colitis, rugiunt, atque ex obsessis corporibus ad primum Dominicæ crucis signum fugantur.

79. Ubi sunt illa fabulosa oracula? ubi Ægyptiorum incantationes? quo magorum profecere carmina?

[a] I Cor. I, 17.

(67) Sic omnes manuscripti. Editi, ὁρᾶσθε.

(68) Ita fere omnes manuscripti. Editi, ἀπερειδόμενα.

(69) Sic manuscripti omnes. Editi vero, καὶ ὑμῶν οὐκ ἐμποδίζετε, omissis multis.

(70) Manuscripti quidam, *sophistarum*.

Digitized by Google

τασίαι; πότε ταῦτα πάντα πέπαυται καὶ ἠσθένησεν, εἰ μὴ ὅτε ὁ τοῦ Χριστοῦ σταυρὸς γέγονεν; Ἆρα οὖν ἄξιος οὗτος χλεύης, ἢ μᾶλλον τὰ καταργούμενα παρ' αὐτοῦ καὶ ἐλεγχόμενα ἀσθενῆ; Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο θαυμαστόν ἐστιν· ὅτι τὰ μὲν ὑμέτερα οὐδέποτε ἐδιώχθη, ἀλλὰ καὶ παρὰ ἀνθρώπων κατὰ πόλιν τιμᾶται· οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ διώκονται, καὶ μᾶλλον τὰ παρ' ἡμῖν ὑπὲρ τὰ ὑμέτερα ἀνθεῖ καὶ πληθύνει. Καὶ τὰ μὲν ὑμέτερα εὐφημούμενα καὶ περικλειόμενα (71) διαφθείρεται· ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ πίστις καὶ ἡ διδασκαλία, χλευαζομένη παρ' ὑμῶν, καὶ διωχθεῖσα παρὰ βασιλέων πολλάκις, πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην. Πότε γὰρ οὕτω θεογνωσία ἐξέλαμψεν; ἢ πότε οὕτω σωφροσύνη καὶ ἀρετὴ παρθενίας ἐφάνη; ἢ πότε οὕτως ὁ θάνατος κατεφρονήθη, εἰ μὴ ὅτε ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ γέγονε; Τοῦτο δὲ οὐδεὶς ἀμφιβάλλει βλέπων τοὺς μάρτυρας διὰ τὸν Χριστὸν καταφρονοῦντας τοῦ θανάτου, βλέπων (72) τὰς τῆς Ἐκκλησίας παρθένους διὰ τὸν Χριστὸν καθαρὰ καὶ ἀμίαντα τὰ σώματα φυλαττούσας.

siæ? quandonam hæc omnia cessavere, viresque amisere, nisi Christi cruce apparente? Num risu dignus ille est, an potius quæ ab ipso abolita et imbecillitatis convicta sunt? Etenim hoc quoque est admiratione dignum: nemo unquam vestra persecutus est, imo per urbes ab hominibus illa honorantur: Christiani vero persecutionibus **683** vexantur; et tamen nostra plus quam vestra florent augenturque. Vestra, celebrata et laudata, labefactantur: Christi vero fides et doctrina, quam vos irridetis, ab imperatoribus plerumque passa persecutionem, replevit orbem terrarum. Quandonam Dei cognitio ita refulsit? quando temperantia et virginitatis virtus apparuit? quando mors despectui habita est, nisi cum Christi crux exorta est? Nemo hac de re ambigit, cum martyres cernit propter Christum mortem despicientes, videtque Ecclesiæ virgines propter Christum corpora pura et incorrupta servare.

80. Καὶ ἔστι μὲν ἱκανὰ ταῦτα τεκμήρια δεῖξαι τὴν κατὰ Χριστὸν πίστιν μόνην ἀληθῆ εἶναι εἰς θεοσέβειαν. Ἰδοὺ ἀκμὴν ὑμεῖς ἀπιστεῖτε ζητοῦντες τοὺς ἐκ τῶν λόγων συλλογισμούς. Ἡμεῖς μὲν *οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας* Ἑλληνικῆς *λόγοις* (73), ὡς εἶπεν ὁ διδάσκαλος ἡμῶν, ἀποδείκνυμεν· τῇ δὲ πίστει πείθομεν ἐναργῶς προλαμβανούσῃ τὴν ἐκ τῶν λόγων κατασκευήν. Ἰδοὺ πάρεισιν ὧδε ὑπὸ δαιμόνων πάσχοντες· ἦσαν δέ τινες ἐλθόντες πρὸς αὐτὸν ὑπὸ δαιμόνων ἐνοχλούμενοι, καὶ παραγαγὼν αὐτοὺς εἰς τὸ μέσον, ἔφη· Ἢ ὑμεῖς τοῖς συλλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ᾗ ἂν βούλησθε τέχνῃ ἢ μαγείᾳ, ἐπικαλούμενοι τὰ εἴδωλα ἑαυτῶν, καθαίρατε αὐτούς· ἢ, εἰ μὴ δύνασθε, κατάθεσθε τὴν πρὸς ἡμᾶς μάχην, καὶ δύεσθε τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ τὴν δύναμιν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐπεκαλέσατο τὸν Χριστὸν, ἐσφράγισέ τε τοὺς πάσχοντας τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ δεύτερον καὶ τρίτον. Καὶ εὐθὺς

80. Hæc sane argumenta satis sunt ad probandum Christianam fidem solam esse veram religionem. Certe vos jam fidem nullam habetis, dum argumenta perquiritis. Nos quidem *non in persuasibilibus* Græcæ *sapientiæ verbis* [18], ut noster ait doctor, argumenta proferimus; sed fide suademus, quæ verborum antevertit apparatum. Ecce hic quidam adsunt a dæmonibus vexati: accesserant quippe ad eum quidam dæmoniaci, quos in medium adducens ait: Aut vestris argumentis, aut qua volueritis arte, imo si lubet magica, vestra invocantes idola, hos mundate: sin non valetis, nobiscum pugnandi finem facite, videbitisque virtutem crucis Christi. His dictis Christum invocavit, et dæmoniacos bis terque sigillo crucis signavit. Moxque steterunt homines incolumes, mentisque compotes, gratiasque agentes Domino. Tum philosophi (ut vocabantur) admirati,

VERSIO EVAGRII.

Certe tunc vastata sunt omnia cum de sua cruce mundo Christus intonuit. Nihilominus vos prætermissis debilitatorum catervis, gloriosam Jesu mortem irridere conamini. Illud autem quale est, quod nunquam infestatione regali concussa gentilitas, imo sæculo chara et hominum præsidiis fulta, jam corruit. Nos famuli Christi quo plus premimur, eo magis assurgimus et floremus. Vestra simulacra ornatis quondam septa parietibus, jam vetustate collapsa sunt: Christi vero doctrina, quæ vobis stultitia videtur et ludus, licet tyrannica persequentium principum tentamenta pertulerit, licet variis sit incursata terroribus, nullo tamen terrarum orbe concluditur, nullo gentium barbararum fine prohibetur. Quando enim divinæ scientiæ tantus splendor illuxit? quando tot simul in se convenere virtutes? continentia in matrimonio, virginitatis in Ecclesia flores (74), martyrum pro Domino suo gloriosa constantia, quorum omnium crux Christi principium est.

80. Cum interim vos inter tantos virtutum choros, syllogismorum retia tenditis, et veram rerum lucem tenebrosis conamini argumentationibus obvolvere, ecce nos, ut dixit doctor noster, non in gentili persuasione, sed in fide apertissime (75) suademus, quæ verborum affirmationem prævenire consuevit. Adsunt quippe patientes a dæmonibus vexati, quos cum in medium produxisset, verba repetivit, dicens: Nunc vos collectionibus vestris, et quo vultis maleſico carmine deos vestros, quos putatis, expellite: sin autem non potestis, victas submittite manus, et ad Christi tropæa confugite, et statim Crucifixi credulitatem majestatis potentia prosequetur. Dixit, et invocato nomine Jesu, cum vitale signum in sacro numero Trinitatis pressisset in frontibus, una cum exulsis dæmonibus, vana præsentium philosophorum confutata

[18] I Cor. II, 4.

(71) Savil., περιβλεπόμενα.

(72) Ita manuscripti. Editi, vero, βλέποντες.

(73) Sic quidam mss., qui cum Apostolo consentiunt. Editi, οὐκ οὖν πειθοῖς σοφίας Ἑλληνικοῖς λόγοις. Infra quidam mss., προλαμβανούσῃ, recte. Editi, προλαμβανουσι.

(74) Ita Colb. quem sequi visum est, qui tamen habet *in Ecclesiæ* mendose. Editi, *virginitas in Ecclesia floret.*

(75) Sic mss. Editi, vero *apertissima.*

Digitized by Google

atque viri prudentia necnon edito signo stupefacti sunt. Antonius vero ait : Cur miramini ? non nos hæc agimus, sed Christus per eos qui in se credunt, hæc operatur. Credite itaque vos ipsi, videbitisque nostra non verborum artificium esse, sed fidem quæ per dilectionem in Christum operatur : quam si nacti fueritis, non ulterius argumenta verborum perquiretis; **684** sed fidem in Christum sufficere vobis existimabitis. Hactenus Antonii verba. Illi hoc quoque admirati, senemque amplexati, discessere : seque ex eo utilitatem cepisse fassi sunt.

A ἔστησαν οἱ ἄνθρωποι ὁλόκληροι, σωφρονοῦντες καὶ εὐχαριστοῦντες τῷ Κυρίῳ λοιπόν. Καὶ οἱ μὲν λεγόμενοι φιλόσοφοι ἐθαύμαζον, καὶ ἀληθῶς ἐξεπλήττοντο ἐπὶ τῇ συνέσει τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τῷ γενομένῳ σημείῳ· ὁ δὲ Ἀντώνιος ἔφη, Τί θαυμάζετε ἐπὶ τούτῳ; οὐκ ἐσμὲν ἡμεῖς οἱ ποιοῦντες, ἀλλ' ὁ Χριστός ἐστιν, ὁ διὰ τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων ταῦτα ποιῶν. Πιστεύσατε οὖν καὶ ὑμεῖς· καὶ ὄψεσθε, ὅτι οὐ τέχνη λόγων τὰ παρ' ἡμῖν ἐστιν, ἀλλὰ πίστις δι' ἀγάπης τῆς εἰς τὸν Χριστὸν ἐνεργουμένης· ἤντινα ἐὰν σχοίητε καὶ ὑμεῖς, οὐκέτι τὰς διὰ λόγων ἀποδείξεις ζητήσετε· ἀλλ' αὐτάρκη τὴν εἰς τὸν Χριστὸν πίστιν ἡγήσεσθε. Ταῦτα τοῦ Ἀντωνίου τὰ ῥήματα· ἐκεῖνοι δὲ καὶ ἐν τούτῳ θαυμάζοντες, ἀνεχώρουν, κατασπαζόμενοι αὐτὸν, καὶ ὁμολογοῦντες ὠφελεῖσθαι παρ' αὐτοῦ.

81. Porro Antonii fama ad imperatores usque pervenit. Hæc enim cum didicisset Constantinus Augustus, itemque filii ejus Constantius et Constans Augusti, illi tanquam patri scripsere, litteras mutuo ab illo accipere peroptantes. At ille nequaquam magni faciebat eas litteras : nec his acceptis epistolis gavisus est : sed talis erat, qualis ante scriptas illas ab imperatoribus. Cum deferrentur autem hujusmodi litteræ, accitis monachis, aiebat : Ne miremini si ad nos scribat imperator, homo cum sit; sed miramini potius quod legem hominibus scripserit Deus, et per proprium Filium nobiscum locutus sit[16]. Et vero nolebat litteras illas accipere, aiens, se nescire ejusmodi litteris rescribere. Sed hortantibus monachis, aientibusque Christianos esse imperatores, periculumque fore ne se ita sperni indigne ferrent, concessit ut eæ legerentur : atque rescripsit, laudans ipsos quod Christum adorarent; cohabatque monita salutem spectantia : monebat item ne præsentia magni facerent, sed potius diei judicii recordarentur, scirentque Christum solum et æter-

81. Ἔφθασε δὲ καὶ μέχρι βασιλέων ἡ περὶ Ἀντωνίου φήμη. Ταῦτα γὰρ μαθόντες Κωνσταντῖνος ὁ Αὔγουστος, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ Κωνστάντιος καὶ Κώνστας οἱ Αὔγουστοι, ἔγραφον αὐτῷ ὡς πατρὶ, καὶ ἠύχοντο B λαμβάνειν ἀντίγραφα (76) παρ' αὐτοῦ. Ἀλλ' οὔτε τὰ γράμματα περὶ πολλοῦ τινος ἐποιεῖτο, οὔτε ἐπὶ ταῖς ἐπιστολαῖς ἐγεγήθει· ὁ αὐτὸς δὲ ἦν, οἷος καὶ πρὸ τοῦ γράφειν αὐτῷ τοὺς βασιλέας. Ὅτε δὲ ἐκομίζετο αὐτῷ τὰ γράμματα, ἐκάλει τοὺς μοναχοὺς, καὶ ἔλεγε· Μὴ θαυμάζετε, εἰ γράφει βασιλεὺς πρὸς ἡμᾶς, ἄνθρωπος γάρ ἐστιν· ἀλλὰ μᾶλλον θαυμάζετε (77), ὅτι ὁ Θεὸς τὸν νόμον ἀνθρώποις ἔγραψε, καὶ διὰ τοῦ ἰδίου Υἱοῦ λελάληκεν ἡμῖν. Ἐβούλετο μὲν οὖν μὴ δέχεσθαι τὰς ἐπιστολὰς, λέγων οὐκ εἰδέναι πρὸς τὰ τοιαῦτα ἀντιγράφειν· προτραπεὶς δὲ παρὰ τῶν μοναχῶν, ὅτι Χριστιανοί εἰσιν οἱ βασιλεῖς, καὶ ἵνα μὴ ὡς προῤῥιφέντες (78) σκανδαλισθῶσιν, ἐπέτρεπεν ἀναγινώσκεσθαι. Καὶ ἀντέγραφεν, ἀποδεχόμενος μὲν αὐτοὺς, ὅτι τὸν Χριστὸν προσκυνοῦσι, συνεβούλευε δὲ τὰ εἰς σωτηρίαν· C καὶ μὴ μεγάλα ἡγεῖσθαι τὰ παρόντα, ἀλλὰ μᾶλλον μνημονεύειν τῆς μελλούσης κρίσεως, καὶ εἰδέναι, ὅτι

VERSIO EVAGRII.

est sapientia. Expaverunt enim stupentes ad hominem, cui post tantum ingenium, affluerent signorum divina largitio. At ille universa Christo, qui curarat, ascribens, usus est affatu (79) reciproco, et ait : Nolita me putare his sanitatem dedisse ; Christus per servos suos ista miracula facit. Credite et vos, et videbitis quia devota Deo fides, non eloquentiæ vanus tumor, talia signa mercatur. Confugite ad Crucifixi legem, nosque ejus imitamini famulos, et hac scientia, hac fide (80) contenti, nulla deinceps sæcularis imprudentiæ argumenta quæratis. Hactenus Antonio dicente, miro philosophi stupore perculsi, cum honorifico salutatu ab eo recedentes, multum ejus sibi fatebantur profuisse conspectum.

81. Hoc in eo mirabile est, ut hominem in extremo mundi limite conditum, et favor principum, et omnis celebraret aula regalis. Nam et Constantinus Augustus, et ejus liberi Constans atque Constantius, talia cognoscentes, crebro ad eum, quasi ad patrem, missis litteris obsecrabant, ut reciprocis eos scriptis hilararet. At ille ejusmodi manens, qualis et antequam litteræ ad eum venirent, nec salutatione principum movebatur, et tanquam non acceptis litteris, convocatis monachis aiebat : Reges sæculi epistolas ad nos miserunt, quæ hic Christianis adhibenda miratio est ? licet enim diversa sit dignitas, attamen eadem nascendi moriendique conditio est. Ista sunt veneratione omni percolenda, illa toto animi affectu retinenda sunt, quod hominibus Deus legem scripserit, quod per Filium suum propriis Ecclesias ditaverit eloquiis. Quæ monachis est ratio cum epistolis regum ? Cur accipiam litteras, quibus consueta nesciam reddere salutationis obsequia ? Igitur rogatus ab universis fratribus, ut Christianos reges suis litteris refrigeraret, ne scilicet per silentium ejus exasperarentur, ad susceptas epistolas convenientia rescripsit. Laudavit primum quod Christum colerent, deinde salutaria persuasit, ne magnam putarent regiam potestatem, ne præsentis carnis imperio tumentes, et se homines esse nescirent, et judicandos a Christo obliviscerentur : ad postremum clementiæ circa subjectos et justitiæ, curæ quoque inopum admonuit, atque unum sempiternum esse

[16] Hebr. 1, 2.

(76) Sic Reg. 2, Colb. 2, et Savil. Editi et alii, ἀντιγραμμα. Mox mss. pene omnes, ἐπὶ ταῖς. Editi, περὶ ταῖς.

(77) Sic omnes pene mss. In aliis et editis non reperitur θαυμάζετε. Infra, post ἐβούλετο, deest μέν in editis et in compluribus mss., sed habetur in aliis.

(78) Colb. 2, ἀποῤῥιφθέντες, non male. Reg. 2, απορηθέντες. Savil., ἀπορηθέντος.

(79) Sic mss. Editi quidam, *afflatu*.

(80) Sic Desmar. Alii, *hac scientiæ fide*. Editi, *hoc scientiæ fine*.

Digitized by Google

ὁ Χριστὸς μόνος ἀληθὴς καὶ αἰώνιός ἐστι βασιλεύς. Φιλανθρώπους τε αὐτοὺς εἶναι ἠξίου, καὶ φροντίζειν τοῦ δικαίου καὶ τῶν πτωχῶν. Κἀκεῖνοι δεχόμενοι ἔχαιρον. Οὕτω παρὰ πᾶσιν ἦν προσφιλὴς, καὶ πάντες ἔχειν αὐτὸν ἠξίουν πατέρα.

A num esse imperatorem. Rogabat ut humanitati studerent, ac curam justitiæ pauperumque gererent. Quibus illi acceptis, lætabantur. Sic acceptus omnibus charusque fuit, eumque omnes patrem sibi esse rogabant.

82. Τοιοῦτος δὴ οὖν γινωσκόμενος, καὶ οὕτω πρὸς τοὺς ἀπαντῶντας ἀποκρινόμενος, ὑπέστρεφε πάλιν εἰς τὸ ἔνδον ὄρος. Καὶ τῆς μὲν συνήθους ἀσκήσεως εἶχετο· πολλάκις δὲ μετὰ τῶν εἰσερχομένων πρὸς αὐτὸν καθεζόμενος, καὶ περιπατῶν, ἀπηνεοῦτο, ὡς ἐν τῷ Δανιὴλ γέγραπται. Καὶ αὐτὸς μὲν μεθ' ὥρας ὡμίλει τὰ ἀκόλουθα τοῖς συνοῦσιν ἀδελφοῖς αὐτῷ· οἱ δὲ συνόντες ἠσθάνοντό τινα θεωρίαν αὐτὸν βλέπειν. Καὶ γὰρ καὶ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ γινόμενα πολλάκις, ἐν τῷ ὄρει τυγχάνων ἔβλεπε (81) καὶ διηγήσατο Σαραπίωνι τῷ ἐπισκόπῳ, ἔνδον ὄντι καὶ βλέποντι τὸν Ἀντώνιον ἀσχοληθέντα τῇ ὀπτασίᾳ. Ποτὲ γοῦν καθεζόμενος καὶ ἐργαζόμενος, ὥσπερ ἐν ἐκστάσει γέγονε, καὶ πολὺς ἦν ἐν τῇ θεωρίᾳ στενάζων. Εἶτα μεθ' ὥραν στραφεὶς πρὸς τοὺς συνόντας, ἐστέναζε, καὶ ἔντρομος γενόμενος, ηὔχετο, καὶ κάμπτων τὰ γόνατα, διέμενεν ἐπὶ πολύ. Καὶ ἀναστὰς ἔκλαιεν ὁ γέρων. Ἔντρομοι τοίνυν γενόμενοι οἱ συνόντες, καὶ πάνυ φοβηθέντες, ἠξίουν μαθεῖν παρ' αὐτοῦ· καὶ πολὺ διώχλησαν ἕως βιασθεὶς εἶπε. Ὁ δὲ καὶ οὕτω μέγα στενάξας· Ὦ τέκνα, βέλτιον, ἔλεγεν, ἀποθανεῖν, πρὸ τοῦ γενέσθαι τὰ τῆς θεωρίας. Τῶν δὲ πάλιν ἀξιούντων, δακρύσας ἔλεγε· Μέλλει τὴν Ἐκκλησίαν ὀργὴ καταλαμβάνειν, καὶ μέλλει παραδίδοσθαι ἀνθρώποις ὁμοίοις ἀλόγοις κτήνεσιν. Εἶδον γὰρ τὴν τράπεζαν τοῦ Κυριακοῦ, καὶ περὶ αὐτὴν ἑστῶτας ἡμιόνους κύκλῳ πανταχόθεν, καὶ λακτίζοντας τὰ ἔνδον (82) οὕτως, ὡς ἂν ἀτάκτως

82. Ita notus cum esset, ac cum se adeuntibus ita respondisset, ad interiorem rursus montem se contulit : atque pro more asceticam coluit vitam. Sæpe cum sederet una cum iis qui advenerant, itemque cum deambularet, obmutescebat, uti de Daniele scriptum est [17]. Elapsaque hora, cum præsentibus fratribus consequenter colloquia resumebat : sentiebantque illi, aliqua illum visione occupatum esse. Plerumque enim in **685** monte cum esset, quæ in Ægypto fierent videbat, et Sarapioni narrabat episcopo : qui cum adesset, Antonium cernebat visioni occupatum. Aliquando igitur cum sedens operaretur, quasi extra se raptus est, multumque in contemplatione ingemebat, atque contremiscens precabatur, flexisque genibus, ita diu moratus est. Surgensque senex flebat. Tum tremefacti omnes qui aderant, et admodum perterriti, quid illud esset scisciabantur, multumque urgebant, donec coactus rem aperiret cum magnis gemitibus. O filii, aiens, præstaret sane mori, potius quam quæ a me visa sunt fierent. Rogantibus iterum illis, collacrymans dixit : Ecclesiam ira divina invasura est, tradeturque illa hominibus qui jumentis insipientibus similes erunt. Vidi quippe mensam Dominici mulis undique circumsessam, qui ejus interiora ita calcibus petebant, quasi confuse subsultantium jumentorum calcitratus fierent. Sentistis plane quantum suspi-

VERSIO EVAGRII.

Regem omnium sæculorum Jesum Christum epistolis testatus est. His principes susceptis vehementissime lætabantur. Sancta quoque apud cunctos Antonii flagrabat opinio, ita ut ejus se filios cuperent nominari. Magna etenim cum advenientibus affabilitas, omnium in se studium converterat.

82. Postquam ergo gentiles confutati, reges admoniti, fratres ab eo sunt consolatione relevati; ad interiorem montem, et ad rigorem solitum regressus est : ibique sæpe cum introeuntibus deambulans vel residens, stupebat, sicuti in Daniele scriptum est : et interjectis horarum spatiis, consequentia respondebat, ut intelligeretur aliqua revelationis vidisse secreta. Nam et in monte positus, ea quæ in Ægypto longe gerebantur, prævidens, episcopo Serapioni ibi constituto narravit. Lamentabilis sequitur visio, et omni lacrymarum fonte plangenda. Cum enim fratribus circa se sedentibus operaretur, intente fixit oculos in cœlum gemens atque suspirans, et post aliquantum spatium revelationis incœptæ, nimio dolore contremuit : et statim fixis genibus ante Dei vultum provolutus oravit, ut clementia sua futurum averteret scelus. Succedunt orationi lacrymæ, metus ingens invadit præsentes : obsecrant ut tantæ calamitatis exponeret visionem : singultus occupant vocem, lingua fletibus præpeditur, et in medio conatu sermo gemitu interrumpitur. Vix tandem cum vociferatione luctuosa ait : Melius erat, o filioli, impendens piaculum cita morte lucrari. Sic incipiens rursum lacrymis vincitur, et inter ægra suspiria tandem pectori commodans vocem : Magnum, inquit, quoddam et universis sæculis inauditum imminet nefas ; magno fides catholica turbine subvertetur, et homines jumentis similes Christi sancta diripient. Vidi enim altare Domini mulorum circumdatum multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia dissipabant. Hæc est causa gemituum meorum, quos audistis. Et facta est vox Domini dicens : Abominabitur altarium meum (83). Nec mora, visionem sequitur effectus : nam post duos annos sæva Arianorum irrupit insania. Tunc ecclesiarum fuerunt rapinæ ; tunc divinorum temeratio vasorum, tunc pollutis ethnicorum manibus sacra polluta sunt ministeria (84) ; tunc paganorum opificum præsidia adversus Christum comparata

[17] Dan. IV, 16.

(81) Sic Colb. 2, quem sequimur. Editi vero, τυγχάνων καὶ βλέπων, minus recte. Paulo post sequimur Reg. 2, Colb. 2 et Savil. In aliis et editis hæc, καὶ ἐργαζόμενος, desunt. Infra in editis, ante ηὔχετο, legebatur ἀναστάς, quam vocem, quod desit in plurimis mss., expunximus.

(82) Omnes manuscripti, τοὺς ἔνδον. Editi, τὰ ἔνδον, et ita legit Evagr.

(83) Sic omnes pene mss. et editi ante Bollandum, qui habet *altare meum*.

(84) Desmar., *mysteria*. Quæ hic de pollutis mysteriis addidit Evagrius, in Græcis absunt, sed leguntur supra, pag. 118. Quod sequitur autem, *cum assumptione palmarum : quod idololatriæ apud Alexandriam insigne est*, in Græco non legitur, videturque explicationis causa additum. Et sane quiddam simile legitur, pag. 90 supra, ubi de strobilis, seu pineis nucibus sacrificatis agit Athanasius.

Digitized by Google

ravi : audivi quippe vocem dicentem : Altare meum polluetur. Hæc senex vidit : et post biennium contigit ea quæ nuper fuit Arianorum irruptio, ecclesiarumque direptio : cum (sacra) vasa vi abrepta, ethnicis asportanda tradidere : quo tempore ex officinis ethnicos suis interesse synaxibus coegerunt, iisque præsentibus, quæ libuit in sacra mensa perpetrarunt. Tum novimus omnes, mulorum calcitratus ea Antonio prænuntiasse, quæ jam Ariani quasi bruta jumenta perpetrant. Post visionem autem eos qui secum erant consolatus est. Ne animo concidatis, aiens, filii ; ut enim iratus est Dominus, sic denuo medelam adhibebit, et cito pristinum Ecclesia ornatum recuperabit, fulgebitque de more : pulsos restitui cernetis, impietatem ad latibula secedere sua, piamque fidem libere omnino **686** ac fidenter agere ubique : solum ne cum Arianis vos polluatis. Nequaquam enim apostolorum est ejusmodi doctrina, sed dæmonum, patrisque ipsorum diaboli, potiusque illa ortus atque rationis expers est, et non sanæ mentis, ut muli ratione carentes.

A σκιρτώντων κτηνῶν γένοιτο λακτίσματα. Πάντως δὲ ἤσθεσθε, φησὶ, πῶς ἐστέναζον· ἤκουσα γὰρ φωνῆς λεγούσης· Βδελυχθήσεται τὸ θυσιαστήριόν μου. Ταῦτα εἶ᾽εν ὁ γέρων· καὶ μετὰ δύο ἔτη γέγονεν ἡ νῦν ἔφοδος τῶν Ἀρειανῶν, καὶ ἡ ἁρπαγὴ τῶν ἐκκλησιῶν (85), ὅτε καὶ τὰ σκεύη μετὰ βίας ἁρπάσαντες, δι᾽ ἐθνικῶν ἐποίουν βαστάζεσθαι· ὅτε καὶ τοὺς ἐθνικοὺς ἀπὸ τῶν ἐργαστηρίων (86) ἠνάγκαζον συνάγεσθαι μετ᾽ αὐτῶν· καὶ παρόντων αὐτῶν ἔπραττον ἐπὶ τῆς τραπέζης ὡς ἤθελον. Τότε πάντες ἡμεῖς ἐπέγνωμεν, ὅτι τὰ λακτίσματα τῶν ἡμιόνων ταῦτα προεμήνυε τῷ Ἀντωνίῳ, ἃ νῦν οἱ Ἀρειανοὶ ἀλόγως πράττουσιν ὡς τὰ κτήνη. Ὡς δὲ ταύτην εἶδε τὴν θεωρίαν, τοὺς συνόντας παρεκάλεσε, λέγων· Μὴ ἀθυμεῖτε, τέκνα· ὥσπερ γὰρ ὠργίσθη ὁ Κύριος, οὕτω

B πάλιν ἰάσεται. Καὶ πάλιν ταχέως ἀπολήψεται τὸν ἑαυτῆς κόσμον ἡ Ἐκκλησία, καὶ συνήθως ἀναλάμψει· καὶ ὄψεσθε τοὺς διωχθέντας ἀποκαθισταμένους, καὶ τὴν μὲν ἀσέβειαν πάλιν εἰς τοὺς ἰδίους φωλεοὺς ἀναχωροῦσαν, τὴν δὲ εὐσεβῆ πίστιν παῤῥησιαζομένην μετὰ πάσης ἐλευθερίας πανταχοῦ· μόνον μὴ μιάνητε ἑαυτοὺς μετὰ τῶν Ἀρειανῶν. Οὐκ ἔστι γὰρ τῶν ἀποστόλων αὕτη ἡ διδασκαλία, ἀλλὰ τῶν δαιμόνων, καὶ τοῦ πατρὸς αὐτῶν τοῦ διαβόλου· καὶ μᾶλλον ἄγονος, καὶ ἄλογος, καὶ διανοίας ἐστὶν οὐκ ὀρθῆς, ὡς ἡ τῶν ἡμιόνων ἀλογία.

83. Hactenus Antonii gesta. Non decet autem nos fidem derogare tot tantisque ab uno homine editis miraculis. Hæc enim Salvatoris est promissio, qui ait : *Si habueritis fidem ut granum sinapis, dicetis* C *huic monti : Hinc transmigra, et transmigrabit ; et nihil impossibile erit vobis*[18]. Et rursum : *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Petite, et accipietis*[19]. Ipse quippe discipulis omnibusque in se credentibus ait : *Infirmos curate : dæmones ejicite : gratis accepistis, gratis date*[20]. *θεραπεύετε· δαίμονας ἐκβάλλετε· δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε.*

83. Τοιαῦτα μὲν τὰ τοῦ Ἀντωνίου. Οὐ δεῖ δὲ ἡμᾶς ἀπιστεῖν, εἰ δι᾽ ἀνθρώπου τοσαῦτα γέγονε θαύματα. Τοῦ γὰρ Σωτῆρός ἐστιν ἐπαγγελία, λέγοντος· *Ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως* (87), *ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ· Μετάβηθι ἐντεῦθεν, καὶ μεταβήσεται· καὶ οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν.* Καὶ πάλιν· *Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐάν τι αἰτήσητε τὸν Πατέρα* (88) *ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν. Αἰτεῖτε, καὶ λήψεσθε.* Καὶ αὐτός ἐστιν ὁ τοῖς μαθηταῖς λέγων, καὶ πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν· *Ἀσθενοῦντας θε-*

VERSIO EVAGRII.

cum assumptione palmarum : quod idololatriæ apud Alexandriam insigne est. Ad ecclesiam pergere compellebantur Christiani, ut Arianorum populi crederentur. Proh scelus ! Horret animus replicare quæ gesta sunt : virginum matronarumque ereptus pudor : sanguis ovium Christi in Christi templo effusus veneranda respersit altaria : baptisterium pro voluntate gentilium pollutum est. Nihil defuit visioni veritatis, ut monstravit effectus, quod calcitrantium mulorum indisciplinatio, Arianorum esset impietas. Sed istam tristitiam consequentis revelationis prosperitate solatus est, et ait : Nolite, filioli, mœrori vos penitus dare : ut enim iratus est Dominus, sic rursum miserebitur, et suum cito Ecclesia recuperabit ornatum : eosque qui in persecutionibus fidem Domini servaverint, solito videbitis fulgore relucentes. Revertentur ad foveas suas serpentes, et religio longius propagabitur : tantum videte, ne fidei vestræ sinceritas Ariana labe sordescat. Non apostolorum, sed dæmonum et patris eorum diaboli ista doctrina est : ob id per insipientiam jumentorum, similis pecudum eorum expressus est animus.

83. Huc usque Antonius. Sed nos minime convenit diffidere, tam grande miraculum per hominem potuisse portendi. Salvatoris enim promissio est ista (89) dicentis : *Si habueritis fidem ut granum sinapis, dicetis monti huic : Transfer te, et transferetur, et nihil impossibile erit vobis :* et iterum : *Amen, amen dico vobis, omne quod petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Petite et accipietis.* Ipse enim suis discipulis et universo credentium gregi, nunc subjectionem dæmonum, nunc variarum infirmitatum pollicens curationem, aiebat : *Gratis accepistis, gratis date.*

[18] Matth. xvii, 19. [19] Joann. xvi, 23, 24. [20] Matth. x, 8.

(85) Hæc gesta sunt anno 341. Vide supra *Evi*- *et olum encyclicam ad episcopos*, p. 87.
(86) Colbertinus secundus, solus, ἐργασιῶν.
(87) Sic plurimi mss. Alii cum editis, συνάπεως.
(88) Quidam mss., Πατέρα μου. In aliis μου deest.
(89) Sic manuscripti. Editi, *est ita.*

Digitized by Google

84. Οὐ προστάττων (90) γοῦν ἐθεράπευεν ὁ Ἀντώνιος, ἀλλ' εὐχόμενος καὶ τὸν Χριστὸν ὀνομάζων· ὡς πᾶσι φανερὸν γενέσθαι, ὅτι οὐκ ἦν αὐτὸς ὁ ποιῶν, ἀλλ' ὁ Κύριος, δι' Ἀντωνίου φιλανθρωπευόμενος, καὶ θεραπεύων τοὺς πάσχοντας. Ἀντωνίου δὲ μόνον ἡ εὐχὴ καὶ ἡ ἄσκησις, ἧς ἕνεκεν ἐν τῷ ὄρει καθήμενος, ἔχαιρε μὲν τῇ τῶν θείων θεωρίᾳ, ἐλυπεῖτο δὲ διοχλούμενος ὑπὸ πολλῶν καὶ ἑλκόμενος εἰς τὸ ὄρος τὸ ἔξω. Καὶ γὰρ καὶ δικασταὶ πάντες ἠξίουν ἀπὸ τοῦ ὄρους αὐτὸν κατέρχεσθαι, ἐπεὶ μὴ δυνατὸν ἦν αὐτοὺς εἰσελθεῖν ἐκεῖ, διὰ τοὺς ἀκολουθοῦντας τῶν δικαζομένων. Ἠξίουν δὲ ὅμως, ἵνα ἔλθῃ καὶ μόνον αὐτὸν ἴδωσιν· αὐτὸς μὲν οὖν ἐξετρέπετο καὶ παρῃτεῖτο τὰς πρὸς τούτους ὁδούς· οἱ δὲ ἐπέμενον, καὶ μᾶλλον τοὺς ὑπευθύνους ὄντας ὑπὸ στρατιώτας προσέπεμπον· ἵνα κἂν διὰ τὴν ἐκείνων πρόφασιν κατέλθῃ. Πάσχων οὖν ἀνάγκην, καὶ ὁρῶν αὐτοὺς ὀδυρομένους, ἦρχετο μὲν εἰς τὸ ὄρος τὸ ἔξω· οὐκ ἀνωφελὴς δὲ πάλιν ἦν ὁ σκυλμὸς αὐτοῦ· πολλοῖς μὲν γὰρ εἰς ὄνησιν ἐγίνετο, καὶ εἰς εὐεργεσίαν ἡ ἄφιξις αὐτοῦ. Τοὺς δὲ δικαστὰς ὠφέλει, συμβουλεύων πάντων μᾶλλον προκρίνειν τὸ δίκαιον· καὶ φοβεῖσθαι τὸν Θεὸν, καὶ εἰδέναι, ὅτι οἵῳ κρίματι κρίνουσι, κριθήσονται. Ἠλὴν τὴν ἐν τῷ ὄρει διατριβὴν πάντων μᾶλλον ἠγάπα.

85. Ποτὲ οὖν βίαν τοιαύτην παθὼν παρὰ τῶν χρείαν ἐχόντων, καὶ τοῦ στρατηλάτου διὰ πολλῶν ἀξιώσαντος αὐτὸν κατελθεῖν· ἐλθὼν, καὶ ὁμιλήσας ὀλίγα, τὰ εἰς σωτηρίαν φθάνοντα, καὶ περὶ (91) τῶν δεομένων, ἠπείγετο. Τοῦ δὲ λεγομένου δουκὸς ἀξιοῦντος αὐτὸν ἐμβραδύνειν, ἔλεγε μὴ δύνασθαι χρονίζειν μετ' αὐτῶν, καὶ παραδείγματι χαρίεντι τοῦτον ἔπεισε λέγων· Ὥσπερ οἱ ἰχθύες ἐγχρονίζοντες τῇ ξηρᾷ γῇ τελευτῶσιν, οὕτως οἱ μοναχοὶ βραδύνοντες μεθ' ὑμῶν, καὶ παρ' ὑμῖν ἐκδιατρίβοντες ἐκλύονται. Δεῖ οὖν, ὥσπερ τὸν ἰχθὺν εἰς τὴν θάλασσαν, οὕτως ἡμᾶς εἰς τὸ ὄρος ἐπείγεσθαι· μήποτε ἐμβραδύνοντες,

A 84. Non jussu itaque sanabat Antonius, sed orando, Christumque nominando; ita ut palam esset non ipsum ea edere, sed Dominum, Antonii ministerio, beneficia et curationem patientibus impertire; ita ut Antonii esset oratio tantum et ascetica vita, cujus ope cum in monte sederet, divinarum rerum contemplatione gaudebat: sed dolebat cum a multis vexaretur, atque ad exteriorem pertraheretur montem. Judices namque omnes rogabant illum ut e monte descenderet, quod nequaquam sibi liceret, ob reos qui secum erant et sequebantur, ad montem ingredi. Postulabant tamen ut accederet, ejusque solum aspectu fruerentur, quam rem cum aversaretur ille, abnuebat egredi. Instare illi, ac sub militum custodia reos ad illum mittere, ut illorum

B saltem causa descenderet. Necessitate igitur coactus, illosque cernens collacrymantes, in exteriorem se contulit montem: quæ illius defatigatio haud inutilis fuit: multis enim commoda, multis beneficia contulit adventus ejus. Judicibusque ipsis emolumento erat: quos hortabatur ut jus et æquum omnibus anteferrent, Deum timerent, nossentque, quo judicio judicarent, eodem sese judicandos [21]. Nullus ei locus æque charus fuit atque mons ille.

687 85. Cum aliquando ita vi compulsus ab iis quibus ex usu id erat, duceque rogante ipsum ut descenderet, venisset, paucis eum allocutus verbis, quæ tum salutem ejus, tum eos qui sua ope egebant spectarent, regredi festinabat. Duce vero, ut vocant, rogante moram ut faceret, se diutius cum illis mo-

C rari non posse respondit, lepidoque id illi exemplo persuasit. Sicut pisces, ait, in arida terra immorando moriuntur; sic monachi vobiscum morantes, apudque vos diutius versantes, enervantur: ut igitur piscibus ad mare, sic nobis ad montem properandum, ne cunctantes, eorum quæ intus sunt oblivi-

VERSIO EVAGRII.

84. Nunquid suæ virtutis imperio curabat Antonius? nunquid suæ possibilitatis arbitrabatur esse quod fecerat? Orationibus, non præceptis, dæmones morbique cesserunt, et ad Christi Domini nostri nominationem semper universa perfecta sunt. Nemo sapientum sanitatum admirationem ascribat Antonio, sed Domino Jesu, qui solitam erga creaturas suas exhibens benevolentiam, nunc quoque per electum famulum suum indulgenter exercuit. Antonius tantum orabat, et ob vitæ ejus merita, cuncta Dominus largiebatur. Sæpe autem, et contra voluntatem, ad exteriorem montem a fratribus perducebatur. Et cum judices qui ad interius archisterium (92), propter asperitatem itineris, et obsequentium multitudinem, et horridam solitudinem ire non poterant, precario quærerent ut ejus fruerentur aspectibus, nec impetrare possent, quia molestissime ferebat vexationem discursuum; ipsos catenatos, quos aut noxietas, aut vigor publicus constrinxerat, ad eum destinabant, scientes tales ab Antonio non posse contemni: quorum fletibus superatus pertrahebatur ad exteriorem montem, agnoscens laborem suum utilem miseris fore: suadebatque judicibus, qui eum invitaverant, ut in sententia proferenda, et odio et gratiæ, timorem Dei anteponerent; nec ignorare eos debere, quod scriptum est: *Quocunque judicio judicaveritis, in eo judicabitur de vobis.* Attamen inter medios sermones charæ sibi solitudinis recordabatur.

85. Post coactam itaque præsentiam, quam ducis preces, et, quod verius est, miserorum fletus extorserat, post salutaria monita, post reorum commendationem, quorumdam etiam absolutionem, postulanti duci, ut paulo largius eidem suam præsentiam indulgeret, ait, non posse se diutius ibidem morari, grato usus exemplo, quod, sicuti pisces ab aqua extracti mox in arenti terra morerentur, ita et monachos cum sæcularibus retardantes humanis statim resolvi confabulationibus. Ob id ergo, inquit, convenit, ut pisces ad mare, ita nos ad montem festinare (93), ne, tardantibus nobis, aliqua propositi succedat oblivio.

[21] Matth. VII, 2.

(90) Sic manuscripti, rectius quam editi, qui habent προστατῶν.
(91) Editi, παρά, in manusc. omnibus legitur περί.
(92) *Lege* asceterium.
(93) Sic manuscripti. Editi, *festinemus*.

Digitized by Google

scamur. Quibus dux auditis, aliisque permultis, admiratus, vere illum Dei servum esse dixit : unde namque idiotæ mens tanta et tam eximia esset, nisi a Deo diligeretur ?

86. Quidam item dux, Balacius nomine, acriter nos Christianos persequebatur, ob studium erga nefarios Arianos. Is cum crudelis adeo esset, ut virgines verberaret, monachos nudaret atque flagris cæderet ; mittit ad illum Antonius scriptam hujus sententiæ epistolam : Video iram imminere tibi : desine itaque Christianos persequi, ne te forte ira Dei apprehendat : jamjam enim te invasura est. Risit Balacius, in epistolam humi projectam conspuit, tabellariisque injuria affectis jussit, ut hæc Antonio renuntiarent : Quia monachorum cura tibi est, te jam adoriar. Necdum elapsis quinque diebus, ira apprehendit eum : cum enim ad primam mansionem Cereu vocatam proficisceretur, egressus est ipse Balacius cum Nestorio Ægypti præfecto, amboque equis insidebant, qui Balacii erant, mitissimique omnium quos aleret ipse. Sed nondum eo advenerant, cum cœpere equi ludere more solito : ac derepente mansuetior cui insidebat Nestorius, Balacium morsu decussit in terram, in eumque irruens, femur ejus ita dentibus laniavit, ut statim in urbem delatus, intra triduum moreretur (94). **688** Miratique sunt omnes ea quæ Antonius prænuntiasset, tam cito accidisse.

87. Sic igitur ferociores monebat : alios autem se adeuntes sic præceptis et monitis imbuebat, ut statim juris dicendi immemores, beatos illos prædicarent qui ex sæculi vita secederent. Atque ita injuria affectorum patrocinium suscipiebat, ut videretur,

ἐπιλαθώμεθα τῶν ἔνδον. Ἀκούσας δὲ ὁ στρατηλάτης ταῦτα παρ' αὐτοῦ, καὶ ἕτερα πολλὰ, θαυμάσας, ἔλεγεν, ἀληθῶς εἶναι τοῦτον δοῦλον τοῦ Θεοῦ· πόθεν γὰρ ἰδιώτῃ τοιοῦτος καὶ τοσοῦτος νοῦς, εἰ μὴ ἦν ἀγαπώμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ;

86. Εἷς δέ τις στρατηλάτης, Βαλάκιος δὲ ἦν ὄνομα αὐτῷ, πικρῶς ἐδίωκεν ἡμᾶς τοὺς Χριστιανοὺς διὰ τὴν ὑπὲρ τῶν δυσωνύμων Ἀρειανῶν σπουδήν. Καὶ ἐπειδὴ τοσοῦτον ἦν ὠμὸς, ὡς καὶ παρθένους τύπτειν, καὶ μονάζοντας γυμνοῦν καὶ μαστίζειν· ἀποστέλλει πρὸς αὐτὸν ὁ Ἀντώνιος, καὶ γράφει τοιοῦτον ἔχουσαν νοῦν ἐπιστολήν· Ὁρῶ ὀργὴν ἐπερχομένην ἐπὶ σέ· παῦσαι οὖν διώκων Χριστιανοὺς, μή ποτέ σε ἡ ὀργὴ καταλάβῃ· μέλλει γὰρ ἤδη ἐπὶ σὲ ἔρχεσθαι. Ὁ δὲ Βαλάκιος, γελάσας, τὴν μὲν ἐπιστολὴν ἔῤῥιψε χαμαὶ, πτύσας εἰς αὐτὴν, τοὺς δὲ κομίσαντας ὕβρισε, παραγγείλας ἀπαγγέλλειν Ἀντωνίῳ ταῦτα· Ἐπειδὴ φροντίζεις περὶ (95) τῶν μοναχῶν, ἤδη καί σε μετελεύσομαι. Καὶ οὐ παρῆλθον ἡμέραι πέντε, καὶ κατέλαβεν αὐτὸν ἡ ὀργή. Εἰς γὰρ τὴν πρώτην μονὴν Ἀλεξανδρείας τὴν λεγομένην Χαιρέου ἐξῆλθεν αὐτός τε ὁ Βαλάκιος καὶ Νεστόριος ὁ ἔπαρχος (96) τῆς Αἰγύπτου, καὶ ἀμφότεροι μὲν ἐπεκαθέζοντο ἵπποις· ἦσαν δὲ οὗτοι ἴδιοι τοῦ Βαλακίου, καὶ πραότεροι πάντων τῶν τρεφομένων παρ' αὐτῷ. Ἀλλὰ μήπω φθασάντων αὐτῶν εἰς τὸν τόπον, ἤρξαντο παίζειν, ὡς εἰώθασι, πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἐξαίφνης ὁ πραότερος, ᾧ ἐπεκαθέζετο Νεστόριος, δήγματι τὸν Βαλάκιον καταβαλὼν ἐπέπεσεν αὐτῷ· καὶ οὕτω τοῖς ὀδοῦσιν ἐσπάραξε τὸν μηρὸν αὐτῷ, ὡς εὐθὺς μὲν ἀπενεχθῆναι εἰς τὴν πόλιν, ἐν τρισὶ δὲ ἡμέραις ἀποθανεῖν· καὶ πάντας θαυμάζειν, ὅτι ἃ προείρηκεν ὁ Ἀντώνιος, ταχέως πεπλήρωται.

87. Οὕτω μὲν οὖν τοῖς πικροτέροις παρῄνει· τοὺς δὲ ἄλλους τοὺς πρὸς αὐτὸν ἀπαντῶντας οὕτως ἐνουθέτει, ὡς ἐπιλανθάνεσθαι παρ' αὐτὰ τοῦ δικάζειν, καὶ μακαρίζειν τοὺς ἀναχωροῦντας ἀπὸ τοῦ βίου τούτου. Οὕτω δὲ τῶν ἀδικουμένων προῖστατο, ὡς

VERSIO EVAGRII.

Pro tanta hominis sapientia dux miratus, justam de eo tulit veramque sententiam, dicens : Vere istum esse (97) Dei famulum, nec in rustico homine potuisse tantam aliquando inesse sapientiam, nisi divino amore regeretur.

86. Præterea cum Balacius, qui sub Nestorio præfecto Alexandriæ dux Ægypti fuit, homo Arianæ iniquitatis studiosissimus fautor, ita Christi Ecclesiam persequeretur, ut animo vesano, virgines monachosque nudatos verberaret in publico, ad eum Antonius litteras misit, quarum ista sententia est : Video iram Dei venientem super te : desine persequi Christianos, ne te ira occupet, quæ proximum jam tibi minatur interitum. Legit infelix epistolam, et irrisit, atque in eam excreans projecit in terram : portitores quoque multis afficiens injuriis, Antonio talia renuntiare (98) præcepit : Quoniam cura tibi tantopere monachorum est, etiam ad te mei vigoris transibit disciplina. Sed confestim minitatorem oppressit supplicium, et post quinque dies os effrenatum ultio divina compescuit. Egreditur enim ad primam mansionem Alexandriæ, quæ appellatur Cereu (99), cum supradicto Ægypti præfecto Nestorio. Vehuntur equis, quos inter omnes Balacius, cujus erant, mansuetissimos nutriebat. Cum ergo pariter solito sibimet equi alluderent, mitior, quo Nestorius vehebatur, morsu repentino Balacium decussit in terram, ac sic in eum inhians, femora ejus laceravit atque corrosit, ut statim relatus ad civitatem, post tertium diem moreretur : universique agnoscerent minarum ab Antonio prædictarum effectum quantocius consecutum, digno persecutoris fine completo.

87. Cæteros ad se venientes mira cum modestia Antonius admonebat, ut oblita sæculi dignitate remotioris vitæ beatitudinem appeterent. Si qui autem majori potestate premebantur, nec poterant obtinere justitiam, ita eos obnixe defendebat, ut ipse pro illis pati videretur injuriam. Multis utilis fuit præclari

(94) Vide *Historiam Arianorum ad monachos*, numero 14.

(95) Sic quidam manuscripti. In editis περὶ deest.

(96) Ita omnes manuscripti. Editi vero, ὕπαρχος.

(97) Sic manuscripti, pene omnes. Editi, *vere justum esse.*

(98) Ita omnes pene manuscripti. Editi vero, *renuntiari.*

(99) Sic Desmar. optime. Alii, *Cereum*, alii, *Chereum* cum Bollando vocant. Vide in tabella geographica.

Digitized by Google

νομίζειν μὴ ἄλλους, ἀλλ' αὐτὸν εἶναι τὸν πάσχοντα. Οὕτω δὲ πάλιν πρὸς ὠφέλειαν πᾶσιν ἦν ἱκανὸς, ὡς τολλοὺς στρατευομένους, καὶ τῶν τὰ πολλὰ κεκτημένων, ἀποτίθεσθαι τὰ τοῦ βίου βάρη, καὶ λοιπὸν γίνεσθαι μοναχούς. Καὶ ὅλως ὥσπερ ἰατρὸς ἦν δοθεὶς παρὰ τοῦ Θεοῦ τῇ Αἰγύπτῳ. Τίς γὰρ λυπούμενος ἀπήντα, καὶ οὐχ ὑπέστρεφε χαίρων; τίς ἦρχετο θρηνῶν διὰ τοὺς αὐτοῦ τεθνηκότας, καὶ οὐκ εὐθέως ἀπετίθετο τὸ πένθος; τίς ὀργιζόμενος ἦρχετο, καὶ οὐκ εἰς φιλίαν μετεβάλλετο; τίς πένης ἀκηδιῶν ἀπήντα, καὶ ἀκούων αὐτοῦ καὶ βλέπων αὐτὸν, οὐ κατεφρόνει τοῦ πλούτου, καὶ παρεμυθεῖτο τὴν πενίαν; τίς μοναχὸς, ὀλιγωρήσας, καὶ ἐλθὼν (1) πρὸς αὐτὸν, οὐ μᾶλλον ἰσχυρότερος ἐγένετο; τίς νεώτερος ἐλθὼν εἰς τὸ ὄρος, καὶ θεωρήσας Ἀντώνιον, οὐκ εὐθέως ἐξηρνεῖτο τὰς ἡδονὰς, καὶ ἠγάπα σωφροσύνην; τίς ἦρχετο πρὸς αὐτὸν ὑπὸ δαίμονος πειραζόμενος, καὶ οὐκ ἀνεπαύετο; τίς δὲ ἐν λογισμοῖς ἐνοχλούμενος ἦρχετο, καὶ οὐκ ἐγαληνία τῇ διανοίᾳ;

88. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἦν μέγα τῆς ἀσκήσεως τοῦ Ἀντωνίου, ὅτι, καθὰ προεῖπον, χάρισμα διακρίσεως πνευμάτων ἔχων, ἐπεγίνωσκεν αὐτῶν τὰ κινήματα· καὶ πρὸς ὅ τις αὐτῶν εἶχε τὴν σπουδὴν καὶ τὴν ὁρμὴν, τοῦτο οὐκ ἠγνόει. Καὶ οὐ μόνον αὐτὸς οὐκ ἐπαίζετο παρ' αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐνοχλουμένους ἐν λογισμοῖς παρακαλῶν (2) ἐδίδασκε, πῶς ἂν δύναιντο τὰς ἐκείνων ἐπιβουλὰς ἀνατρέπειν· διηγούμενος τῶν ἐνεργούντων τὰς ἀσθενείας καὶ τὰς πανουργίας. Ἕκαστος γοῦν, ὥσπερ ἐπαλιφεὶς (3) παρ' αὐτοῦ, κατήρχετο καταθαῤῥῶν τῶν νοημάτων τοῦ διαβόλου καὶ τῶν δαιμόνων αὐτοῦ. Πόσαι δὲ καὶ μνηστῆρας ἔχουσαι παρθένοι, καὶ μόνον ἀπὸ τοῦ πέραν ἰδοῦσαι τὸν Ἀντώνιον, ἔμειναν τῷ Χριστῷ παρθένοι; Ἦρχοντο δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἔξω μερῶν πρὸς αὐτόν. Καὶ αὐτοὶ μετὰ πάντων τὴν ὠφέλειαν ἐσχηκότες ὑπέστρεφον, ὡς παρὰ πατρὸς προπεμπόμενοι (4). Ἀμέλει κοιμηθέντος αὐτοῦ, πάντες, ὡς ὀρφανοὶ γενόμενοι πατρὸς, μόνῃ τῇ ἐκείνου μνήμῃ παρακαλοῦσιν ἑαυτοὺς, κατέχοντες ἅμα τὰς νουθεσίας καὶ τὰς παραινέσεις αὐτοῦ.

non alios, sed ipsum læsum fuisse. Ita rursum ad omnium utilitatem natus erat, ut multi milites, alique plurimarum potiti possessionum, depositis vitæ hujus oneribus, fierent monachi. Demum quasi medicus Ægypto a Deo datus erat. Quis enim mœstus illum adiit, quin gaudens recesserit? quis accessit mortuos lugens suos, quin statim luctum deposuerit? quis iratus advenit, nec in amicitiam redactus est? quis pauper ad illum demisso animo accessit, auditoque ac viso illo, divitias non contempsit, et non de paupertate sua consolationem admisit? quis monachus remissior illum conveniens, non fortior postea fuit? quis adolescens in montem profectus, visoque Antonio, non abnegans illico voluptates temperantiam est amplexus? quis a dæmone tentatus ipsum adiit, quin liberatus sit? quis cogitationibus vexatus accedens, non tranquillo stetit animo?

88. Etenim illud singulare erat in Antonii ascesi, quod accepta, ut supra dixi, spirituum discretionis gratia, eorum statim agnosceret motus, et cujusque studium affectumque non ignoraret: neque solum non ab illis deciperetur, imo eos qui cogitationibus turbati erant, monitis suis edoceret, qua ratione possent insidias dæmonum subvertere, narrata eorum imbecillitate, vafritieque. Singuli itaque tanquam inuncti ab illo, seu ad pugnam excitati, descendebant, assumpta adversus diaboli dæmonumque ejus cogitationes fiducia. Quot jam procos habentes virgines, tantum Antonio eminus conspecto, Christi virgines mansere? Veniebant etiam ad illum quidam, ab exteris regionibus, qui percepta cum aliis omnibus utilitate, domum redibant, quasi a patre suo deducti. **689** Sane illo defuncto, omnes quasi patre orbi, sola ejus memoria sese consolantur, retentis animo ejus admonitionibus hortamentisque.

VERSIO EVAGRII.

senis oratio: multi magnis divitiis et altiori gradu militiæ derelicto, ejus hærere curriculis cupiebant. Et ut infinita brevi sermone comprehendam, bonum Ægypto medicum Christus indulserat. Quis non tristitiam apud Antonium mutavit in gaudium? quis non iram vertit in pacem? quis orbitatis luctum non ad ejus temperavit aspectum? quis non mœrore paupertatis, quo premebatur, abjecto, statim et divitum despexit opulentias, et in sua lætatus est paupertate? quis post lassitudinem monachus non ejus vegetatus est hortamentis? quis adolescens, ætatis (5) succensus ardoribus, non ex ejus admonitu pudicitiæ amator fuit? quis vexatus a diabolo sine medela rediit? quis inimici cogitationibus distractus, non, cæca tempestate sopita, sereno regressus est animo?

88. Sciebat enim quo quisque laboraret incommodo, et ex vitæ meritis discretionem spirituum agnoscens, adhibebat verborum, prout erant vulnera, sanitatem. Unde effectum est, ut post ejus doctrinam, omnes diaboli panderentur insidiæ; multæ quoque desponsatæ puellæ, ad ejus conspectum ab ipso pene thalamo recedentes, in Ecclesiæ matris gremio consederunt. Quid plura? Totius orbis homines ad eum confluebant, et universarum gentium varietas bellicosissimum contra dæmones virum conspicere gestiebant. Nullus se frustra illuc venisse conquestus est; omnibus delectabile atque jucundum laboris commercium fuit. Fatigatio enim itineris emolumentum viatici reportabat, sicut rei probavit effectus. Nam post resolutionem ejus, quasi communi vulnere orbitatis excepto, proprium singuli parentem luxerunt.

(1) Sic quidam manuscripti. Editi vero, ἀπελθών.

(2) Colb. 2, παρ' ἐκείνων.

(3) Sic omnes mss. Editi, ὡς παρ' ἐπαλιφείς. Quidam mss. habent ἐπαλειφθείς, alii ἐπαλειφείς.

(4) Ita quidam manuscripti. Editi et alii, πεμπόμενοι. Inferius manuscripti omnes, ὡς ὀρφανοί. Editi, οἱ ὀρφανοί.

(5) Sic manuscripti. In editis, *ætatis* deest.

Digitized by Google

89. Qualis porro ipsi exitus vitæ fuerit, æquum A est me enarrare, vosque, ut peroptatis, ediscere; cum maxime ea etiam in re illum imitari par sit. Cum de more monachos in exteriore monte degentes inviseret, et a Providentia divina de futura morte præmonitus fuisset, fratribus hæc locutus est: Jam postremo vos invisam, mirumque si iterum in hac vita mutuo fruamur aspectu: tempus quippe ut hinc transmigrem, cum ferme quintum supra centesimum annum agam. His illi auditis, lacrymari, senem amplecti, ac deosculari. Ille vero quasi ab extranea in propriam se conferens urbem, lætus colloquebatur, monebatque, ne in laborando segnes essent, neque in vita ascetica animo deficerent: sed ita viverent ac si quotidie morituri essent. Atque, uti jam dixerat, animam custodirent ab obsce- B nis cogitationibus, sanctosque æmularentur viros: nec ad Meletianos schismaticos accederent, quorum improbum profanumque propositum nossent: nec ullam haberent cum Arianis communionem, quorum impietas nemini non explorata esset. Etiamsi videritis, ait, ipsis judices patrocinari, ne ideo turbemini; cessabit enim, atque mortalis modicique temporis est imaginaria hujusmodi potestas. Vos itaque puros ab illis custodite, servateque Patrum traditionem, et cum primis piam fidem in Dominum nostrum Jesum Christum, quam ex Scripturis didicistis, et quam vobis ego plerumque in memoriam revocavi.

90. Fratribus autem vim ipsi inferentibus, ut C illic remaneret, vitamque obiret; abnuit ille, cum ob alias multas causas, ut vel tacitus ipse subindicabat, tum ideo maxime, quod Ægyptii soleant piorum hominum defunctorum corpora, maximeque sanctorum martyrum, funerare quidem et linteis

89. Οἷον δὲ καὶ τὸ τέλος αὐτῷ τοῦ βίου γέγονεν, ἄξιον κἀμὲ μνημονεῦσαι, καὶ ὑμᾶς ἀκοῦσαι ποθοῦντας· καὶ τοῦτο γὰρ αὐτοῦ ζηλωτὸν γέγονε. Κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐπεσκέπτετο τοὺς μοναχοὺς τοὺς ἐν τῷ ὄρει τῷ ἔξω, καὶ προσμαθὼν (6) παρὰ τῆς Προνοίας περὶ τῆς ἑαυτοῦ τελευτῆς, ἐλάλει τοῖς ἀδελφοῖς λέγων· Ταύτην ὑμῶν τὴν ἐπίσκεψιν ὑστέραν ποιοῦμαι, καὶ θαυμάζω, εἰ πάλιν ἑαυτοὺς ἐν τῷ βίῳ τούτῳ θεωρήσομεν. Καιρός ἐστι κἀμὲ λοιπὸν ἀναλῦσαι· εἰμὶ γὰρ ἐγγὺς ἐτῶν πέντε καὶ ἑκατόν. Οἱ μὲν οὖν ἀκούσαντες, ἔκλαιον, καὶ περιεπτύσσοντο καὶ κατεφίλουν τὸν γέροντα· ὁ δὲ, ὡς ἀπὸ ἀλλοτρίας εἰς ἰδίαν ἀπαίρων πόλιν, χαίρων διελέγετο· καὶ παρήγγελλεν αὐτοῖς μὴ ὀλιγωρεῖν ἐν τοῖς πόνοις, μηδὲ ἐκκακεῖν ἐν (7) τῇ ἀσκήσει· ἀλλ' ὡς καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκοντας ζῆν· καὶ καθὰ προεῖπον σπουδάζειν τὴν ψυχὴν φυλάττειν ἀπὸ ῥυπαρῶν λογισμῶν· καὶ τὸν ζῆλον ἔχειν πρὸς τοὺς ἁγίους, μὴ ἐγγίζειν δὲ Μελετιανοῖς (8) τοῖς σχισματικοῖς· οἴδατε γὰρ αὐτῶν τὴν πονηρὰν καὶ βέβηλον προαίρεσιν· μηδὲ κοινωνίαν ἔχειν τινὰ πρὸς τοὺς Ἀρειανούς· καὶ γὰρ καὶ ἡ τούτων ἀσέβεια πᾶσιν ἔκδηλός ἐστι. Μηδ' ἂν θεωρήσητε προϊσταμένους αὐτῶν τοὺς δικαστὰς, ταράττεσθε· παύσεται γὰρ, καὶ θνητὴ καὶ πρὸς ὀλίγον ἐστὶν αὐτῶν ἡ φαντασία. Καθαροὺς οὖν ἑαυτοὺς μᾶλλον ἀπὸ τούτων φυλάττετε, καὶ τηρεῖτε τὴν τε τῶν Πατέρων παράδοσιν, καὶ προηγουμένως τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εὐσεβῆ πίστιν, ἣν ἐκ τῶν Γραφῶν μὲν μεμαθήκατε, παρ' ἐμοῦ δὲ πολλάκις ὑπεμνήσθητε.

90. Τῶν δὲ ἀδελφῶν βιαζομένων μεῖναι αὐτὸν παρ' αὐτοῖς, κἀκεῖ τελειωθῆναι, οὐκ ἠνέσχετο διὰ πολλὰ μὲν, ὡς αὐτὸς καὶ σιωπῶν ἐνέφαινε, καὶ διὰ τοῦτο δὲ μάλιστα· οἱ Αἰγύπτιοι τὰ τῶν τελευτώντων σπουδαίων σώματα, καὶ μάλιστα τῶν ἁγίων μαρτύρων, φιλοῦσι μὲν θάπτειν καὶ περιελίσσειν ὀθονίοις (9) αὐτὴ κρύ-

VERSIO EVAGRII.

89. Quis autem finis vitæ ejus fuerit, dignum est et me commemorare, et vos cum desiderio audire: quia et hoc in eo imitabile cunctis fuit. Juxta consuetudinem ad visendos fratres qui in exteriori monte erant, venit, ibique a divina providentia de sua morte condiscens, ita exorsus est: Ultimam, filioli, patris audite sententiam: non enim arbitror, quod in hoc sæculo iterum nos visuri simus. Cogit conditio naturæ, ut post centenarium numerum, quem annis quinque supergredior, jam resolvar. Ita locutus, audientium pectora contristavit: gemitus lacrymæque dicta mœrentia consecutæ sunt. Amplexabantur eum universi, quasi jam de sæculo recessurum. At ille, tanquam aliena deserens, ad propriam patriam proficisceretur (10), magna cum lætitia præcipiebat, desidiam instituto non debere subrepere; sed tanquam quotidie morituros, ut ante prædixerat, a sordidis cogitationibus animam custodire, et omnem æmulationem ad sanctos quosque convertere: ad Meletianos (11) vero schismaticos ne prope quidem accedere. Scitis enim, aiebat, eorum antiquam perversitatem: neque cum Arianis communione jungamini, quia impietas eorum jam omnibus manifesta est. His etiam illud addebat, nullum debere Christianum, cum sæculi viderit potestates pro Arianorum et Meletianorum pugnare nequitia, a Christi territum discedere veritate: mortalium illam esse defensionem, nec diu fallacem permanere posse phantasiam. Quapropter, aiebat, custodienda est pia fides in Christo, et Patrum religiosa traditio, quam et Scripturarum lectione et crebro meæ parvitatis didicistis admonitu.

90. Finito sermone, fratres eum vehementissime retardabant, glorioso patris cupientes termino decorari. Sed multas ob causas, quas et silentio demonstrabat, præcipue tamen ob præsumptam Ægypti consuetudinem contradixit. Mos etenim Ægyptiis est, nobilium et præcipue beatorum martyrum corpora linteamine quidem obvolvere, et studium funeri solitum non negare; terra vero non abscondere, sed super

(6) Ita quidam manuscripti. Editi, μαθών. Infra post ἀδελφοῖς, deest λέγων in editis: sed habetur in quibusdam manuscriptis.

(7) Sic manuscripti omnes. In editis ἐν deest.

(8) Colbertinus secundus Μελιτιανοῖς. Infra κοινωνίαν deerat in editis sed habetur in omnibus pene manuscriptis.

(9) Sic omnes manuscripti. Editi vero, ὀθονίοις.

(10) Ita quidam manuscripti recte. Editi, *profecturus*.

(11) Manuscripti quidam habent, *Militianos*, et infra, *Militianorum*; alii, *Miletianorum*.

Digitized by Google

πτειν δὲ ὑπὸ γῆν, ἀλλ' ἐπὶ σκιμποδίων τιθέναι, καὶ φυλάττειν ἔνδον παρ' ἑαυτοῖς· νομίζοντες ἐν τούτῳ τιμᾶν τοὺς ἀπελθόντας. Ὁ δὲ Ἀντώνιος πολλάκις περὶ τούτου καὶ ἐπισκόπους ἠξίου παραγγέλλειν τοῖς λαοῖς· ὁμοίως δὲ καὶ λαϊκοὺς ἐνέτρεπε, καὶ γυναιξὶν ἐπέπληττε, λέγων, μήτε νόμιμον, μήτε ὅλως ὅσιον εἶναι τοῦτο. Καὶ γὰρ τὰ τῶν πατριαρχῶν καὶ τὰ τῶν προφητῶν σώματα μέχρι νῦν σώζεται εἰς μνήματα· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα εἰς μνημεῖον ἐτέθη, λίθος τε ἐπιτεθεὶς ἐκρυψεν αὐτὸ, ἕως ἀνέστη τριήμερον. Καὶ ταῦτα λέγων, ἐδείκνυε παρανομεῖν τὸν μετὰ θάνατον μὴ κρύπτοντα τὰ σώματα τῶν τελευτώντων, κἂν ἅγια τυγχάνῃ. Τί γὰρ μεῖζον ἢ ἁγιώτερον τοῦ Κυριακοῦ σώματος; Πολλοὶ οὖν, ἀκούσαντες, ἐκρυψαν ὑπὸ γῆν λοιπὸν, καὶ ηὐχαρίστουν τῷ Κυρίῳ, καλῶς διδαχθέντες.

91. Αὐτὸς δὲ, τοῦτο γινώσκων, καὶ φοβούμενος μὴ καὶ τὸ αὐτοῦ ποιήσωσιν οὕτως σῶμα, ἤπειξεν ἑαυτὸν, συνταξάμενος τοῖς ἐν τῷ ἔξω ὄρει μοναχοῖς· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ ἔνδον ὄρος (12), ἔνθα καὶ μένειν εἰώθει, μετὰ μῆνας ὀλίγους ἐνόσησε· καὶ καλέσας τοὺς συνόντας αὐτῷ (δύο δὲ ἦσαν, οἵτινες καὶ ἔμειναν ἔνδον, δέκα καὶ πέντε ἔτη ἀσκούμενοι, καὶ ὑπηρετοῦντες αὐτῷ διὰ τὸ γῆρας), ἔλεγε πρὸς αὐτούς· Ἐγὼ μὲν, ὡς γέγραπται, τὴν ὁδὸν τῶν πατέρων πορεύομαι· ὁρῶ γὰρ ἐμαυτὸν καλούμενον ὑπὸ τοῦ Κυρίου· ὑμεῖς δὲ νήφετε, καὶ τὴν πολυχρόνιον ὑμῶν ἄσκησιν μὴ ἀπολέσητε· ἀλλ' ὡς νῦν ἀρχὴν ἔχοντες, σπουδάσατε τηρεῖν τὴν προθυμίαν ἑαυτῶν. Οἴδατε τοὺς ἐπιβουλεύοντας δαίμονας, οἴδατε πῶς ἄγριοι μὲν εἰσὶν, ἀσθενεῖς δὲ τῇ δυνάμει. Μὴ οὖν φοβηθῆτε αὐτοὺς, ἀλλὰ μᾶλλον τὸν Χριστὸν ἀεὶ ἀναπνέετε, καὶ τούτῳ πιστεύετε· καὶ ὡς καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκοντες ζήσατε, προσέχοντες ἑαυτοῖς, καὶ μνημονεύοντες ὧν ἠκούσατε παρ' ἐμοῦ παραινέσεων. Καὶ μηδεμία ἔστω ὑμῖν κοινωνία πρὸς τοὺς σχισματικοὺς, μήθ' ὅλως πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς Ἀρειανούς. Οἴδατε γὰρ

A involvere, nec tamen sub terram occultare; sed lectulis superponere, 690 et apud sese intus servare: rati id vita functis esse honori. Antonius autem plerumque rogarat episcopos, ut ea de re populos monerent: similiterque laicos pudore afficiebat, mulieresque objurgabat, aiens nec legitimum nec sanctum illud esse. Nam patriarcharum et prophetarum corpora hactenus in monumentis servantur: ipsumque Domini corpus in monumento fuit depositum [22], impositusque ipsi lapis quo operiretur [23], donec tertia die resurgeret. Hisque verbis demonstrabat prævaricari eum, qui defunctorum corpora non absconderet, quamvis sancta essent. Quid majus enim et sanctius corpore Dominico? Quibus auditis, multi deinceps sub terra B occultarunt, et Domino egere gratias, quod tam probe edocti essent.

91. Ille vero hujuscemodi consuetudinis gnarus, metuensque ne suo corpori idipsum præstarent, salutatis monachis qui in exteriore erant monte, ingressusque in interiorem montem, ubi manere solitus erat, post menses paucos in morbum incidit: vocatisque iis qui secum erant (duobus scilicet, qui intus remanserant, per quindecim annos asceticam agentes, atque ob senectutem illi ministrantes), ait illis: Equidem, ut scriptum est [24], viam ingredior Patrum; video enim a Domino me vocari. Vos autem vigilate, ac diutissimæ exercitationis vestræ fructum ne perditote: sed quasi jam ejus initium poneretis, curate vestram retinere alacritatem. Nostis insidiatores dæmones, quam sint truces quidem, sed viribus imbecilli. Ne itaque timete illos: sed Christum semper respirate, ipsique credite: ac velut quotidie morituri vivite: vobisque ipsis attendite, memores mearum quas audistis præceptionum. Nulla vobis sit communicatio cum schismaticis, aut prorsus cum hæreticis Arianis. Nostis enim qui illos ego confutarem, ob suam

VERSIO EVAGRII.

lectulos domi posita reservare. Hunc honorem quiescentibus reddi, inveteratæ consuetudinis vanitas tradidit. De hoc Antonius sæpe et episcopos deprecatus est, ut populos ecclesiastica contestatione corrigerent; et laicos viros ac mulieres rigidius ipse convenit, dicens: Nec legitimum hoc esse, nec Deo placitum; quippe cum patriarcharum et prophetarum sepulcra, quæ ad nos usque perdurant, hæc facta convincerent. Dominici quoque corporis exemplum oportere intueri jubebat, quod in sepulcro positum, lapide, usque ad resurrectionis diem tertium, clausum fuerit. Atque his modis vitium circa defunctos Ægypti, etiamsi sancta essent corpora, coarguebat, dicens: Quid majus aut sanctius corpore potest esse Dominico, quod juxta consuetudinem gentium cæterarum humo conditum est? (13) Hæc justa persuasio multorum insitum evellit errorem, et repositis in terra cadaveribus, Domino gratias pro bono magisterio retulerunt.

91. Metuens ergo consuetudinem supradictam, ne eodem etiam circa se laberentur errore, celeriter valedicens monachis, qui confluxerant, ad amicum virtutis habitaculum repedavit. Post menses autem paucos, cum mediocre (14) incommodum senilia membra turbasset, vocatis ad se duobus fratribus, quos ibidem ante quindecim annos modico intervallo sejunctos instituebat (15), quique etiam ei jam seni cœperant ministrare, ait: Ego quidem, filioli, secundum eloquia Scripturarum, Patrum gradior viam: jam enim Dominus me invitat, jam cupio videre cœlestia. Sed vos, o viscera mea, admoneo, ne tanti temporis laborem repente perdatis. Hodie vos religiosum studium arripuisse arbitramini, et quasi cœptæ voluntati fortitudo succrescat. Varias dæmonum nostis insidias: vidistis eorum et impetus feroces et vires effeminatas. Jesum suspirate, et credulitatem nominis ejus vestris figite mentibus, et a certa fide

[22] Joan. XIX, 41. [23] Matth. XXVII, 60. [24] Josue XXIII, 14.

(12) Ita quidam manuscripti. Editi, ἔνδοθεν.

(13) Sic manuscripti. Editi vero, *conditum esse scimus.*

(14) Ita manuscripti. In editis, *non mediocre.*

(15) Maxima pars manuscriptorum, *instituebat.* Editi vero, *instituerat.*

Digitized by Google

Christo adversariam atque a vera doctrina alienam hæresim. Id curate, ut in **691** primis vos Domino, dehinc sanctis adjungatis : ut post mortem vos in æterna tabernacula, quasi amicos notosque sibi recipiant. Hæc cogitetis, hæc sentiatis : et si qua mei vobis cura sit, et mei tanquam patris recordamini, corpus meum in Ægyptum transferri ne patiamini, ne in domibus deponant : hac quippe de causa in montem me contuli, atque huc recessi. Scitis quantum eos semper objurgavi qui hæc agerent, præcepique ut ejus consuetudinis finem facerent. Meum itaque corpus humate, terraque contegite : meusque hic sermo apud vos custodiatur, ut nemo, vobis exceptis, locum sciat. Ego quippe in resurrectione mortuorum incorruptum ipsum a Salvatore recepturus sum. Mea dividite vestimenta, Athanasioque episcopo melotem date unam, palliumque quo obvolvebar, quod novum ab ipso cum acceperim, jam detritum apud me est : alteram melotem Serapioni tradite episcopo : vos habete cilicinum indumentum. Quod reliquum est, salvete, filii : Antonius quippe hinc migrat, nec ultra vobiscum erit.

A πῶς κἀγὼ τούτους ἐξετρεπόμην διὰ τὴν χριστομάχον αὐτῶν καὶ ἑτερόδοξον αἵρεσιν. Σπουδάσατε δὲ μᾶλλον καὶ ὑμεῖς ἀεὶ συνάπτειν ἑαυτοὺς, προηγουμένως μὲν τῷ Κυρίῳ, ἔπειτα δὲ τοῖς ἁγίοις· ἵνα μετὰ θάνατον ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνὰς, ὡς φίλους καὶ γνωρίμους, δέξωνται καὶ αὐτοί. Ταῦτα λογίζεσθε, ταῦτα φρονεῖτε· καὶ εἰ μέλει ὑμῖν περὶ ἐμοῦ, καὶ μνημονεύετε ὡς περὶ πατρὸς, μὴ ἀφεῖτέ τινας τὸ σῶμά μου λαβεῖν εἰς Αἴγυπτον, μήπως ἐν τοῖς οἴκοις ἀπόθωνται· τούτου γὰρ χάριν εἰσῆλθον εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἦλθον ὧδε. Οἴδατε δὲ καὶ πῶς ἀεὶ ἐνέτρεπον τοὺς τοῦτο ποιοῦντας, καὶ παρήγγελλον παύσασθαι τῆς τοιαύτης συνηθείας. Θάψατε οὖν τὸ ἡμέτερον ὑμεῖς, καὶ ὑπὸ γῆν κρύψατε· καὶ ἔστω τὸ παρ' ἐμοῦ ῥῆμα φυλαττόμενον παρ' ὑμῖν, ὥστε μηB δένα γινώσκειν τὸν τόπον, πλὴν ὑμῶν μόνων. Ἐγὼ γὰρ ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν ἀπολήψομαι παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἄφθαρτον αὐτό. Διέλετε δέ μου τὰ ἐνδύματα· καὶ Ἀθανασίῳ μὲν τῷ ἐπισκόπῳ δότε τὴν μίαν μηλωτὴν, καὶ ὃ ὑπεστρωννυόμην ἱμάτιον, ὅπερ αὐτὸς μέν μοι καινὸν δέδωκε, παρ' ἐμοὶ δὲ πεπαλαίωται· καὶ Σαραπίωνι δὲ (16) τῷ ἐπισκόπῳ δότε τὴν ἑτέραν μηλωτήν· καὶ ὑμεῖς ἔχετε τὸ τρίχινον ἔνδυμα. Καὶ λοιπὸν σώζεσθε, τέκνα· ὁ γὰρ Ἀντώνιος μεταβαίνει, καὶ οὐκ ἔτι μεθ' ὑμῶν ἐστι.

92. His ille dictis, postquam ipsum osculati sunt, erectis pedibus, ac quasi amicos se adeuntes contemplatus, eorumque causa lætus, nam dum decumberet hilari erat vultu, exspiravit, et appositus est ad patres suos. Illi, quemadmodum mandarat ipsis, condito et involuto corpore, illud terra contexere, nemoque hactenus novit ubinam lateat, illis C duobus exceptis. Qui autem accepere beati Antonii utramque melotem, et detritum ab eo pallium, quasi res magni pretii ambo illa custodiunt, atque

92. Ταῦτα εἰπὼν, καὶ ἀσπασαμένων ἐκείνων αὐτὸν, ἐξάρας τοὺς πόδας, καὶ ὥσπερ φίλους ὁρῶν τοὺς ἐλθόντας ἐπ' αὐτὸν, καὶ δι' αὐτοὺς περιχαρὴς γενόμενος, ἐφαίνετο γὰρ ἀνακείμενος ἱλαρῷ τῷ προσώπῳ, ἐξέλιπε, καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας. Κἀκεῖνοι λοιπὸν, καθὰ δέδωκεν αὐτοῖς ἐντολὰς, θάψαντες καὶ εἰλίξαντες, ἔκρυψαν ὑπὸ γῆν αὐτοῦ τὸ σῶμα, καὶ οὐδεὶς οἶδε τέως, ποῦ κέκρυπται, πλὴν μόνων αὐτῶν τῶν δύο. Καὶ τῶν λαβόντων δὲ ἕκαστος (17) τὴν μηλωτὴν τοῦ μακαρίου Ἀντωνίου, καὶ τὸ τετριμ-

VERSIO EVAGRII.

universi dæmones fugabuntur. Mementote etiam admonitionum mearum et incertæ conditionis vitam quotidie ancipitem retractate, et cœleste vobis præmium sine cunctamine tribuetur. Schismaticorum quoque et hæreticorum venena vitate : meumque circa eos odium sectamini, quia Christi sunt inimici. Scitis ipsi, quod nullus mihi nec pacificus quidem sermo cum eis aliquando fuerit, propter pravam eorum voluntatem, et pertinax contra Christum bellum. In hoc autem magis estote solliciti, ut Domini præcepta servetis, ut post mortem vestram sancti quique, quasi amicos et notos, in æterna vos recipiant tabernacula. Hæc cogitate, hæc sapite, hæc retexite : et si qua mei vobis cura, si qua patris memoria est, si mihi vicarium repræstatis affectum, nullus ad Ægyptum meas perferat reliquias, ne vano corpus honore servetur, ne vituperati, ut nostis, a me ritus, etiam circa me serventur obsequia : hujus enim rei gratia maxime huc sum regressus. Vos igitur humo tegite, vos Patris operite corpusculum, et illud quoque senis vestri custodite mandatum : ut nemo præter vestram dilectionem locum tumuli mei noverit. Confido in Domino, quia necessario resurrectionis tempore hoc corpusculum resurget (18) incorruptum. Vestimentorum autem meorum sit ista divisio : melotem et pallium tritum, cui superjacco, Athanasio episcopo date, quod mihi novum ipse detulerat : Serapion episcopus aliam accipiat melotem : vos cilicinum habetote vestimentum, et valete, viscera mea : Antonius enim migrat, et jam non erit in præsenti sæculo vobiscum.

92. Verba finierat, et osculantibus se discipulis, extendens paululum pedes, mortem lætus aspexit : ita ut ex hilaritate vultus ejus, angelorum sanctorum, qui ad perferendam animam ejus descenderant, præsentia nosceretur. Hos intuens, tanquam amicos videret, animam exhalavit, et additus est Patribus secundum ordinem Scripturarum. Servaverunt mandata discipuli, involutum (ut præceperat) corpus humo operientes : et nemo interim usque ad hanc diem, præter eos, ubi sit conditum (19), novit. Legatarius autem Antonii benedicti, qui tritum pallium cum melote imperio ejus meruerat accipere, Anto-

(16) Ita mss. pene omnes. In editis δέ deest. Infra al., τρύχινον, alii τρύχιον habent.

(17) Sic manuscripti omnes. Editi, δύο ἐκείνων, λαβὼν δὲ ἕκαστος.

(18) Omnes manuscripti, *resiliet.*

(19) Manuscripti quidam, *conditus.*

Digitized by Google

μένον παρ' αὐτοῦ ἱμάτιον, ὡς τι μέγα χρῆμα φυλάττει. Καὶ γὰρ καὶ βλέπων αὐτὰ (20), ὡς Ἀντωνίου ἐστι θεωρῶν· καὶ περιβαλλόμενος δὲ αὐτὰ, ὡς τὰς νουθεσίας αὐτοῦ βαστάζων ἐστὶ μετὰ χαρᾶς.

A in illis Antonium conspiciunt : iis quoque amicti, se Antonii monita cum gaudio gestare videntur.

93. Τοῦτο τῆς ἐν σώματι ζωῆς Ἀντωνίου τὸ τέλος, κἀκείνη τῆς ἀσκήσεως ἀρχή. Καὶ εἰ καὶ μικρὰ ταῦτα πρὸς τὴν ἀρετὴν ἐκείνου, ἀλλ' ἀπὸ τούτων λογίζεσθε καὶ ὑμεῖς, ὁποῖος ἦν ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος Ἀντώνιος, ὁ ἐκ νεωτέρου μέχρι τῆς τοσαύτης ἡλικίας ἴσην τηρήσας τὴν προθυμίαν τῆς ἀσκήσεως· καὶ μήτε διὰ τὸ γῆρας ἠττηθεὶς πολυτελείᾳ τροφῆς, μήτε δι' ἀτονίαν τοῦ ἑαυτοῦ σώματος ἀλλάξας τὸ σχῆμα τοῦ ἐνδύματος, ἢ νιψάμενος κἂν τοὺς πόδας ὕδατι· καὶ ὅμως ἐν πᾶσι διέμεινεν ἀβλαβής. Καὶ γὰρ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀσινεῖς καὶ ὁλοκλήρους εἶχε, βλέπων καλῶς· καὶ τῶν ὀδόντων οὐδὲ εἷς ἐξέπεσεν αὐτοῦ· μόνον δὲ ὑπὸ τὰ οὖλα τετριμμένοι ἐγεγόνεισαν, διὰ τὴν πολλὴν ἡλικίαν τοῦ γέροντος. Καὶ τοῖς ποσὶ δὲ καὶ ταῖς χερσὶν ὑγιὴς διέμεινε, καὶ ὅλως πάντων τῶν ποικίλη τροφῇ καὶ λουτροῖς καὶ διαφόροις ἐνδύμασι χρωμένων φαιδρότερος μᾶλλον αὐτὸς ἐφαίνετο, καὶ πρὸς ἰσχὺν προθυμότερος. Καὶ τὸ πανταχοῦ δὲ τοῦτον διαβεβοῆσθαι, καὶ θαυμάζεσθαι μὲν παρὰ πάντων, ποθεῖσθαι δὲ καὶ παρὰ τῶν μὴ ἑωρακότων αὐτὸν, τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς θεοφιλοῦς αὐτοῦ ψυχῆς ἐστι γνώρισμα. Οὐ γὰρ ἐκ συγγραμμάτων, οὐδὲ ἐκ τῆς ἔξωθεν σοφίας, οὐδὲ διά τινα τέχνην, διὰ δὲ μόνην θεοσέβειαν ὁ Ἀντώνιος ἐγνωρίσθη. Τοῦτο δὲ ὡς Θεοῦ δῶρον οὐκ ἄν τις ἀρνήσαιτο. Πόθεν γὰρ εἰς τὰς Σπανίας (21) καὶ εἰς τὰς Γαλλίας, πῶς εἰς τὴν Ῥώμην καὶ τὴν Ἀφρικὴν, ἐν ὄρει κεκρυμμένος καὶ καθήμενος ἠκούσθη, εἰ μὴ ὁ Θεὸς ἦν, ὁ παντα-χοῦ τοὺς ἑαυτοῦ γνωρίζων ἀνθρώπους, ὁ καὶ Ἀντωνίῳ τοῦτο κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐπαγγειλάμενος; Κἂν γὰρ αὐτοὶ κεκρυμμένως πράττωσι, κἂν λανθάνειν ἐθέλωσιν· ἀλλ' ὁ Κύριος αὐτοὺς ὡς λύχνους δείκνυσι πᾶσιν, ἵνα καὶ οὕτως οἱ ἀκούοντες γινώσκωσι δυνατὰς εἶναι τὰς ἐντολὰς εἰς τὸ κατορθοῦν, καὶ ζῆλον τῆς ἐπ' ἀρετὴν ὁδοῦ λαμβάνωσι.

93. Hic vitæ Antonii in corpore exitus, illud asceseos illius exordium fuit. Hæc etsi breviora sint, quam illius virtuti par sit, sed ex iis æstimate cujusmodi fuerit homo Dei Antonius, qui ab adolescentia ad tam grandem ætatem, æquali servato **692** ad asceticam studio, nec ob senectutem lautioris cibi desiderio victus, nec ob corporis infirmitatem mutata habitus forma, nec ablutis aqua pedibus : nihilominus omnino incolumis perduravit. Illæsos quippe oculos atque integros habuit, ita ut recte videret : dentiumque illi ne unus quidem B excidit, solummodo prope gingivas attriti erant ob grandem senis ætatem. Pedibus autem manibusque sanus omnino permansit, et sane omnibus, qui variis cibis, lotionibus, variisque vestibus uterentur, vegetior apparebat, atque omnino robustior. Quod autem ubique fama ejus pervagata fuerit, quod omnibus admirationi, iisque etiam qui nunquam hominem vidissent desiderio fuerit : id sane illius virtutis animæque Deo charæ argumentum est. Nequaquam enim scriptis suis, non gentili sapientia, non aliqua arte, sed sola erga Deum pietate celebris fuit Antonius. Quod sane donum esse Dei nemo eat inficias. Unde enim in Hispanias, in Gallias, Romam, in Africam, in monte latentis degentisque viri fama delata fuerit, nisi Deus suos C ubique terrarum claros notosque redderet, qui idipsum Antonio sub initium pollicitus est? Etsi enim illi occulte degunt, cupiuntque latere, attamen illos Dominus quasi lucernas omnibus exhibet : ut his auditis alii compertum habeant, sufficere præcepta Dei ad res præclare gerendas, et studio ad pietatis iter instituendum inflammentur.

94. Ταῦτα τοίνυν τοῖς μὲν ἄλλοις ἀδελφοῖς ἀνάγνωτε, ἵνα μάθωσιν ὁποῖος ὀφείλει τῶν μοναχῶν ὁ

94. Hæc itaque aliis legitote fratribus, ut ediscant cujusmodi debeat esse monachorum vita ac per-

VERSIO EVAGRII.

nium in Antonii muneribus amplectitur : et tanquam magna hæreditate ditatus, lætanter per vestimentum recordatur imaginem sanctitatis.

93. Hic Antonii vitæ terminus fuit, ista principia meritorum : quæ licet parciori, ut prædixi, sermone narraverim, tamen ex his potestis advertere qualiter homo Dei a pueritia ad senectam usque pervenerit : et quod omni semper dubitatione calcata, nec languori, nec longævæ quidquam ætati aliquando concesserit. Magis autem æqualitatem propositi tenens, nec vestimentum mutavit, nec pedes lavit, nec escam sectatus est molliorem : oculorum quoque aciem, et numerum dentium, licet paululum ob ætatem viderentur attriti, necnon et pedum incessum, totius etiam corporis firmitatem, ita contra jura naturæ meritorum gratia custodivit, ut lautorum corporum, quæ balneis atque deliciis confoventur, hilarior ejus caro videretur. Hoc etiam, fratres, quod per omnes provincias amor ejus famaque volitavit, quem nec librorum disseminatorum oratio luculenta, nec mundanæ sapientiæ disputatio, nec nobilitas generis, nec opum infinita congestio commendavit, cui omnium ore est ascribendum, nisi Christo, cujus hoc donum est? Qui devotos ejus animos erga suam prævidens majestatem, hominem alio pene orbe celatum, et inter tantas positum solitudines, Africæ, Hispaniæ, Galliæ, Italiæ, Illyrico, ipsi etiam, quæ urbium caput est, Romæ, ut in exordio promiserat, demonstravit. Creatoris est ista benignitas, qui famulos suos, licet nolentes, nobilitare consuevit, ut virtus possibilis nec extra humanam esse naturam sanctorum doceatur exemplis, et ad beatæ vitæ imitationem ex fructu laboris optimus quisque impellatur.

94. Hunc itaque fratribus librum magnopere legere (22) curate : ut agnita fideli vita sublimium Chri-

(20) Post βλέπων legebatur τις in editis ; sed deest in multis manuscriptis. Regius secundus solus hæc in plurali βλέποντες αὐτά, et cætera similiter.

(21) Colbertinus secundus, Ἱσπανίας.

(22) Sic mss. Editi vero, *perlegere*. Infra, *Christianorum* deest in multis manuscriptis.

Digitized by Google

suasum habeant Dominum et Salvatorem nostrum Jesum Christum, eos qui sibi gloriam tribuerint gloria donaturum : eosque qui ad finem usque ipsi serviunt, non solum in regnum cœlorum deducturum, sed hic quoque tametsi lateant, secessumque properent, claros, celebresque, cum virtutis propriæ, tum alienæ utilitatis gratia effecturum. Quod si ex usu id esse possit, ipsis ethnicis legitote : ut hoc saltem modo noscant Dominum nostrum Jesum Christum, non modo Deum Deique Filium esse ; imo Christianos qui ipsum colunt, pieque in illum credunt, dæmones, quos Græci putant esse deos, non tantum deos non esse coarguere, sed etiam calcare atque pellere, quasi deceptores hominumque corruptores, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A βίος εἶναι, καὶ πεισθῶσιν, ὅτι ὁ Κύριος καὶ Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοὺς δοξάζοντας αὐτὸν δοξάζει, καὶ τοὺς δουλεύοντας αὐτῷ μέχρι τέλους οὐ μόνον εἰς τὴν βασιλείαν ἄγει τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα κρυπτομένους, καὶ σπουδάζοντας ἀναχωρεῖν, φανεροὺς καὶ διαβοήτους διά τε τὴν ἀρετὴν αὐτῶν καὶ τὴν τῶν ἄλλων ὠφέλειαν πανταχοῦ ποιεῖ. Ἐὰν δὲ χρεία γένηται, καὶ τοῖς ἐθνικοῖς ἀνάγνωτε· ἵνα κἂν οὕτως ἐπιγνῶσιν, ὅτι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς οὐ μόνον ἐστὶ Θεὸς καὶ τοῦ Θεοῦ Υἱός· ἀλλ' ὅτι καὶ οἱ τούτῳ γνησίως λατρεύοντες, καὶ πιστεύοντες εἰς αὐτὸν εὐσεβῶς, τοὺς δαίμονας, οὓς αὐτοὶ οἱ Ἕλληνες νομίζουσιν εἶναι θεούς, τούτους οἱ Χριστιανοὶ ἐλέγχουσιν, οὐ μόνον μὴ εἶναι θεούς, ἀλλὰ καὶ πατοῦσι καὶ διώκουσιν, ὡς πλάνους καὶ φθορέας τῶν B ἀνθρώπων τυγχάνοντας, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

VERSIO EVAGRII.

ΚΑΙ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΚΑΤΑ ΑΡΙΑΝΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΝ ΤΗ ΑΦΡΙΚΗ ΤΙΜΙΩΤΑΤΟΥΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΣ (6).

—

EPISTOLA EPISCOPORUM ÆGYPTI ET LIBYÆ NONAGINTA

NECNON B. ATHANASII

CONTRA ARIANOS, AD HONORATISSIMOS IN AFRICA EPISCOPOS.

—

712 1. Ἱκανὰ μὲν τὰ γραφέντα παρά τε τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Δαμάσου, τοῦ ἐπισκόπου τῆς μεγάλης Ῥώμης, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τοσούτων (7) συνελθόντων ἐπισκόπων· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τὰ τῶν ἄλλων γενομένων συνόδων ἔν τε τῇ Γαλλίᾳ καὶ τῇ Ἰταλίᾳ περὶ τῆς ὑγιαινούσης (8) πίστεως, ἣν ὁ μὲν Χριστὸς ἐχαρίσατο, οἱ δὲ ἀπόστολοι ἐκήρυξαν, καὶ οἱ Πατέρες παραδεδώκασιν οἱ ἐν τῇ Νικαίᾳ συνελθόντες ἀπὸ πάσης τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης. Τοσαύτη (9) γὰρ γέγονε τότε σπουδὴ διὰ τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν, ἵνα οἱ μὲν πεπτωκότες εἰς αὐτὴν ἀνασπασθῶσιν, οἱ δὲ ἐφευρόντες ἔκδηλοι γένωνται (10). Ταύτῃ γοῦν καὶ πάλαι πᾶσα ἡ οἰκουμένη συμπεφώνηκε (11), καὶ νῦν δὲ πολλῶν συνόδων γενομένων, ὑπομνησθέντες πάντες οἵ τε κατὰ τὴν Δαλματίαν (12), καὶ Δαρδανίαν, καὶ Μακεδονίαν, Ἠπείρους τε καὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ Κρήτην, καὶ τὰς ἄλλας νήσους, Σικελίαν τε καὶ Κύπρον, καὶ Παμφυλίαν (13), Λυκίαν τε καὶ Ἰσαυρίαν, καὶ πᾶσάν τε τὴν Αἴγυπτον καὶ τὰς Λιβύας, καὶ πλεῖστοι τῶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ ταύτην (14) ἐπέγνωσαν· καὶ ἐθαύμασάν τε τοὺς ὑπογράψαντας, ὅτι, εἴ καί τι περιελέλειπτο παρ' αὐτοῖς ἐκτῆς ῥίζης τῶν Ἀρειανῶν ἄνω φύουσα πικρία, Αὐξέντιόν φαμεν καὶ Οὐρσάκιον, καὶ Οὐάλεντα καὶ τοὺς τὰ αὐτὰ φρονοῦντας αὐτοῖς (15), διὰ τῶν γραμμάτων τούτων ἐξεκόπησαν καὶ ἀπελείφθησαν. Ἱκανὰ μὲν οὖν τὰ ἐν τῇ Νικαίᾳ ὁμολογηθέντα, καὶ αὐτάρκη, καθὰ προείπομεν, πρός τε ἀνατροπὴν πάσης ἀσεβοῦς αἱρέσεως, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ ὠφέλειαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς διδασκαλίας. Ἐπειδὴ δὲ ἠκούσαμεν, ὅτι τινὲς, βουλόμενοι (16) μάχεσθαι

A **712** 1. Satis quidem sunt quæ a dilecto et comministro nostro Damaso magnæ Romæ episcopo, et a tot episcopis una cum illo coactis, nec minus ea quæ ab aliis synodis in Gallia et in Italia celebratis, scripta sunt de sana et orthodoxa fide : quam Christus largitus est, apostoli prædicarunt, et quam tradidere Patres, qui ex universo orbe nostro Nicæam convenerunt. Ideo enim tanta sollicitudine de Ariana hæresi actum fuit, ut qui in eam lapsi essent, ab ea retraherentur, et ut noti forent auctores ejus. Huic igitur totus olim assensit orbis, et hoc tempore compluribus celebratis synodis, moniti omnes per Dalmatiam, Dardaniam, Macedoniam, Epiros, Græciam, Cretam, et alias insulas, Siciliam, Cyprum et Pamphyliam, Lyciam, Isauriam, universam Ægyptum, Libyas, et plerique ex Arabia, hanc comprobarunt : admiratique sunt eos qui subscripserant, quia scilicet si qua apud illos ex Arianorum radice residua erat sursum pullulans amaritudo, Auxentius nempe, Ursacius, Valens, et qui eamdem quam isti tuentur sententiam ; illi, inquam, ipsi per ea scripta abscissi rejectique fuerant. Sufficiunt itaque satisque sunt, uti supra diximus, Nicæna decreta, cum ad subversionem omnis impiæ hæreseos, tum ad tutelam utilitatemque ecclesiasticæ doctrinæ. Quia tamen audivimus nonnullos hujus oppugnandæ cupidos, quamdam synodum quasi Arimini celebratam in medium afferre, atque omnem movere lapidem, ut ea, potius quam Nicæna, obtineat ; necesse duximus vos litteris monere nostris, ut ne hujusmodi homines

B

(6) Scripta anno circiter 369. Titulus in Anglic., τοῦ αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἐν Ἀφρικῇ τιμιωτάτους ἐπισκόπους. Theodoretus vero, lib. I, cap. 8. et lib. II, cap. 23, *Histor. ecclesiast.*, vocat ἐπιστολὴν πρὸς Ἄφρους. In Regio deest, τιμιωτάτους ἐπισκόπους.

(7) Anglicanus, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ τοσούτων.

(8) Anglicanus, τῆς συνενούσης.

(9) Anglicanus, τοιαύτη.

(10) Anglicanus, εἰς αὐτὴν ἀναστῶσιν· οἱ δὲ ἐφευρόντες ἄδηλοι (sic) γένωνται.

(11) Anglicanus, πᾶσα μὲν ἡ οἰκουμένη συνεφώνησε. Mox idem, γινομένων.

C

(12) Anglicanus, οἱ κατὰ τὴν Δελματίαν, καὶ Δαρδανίαν, καὶ ἄλλας νήσους. Et ita legit Nannius.

(13) Ita Regius. Editi, Παμφιλίαν. In eodem, τε post πᾶσαν, deletum.

(14) Ita Regius. Editi vero et alii, ταῦτα, minus recte. Ibidem Anglicano, ἐθαύμασάν γε. Mox editi ante ὅτι, habent καί, quæ particula deest in Regio et Anglicano. Paulo post Anglicanus, τῶν Ἀρειανῶν ἀναφύουσα πικρίαν.

(15) Anglicanus, αὐτοῖς. Οὗτοι διὰ τῶν γραμμάτων.

(16) Anglicanus, βουλευόμενοι.

Digitized by Google

toleretis : nihil quippe aliud illud est, nisi nova Arianæ hæresis fruticatio. Nam qui synodum adversus hanc hæresin celebratam, Nicænam scilicet, repudiant, quid optant aliud, quam ut Arii sententia vim obtineat? Quid ergo dignum illis, nisi ut Ariani et ipsi nuncupentur, et eadem qua illi plectantur pœna? homines qui nec Deum timuerunt dicentem: *Ne transferas terminos æternos, quos posuerunt patres tui*[18]; et, *Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur*[19]· nec Patres quidquam reveriti sunt, qui anathemate percusserunt omnes qui suæ confessioni adversa sentirent.

2. Enimvero ideo œcumenica fuit Nicæna synodus, trecentis decem et octo coactis episcopis, ut de fide ageretur Arianæ impietatis causa; ne deinceps per partes seu provincias, fidei obtentu variæ celebrarentur synodi; imo si celebrari contingeret, ne prævalerent. Quid enim deest ipsi, ut nova quis requirat? Plena utique pietatis est ipsa, dilecti: totum illa replevit orbem. Hanc Indi, hanc quotquot apud barbaros alios Christiani sunt, agnoverunt. Vanus certe conatus eorum qui illam plerumque oppugnavere. Tales enim viri, jam decem, imo **713** plures synodos celebrarunt, mutataque in singulis sententia, quædam a prioribus detraxere : in sequentibus quædam immutarunt, alia addiderunt. Nihilque hactenus profuit ipsis quod scribant, scripta deleant, vim inferant : ignorantes illud, *Omnis plantatio quam non plantavit Pater cœlestis eradicabitur*[20]. Domini autem verbum per œcumenicam Nicænam synodum prolatum in æternum manet. Si enim numerum numero quis compararit, tanto plures sunt Nicæni illis peculiaribus, quanto totum est sua parte majus. Quod si quis internoscere velit quid causæ sit quod Nicæna synodus, quid quod tot aliæ sint celebratæ, is comperiet Nicænam quidem legitimam habere causam : alias autem odio, contentione, vi coactas esse. Illa enim ob Arianam hæresin, et ob Paschatis solemnitatem convocata fuit; quia Syri, Cilices et qui in Mesopotamia degunt, a nobis dissentiebant, et eodem quo Judæi tempore Pascha celebrabant. Sed gratia Domino, quod cum de fide, tum de sancta illa solemnitate omnium una mens fuerit. Et hæc quidem Nicænæ synodi causa; aliæ vero post illam innumeræ sane sunt, sed contra œcumenicam synodum institutæ.

πρὸς αὐτὴν, ὀνομάζειν ἐπιχειροῦσι σύνοδόν τινα ὡς ἐν Ἀριμήνῳ (17) γενομένην, καὶ φιλονεικοῦσι ταύτην μᾶλλον ἢ ἐκείνην κρατεῖν· ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα γράψαι καὶ ὑπομνῆσαι ὑμᾶς, ἵνα μὴ ἀνέχησθε τῶν τοιούτων· τοῦτο γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ πάλιν τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως παραφυάς. Οἱ γὰρ τὴν κατ' αὐτῆς σύνοδον γενομένην παραιτούμενοι (ἔστι δὲ ἡ ἐν Νικαίᾳ γενομένη), τί ἕτερον (18) βούλονται, ἢ τὰ Ἀρείου κρατεῖν; Τίνος οὖν ἄξιοι οἱ τοιοῦτοι ἢ Ἀρειανοὶ μὲν καλεῖσθαι, τῆς αὐτῆς δὲ ἐπιτιμίας ἐκείνοις μετασχεῖν; οἱ μήτε τὸν Θεὸν ἐφοβήθησαν λέγοντα· *Μὴ μέταιρε* (19) *ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου* (19)· καὶ, *Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα θανάτῳ τελευτάτω*· οἱ μήτε τοὺς Πατέρας ἠδέσθησαν, παραγγείλαντας ἀνάθεμα εἶναι τοὺς τὰ ἐναντία φρονοῦντας τῆς ὁμολογίας αὐτῶν (20).

2. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ οἰκουμενικὴ γέγονεν ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος, τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ συνελθόντων ἐπισκόπων περὶ τῆς πίστεως διὰ τὴν Ἀρειανὴν ἀσέβειαν· ἵνα μηκέτι κατὰ μέρος προφάσει (21) πίστεως γίνωνται· ἀλλὰ, κἂν γένωνται, μὴ κρατῶσι. Τί γὰρ ἐκείνῃ λείπει, ἵνα καινότερα ζητήσῃ τις; Πλήρης ἐστὶν εὐσεβείας, ἀγαπητοί· αὕτη πᾶσαν τὴν οἰκουμένην πεπλήρωκε. Ταύτην ἔγνωσαν καὶ Ἰνδοὶ, καὶ ὅσοι παρὰ τοῖς ἄλλοις βαρβάροις εἰσὶ Χριστιανοί. Οὐκοῦν μάταιος ὁ κάματος τοῖς κατ' αὐτῆς πολλάκις ἐπιχειρήσασιν. Ἤδη γὰρ οἱ τοιοῦτοι δέκα καὶ πλέον (22) που συνόδους πεποιήκασι, καθ' ἑκάστην μεταβαλλόμενοι, καὶ τὰ μὲν ἀπὸ τῶν πρώτων ἀφαιροῦντες, τὰ δὲ ταῖς μετὰ ταῦτα ἐναλλάσσοντες καὶ προστιθέντες. Καὶ ὤνησαν οὐδὲν μέχρι νῦν γράφοντες, ἐξαλείφοντες (23), βιαζόμενοι, οὐκ εἰδότες, ὅτι *Πᾶσα μὲν φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ Πατὴρ ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται*· τὸ δὲ ῥῆμα τοῦ Κυρίου τὸ διὰ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου ἐν τῇ Νικαίᾳ γενόμενον μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Ἂν τε γὰρ ἀριθμὸν ἀριθμῷ τις συμβάλῃ, πλείους οἱ ἐν Νικαίᾳ τῶν κατὰ μέρος εἰσὶν (24), ὅσον καὶ τὸ ὅλον πλεῖόν ἐστι τοῦ μέρους· ἂν τε τὸ αἴτιον τῆς ἐν Νικαίᾳ καὶ τῶν μετ' αὐτὴν τοσούτων γενομένων συνόδων παρὰ τούτων διαγνῶναι τις ἐθέλοι, εὕροι ἂν τὴν μὲν ἐν Νικαίᾳ ἔχουσαν τὸ αἴτιον εὔλογον, τὰς δὲ ἄλλας διὰ μῖσος καὶ φιλονεικίαν (25) ἐκ βίας συγκροτηθείσας. Ἡ μὲν γὰρ διὰ τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν καὶ διὰ τὸ Πάσχα συνήχθη· ἐπειδὴ οἱ κατὰ Συρίαν, καὶ Κιλικίαν, καὶ Μεσοποταμίαν διεφώνουν πρὸς ἡμᾶς, καὶ τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ ποιοῦσιν οἱ Ἰουδαῖοι, ἐποίουν καὶ αὐτοί. Ἀλλὰ χάρις τῷ Κυρίῳ, ὥσπερ περὶ τῆς πίστεως, οὕτω καὶ περὶ τῆς ἁγίας ἑορτῆς γέγονε συμφωνία. Καὶ τοῦτο ἦν τὸ αἴτιον τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου· αἱ δὲ μετὰ ταύτην ὑπὲρ ἀριθμὸν μὲν (26), κατὰ δὲ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου ἐπενοήθησαν.

[18] Prov. xxii, 28. [19] Exod. xxi, 17. [20] Matth. xv, 18.

(17) Regius, Ἀριμίνῳ. Alii cum editis, Ἀριμήνῳ. Mox Anglicanus, ὡς ὑπὸ Ἀρειανῶν γενομένην κρατεῖν· ἀναγκαῖον.

(18) Anglicanus, παραιτούμενοι, τί ἕτερον, omissis interpositis.

(19) Anglicanus, εἰρηκότα· Μὴ μέταιρε. Infra idem, τελευτάτω. Θῦτε τοὺς Πατέρας.

(20) Anglicanus, Αὐτῶν καὶ γὰρ καὶ ἡ οἰκουμενική. In Regio, ἡ deest, recte ut videtur.

(21) Anglicanus, προφάσεις.

(22) Anglicanus, πλεῖον.

(23) Anglicanus, καὶ ἐξαλείφοντες.

(24) Anglicanus, τις συμβάλοι πλείων ὁ ἐν Νικαίᾳ τῶν κατὰ μέρος ἐστίν. Infra idem, τῶν μετὰ ταύτην.

(25) Regius, φιλονεικίας. Mox in eodem, Ἀρειανὴν deest.

(26) Anglicanus, αἱ δὲ μετ' αὐτὴν ὑπὲρ Ἀρείου μέν, quem secutus est Nannius.

Digitized by Google

3. Τούτων δὲ οὕτω δεικνυμένων, τίς ἀποδέξεται τοὺς τὴν Ἀρίμηνον (27) ἢ ἄλλην σύνοδον παρὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ ὀνομάζοντας; ἢ τίς οὐκ ἂν μισήσειε τοὺς ἀθετοῦντας μὲν τὰ τῶν Πατέρων, τὰ δὲ νεώτερα ἐν τῇ Ἀριμήνῳ κατὰ φιλονεικίαν καὶ βίαν συντιθέντα (28) προκρίνοντας; Τίς δὲ τούτοις συνελθεῖν ἐθελήσοι τοῖς ἀνθρώποις, μηδὲ τὰ ἑαυτῶν ἀποδεχομένοις; Οἱ γὰρ ἐν τοῖς ἑαυτῶν δέκα που καὶ πλέον (29), καθὰ προείπαμεν, συνόδοις, ἄλλοτε ἄλλα γράφοντες, δῆλοί εἰσιν ἑκάστης αὐτοὶ κατήγοροι γινόμενοι. Πάσχουσι δέ τι τοιοῦτον, οἷον καὶ οἱ τότε τῶν Ἰουδαίων προδόται πεπόνθασιν· ὡς γὰρ ἐκεῖνοι, καταλείψαντες τὴν μόνην πηγὴν τοῦ ζῶντος ὕδατος, ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους (30), οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν, γέγραπται δὲ τοῦτο παρὰ τῷ προφήτῃ Ἱερεμίᾳ· οὕτως οὗτοι, μαχόμενοι πρὸς τὴν μίαν καὶ οἰκουμενικὴν (31) σύνοδον, ὤρυξαν ἑαυτοῖς συνόδους πολλάς· καὶ πᾶσαι κεναί, αἱ παρ' αὐτοῖς ὡς *δράγμα μὴ ἔχων ἰσχὺν* ἐφάνησαν. Μὴ τοίνυν ἀνεχώμεθα τῶν τὴν Ἀρίμηνον ἢ ἄλλην ὀνομαζόντων σύνοδον παρὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ γενομένην. Καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ οἱ τὴν Ἀρίμηνον ὀνομάζοντες ἐοίκασι μὴ εἰδέναι τὰ ἐν αὐτῇ πραχθέντα· ἢ γὰρ ἂν ἐσιώπησαν. Οἴδατε γάρ, ἀγαπητοί, μαθόντες καὶ ὑμεῖς παρὰ τῶν ἐλθόντων ἐξ ὑμῶν εἰς τὴν Ἀρίμηνον, ὡς Οὐρσάκιος καὶ Οὐάλης, Εὐδόξιος καὶ Αὐξέντιος, ἐκεῖ δὲ ἦν σὺν αὐτοῖς καὶ Δημόφιλος (32), καθηρέθησαν, θελήσαντες ἕτερα παρὰ τὰ ἐν Νικαίᾳ γράψειν· ὅτε καὶ ἀπαιτηθέντες ἀναθεματίσαι τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν, παρῃτήσαντο, καὶ μᾶλλον αὐτῆς ἤθελον εἶναι προστάται. Οἱ δέ γε ἐπίσκοποι, οἱ ἀληθῶς γνήσιοι δοῦλοι τοῦ Κυρίου καὶ (33) ὀρθῶς πιστεύοντες, ἦσαν δὲ ἐγγὺς διακόσιοι, ἔγραψαν ἀρκεῖσθαι τῇ ἐν Νικαίᾳ μόνῃ, καὶ μηδὲν πλέον ἢ ἔλαττον παρ' ἐκείνην ζητεῖν ἢ φρονεῖν. Ταῦτα καὶ Κωνσταντίῳ δεδηλώκασι, τῷ καὶ τὴν σύνοδον (34) κελεύσαντι γενέσθαι. Ἀλλ' οἱ ἐν τῇ Ἀριμήνῳ καθαιρεθέντες, ἀπελθόντες πρὸς Κωνστάντιον, πεποιήκασιν ὑβρισθῆναι μὲν (35), ἀπειλὰς δὲ γενέσθαι, μὴ ἀνακάμψειν εἰς τὰς ἰδίας παροικίας τοὺς κατ' αὐτῶν ἀποφηναμένους, βίαν τε παθεῖν ἐν τῇ Θράκῃ ἐν αὐτῷ τῷ χειμῶνι· ὥστε τῶν παρ' αὐτῶν καινοτομουμένων ἀνέχεσθαι.

3. His ita comprobatis, quis eos admittat, qui Ariminensem aut aliam synodum præter Nicænam in ore habent? aut quis eos non oderit, qui abjectis Patrum decretis, recentiora Arimini per vim et contentionem constituta, illis anteponunt? Quis autem cum iis convenire velit hominibus, qui ne sua quidem ipsi approbant? Nam qui in suis decem aut pluribus etiam synodis, uti ante diximus, modo illa, modo alia scripserunt, palam sane fecere se singulas earum incusare. Idem porro iis accidit, quod olim proditoribus illis Judæis: ut enim illi, derelicto unico aquæ viventis fonte, foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ aquam continere non valebunt, ut apud Jeremiam prophetam scriptum est [21]; sic et isti adversus unam et œcumenicam synodum decertantes, multas sibi synodos effoderunt: vacuæque omnes illæ fuere, quasi *manipulus infructuosus* [22]. Ne feramus igitur viros qui Ariminensem synodum, aut aliam memorant præter Nicænam. Nam illi ipsi, qui Ariminensem in ore habent, ignorare videntur ea quæ illic gesta sunt: alioqui de illa silerent. Scitis enim, dilecti, didicistisque ab iis qui e vestra provincia Arimînum se contulere, quomodo Ursacius, Valens, Eudoxius et Auxentius, quibuscum illic erat et Demophilus, cum præter illa quæ Nicææ constituta fuerant, alia quædam scribere vellent, depositi sunt(35*). Quando rogati, ut Arianam hæresin anathemate damnarent, re illi negata, maluerunt illius esse patroni. Episcopi contra qui sinceri erant servi Domini, et sana fide præditi, numero ferme ducenti, solam Nicænam synodum satis sibi esse scripserunt, et præter illam nec plus nec minus quærendum aut sentiendum esse. Hæc item Constantio significarunt, qui synodum celebrari jusserat. Verum qui Arimini depositi fuerant, Constantium adeuntes, **714** effecerunt ut indignissime acciperentur illi, minis quoque additis, non licitum fore illis qui contra se sententiam tulissent, ad proprias ecclesias remigrare, vimque ipsos in Thracia, illa ipsa hieme, perpessuros; ut eo pacto res a se innovatas illi tolerarent.

4. Εἴπερ οὖν τινες τὴν Ἀρίμηνον ὀνομάζουσι, δεικνύτωσαν πρῶτον τὴν καθαίρεσιν τῶν προειρημένων, καὶ ἅπερ ἔγραψαν οἱ ἐπίσκοποι, λέγοντες μηδὲν πλέον ζητεῖν τῶν ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν Πατέρων ὁμολογη-

4. Si qui ergo Ariminensem synodum proponunt, proferant primum eorum, quos memoravi, depositionem, atque episcoporum rescripta dicentium, præter ea, quæ a Patribus Nicææ declarata fuerant,

[21] Jerem. II, 13. [22] Ose. VIII, 7.

(27) Hæc habentur apud Theodoret. *Hist. eccl.*, lib. II, cap. 23, qui mox habet, Ἀρίμινον, et infra, Ἀριμίνῳ.

(28) Regius et Theodoretus, συντεθέντα. Editi vero et alii, συντιθέντα. Ibidem Regius, προκρίναντας. Infra Anglicanus, ἐθελήσει ἀνθρ., Theodoretus, ἐθελήσειεν ἀνθρ.

(29) Theodoretus, πλείω.

(30) Συντετριμμένους deest in Theodoreto.

(31) Anglicanus et Theodoretus, πρὸς τὴν οἰκουμενικήν. Regius, πρὸς τὴν μόνην καὶ οἰκουμενικήν. Editi vero et alii, πρὸς τὴν μίαν καὶ οἰκουμενικήν. Infra in Regio αἱ deest. Ibidem Regius prima manu habet δράχμα, secunda, δράγμα. Anglic., δρᾶγμα. Theodoretus, ὡς δράγματα μὴ ἔχοντα ἰσχύν. Hic locus viros torsit eruditos, qui non adverterunt locum in Osea propheta sic legi capite VIII, versu 7: δράγμα οὐκ ἔχον ἰσχὺν τοῦ ποιῆσαι ἄλευρον. Mox Theodoretus, ἐξεφάνησαν. Anglicanus in sequentibus sæpe, Ἀριαμήνων. Theodoretus, Ἀρίμινον, et Ἀριμίνῳ habet.

(32) Vide quæ de his diximus in *Vita Athanasii* ad annum 359.

(33) Ita Regius. In editis vero καὶ deest.

(34) Theodoretus, κελεύσαντι γεγενῆσθαι.

(35) Theodoretus, μὲν αὐτούς.

(35*) De his in *Vita Athanasii* ad annum 359.

Digitized by Google

nihil quærendum esse : nec aliam synodum, præter illam, memorandam. Sed hæc quidem dissimulant : ea vero, quæ in Thracia per vim gesta sunt, obtendunt : ex quibus conspicuum est, eos Arianæ quidem hæreseos histriones, a sana autem fide alienos esse. Quod si quis magnam illam synodum, cum istorum synodis mutuo conferre voluerit, illorum pietatem, istorum dementiam deprehendet. Qui Nicæam convenerunt nequaquam antea depositi fuerant, sed ex Patris substantia Filium esse confessi sunt. Isti autem semel atque iterum, imo tertio Arimini depositi, scribere ausi sunt, non dicendum esse, Deum habere substantiam aut hypostasin. Ex quibus animadvertere licet, fratres, Nicænos Patres Scripturas spirare, cum dicat ipse Deus in Exodo quidem : *Ego sum qui sum*[23] ; per Jeremiam vero : *Quis est in substantia ejus, et vidit verbum ejus?* et paulo post : *et si stetissent in hypostasi mea, et audissent verba mea*[24]. Hypostasis autem substantia est, neque aliam habet significationem, quam, hoc ipsum quod est : quod Jeremias vocat Ὕπαρξιν, seu exsistentiam dicens : *Et non audierunt vocem exsistentiæ meæ*[25]. Nam hypostasis et substantia, idipsum est quod Ὕπαρξις seu exsistentia. Est enim et exsistit. Hoc cum Paulus intelligeret, Hebræis scripsit : *Qui cum sit splendor gloriæ et figura hypostaseos ejus*[26]. Hi vero qui sese et Scripturarum periti putant et sapientes appellant, cum nolint hypostasin in Deo dicere (hoc enim Arimini, et in aliis suis synodis conscripserunt) qui non jure depositi sunt, cum et ipsi dicant, ut insipiens in corde suo, *non est Deus*[27] ? Rursum Patres Nicæni docuerunt, Filium et Verbum non esse creaturam aut rem factam, quod legissent : *Omnia per ipsum facta sunt*[28] ; et : *In illo omnia creata sunt et consistunt*[29]. Isti vero potius Ariani quam Christiani, in aliis suis synodis, ipsum creaturam dicere ausi sunt et unam ex rebus factis, quarum ipsum Verbum opifex est et conditor. Si enim per ipsum omnia facta sunt, et ipsum quoque creatura fuerit, ergo seipsum creaverit. Et quomodo potest quod creatur creare? aut qui creat qua ratione creatur ?

5. Verum ne sic quidem erubescunt, ea licet dicant, quæ sibi odium apud omnes concilient : neque Ariminensem synodum memorent, cum palam sit eos illic damnatos fuisse. Quod vero illam spectat Nicææ conscriptam sententiam, scilicet Filium esse Patri consubstantialem, cujus gratia

θέντων, μηδὲ ὀνομάζειν ἄλλην σύνοδον παρ' ἐκείνην. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν κρύπτουσι, τὰ δὲ ἐν τῇ Θρᾴκῃ κατὰ βίαν πραχθέντα προβάλλονται · ἐξ ὧν δείκνυνται, τῆς μὲν Ἀρειανῆς αἱρέσεως ὄντες (36) ὑποκριταὶ, ἀλλότριοι δὲ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως. Καὶ αὐτὴν δὲ τὴν μεγάλην σύνοδον, καὶ τὰς παρ' ἐκείνων ἄν τις ἐξετάζειν (37) ἐκ παραλλήλου θέλοι, εὕροι ἂν τῶν μὲν τὴν θεοσέβειαν, τῶν δὲ τὴν ἀλογίαν. Οἱ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες οὐ καθαιρεθέντες συνῆλθον, ἀλλὰ καὶ ὡμολόγησαν τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱόν · οὗτοι δὲ καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον καθαιρεθέντες, καὶ τρίτον ἐν αὐτῇ τῇ Ἀριμήνῳ, γράφειν ἐτόλμησαν, μὴ χρῆναι λέγειν οὐσίαν ἢ ὑπόστασιν ἔχειν τὸν Θεόν. Ἐκ δὴ τούτων σκοπεῖν ἔξεστιν, ἀδελφοὶ, ὡς οἱ μὲν ἐν Νικαίᾳ τῶν Γραφῶν (38) πνέουσι, λέγοντος αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ἐν μὲν τῇ Ἐξόδῳ · *Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν* · διὰ δὲ τοῦ Ἱερεμίου · *Τίς ἐστιν* (39) *ἐν ὑποστήματι αὐτοῦ, καὶ εἶδε τὸν λόγον αὐτοῦ ;* καὶ μετ' ὀλίγον · *Καὶ εἰ ἔστησαν ἐν τῇ ὑποστάσει μου, καὶ ἤκουσαν τῶν λόγων μου.* Ἡ δὲ ὑπόστασις οὐσία ἐστὶ, καὶ οὐδὲν ἄλλο σημαινόμενον ἔχει ἢ αὐτὸ τὸ ὄν · ὅπερ Ἱερεμίας Ὕπαρξιν ὀνομάζει λέγων · *Καὶ* (40) *οὐκ ἤκουσαν φωνὴν ὑπάρξεως.* Ἡ γὰρ ὑπόστασις καὶ ἡ οὐσία Ὕπαρξίς ἐστιν. Ἔστι γὰρ καὶ ὑπάρχει. Τοῦτο νοῶν καὶ ὁ Παῦλος, ἔγραψεν Ἑβραίοις · *Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ.* Οὗτοι δὲ οἱ δοκοῦντες εἰδέναι τὰς Γραφὰς, καὶ ὀνομάζοντες ἑαυτοὺς εἶναι σοφοὺς, μὴ θέλοντες ὑπόστασιν λέγειν ἐπὶ Θεοῦ (τοῦτο γὰρ ἔγραψαν ἐν τῇ Ἀριμήνῳ (41) καὶ ἐν ἄλλαις ἑαυτῶν συνόδοις), πῶς οὐ δικαίως καθῃρέθησαν, λέγοντες καὶ αὐτοὶ, ὡς ἄφρων ἐν καρδίᾳ, *Οὐκ ἔστι Θεός ;* Πάλιν τε οἱ Πατέρες ἐδίδαξαν ἐν τῇ Νικαίᾳ μὴ εἶναι κτίσμα ἢ ποίημα τὸν Υἱὸν Λόγον (42), ἀναγνόντες · *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο* · καὶ, *Ἐν αὐτῷ τὰ πάντα ἐκτίσθη καὶ συνέστηκεν.* Οὗτοι δὲ οἱ μᾶλλον Ἀρειανοὶ ἢ Χριστιανοὶ (43) ὄντες, ἐν ταῖς ἄλλαις ἑαυτῶν συνόδοις κτίσμα τετολμήκασιν εἰπεῖν αὐτὸν, καὶ ἕνα τῶν ποιημάτων, ὧν αὐτός ἐστιν ὁ Λόγος δημιουργὸς καὶ ποιητής. Εἰ γὰρ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα γέγονε, κτίσμα δέ ἐστι καὶ αὐτός · εἴη ἂν καὶ ἑαυτὸν κτίζων. Καὶ πῶς δύναται τὸ κτιζόμενον, κτίζειν ; ἢ πῶς ὁ κτίζων κτίζεται;

5. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως αἰσχύνονται, τοιαῦτα λέγοντες, ἐφ' οἷς μισητοὶ καὶ παρὰ πᾶσίν εἰσιν, ὀνομάζοντες μὲν ἁπλῶς Ἀρίμηνον, δεικνύμενοι δὲ καὶ (44) ἐν αὐτῇ καθαιρεθέντες. Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ἐν Νικαίᾳ γεγραμμένον, ὁμοούσιον εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, οὗ χάριν προσποιοῦνται μάχεσθαι πρὸς τὴν σύνοδον, καὶ

[23] Exod. III, 14. [24] Jerem. XXIII, 18, 22. [25] Jerem. IX, 10. [26] Hebr. I, 3. [27] Psal. XIII, 1. [28] Joan. I, 3. [29] Coloss. I, 16.

(36) Ὑποκριταὶ deest in Theodoreto et in Anglicano.

(37) Anglicanus, ἀντεξετάζειν. Mox Regius, ἐθέλοι. Mox Anglicanus, οἱ γὰρ ἐν Νικαίᾳ.

(38) Anglicanus, τὰ τῶν Γραφῶν. In aliis τά deest.

(39) Anglicanus, ἐν ὑποστήματι αὐτοῦ · καὶ μετ' ὀλίγα, et ita legit Nannius. Infra εἰ deest in Regio.

(40) Καὶ deest in Anglicano et apud Jerem.

(41) Anglicanus hic et infra, Ἀριαμηνῶν.

(42) Anglicanus, τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον.

(43) Regius, Χριστιανοὶ καὶ ἐν ταῖς. In Anglicano καὶ deest. Editi vero sic, Χριστιανοὶ ὄντες ἐν ταῖς. Infra Regius, τῶν ποιημάτων. Editi, τῶν πάντων.

(44) Sic Reg. Basil. Anglican. In editis vero καὶ deest. Mox Regius et Anglicanus, δὲ τό. Editi, δέ τε.

Digitized by Google

περιβομβοῦσιν, ὡς κώνωπες, πανταχοῦ περὶ τῆς λέξεως, ἢ ὡς ἀγνοοῦντες προσκόπτουσιν εἰς αὐτὸ, ὡς οἱ προσκόπτοντες (45) εἰς τὸν τεθέντα λίθον ἐν Σιὼν πρόσκομμα τος· ἢ γινώσκουσι μὲν, διὰ τοῦτο δὲ μάχονται καὶ συνεχῶς γογγύζουσιν, ὅτι κατὰ τῆς αἱρέσεώς ἐστιν αὐτῶν ἀληθῶς αὕτη καὶ ἀκριβὴς ἀπόφασις. Οὐ γὰρ αἱ λέξεις αὐτοὺς λυποῦσιν, ἀλλ' ἡ ἐν αὐτῇ γενομένη κατάκρισις αὐτῶν. Καὶ τούτων δὲ πάλιν αἴτιοι γεγόνασιν αὐτοὶ, καὶ εἰ τοῦτο κρύπτειν αὐτοὶ θέλουσι, καίτοι γινώσκοντες, ἀλλ' ἡμᾶς ἀκόλουθον εἰπεῖν· ἵνα καὶ ἐκ τούτων ἡ μετὰ ἀληθείας ἀκρίβεια τῆς μεγάλης συνόδου δειχθῇ. Τῶν γὰρ συνελθόντων ἐπισκόπων βουλομένων τὰς μὲν παρὰ τῶν Ἀρειανῶν (46) ἐφευρεθείσας τῆς ἀσεβείας λέξεις ἀνελεῖν· τὸ Ἐξ οὐκ ὄντων· καὶ τὸ λέγειν κτίσμα καὶ ποίημα τὸν Υἱόν· καὶ, Ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν· καὶ ὅτι τρεπτῆς ἐστι φύσεως· τὰς δὲ τῶν Γραφῶν ὁμολογουμένας γράψαι· ὅτι τε ἐκ τοῦ Θεοῦ τῇ φύσει (47) μονογενής ἐστιν ὁ Λόγος, δύναμις, σοφία μόνη τοῦ Πατρὸς, Θεὸς ἀληθινὸς, ὡς εἶπεν ὁ Ἰωάννης· καὶ ὡς ἔγραψεν ὁ Παῦλος, ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως· οἱ περὶ Εὐσέβιον, ὑπὸ τῆς ἰδίας κακοδοξίας ἑλκόμενοι, διελάλουν ἀλλήλοις· Συνθώμεθα· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐσμεν· εἷς γὰρ Θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ, *Τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα* (48) *καινά. Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ.* Ἐλογίζοντο δὲ καὶ τὸ ἐν τῷ *Ποιμένι* (49) γραφέν· *Πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι.* Ἀλλ' οἱ ἐπίσκοποι, θεωρήσαντες τὴν πανουργίαν (50) ἐκείνων, καὶ τὴν τῆς ἀσεβείας κακοτεχνίαν, λευκότερον εἰρήκασι τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔγραψαν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Υἱόν· ἵνα τὰ μὲν κτίσματα, διὰ τὸ μὴ ἀφ' ἑαυτῶν χωρὶς αἰτίου εἶναι, ἀλλὰ ἀρχὴν ἔχειν τοῦ γενέσθαι, λέγηται ἐκ τοῦ (51) Θεοῦ· ὁ δὲ Υἱὸς μόνος ἴδιος τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας· τοῦτο γὰρ ἴδιον μονογενοῦς καὶ ἀληθινοῦ Λόγου πρὸς Πατέρα (52). Καὶ περὶ μὲν τοῦ γεγρόφθαι ἐκ τῆς οὐσίας ἡ πρόφασις αὕτη. Πάλιν δὲ τῶν ἐπισκόπων ἐρωτώντων τοὺς δοκοῦντας ὀλίγους, εἴπερ λέγοιεν (53), τὸν Υἱὸν οὐ κτίσμα, ἀλλὰ δύναμιν, σοφίαν μόνην τοῦ Πατρὸς, καὶ εἰκόνα ἀΐδιον, ἀπαράλλακτον κατὰ πάντα τοῦ Πατρὸς, καὶ Θεὸν ἀληθινὸν, κατελήφθησαν (54) οἱ περὶ Εὐσέβιον διανεύοντες ἀλλήλοις, ὅτι καὶ ταῦτα φθάνει καὶ εἰς ἡμᾶς· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς καὶ εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ λεγόμεθα, καὶ περὶ ἡμῶν εἴρηται·

A simulant se cum Nicæna synodo pugnare, de qua velut culices circumquaque susurrant; in illam certe vel ignorantes impingunt, quemadmodum illi alii qui impingunt in lapidem scandali positum in Sion [30]; aut, licet illam probe norint, propterea decertant nec cessant obmurmurare, quod ea sit vera et accurata contra suam hæresin sententia. Non enim illi verba moleste ferunt, sed suam illic prolatam damnationem. Horumque rursus auctores illi sunt, tametsi rem sibi probe notam dissimulant, **715** quare par fuerit ut ipsi narremus; quo hinc accurata magnæ synodi diligentia ostendatur. Cum vellent enim episcopi congregati impias ab Arianis adinventas voces e medio tollere, nempe illud, ex non exstantibus: illud quoque quod aiunt, B creaturam et rem factam Filium esse: et illud, aliquando non erat: et, est naturæ mutabilis; atque Scripturarum voces omnium consensu receptas conscribere; nempe, ex Deo natura unigenitum esse Verbum, virtutem et sapientiam solam Patris, Deum verum, ut ait Joannes: et, ut scripsit Paulus, splendorem gloriæ, et figuram substantiæ Patris: Eusebiani propriis erroribus pertracti, mutuo colloquebantur: iis assentiamus, aiebant, nam nos quoque ex Deo sumus: unus enim *Deus ex quo omnia* [31]: et, *vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova. Omnia autem ex Deo* [32]. Cogitabant quoque illud in *Pastore* scriptum: *Ante omnia crede, unum esse Deum qui creavit et adornavit omnia, et fecit ea ex non exsistentibus exsistere.* Sed Episcopi, illorum C vafritiem, et pravum impietatis artificium conspicati, illud, ex Deo, liquidius explicarunt: Filiumque ex substantia Dei esse scripserunt; ita ut creaturæ quidem eo dicerentur ex Deo esse, quod non a seipsis absque causa exstitissent, sed initium exsistendi habuissent; Filius vero solus proprius substantiæ Patris haberetur: quod proprium est unigenito ac vero Verbo apud Patrem. Et hæc quidem causa fuit cur illud, ex substantia, scriptum sit. Rursum episcopis paucos istos interrogantibus, an dicerent Filium, non creaturam, sed virtutem, sapientiam solam Patris, æternam imaginem per omnia Patri similem, et Deum verum; deprehensi sunt Eusebiani sibi invicem annuere, quod hæc D etiam in nos homines caderent: etenim nos ipsi, imago et gloria Dei vocamur, deque nobis dictum est: *Semper enim nos qui vivimus* [33]. Virtutes quo-

[30] Rom. IX, 33. [31] I Cor. VIII, 6. [32] II Cor. V, 17, 18. [33] Psal. CXIII, 18.

(45) Regius, προσκοπτοντες. Editi vero, προσκόπτουσιν.

(46) Sic Reg. Anglic. et Theodoret., apud quem hic affertur locus. Editi, τῶν μὲν παρὰ τῶν Ἀρειανῶν, multis omissis. Infra Theodoretus, καὶ τὸ, Ἦν ποτε.

(47) Anglicanus et Theodoretus, τοῦ Θεοῦ ὁ Υἱὸς φύσει. Mox in Theodoreto ὁ ante Λόγος deest. Ibid. Anglican. Theodoret. et Reg. secunda manu, σοφία μὲν ἡ. Editi et Reg. prima manu, σοφία μόνη.

(48) Τὰ πάντα. om. Reg. Mox in eodem δέ deest.

(49) Lib. II, *Mandat.* 1.

(50) Theodor., τὴν κακουργίαν.

(51) Τοῦ deest in Anglicano.

(52) Theodor., Λόγου τοῦ Πατρός

(53) Anglican., εἰ λέγοιεν.

(54) Regius, κατελείφθησαν. Mox Theodoretus et Regius secunda manu, ἀλλήλους. Editi et Regius prima manu, ἀλλήλους. Infra, εἰκὼν deest in editis: sed legitur in omnibus mss. et in Theodor.

Digitized by Google

que multæ sunt : *Et egressa est omnis virtus Domini de terra Ægypti.* Eruca vero et locusta dicuntur virtutes magnæ [35]. Et, *Dominus virtutum nobiscum susceptor noster Deus Jacob* [36]. Imo vero quod Deo simus proprii accepimus, haud levi modo, sed quia fratres nos vocavit. Quod si Filium etiam verum Deum vocant, neque illud ægre ferimus : cum enim factus fuerit, verus exsistit.

6. Hæc corrupta mens Arianorum fuit. Verum episcopi, tum quoque intellecta eorum fraude, ex Scripturis has collegere voces, splendorem, fontem, fluvium et figuram substantiæ : illud item, *In lumine tuo videbimus lumen* [36] : et illud, *Ego et Pater unum sumus* [37]. Demum lucidius et compendiose scripserunt, consubstantialem esse Patri Filium : nam supra dicta omnia hanc habent significationem. Porro quod effutiunt illi, eas voces in Scriptura non esse, vanum ab ipsis commonstratur : cum ex non scriptis impietatem proferant : nusquam enim hæc scripta sunt : ex non exsistentibus, et illud : aliquando non erat : sese tamen, ex non scriptis licet pie excogitatis verbis, damnatos queruntur. Sed illi, utpote ex sterquilinio orti, vere de terra loquuntur ; episcopi vero nequaquam voces illas excogitarunt, sed Patrum testimonio freti, ita scripserunt. Siquidem prisci episcopi ante annos prope centum triginta, cum magnæ **716** Romæ (55), tum etiam nostræ urbis, scriptis suis eos culpaverunt qui Filium rem factam et Patri non consubstantialem dicerent. Cujus rei non ignarus Eusebius, Cæsareæ olim episcopus, qui cum prius Arianæ hæresi suffragaretur, postea Nicænæ synodo subscripsit ; in litteris ad suos missis hæc affirmavit (56) : « Ex antiquis quosdam eruditos clarosque episcopos, atque scriptores, scimus circa Patris et Filii divinitatem, consubstantialis nomine usos. »

7. Quid igitur adhuc Ariminensem memorant, in qua depositi sunt ? Quid Nicænam synodum recusant, cui etiam Patres sui subscripserunt, et confessi sunt, ex substantia, et consubstantialem esse Patri Filium ? quid circumcursant ? non enim cum Nicænis tantum episcopis, sed et cum aliis inter suos clarissimis et cum propriis tandem dimicant. Quorumnam igitur hæredes et successores sunt ? qui possunt eos vocare Patres, quorum confessionem

Ἀεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες. Καὶ δυνάμεις πολλαί εἰσι· *Καὶ ἐξῆλθε μὲν* (57) *πᾶσα ἡ δύναμις Κυρίου ἐκ γῆς Αἰγύπτου.* Ἡ δὲ κάμπη καὶ ἡ ἀκρὶς λέγεται δύναμις μεγάλη. Καὶ, *Κύριος τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, ἀντιλήπτωρ ἡμῶν ὁ Θεὸς Ἰακώβ.* Ἀλλὰ γὰρ τὸ (58) ἰδίους ἡμᾶς εἶναι τοῦ Θεοῦ ἔχομεν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀδελφοὺς ἡμᾶς ἐκάλεσεν. Εἰ δὲ καὶ Θεὸν ἀληθινὸν λέγουσι τὸν Υἱόν, οὐ λυπεῖ ἡμᾶς· γενόμενος γὰρ, ἀληθινός ἐστιν.

6. Αὕτη τῶν Ἀρειανῶν ἡ ἐφθαρμένη διάνοια. Ἀλλὰ καὶ (59) ἐνταῦθα οἱ ἐπίσκοποι, θεωρήσαντες ἐκείνων τὸ δόλιον, συνήγαγον ἐκ τῶν Γραφῶν τὸ ἀπαύγασμα, τήν τε πηγὴν καὶ τὸν ποταμὸν, καὶ τὸν χαρακτῆρα πρὸς τὴν ὑπόστασιν, καὶ τὸ, *Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα* (60) *φῶς·* καὶ τὸ, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν.* Καὶ λευκότερον λοιπὸν καὶ συντόμως ἔγραψαν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν· τὰ γὰρ προειρημένα πάντα ταύτην ἔχει τὴν σημασίαν. Καὶ ὁ γογγυσμὸς αὐτῶν, ὅτι ἄγραφοί εἰσιν αἱ λέξεις, ἐλέγχεται παρ' αὐτῶν μάταιος, ἐξ ἀγράφων (61) ἀσεβήσαντες· ἄγραφα δὲ τὸ, Ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὸ, Ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν· αἰτιῶνται, ὅτι ἐξ ἀγράφων μετ' εὐσεβείας νοουμένων λέξεων κατεκρίθησαν. Αὐτοὶ μὲν ὡς ἐκ κοπρίας ὄντες, ἐλάλησαν ἀληθῶς ἀπὸ γῆς· οἱ δὲ ἐπίσκοποι, οὐχ ἑαυτοῖς (62) εὑρόντες τὰς λέξεις, ἀλλ' ἐκ Πατέρων ἔχοντες τὴν μαρτυρίαν, οὕτως ἔγραψαν. Ἐπίσκοποι γὰρ ἀρχαῖοι πρὸ ἐτῶν ἐγγύς που ἑκατὸν τριάκοντα τῆς μεγάλης Ῥώμης καὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως γράφοντες ἠτιάσαντο (63) τοὺς ποίημα λέγοντας τὸν Υἱὸν καὶ μὴ ὁμοούσιον τῷ Πατρί· καὶ τοῦτο ἐγίνωσκεν Εὐσέβιος ὁ γενόμενος ἐπίσκοπος τῆς Καισαρείας, πρότερον μὲν συντρέχων τῇ Ἀρειανῇ αἱρέσει, ὕστερον δὲ ὑπογράψας ἐν αὐτῇ τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ, ἔγραψε τοῖς ἰδίοις διαβεβαιούμενος, ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν τινας λογίους καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγγραφέας, ἔγνωμεν ἐπὶ τῆς τοῦ (64) Πατρὸς καὶ Υἱοῦ θεότητος τῷ τοῦ ὁμοουσίου χρησαμένους ὀνόματι.

7. Τί οὖν ἔτι τὴν Ἀρίμηνον (65) ὀνομάζουσιν, ἐν ᾗ καθηρέθησαν; Τί παραιτοῦνται τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον, ἐν ᾗ καὶ οἱ Πατέρες αὐτῶν ὑπέγραψαν, καὶ ὡμολόγησαν ἐκ τῆς οὐσίας καὶ ὁμοούσιον εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί ; τί περιτρέχουσιν ; οὐ γὰρ πρὸς μόνους τοὺς ἐν Νικαίᾳ ἐπισκόπους (66) συνελθόντας, ἀλλὰ γὰρ καὶ πρὸς τοὺς ἑαυτῶν μεγάλους ἐπισκόπους, καὶ πρὸς τοὺς ἰδίους λοιπὸν μάχονται. Τίνων οὖν εἰσι κληρονόμοι καὶ διάδοχοι ; πῶς δύνανται λέγειν Πα-

[35] Joel II, 25. [36] Psal. XLV, 8. [36] Psal. XXXV, 10. [37] Joan. X, 30.

(55) Cum Dionysius Rom., anno 261 pontificatum inierit, haud multo plures 100 annis erant cum hæc Athanasius scriberet, a datis utriusque Dionysii litteris. Nam de Dionysiis hic loquitur. Vide supra p. 605.

(56) Hæc Eusebii verba vide supra p. 189.

(57) Μέν deest in Theodor. Mox idem, δύναμις τοῦ Θεοῦ.

(58) Anglicanus, Ἀλλὰ γὰρ καὶ τό. Theodor., Ἀλλὰ καὶ τό.

(59) In Anglic. καί deest.

(60) Sic pene omnes manuscripti. Editi vero, ὄψομαι. Paulo post Anglic., λοιπὸν ἐκεῖ ἔγραψαν.

(61) Theodoret., ἐξ ἀγράφων γάρ. Infra idem, διότι ἐξ ἀγράφων.

(62) Regius, ἑαυτούς male. Infra Theodoretus, Ἐπίσκοποι γὰρ ἦσαν ἀρχαῖοι male. Paulo post idem, τῆς τε μεγάλης.

(63) Theodoretus, οἳ ἠτιάσαντο, omisso γράφοντες, ut et Anglican.

(64) Theodor., εὕρομεν ἐπὶ τῆς τοῦ.

(65) Anglicanus, Ἀριμηνῶν hic et inferius, de more. Infra Regius, ἐν ᾗ καὶ ὁ πρες, sic.

(66) Ἐπισκόπους deest in Anglicano.

Digitized by Google

ετέρας τούτους, ὧν οὐκ ἀποδέχονται τὴν ὁμολογίαν τὴν καλῶς καὶ ἀποστολικῶς γραφεῖσαν; Ἐπεὶ, εἰ νομίζουσιν ἀντιλέγειν δύνασθαι, εἰπάτωσαν, μᾶλλον δὲ ἀποκρινάσθωσαν, ἵνα καὶ ἑαυτοῖς περιπίπτοντες ἐλεγχθῶσιν, εἰ πιστεύουσι λέγοντι τῷ Υἱῷ· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*· καὶ, *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα*; Ναὶ, εἴποιεν ἄν, ἐπειδὴ γέγραπται, πιστεύομεν. Ἀλλὰ καὶ Πῶς ἓν εἰσι, καὶ πῶς ὁ ἑωρακὼς τὸν Υἱὸν ἑώρακε καὶ (67) τὸν Πατέρα, ἐὰν ἐρωτηθῶσιν εἰπεῖν, πάντως που φήσουσι, Δι' ὁμοιότητα· εἰ μὴ τέλεον συμπεπτώκασι τοῖς ἀδελφὰ φρονοῦσιν αὐτοῖς, καὶ λεγομένοις Ἀνομοίοις. Ἀλλ' ἐὰν πάλιν ἐρωτηθῶσι, Πῶς ὅμοιος; ἀποθρασυνόμενοι φήσουσιν· Ἀρετῇ τελείᾳ καὶ συμφωνίᾳ τὸ αὐτὸ θέλειν τῷ Πατρὶ, καὶ μὴ θέλειν ὅπερ ὁ Πατὴρ οὐ θέλει. Ἀλλὰ μαθέτωσαν, ὅτι ἐξ ἀρετῆς καὶ τοῦ θέλειν ὁμοιούμενος τῷ Θεῷ, ἔχει μὲν καὶ τοῦ τρέπεσθαι (68) τὴν προαίρεσιν· οὐκ ἔστι δὲ οὕτως ὁ Λόγος, εἰ μὴ ἄρα ἐκ μέρους καὶ καθ' ἡμᾶς ὅμοιος, ὅτι μὴ καὶ κατ' οὐσίαν ὅμοιός ἐστι. Ταῦτα δὲ ἴδια ἡμῶν τῶν γενητῶν καὶ κτιστὴν ἐχόντων τὴν φύσιν. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς, καίτοι μὴ δυνάμενοι ὅμοιοι κατ' οὐσίαν τοῦ Θεοῦ γενέσθαι, ὅμως, ἐξ ἀρετῆς βελτιούμενοι, μιμούμεθα τὸν Θεὸν (69), χαρισαμένου καὶ τοῦτο τοῦ Κυρίου, καὶ λέγοντος· *Γίνεσθε οἰκτίρμονες, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστί. Γίνεσθε τέλειοι, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστι.* Τρεπτὰ δὲ τὰ γενητὰ, οὐκ ἄν τις ἀρνήσαιτο, ἀγγέλων μὲν παραβάντων, τοῦ δὲ Ἀδὰμ παρακούσαντος, καὶ πάντων δεομένων τῆς τοῦ Λόγου χάριτος. Τρεπτὸν δὲ ἀτρέπτου ὄντος τοῦ Θεοῦ οὐκ ἂν εἴη ὅμοιον· ὥσπερ οὐδὲ τὸ κτισθὲν τοῦ κτίσαντος. Διὰ τοῦτο περὶ μὲν ἡμῶν σκοπῶν ὁ ἅγιος ἔλεγεν· *Ὁ Θεὸς, τίς ὁμοιωθήσεταί σοι;* καὶ, *Τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε;* θεοὺς λέγων, τοὺς κτισθέντας μὲν, μετόχους δὲ γενομένους τοῦ Λόγου, ὡς αὐτὸς εἶπεν· *Εἰ ἐκείνους θεοὺς εἶπε, πρὸς οὓς ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο.* Τὰ δὲ μετέχοντα οὐκ ἂν εἴη τὰ (70) αὐτὰ οὐδὲ ὅμοια τοῦ μετεχομένου. Περὶ ἑαυτοῦ γοῦν ἔλεγεν· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*, ὡς τῶν γενητῶν μὴ ὄντων οὕτως. Ἐπεὶ ἀποκρινάσθωσαν οἱ τὴν Ἀρίμηνον προτείνοντες, εἰ κτιστὴ (71) οὐσία δύναται εἰπεῖν· *Ἃ βλέπω τὸν Πατέρα ποιοῦντα, ταῦτα κἀγὼ ποιῶ.* Ποιούμενα γάρ ἐστι τὰ γενητὰ, καὶ οὐ ποιοῦντα· εἰ (72) δὲ μή γε, καὶ ἑαυτὰ ἐποίησαν. Ἀμέλει εἰ, ὡς λέγουσι, κτίσμα ἐστὶν ὁ Υἱὸς, καὶ ποιεῖ αὐτὸν ὁ Πατὴρ, πάντως ἂν ἐποίησε καὶ ἑαυτὸν ὁ Υἱὸς, δυνάμενος ποιεῖν ἃ ποιεῖ ὁ Πατὴρ, ὡς εἶπεν αὐτός· ἀλλ' ἄτοπον καὶ λίαν ἀσύστατόν ἐστι τὸ τοιοῦτον· ποιεῖν γὰρ ἑαυτὸν οὐδεὶς δύναται.

8. Πάλιν δὲ εἰπάτωσαν, εἰ δύναται τὰ γενητὰ εἰπεῖν· *Πάντα, ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστιν;*

recte et apostolice scriptam non recipiunt? Quod si sese repugnare posse arbitrantur, dicant, aut potius respondeant, ut in sese impingentes coarguantur; num credant Filio dicenti: *Ego et Pater unum sumus*; et: *qui vidit me, vidit et Patrem*[38]. Imo, dicent, hoc quia scriptum est, credimus. Sed quomodonam unum sunt, et quomodo, qui vidit Filium vidit et Patrem; si sic interrogentur, respondebunt sane, Ob similitudinem: nisi cum iis collapsi sint qui affinem suæ sententiam tuentur, et vocantur Anomœi. Sed si rursum sciscitere, qua ratione similis? audacius dicent: Virtute perfecta et consensu, quod idipsum velit quod Pater, et quod nihil velit, nisi quod Pater. Sed discant eum qui ex virtute et voluntate Deo similis sit, mutandi sui arbitrium habere: atqui Verbum nequaquam est tale, nisi forte ex aliqua parte et nostro more, nedum secundum substantiam simile sit. Id enim proprium nobis est qui facti, et natura creata præditi sumus. Etenim nos, licet secundum substantiam Deo similes esse nequeamus, tamen in virtute proficientes, Deum imitamur, hoc donante Domino, qui ait: *Estote misericordes, sicut Pater vester misericors est*[39]. *Estote perfecti, sicut Pater vester cœlestis perfectus est*[40]. Opificia autem mutabilia esse, nemo negarit: cum et angeli prævaricati sint, et Adam non obedierit, et omnes egeant gratia Verbi. Mutabile autem immutabili Deo simile esse nunquam poterit: ut nec creatum creanti. Quapropter in nos respiciens sanctus ille dicebat: *Deus, quis similis erit tibi*[41]? et: *Quis similis tibi in diis, Domine*[42]? deos dicens illos qui creati quidem, sed participes Verbi sunt, quemadmodum ipse ait: *Si illos dixit deos, ad quos Verbum Dei factum est*[43]. Res autem quæ alicujus participes sunt, nunquam eædem aut similes ei fuerint cujus sunt participes. De seipso igitur dixit: *Ego et Pater unum sumus*, quod scilicet res factæ nunquam hujusmodi sint. Alioqui respondeant qui Ariminensem obtenduut synodum, an creata substantia dicere possit: *Quæ video Patrem facientem, hæc et ego facio*[44]. Nam opificia condita sunt, et nihil condunt; sin autem minus, ergo seipsa condiderunt. Certe si, ut dicunt, creatura est Filius, et Pater fecerit eum, plane Filius seipsum condiderit, cum, ut ipse testatur, ea possit facere quæ Pater facit: sed illud absurdum et nunquam constare potest: nemo enim seipsum potest efficere.

717 8. Rursum dicant an possint res factæ dicere: *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt*[45]?

[38] Joan. XIV, 9. [39] Luc. VI, 36. [40] Matth. V, 48. [41] Psal. LXXXII, 2. [42] Psal. LXXXV, 8. [43] Joan. X, 35. [44] Joan. V, 19. [45] Joan. XVI, 15.

(67) Καὶ deest in Regio et in Anglicano. Infra, καὶ λεγομένοις, ἀνομοίοις, vix augurari possumus quid hic legerit Nannius, qui vertit, *qui, quod ipsis animis cogitant, verbis promunt.*

(68) Ita Regius. Editi vero, πρέπεσθαι male. Infra in eodem, καί deest ante κατ' οὐσίαν. Paulo post Anglicanus, τῶν γενητὴν καί.

(69) Anglicanus, τὸν Θεόν. Mox, καί deest in Regio. Infra Anglicanus, καθὼς καὶ ὁ Πατήρ.

(70) Anglicanus, οὐκ ἦν ἀεὶ τὰ αὐτά.

(71) Anglicanus, προκρίναντες, κτιστὴ οὐσία.

(72) Εἰ deest in Anglicano. Infra idem, πάντως ἂν ἐποίει.

Digitized by Google

Habet autem ille, quod sit creator, conditor, æternus, omnipotens, immutabilis. Opificia autem nec creare possunt, creata cum sint; nec æterna esse, initium quippe exsistendi habent: nec omnia posse et immutabilia esse, sub imperio enim sunt, naturæque sunt mutabilis, ut Scripturæ dicunt. Ergo si hæc Filii sunt, non ex virtute, ut diximus, sed ex substantia sua illa habet, ut synodus ait: nec ex alia substantia ipse est, sed ex substantia Patris, cujus hæc sunt propria: quod autem substantiæ Patris proprium est, ejusque proles, quid aliud fuerit, aut quomodo appellandum sit, nisi consubstantiale? Nam quæ quis in Patre videt, eadem in Filio conspicit; in Filio, inquam, non ex participatione, sed secundum substantiam. Et hoc est: *Ego et Pater unum sumus* [46]; et, *Qui vidit me, vidit et Patrem* [47]. Verum hinc quoque e re fuerit eorum amentiam commonstrare: Si ex virtute, quam sequitur velle et non velle, nec non morum profectus, similis est Patri Filius, ut vos dicitis, hæc autem sunt qualitatis propria: ergo Deum dicitis ex qualitate et ex substantia compositum. Ecquis vos ultra ferat talia dicentes? non enim compositus est Deus, qui omnia ut essent composuit: neque talis, qualia sunt quæ ab ipso per Verbum sunt facta, absit. Simplex enim est substantia, in qua nulla qualitas, neque, ut ait Jacobus, *transmutatio aut vicissitudinis obumbratio* [48]. Cum igitur demonstratum sit eum non ex virtute procedere, quippe nec in Deo nec in Filio est qualitas; ergo substantiæ proprius fuerit: hocque sane fateamini necesse est, nisi plane in vobis intelligentia perierit. Jam quod proprium est, et idem ac substantia divina, et ex ipsa naturale germen, quid aliud fuerit, nisi consequenter genitori consubstantiale: illa quippe nota est Filii erga Patrem. Et hoc qui negat, is minime credit Verbum esse natura ac vere Filium.

9. Cum rem ita intelligerent Patres, scripserunt, Filium esse Patri consubstantialem; et anathemate damnaverunt eos qui dicerent, Filium ex alia esse substantia: neque verba ejusmodi commenti sunt, sed ea ipsi a priscis Patribus edidicerant, uti diximus. His igitur ita commonstratis, superflua est quæ ab illis affertur Ariminensis synodus, superflua et alia ab ipsis synodus de fide appellata. Sufficit enim Nicæna quæ cum priscis episcopis consentit, in qua Patres ipsorum subscripsere, quos revereri illos oportuit, ne omnia potius quam Christiani habeantur. Quod si post hæc tanta, post priscorum

A Ἔχει δὲ τὸ κτίζειν, τὸ δημιουργεῖν, τὸ ἀΐδιον, τὸ εἶναι παντοκράτωρ, τὸ ἄτρεπτον. Τὰ δὲ γενητὰ οὐ δύναται ἔχειν τὸ δημιουργεῖν· κτιστὰ γάρ ἐστιν· οὐδὲ τὸ ἀΐδιον· ἀρχὴν γὰρ ἔχει τοῦ εἶναι· οὐδὲ τὸ παντοκράτωρ καὶ ἄτρεπτον· κρατούμενα γὰρ καὶ τρεπτῆς φύσεώς ἐστιν, ὥσπερ αἱ Γραφαὶ λέγουσιν. Οὐκοῦν εἰ ταῦτα τοῦ Υἱοῦ ἐστιν, οὐκ ἐξ ἀρετῆς, ὡς εἴπομεν, ἀλλὰ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἐστι (73) δηλονότι, ὡς εἶπεν ἡ σύνοδος· οὐκ ἐξ ἄλλης οὐσίας ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς τοῦ Πατρὸς, ἧς ἐστι καὶ ταῦτα ἴδια· τὸ δὲ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἴδιον, καὶ ἐξ αὐτῆς γέννημα, τί ἂν εἴη, ἢ πῶς ἄν τις ὀνομάσειεν αὐτὸ, ἢ ὁμοούσιον; ἃ γὰρ βλέπει τις ἐν τῷ Πατρὶ, ταῦτα βλέπει καὶ (74) ἐν τῷ Υἱῷ· Υἱῷ δὲ οὐκ ἐκ μετουσίας, ἀλλὰ κατ' οὐσίαν. Καὶ τοῦτό ἐστιν· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*, καὶ, B *Ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Ἄλλως τε καὶ ἐκ τούτου πάλιν καλὸν δεικνύναι τὴν ἀφροσύνην αὐτῶν· εἰ ἐξ ἀρετῆς (75) ἔπεται τὸ θέλειν καὶ τὸ μὴ θέλειν, καὶ τρόπων βελτίωσις, ὅμοιος καθ' ὑμᾶς ὁ Υἱός ἐστι τῷ Πατρί· ταῦτα δὲ ποιότητος ἴδια (76)· δηλονότι σύνθετον τὸν Θεὸν ἐκ ποιότητος καὶ οὐσίας λέγετε. Καὶ τίς ὑμῶν ἀνέξεται ταῦτα λεγόντων· οὐ γὰρ σύνθετος ὁ Θεὸς ὁ τὰ πάντα εἰς τὸ εἶναι συντεθεικὼς, οὐδὲ τοιοῦτος, οἷά ἐστι τὰ παρ' αὐτοῦ διὰ τοῦ (77) Λόγου γενόμενα, μὴ γένοιτο! Ἁπλῆ γάρ ἐστιν οὐσία, ἐν ᾗ οὐκ ἔνι ποιότης, οὐδὲ, ὡς εἶπεν ὁ Ἰάκωβος, *Παραλλαγὴ τις ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα.* Οὐκοῦν εἰ δείκνυται οὐκ ἐξ ἀρετῆς (78)· οὐ γὰρ ποιότης ἐν τῷ Θεῷ, οὔτε ἐν τῷ Υἱῷ· δηλονότι τῆς C οὐσίας ἴδιος ἂν εἴη· καὶ τοῦτο πάντως ὁμολογήσετε, εἰ μὴ τέλεον τὸ νοεῖν ἀπώλετο ἐν ὑμῖν (79). Τὸ δὲ ἴδιον καὶ ταὐτὸν τῇ τοῦ Θεοῦ οὐσίᾳ καὶ ἐξ αὐτῆς γέννημα φύσει τυγχάνον τί ἂν εἴη, ἢ πάλιν καὶ κατὰ τοῦτο ὁμοούσιον τῷ γεννήσαντι; τοῦτο γὰρ Υἱοῦ πρὸς Πατέρα γνώρισμα. Καὶ ὁ μὴ τοῦτο λέγων, οὐ φρονεῖ, φύσει καὶ ἀληθῶς Υἱὸν εἶναι τὸν Λόγον.

9. Οὕτω νοήσαντες οἱ Πατέρες, ἔγραψαν ὁμοούσιον εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, καὶ ἀνεθεμάτισαν τοὺς λέγοντας ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως εἶναι τὸν Υἱόν· οὐχ ἑαυτοῖς πλασάμενοι λέξεις, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἀπὸ τῶν πρὸ αὐτῶν Πατέρων μαθόντες, καθάπερ εἴπομεν. Τούτων δὲ οὕτω δεικνυμένων, περιττὴ αὐτῶν ἡ Ἀρίμηνος, περιττὴ καὶ ἡ (80) ἄλλη παρ' αὐτῶν ὀνομαζομένη περὶ πίστεως σύνοδος. Ἀρκεῖ γὰρ ἡ ἐν Νικαίᾳ D σύμφωνος οὖσα καὶ τοῖς ἀρχαίοις ἐπισκόποις, ἐν ᾗ καὶ οἱ Πατέρες αὐτῶν ὑπέγραψαν, οὓς αἰδεῖσθαι τούτους ἔπρεπεν, ἵνα μὴ πάντα μᾶλλον ἢ Χριστιανοὶ νομισθῶσιν. Εἰ δὲ καὶ μετὰ τοσαῦτα, μετὰ καὶ τὴν

[46] Joan. x, 30. [47] Joan. xiv, 9. [48] Jac. i, 17.

(73) Ἔστι deest in Anglicano.

(74) Καί deest in Regio.

(75) Legendum putamus, ἐξ ἀρετῆς ἧς, omissum nempe videtur ἧς ob repetitionem ejusdem syllabæ, quod plerumque contingit.

(76) Regius, ταῦτα δὲ ποιότητος καὶ οὐσίας, omissis interpositis, δι' ὁμοτελεύτου. Ibid. Anglic., λέγεται. Καὶ τίς ὑμᾶς.

(77) Ita Regius. In editis vero, διὰ τοῦ deest.

(78) Ita Anglicanus, atque ita legit Nannius recte. In editis et in aliis, οὐκ deest. Infra Regius, ἴδιος. Editi vero et alii, ἴδιον.

(79) Regius et Anglicanus, ἐν ὑμῖν. Editi vero, ἐν ἡμῖν male.

(80) Ita Anglicanus. In editis et aliis, ἡ deest. Paulo post Reg. et Anglicanus, Ἀρκεῖ γάρ. Editi vero et alii, Ἐκεῖ γάρ.

Digitized by Google

μαρτυρίαν τῶν ἀρχαίων ἐπισκόπων, καὶ μετὰ τὴν ὑπογραφὴν τῶν ἰδίων Πατέρων, προσποιοῦνται, ὡς ἀγνοοῦντες, τὴν λέξιν φοβεῖσθαι τοῦ ὁμοουσίου, εἰπάτωσαν καὶ φρονείτωσαν ἁπλούστερον μὲν καὶ ἀληθῶς τὸν Υἱὸν φύσει Υἱὸν, ἀναθεματισάτωσαν δὲ, ὡς παρήγγειλεν ἡ σύνοδος, τοὺς λέγοντας κτίσμα, ἢ ποίημα, ἢ ἐξ οὐκ ὄντων, ἢ, Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· καὶ ὅτι τρεπτὸς καὶ ἀλλοιωτός ἐστι, καὶ ἐξ ἑτέρας (81) ὑποστάσεως· καὶ οὕτω φευγέτωσαν ἀπὸ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως· καὶ θαῤῥοῦμεν, ὅτι γνησίως ταῦτα ἀναθεματίζοντες ὁμολογοῦσιν εὐθὺς, ἐκ τῆς οὐσίας καὶ ὁμοούσιον εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ οἱ Πατέρες, εἰρηκότες ὁμοούσιον εἶναι τὸν Υἱὸν, ἐπήγαγον εὐθύς· Τοὺς δὲ λέγοντας κτίσμα, ἢ ποίημα, ἢ ἐξ οὐκ ὄντων, ἢ, Ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, ἀναθεματίζει ἡ Καθολικὴ Ἐκκλησία· ἵνα διὰ B τούτων γνωρίσωσιν, ὅτι ταῦτα σημαίνει (82) τὸ ὁμοούσιον. Καὶ ἡ τοῦ ὁμοουσίου δύναμις γινώσκεται ἐκ τοῦ μὴ εἶναι κτίσμα ἢ ποίημα τὸν Υἱόν· καὶ ὅτι ὁ λέγων ὁμοούσιον οὐ φρονεῖ κτίσμα εἶναι τὸν Λόγον· καὶ ὁ ἀναθεματίζων τὰ προειρημένα ὁμοούσιον ἅμα φρονεῖ εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί· καὶ ὁ ὁμοούσιον λέγων γνήσιον καὶ ἀληθινὸν λέγει τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὁ Γνήσιον λέγων νοεῖ τό· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*· καὶ, *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα.*

A episcoporum testimonium, post subscriptionem Patrum suorum, quasi eorum ignari, sese simulant consubstantialis vocem reformidare; dicant sentiantque simplicius, ac sincerius, Filium, natura esse Filium: anathemate autem damnent, uti synodus præcepit, eos qui dicunt eum, creaturam, aut rem factam: aut, ex non exstantibus, vel, aliquando non erat Filius Dei: et mutabilis, ac variabilis est, et ex alia substantia: et sic ab Ariana hæresi refugiant: et confidimus eos, si hæc sinceriter anathemate damnent, statim confessuros, Filium ex substantia Patris et Patri consubstantialem esse. Ideo enim Patres cum dixissent Filium esse Patri consubstantialem, statim addiderunt: Eos autem qui dixerint, creaturam, aut rem factam, aut ex non exstantibus, aut, aliquando **718** non erat, anathemate damnat catholica Ecclesia; ut iis verbis notum facerent, vocem consubstantialis hæc significare. Atque vis hujus vocis, consubstantiale, eo intelligitur quod Filius non sit res creata vel facta, et quod, qui dicit consubstantiale, nequaquam credat Verbum esse creaturam: et qui superius dicta anathemate damnat, una sentit Filium esse Patri consubstantialem: cumque dicit consubstantialem, germanum ac verum dicit Dei Filium. Et qui dicit germanum, probe intelligit illud: *Ego et Pater unum sumus;* et: *Qui vidit me, vidit et Patrem.*

10. Ἔπρεπε μὲν οὖν διὰ πλειόνων τὰ τοιαῦτα γράφειν· ἐπειδὴ δὲ πρὸς εἰδότας ὑμᾶς γράφομεν (83), διὰ τοῦτο συντόμως ὑπηγορεύσαμεν· εὐχόμενοι παρὰ C πᾶσι σώζεσθαι τὸν σύνδεσμον τῆς εἰρήνης, καὶ πάντας τοὺς τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας τὸ αὐτὸ λέγειν, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Καὶ οὐχ ὡς διδάσκοντες, ἀλλὰ ὡς ὑπομιμνήσκοντές ἐσμεν (84). Ἐσμὲν δὲ οὐχ ἡμεῖς οἱ γράφοντες μόνοι, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ καὶ ταῖς Λιβύαις ἐνενήκοντά που ἐπίσκοποι. Πάντων γὰρ ἕν ἐστι τοῦτο φρόνημα, καὶ ὑπὲρ ἀλλήλων ἀεὶ ὑπογράφομεν, ἐὰν συμβῇ τινα μὴ παρεῖναι. Οὕτως οὖν (85) διακείμενοι, ἐπειδὴ συνέβη συνελθεῖν ἡμᾶς, ἐγράψαμεν καὶ τῷ ἀγαπητῷ ἡμῶν Δαμάσῳ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς μεγάλης Ῥώμης περὶ τοῦ Αὐξεντίου τοῦ ἐπελθόντος τῇ ἐν Μεδιολάνῳ ἐκκλησίᾳ, διηγούμενοι τὰ κατ' αὐτόν· ὅτι τε οὐ μόνον τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεώς ἐστι κοινωνὸς, ἀλλὰ καὶ ὑπεύθυνός ἐστι πολλοῖς D κακοῖς, πράξας ταῦτα μετὰ Γρηγορίου τοῦ κοινωνοῦ τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ· καὶ θαυμάζοντες πῶς μέχρι νῦν οὐ καθῃρέθη καὶ ἐκβέβληται τῆς Ἐκκλησίας, καὶ χάριν ὡμολογήσαμεν τῇ θεοσεβείᾳ αὐτοῦ τε καὶ τῶν συνελθόντων ἐν τῇ μεγάλῃ Ῥώμῃ, ὅτι καὶ τοὺς περὶ Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλεντα, καὶ τοὺς τὰ αὐτὰ (86) αὐτοῖς φρονοῦντας ἐκβάλλοντες, ἔσωσαν τὴν ὁμοψυχίαν τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας· ἣν καὶ παρ' ὑμῖν εὐχό-

10. Cæterum par erat hæc pluribus scribere: verum, quia vobis jam horum gnaris scribimus, ideo paucis dictavimus. Optantes ut apud omnes vinculum pacis servetur, et omnes qui catholicæ sunt Ecclesiæ, idem dicant, idemque sentiant. Et hæc non quasi docentes, sed quasi admonentes dicimus. Non enim nos soli scribimus, sed omnes Ægypti et Libyarum nonaginta circiter episcopi. Omnium enim una hæc est sententia, et cum aliquem abesse contigerit, alii pro aliis subscribimus. Sic nos igitur affecti, cum contigisset nos in unum convenire, litteras quoque dilecto nostro Damaso magnæ Romæ episcopo misimus, de Auxentio qui Mediolanensem invasit ecclesiam, cujus illi gesta enarravimus, eum nempe non modo esse Arianæ hæreseos sectatorem, sed etiam multis sceleribus obnoxium, quæ cum Gregorio impietatis suæ socio perpetravit: nosque mirari cur nondum depositus et ab Ecclesia ejectus sit. Gratiasque retulimus ejus pietati, nec non iis qui in magnam urbem Romam convenerant, quod Ursacio et Valente aliisque qui cum illis sentirent ejectis, catholicæ Ecclesiæ concordiam servassent. Quam cum apud vos quoque servari peroptemus, hortamur vos, ne feratis, ut supra diximus, eos qui fidei occasione, multitu-

(81) Anglicanus, ὅτι ἄτρεπτος, καὶ ἀναλλοίωτός ἐστι, καὶ οὐκ ἐξ ἑτέρας, male.

(82) Regius et editio Commel., σημαίνῃ male: alii, σημαίνει.

(83) Basil. et Anglicanus, προειδόσιν ὑμῖν γράφομεν. Mox Regius, ὑπηγορεύσαμεν. Alii, συνηγορεύσαμεν.

(84) Ita Regius quem sequimur. Anglicanus, ἀλλὰ ὡς ὑπομιμνήσκοντες ὑμᾶς γράφομεν. Ἐσμέν. Infra Regius, καὶ ταῖς Λιβύαις, et sic supra legitur n. 1, τὰς Λιβύας, in plurali. Editi et alii, τῇ Λιβύῃ.

(85) Anglicanus, Οὕτως γοῦν.

(86) Sic Reg. optime. In aliis vero et in editis, αὐτά deest. Infra manuscripti et editio Commel., παρ' ὑμῖν. Edit. vero Paris., παρ' ἡμῖν.

Digitized by Google

dinem synodorum objiciunt, Ariminensem, Sir- A miensem, eam quæ in Isauria, aliam quæ in Thracia, eas quæ Constantinopoli, item quæ Antiochiæ celebratæ sunt, quæ plurimæ sunt et tumultuosæ. Sed apud vos Nicæna solum fides obtineat, quam Patres promulgarunt : ubi omnes aderant Patres, imo quidam ex illis qui eam nunc oppugnant, uti supra diximus, ipsique subscripserunt ; ut de nobis etiam Apostolus dicat : *Laudo autem vos, quod per omnia memores mei estis : et sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis* [49].

μενοι σώζεσθαι, παρακαλοῦμεν μὴ ἀνέχεσθαι, καθὰ προείπομεν, τῶν προβαλλομένων ὄχλον συνόδων προφάσει πίστεως, τὴν ἐν Ἀριμήνῳ, τὴν ἐν Σιρμίῳ (87), τὴν ἐν τῇ Ἰσαυρίᾳ, τὴν ἐν τῇ Θράκῃ, τὰς ἐν Κωνσταντινουπόλει, τὰς ἐν Ἀντιοχείᾳ πολλὰς καὶ ἀτάκτους. Ἀλλὰ μόνον κρατείτω ἐν ὑμῖν ἡ ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν Πατέρων ὁμολογηθεῖσα πίστις· ἐν ᾗ καὶ πάντες καὶ τῶν νῦν μαχομένων πρὸς αὐτὴν παρῆσαν Πατέρες, καθὰ προείπομεν (88), καὶ ὑπέγραψαν· ἵνα καὶ περὶ ἡμῶν ὁ Ἀπόστολος εἴπῃ· *Ἐπαινῶ δὲ ὑμᾶς, ὅτι πάντα μου μέμνησθε, καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις, οὕτω κατέχετε.*

11. Hæc enim Nicæna synodus, vere cippus est inscriptus contra universas hæreses. Hæc ipsa eos qui in Spiritum sanctum blasphemant, ipsumque B dicunt esse creaturam, confutat. Cum enim Patres de fide in Filium pertractassent, statim addiderunt : credimus et in Spiritum sanctum ; ut perfectam et plenam de sancta Trinitate fidem confessi, Christianæ fidei tesseram et catholicæ Ecclesiæ doctrinam in hoc ipso exhiberent. Propalam quippe vobis omnibusque est, et nemini Christianorum hoc dubium fuerit : nos in creaturam minime credere, sed in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium ejus unigenitum. Et in unum Spiritum sanctum : unum Deum in sancta et perfecta Trinitate cognitum. In cujus nomine baptizati, et in qua divinitati conjuncti, credimus nos regnum cœlorum hæreditate accepturos C in Christo Jesu Domino nostro, per quem Patri gloria et imperium in sæcula. Amen.

11. Αὕτη γὰρ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος, ἀληθῶς στηλογραφία κατὰ πάσης αἱρέσεώς ἐστιν. Αὕτη καὶ τοὺς βλασφημοῦντας εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ λέγοντας αὐτὸ κτίσμα, ἀνατρέπει. Εἰρηκότες γὰρ οἱ Πατέρες περὶ τῆς εἰς τὸν Υἱὸν πίστεως, ἐπήγαγον εὐθύς· Πιστεύομεν καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα, τελείαν καὶ πλήρη τὴν εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα πίστιν ὁμολογήσαντες, τὸν χαρακτῆρα τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως, καὶ τὴν διδασκαλίαν τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐν τούτῳ (89) γνωρίσωσι. Δῆλον γὰρ καὶ παρ' ὑμῖν καὶ παρὰ πᾶσι καθέστηκε· καὶ οὐδεὶς ἂν Χριστιανῶν ἀμφίβολον εἰς τοῦτο σχοίη τὴν διάνοιαν, ὡς οὐκ ἔστιν ἡμῶν ἡ πίστις εἰς τὴν κτίσιν, ἀλλ' εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ· καὶ εἰς ἓν Πνεῦμα ἅγιον· ἕνα Θεὸν τὸν ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ τελείᾳ Τριάδι γινωσκόμενον· εἰς ἣν καὶ βαπτιζόμενοι, καὶ ἐν ταύτῃ συναπτόμενοι τῇ θεότητι, πιστεύομεν καὶ κληρονομῆσαι βασιλείαν οὐρανῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν (90).

[49] I Cor. xi, 2.

(87) Anglicanus, τὴν Ἀρσενίῳ, unde Nannius vertit, *Arsenicam*.

(88) Regius, καθάπερ εἴπομεν. Paulo post Regius et Basil., ἡμῶν ὁ Ἀπόστολος. Anglicanus, ὑμῶν ὁ Ἀπόστολος. Editi, ἡμῶν Ἀπόστολος.

(89) Ita Regius et Anglicanus. Editi vero, ἐν ταυτῷ. D

(90) Anglican. solus, quem sequitur Nannius, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Post, Ἀμήν, subjungit Anglican., ἐρρῶσθαι ἡμᾶς καὶ μνημονεύειν ἡμῶν ἐν Κυρίῳ εὔχομαι, ἀγαπητοὶ καὶ ποθεινότατοι, quæ absunt a Reg. Basil. et Felckm. 7, et edit.

IN EPISTOLAM AD EPICTETUM ADMONITIO.

719 I. *Celeberrima apud antiquos scriptores exstitit hæc epistola : eam quippe integram affert Epiphanius hæresi* LXXVII ; *hujus item meminit Cyrillus in epistola ad Joannem Antiochenum et aliis in locis : aitque jam olim ipsam ab hæreticis fuisse vitiatam, quod in illa cernerent errores convelli suos ; a se tamen collatis exemplaribus pristinæ integritati restitutam. Verum depravata ejusmodi exempla ad nostram usque ætatem non pervenere : est enim ea, quæ jam in Athanasianis exstat editis, et plane orthodoxa, et ei quæ apud Epiphanium legitur consimillima. Cyrilli autem locum citat Rusticus diaconus,* Contra Acephalos, *cap.* 2. *Epistolam ad Epictetum memorant item, et loca inde excerpta afferunt synodi Ephesina et Chalcedonensis, Leo papa, Theodoretus, Gelasius libro* De duabus in Christo naturis, *infra suis omnes notandi locis. Item apud Leontium Byzantinum multa hinc afferuntur loca lib.* II, *sub finem. Ipseque Apollinarius vaferrimus sane homo, in fragmento epistolæ ad Serapionem apud Leontium Byzantinum, ait, se epistolam*

Digitized by Google

domini sui (scilicet Athanasii) Corinthum missam summopere approbare, et eorum qui dicunt carnem Deo consubstantialem magnam insaniam damnare. Nimirum id sedulo curavit hæresiarcha ille, ut omnem pravæ sententiæ suspicionem a se, cum Athanasio agens, amoveret, quod sane, ad tempus saltem, ex voto illi cessisse videtur; etenim in hac epistola et in subsequentibus contra Apollinarium libris, nulla Apollinarii mentio. Vide item supra p. 618.

II. *Occasione autem ductus Commentariorum, quæ sibi transmiserat Epictetus Corinthi episcopus, hanc ad illum rescripsit epistolam. Erant quippe Corinthi, referente Epicteto, quidam homines, qui sententias de fide impiissimas proposuissent agitassentque; aiebant scilicet* 1° *corpus ex Maria genitum consubstantiale esse Verbi deitati;* 2° *Verbum in carnem, ossa et capillos et in totum corpus mutatum fuisse. Quæ sententia Marcionitis ascribitur in Dialogo qui Origenis nomine circumfertur.* 3° *Dominum fictione non natura gestasse corpus. Qui sane error antiquissimus fuit; ab Ignatio namque memoratur epistola ad Trallianos, cap.* 10, *et ab omnibus deinde Patribus;* 4° *Ipsam deitatem circumcisam et cruci affixam fuisse;* 5° *Verbum nequaquam ex Maria, sed ex sua ipsius substantia sibi corpus efformasse;* 6° *Qui ait Domini corpus ex Maria esse, non Trinitatem, sed quaternitatem admittere. Maximam harumce sententiarum partem Apollinario ascribit Gregorius Nazianzenus orat.* 46, *pag.* 722. *Nec tamen hic comparet ille Apollinaristarum error, quo negabant mentem humanam inesse Christo, quæ videtur fuisse sectæ illius quasi tessera; sed ea duntaxat hic tangit Athanasius, quæ Corinthi in controversiam venerant. Nec leviter objurgat Epictetum quod talia vel proponi concesserit. Iisque omnibus sententiis brevissime confutatis, claudens epistolam, sese multum gaudere testatur, quod eo demum res cesserit, ut quisque disputantium in catholica consisteret fide.*

III. *Dimœritarum porro nomine Apollinaristas insectatur Epiphanius hæresi* LXXVII, *cujus appellationis causam aperit Gregorius Nazianzenus cum ait orat.* 46, *pag.* 722: *corpus et animam esse in Christo* τὸ τριτημόριον, tertiam partem. *Apollinaristæ quippe aiebant, in Christo partem unam hominis,* νοῦν *scilicet, seu mentem, a Verbo suppleri, solumque Verbum junctum corpori et animæ (nempe sensitivæ, ut dictitabant illi) totum constituere Christum. Quamobrem, cum ex Catholicorum sententia, tribus constaret Christus, Verbo scilicet, mente humana, et corpore animato; qui unam ex illis demerent partem, mentem scilicet, a duabus aliis,* διμοιρῖται *audiebant: nam* δίμοιρον *Græcis est, duæ tertiæ partes, cujus significationis exempla sæpius advertere est in* Analectis *nostris* Græcis, *pag.* 319 *et seq. Cæterum hanc epistolam in annum conferri posse putamus circiter* 371, *ut fusius in* Vita Athanasii.

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΠΡΟΣ ΕΠΙΚΤΗΤΟΝ ΚΟΡΙΝΘΟΥ, ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΑΙΡΕΤΙΚΩΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ (91).

—

S. P. N. ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ

AD EPICTETUM EPISCOPUM CORINTHI CONTRA HÆRETICOS EPISTOLA.

—

Κυρίῳ μου (92) *ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ ποθεινοτάτῳ συλλειτουργῷ Ἐπικτήτῳ, Ἀθανάσιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.*

Domino meo (92) *dilecto fratri et optatissimo commilitoni Epicteto, Athanasius in Domino salutem.*

1. Ἐγὼ μὲν ἐνόμιζον πᾶσαν ματαιολογίαν πάντων, ὅσοι δηποτοῦν εἰσιν αἱρετικοὶ, πεπαῦσθαι ἐκ

720 1. Arbitrabar equidem omnium, qui unquam fuere hæreticorum, vanam loquacitatem, a

(91) Scripta anno circiter 371. Seguer. Gobler. et Felck. 1, τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ γραφεῖσα (γραφεῖσα deest in Gobler. et Felck. 1) πρὸς Ἐπίκτητον ἐπίσκοπον Κορίνθου κατὰ αἱρετικῶν. Ibid. Gobler., λόγος κατὰ αἱρετικῶν. Basiliens. et Ang., τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἐπίκτητον ἐπίσκοπον Κορίνθου κατὰ αἱρετικῶν. Felck. 2, nullum habet titulum, codex Jesuit. Latinus habet *ad Epictitum*, et inferius, *Epictito.*

(92) Ita Seguer. Gobler. Felck. 1, et Basiliens. in quo tamen μου deest. Editi sic habent, τῷ ἀγαπητῷ . . . . συλλειτουργῷ καὶ συμμύστῃ Ἀθανάσιος, etc., quæ ex aliquone deprompta sint codice ignoratur. In Anglicano et Felck. 2, horum nihil. In appendice ad divi Leonis opera tom. II, p. 198, sic titulus :

Digitized by Google

Nicæna synodo compressam fuisse. Nam quæ illic a Patribus ex divinis Scripturis promulgata fides est, tum ad impietatem omnem evertendam, tum ad piam in Christo fidem asserendam sufficit. Quamobrem cum hoc tempore variæ synodi per Galliam, Hispanias et magnæ Romæ celebratæ sint, quotquot eo convenere, eos qui etiam nunc latenter hæresin sapiunt Arianam, Auxentium nempe Mediolanensem, Ursacium, Valentem et Gaium ex Pannonia, communi calculo, quasi uno eodemque concitante Spiritu, anathemate damnarunt. Litteras autem ubique miserunt (quod varia isti synodorum nomina comminiscerentur) nulla ut deinceps in Ecclesia catholica nominaretur synodus præter unam Nicænam, quæ omnis hæresis tropæum est, atque in primis Arianæ, cujus potissimum causa tunc coacta fuit. His tot tantisque gestis rebus, quid est quod nonnulli disceptare ac quæstiones movere ausint? Qui si ex Arianis quidem sint, nihil mirum eos quæ contra se scripta sunt criminari: quemadmodum et ethnici, dum illud audiunt: *Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum* [50], doctrinam de divina cruce stultitiam arbitrantur. Sin autem ii, qui ejusmodi quæstionibus rem de integro tractare peroptant, ex eorum numero sunt qui recte sentire, et iis quæ a Patribus promulgata sunt favere videntur, nihil aliud præstant, quam quod, ut scriptum est [51], proximo quidem suo eversionem lutosam propinant, verbis autem decertant non ad aliquam utilitatem, sed ad simpliciorum perniciem.

2. Hæc ita scribo postquam legi commentarios a tua pietate mihi oblatos, qui utinam scripti nunquam fuissent, ut ne minima quidem horum memoria transmitteretur ad posteros. Quis enim talia unquam audivit? quis docuit, didicitve? *De Sion* quidem *exibit lex Dei, et Verbum Domini de Jerusalem* [52]: hæc autem unde prodierunt? Quisnam infernus illud eructavit, corpus ex Maria genitum esse Verbi divinitati **721** consubstantiale? aut Verbum in carnem, ossa et capillos, et in totum

τῆς γενομένης ἐν Νικαίᾳ συνόδου· ἡ γὰρ ἐν αὐτῇ παρὰ τῶν Πατέρων κατὰ τὰς θείας Γραφὰς ὁμολογηθεῖσα πίστις αὐτάρκης ἐστὶ πρὸς ἀνατροπὴν μὲν πάσης ἀσεβείας, πρὸς (93) σύστασιν δὲ τῆς εὐσεβοῦς ἐν Χριστῷ πίστεως. Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ νῦν διαφόρων γενομένων συνόδων ἔν τε τῇ Γαλλίᾳ, καὶ Σπανίᾳ, καὶ τῇ μεγάλῃ Ῥώμῃ, πάντες οἱ συνελθόντες τοὺς μὲν ἔτι κρυπτομένους καὶ φρονοῦντας τὰ Ἀρείου, Αὐξέντιον δὴ λέγω τὸν ἐν Μεδιολάνῳ, καὶ Οὐρσάκιον, καὶ Οὐάλεντα, καὶ Γάϊον ἀπὸ τῆς Πανονίας (94) παμψηφεὶ, ὡς ἀφ' ἑνὸς Πνεύματος κινούμενοι, ἀνεθεμάτισαν· ἔγραψάν τε πανταχοῦ (διὰ τὸ τοὺς τοιούτους ἐπινοεῖν ἑαυτοῖς ὀνόματα συνόδων), μηδεμίαν ἐν τῇ Καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ σύνοδον ὀνομάζεσθαι, εἰ μὴ μόνην τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον (95) γενομένην, τρόπαιον οὖσαν πάσης μὲν αἱρέσεως, ἐξαιρέτως δὲ τῆς Ἀρειανῆς, δι' ἣν μάλιστα καὶ ἡ σύνοδος τότε συνήχθη. Πῶς τοίνυν ἔτι μετὰ (96) τοσαῦτα ἀμφισβητεῖν, ἢ ζητεῖν τινες ἐπιχειροῦσιν; Εἰ μὲν οὖν ἐκ τῶν Ἀρειανῶν εἰσιν, οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ τὰ κατ' αὐτῶν γραφέντα διαβάλλουσιν, ὥσπερ Ἕλληνες ἀκούοντες· *Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων*, μωρίαν ἡγοῦνται τὴν περὶ τοῦ θείου (97) σταυροῦ διδασκαλίαν· εἰ δὲ τῶν δοκούντων ὀρθῶς πιστεύειν καὶ ἀγαπᾷν τὰ δηλωθέντα παρὰ τῶν Πατέρων εἰσὶν οἱ διὰ τοῦ ζητεῖν ἀνασκευάζειν θέλοντες, οὐδὲν ἕτερον ποιοῦσιν ἢ κατὰ τὸ γεγραμμένον, τὸν μὲν πλησίον ποτίζουσιν ἀνατροπὴν θολερὰν (98), λογομαχοῦσι δὲ ἐπ' οὐδενὶ χρησίμῳ ἢ ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκεραίων.

2. Ταῦτα δὲ οὕτω γράφω, ἐντυχὼν τοῖς παρὰ τῇ σῇ θεοσεβείᾳ προσαχθεῖσιν ὑπομνήμασιν, ἃ μηδὲ γραφῆναι ὤφελον, ἵνα μηδὲ μνήμη τις τούτων τοῖς μετὰ ταῦτα γένηται. Τίς γὰρ ἤκουσε τοιαῦτα πώποτε; τίς ὁ (99) διδάξας, ἢ μαθών; *Ἐκ μὲν γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος Θεοῦ, καὶ Λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλήμ*· ταῦτα δὲ, πόθεν ἐξῆλθε; Ποῖος ᾅδης ἠρεύξατο ὁμοούσιον εἰπεῖν τὸ ἐκ Μαρίας σῶμα τῇ τοῦ Λόγου θεότητι; ἢ, ὅτι ὁ Λόγος εἰς σάρκα (1), καὶ ὀστέα, καὶ τρίχας, καὶ ὅλον σῶμα μετα-

[50] Psal. cxiii, 4. [51] Habacuc II, 15. [52] Isa. II, 3.

Epistola Athanasii episcopi ad Epictetum Corinthi episcopum, contra eos qui de Domini incarnatione spiritu blasphemiæ diversa senserunt. Deinde: *Dilectissimo fratri et amabili consacerdoti Epicteto, Athanasius in Domino salutem.*

(93) Sic Epiph. Seguer. Gobler. et Felckm. 1, in editis vero et in aliis manuscriptis πρός deest. Infra Seguerianus, secunda manu, Ἱσπανίᾳ. Goblerianus et Felckm. 1, τῇ Ἱσπανίᾳ καὶ Ῥώμῃ. Mox ἔτι deest in Epiph. qui habet ἐπικρυπτομένους.

(94) Seguer. Basil. et Gobler., Πανονίας. Nannius male verterat, *Gaium Pannonem*, cum vertendum fuisset, *ex Pannonia*. Nam illud, ἀπὸ Πανονίας, intelligitur de Ursacio, Valente et Gaio. Ibid. Epiph., παμψηφί, Seguerian, παμψήφως, in quo ibidem ὡς deest. Gobler. et Felck. 1, παμψήφους. Mox Epiph., ἔγραψαν δέ.

(95) Σύνοδον deest in Seguerian. Gobler. Felck. 1, et Epiph.

(96) Sic Seguer. Gobler. Felck. 1, et Epiph. Editi, Πῶς οὖν μετά. Infra Epiphan., καθ' ἑαυτῶν γραφέντα. Mox Seguer., ὥσπερ καί.

(97) Epiphanius solus, περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, minus recte. Nam respicit Athanasius illud Pauli, I Cor. I, 23: Ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν.

(98) *Ποτίζουσιν ἀνατ.* In hæc verba hæc Fronto Duc.: *Locus exstat Habacuc.* II, 15. *Docet Hieronymus veterem editionem Græcam reddidisse*, ἐκστασιν ὀχλουμένην, *amentiam turbidam.*

(99) Sic Seguer. et Theodoret., apud quem hæc leguntur dial. 1. Editi vero et alii ἢ τίς ὁ. Paulo post Epiph., νόμος Κυρίου καὶ λόγος Θεοῦ Editi, νόμος καὶ λόγος Θεοῦ. Seguer. Gobler. et Felck. 1, ut in textu.

(1) Sic omnes pene mss. In editis, εἰς deest. Mox post τρίχα, Seguer. solus addit, καὶ νεῦρα. Paulo

Digitized by Google

βέβληται, καὶ ἠλλάγη τῆς ἰδίας φύσεως; Τίς δὲ ἤκουσεν ἐν Ἐκκλησίᾳ, ἢ ὅλως παρὰ Χριστιανῶν, ὅτι θέσει καὶ οὐ φύσει σῶμα πεφόρηκεν ὁ Κύριος; (2) Ἢ τίς τοσοῦτον ἠσέβησεν, ὥστε εἰπεῖν ἅμα καὶ φρονεῖν, ὅτι ἡ θεότης αὐτὴ ἡ ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ περιετμήθη καὶ ἀτελὴς ἐκ τελείου γέγονεν· καὶ ὅτι τὸ ἐν ξύλῳ καθηλούμενον, οὐκ ἦν τὸ σῶμα, ἀλλ' αὐτὴ ἡ δημιουργὸς οὐσία τῆς σοφίας (3); Τίς δὲ ἀκούων, ὅτι οὐκ ἐκ Μαρίας, ἀλλ' ἐκ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας, μετεποίησεν ἑαυτῷ σῶμα παθητὸν ὁ Λόγος, εἴποι ἂν Χριστιανὸν τὸν λέγοντα ταῦτα (4); Τίς δὲ τὴν ἀθέμιτον ταύτην ἐπενόησεν ἀσέβειαν, ὥστε κἂν εἰς ἐνθύμησιν ἐλθεῖν, καὶ εἰπεῖν, ὅτι ὁ λέγων ἐκ Μαρίας εἶναι τὸ Κυριακὸν σῶμα οὐκέτι τριάδα, ἀλλὰ τετράδα ἐν τῇ θεότητι φρονεῖ; ὡς διὰ τοῦτο τοὺς οὕτω διακειμένους τῆς οὐσίας τῆς Τριάδος λέγειν εἶναι τὴν σάρκα, ἣν ἐνεδύσατο ἐκ Μαρίας ὁ Σωτήρ. Πόθεν δὲ πάλιν ἠρεύξαντό τινες ἴσην ἀσέβειαν τοῖς προειρημένοις, ὥστε εἰπεῖν μὴ νεώτερον εἶναι τὸ σῶμα τῆς τοῦ Λόγου θεότητος, ἀλλὰ συναΐδιον αὐτῷ διαπαντὸς γεγενῆσθαι, ἐπειδὴ ἐκ τῆς οὐσίας τῆς σοφίας συνέστη (5); Πῶς δὲ καὶ ἀμφιβάλλειν ἐτόλμησαν οἱ λεγόμενοι Χριστιανοί, εἰ ὁ ἐκ Μαρίας προελθὼν Κύριος Υἱὸς μὲν τῇ οὐσίᾳ καὶ φύσει τοῦ Θεοῦ ἐστι, τὸ δὲ κατὰ σάρκα ἐκ σπέρματός ἐστι Δαβὶδ, σαρκὸς δὲ τῆς ἁγίας Μαρίας; Τίνες δὲ ἄρα οὕτω τολμηροὶ γεγόνασιν, ὥστε εἰπεῖν τὸν Χριστὸν τὸν σαρκὶ παθόντα καὶ ἐσταυρωμένον μὴ εἶναι Κύριον, καὶ Σωτῆρα, καὶ Θεὸν, καὶ Υἱὸν τοῦ Πατρός; Ἢ πῶς Χριστιανοὶ θέλουσι ὀνομάζεσθαι οἱ λέγοντες εἰς ἄνθρωπον (6) ἅγιον ὡς ἐπὶ ἕνα τῶν προφητῶν ἐληλυθέναι τὸν Λόγον, καὶ μὴ αὐτὸν ἄνθρωπον γεγονέναι, λαβόντα ἐκ Μαρίας τὸ σῶμα, ἀλλ' ἕτερον εἶναι τὸν Χριστὸν, καὶ ἕτερον τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον (7), τὸν πρὸ Μαρίας καὶ πρὸ αἰώνων Υἱὸν ὄντα τοῦ Πατρός; Ἢ πῶς εἶναι Χριστιανοὶ δύνανται οἱ λέγοντες ἄλλον εἶναι τὸν Υἱὸν (8) καὶ ἄλλον τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον;

3. Ταῦτα ἦν ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι, διαφόρως μὲν εἰρημένα, μίαν δὲ τὴν διάνοιαν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντα πρὸς ἀσέβειαν βλέπουσαν δύναμιν (9). Διὰ ταῦτα διεκρίνοντο καὶ διεμάχοντο πρὸς ἀλλήλους οἱ αὐχοῦντες ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ τῶν Πατέρων τῇ ἐν Νικαίᾳ γενομένῃ. Ἐγὼ δὲ, τὴν σὴν ἐθαύμασα θεοσέβειαν ἀνασχομένην, καὶ ὅτι μὴ τούτους ἔπαυσε μὲν ταῦτα λέγοντας, τὴν δὲ εὐσεβῆ πίστιν παρέθηκεν αὐτοῖς· corpus mutatum fuisse, et a natura descivisse sua? Quis autem in Ecclesia, aut a Christianis unquam audivit Dominum fictione non natura gestasse corpus? Aut quis eo processit impietatis, ut diceret sentiretque, ipsam deitatem Patri consubstantialem, circumcisam, et imperfectam ex perfecta factam fuisse: et quod cruci affixum erat, non fuisse corpus, sed ipsam Sapientiæ substantiam rerum opificem? Quis hæc audiens, Non ex Maria, sed ex sua ipsius substantia Verbum sibi passibile corpus efformavit, hæc loquentem Christianum dixerit? Quis nefariam illam commentus est impietatem, aut cui hoc in mentem venerit dixeritque: Qui ait ex Maria esse Dominicum corpus, is non amplius Trinitatem, sed quaternitatem in deitate sentit? Quasi vero qui ita censent dicant, carnem quam ex Maria Salvator induit, ex substantia esse Trinitatis. Jam vero undenam æqualem supra dictis impietatem nonnulli evomuere, non minoris, aientes, ætatis esse corpus, quam Verbi divinitas, sed omnino coæternum illi fuisse, quia ex sapientiæ substantia constat? Quo pacto viri qui dicuntur Christiani vel ambigere ausi sunt, sitne Dominus qui ex Maria natus est, substantia et natura sua Filius Dei; secundum carnem vero ex semine David et ex carne sanctæ Mariæ ortus? Quinam vero ea temeritate fuerunt, ut dicerent, Christum qui carne passus et crucifixus est, non esse Dominum et Salvatorem, ac Deum Filiumque Patris? Aut quomodo Christiani volunt nuncupari, qui dicunt in sanctum hominem, perinde atque in unum ex prophetis, venisse Verbum, nec ipsum hominem factum fuisse, ex Maria corpus assumendo, sed alium esse Christum, et alium Dei Verbum quod ante Mariam et ante sæcula Filius erat Patris? Aut qua, quæso, ratione Christiani fuerint, qui dicunt alium esse Filium et alium Dei Verbum?

3. Hæc in Commentariis erant, diversis quidem verbis, sed quibus una eademque sententia visque impietatem spectans inerat. Propter illa mutuo disceptabant concertabantque, qui de confessione Patrum Nicæna gloriantur. Ego vero tuam miratus sum pietatem, quæ res ferat ejusmodi, et quod non illis quidem talia dictitantibus silentium indixerit, nec piam fidem illis proposuerit, ut vel

post, ἐν Ἐκκλησίᾳ deest in Epiph. Ibid. Theod., παρὰ Χριστιανοῖς. Gobler. et Felck. 1, ἢ παρὰ Χριστιανῶν. Ibid. Gobler. et Felckm. 1, ὁ Θεὸς Λόγος. Epiph., ὁ Υἱός.

(2) Hæc apud Theod. dial. 3, p. 159. Mox, θεότης αὐτή. Epiphan., αὐτοῦ. In editis et in quibusdam mss., περιετμήθη τραπεῖσα καὶ ἀτελής. Sed vocem τραπεῖσα, Epiph. Theod. et Seguer. secuti, expunximus. Infra Theod. Gobl. et Felck. 1, καθηλωμένον.

(3) Epiphanius solus, δημιουργὸς οὐσία τῆς φύσεως. Quæ sequuntur autem, Τίς δὲ ἀκούων, a Theodoreto citantur dialog. ibid.

(4) Theod. et Seguer., εἰπόντα ἢ λέγοντα.

(5) Locus frequentissime citatus, nempe in synodo Ephesina, act. 1, et alibi. Item apud Cyrillum defens. anathem. 2, synod. Chalcedon. act. 1, Leonis papæ epistola ad Leonem imperatorem, item apud Mercatorem erud. Baluzii p. 177 et 226, et apud Gelasium. Ibidem, λεγόμενοι in editis deerat, in omnibus pene manuscriptis legitur. Ibidem Anglicanus, ὅτι, εἰ ὁ ἐκ Μαρίας. Mox Seguer. solus, Θεὸς μὲν τῇ οὐσίᾳ καὶ φύσει Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Alii et editi, Υἱὸς μὲν τῇ οὐσίᾳ καὶ φύσει τοῦ Θεοῦ. Ubi Epiphanius, καὶ τῇ φύσει τοῦ Θεοῦ.

(6) Ἄνθρωπον, in editis deerat; ex prædictis auctoribus et ex Seguer. restituimus.

(7) Mss. alii Λόγον, alii Υἱόν habent. Mox πρὸ αἰώνων. Sic mss. fere omnes, in editis, ἀπὸ αἰώνων.

(8) Υἱόν restituimus ex mss. Seguer. Gobler. et Felck. 1, et ex prædictis auctoribus, uno excepto Epiph. qui habet Θεόν. Editi, Χριστόν.

(9) Sic Seguer. Felck 1, et Epiph.; sed δύναμιν deest in quibusdam. Editi, ῥέπουσαν δύναμιν.

Digitized by Google

obtemperantes acquiescerent; vel si repugnarent, pro hæreticis haberentur. Etenim quæ jam memorata sunt, neque dictu neque auditu sunt Christianis tolerabilia, sed ab apostolica doctrina penitus abhorrent. Quocirca eorum dicta, ut jam memorata sunt, ipsis verbis in epistola conscribenda curavi; ut quisquis audierit, eorum turpitudinem et impietatem animadvertat. Et tametsi oportebat illorum qui hæc commenti sunt stultitiam pluribus arguere et confutare; attamen satius fuisset epistolam huc desinere, et nihil ultra scribere: quæ enim ita manifeste prava commonstrantur, exagitare et curiosius indagare non expedit, ne a contentiosis **722** hominibus ambigua existimentur: sed sufficit his duntaxat verbis ad illa respondere: Hæc catholicæ Ecclesiæ non sunt, neque ea est Patrum sententia. Cæterum ne ex perpetuo silentio impudentiæ occasionem malarum illi rerum artifices arripiant, e re fuerit ex divinis Scripturis pauca memorare; fortasse vel hoc modo pudore affecti, turpissimas opiniones excogitandi finem facient.

4. Heus vos, qui eo animum appulistis ut corpus diceretis esse Verbi divinitati consubstantiale (hinc enim ordiri operæ pretium fuerit, ut cum ejus sententiæ fœditas palam fuerit, neque cætera majoris esse pretii conspicuum sit)? In divinis certe Scripturis nihil comparet hujusmodi, nam ipsæ Deum in humano fuisse corpore affirmant: sed etiam Patres qui Nicææ convenerunt, non corpus, sed ipsum Filium dixerunt esse Patri consubstantialem, et hunc quidem ex substantia Patris, corpus vero ex Maria esse ex Scripturis item declararunt. Quamobrem aut Nicænam repudiate synodum, et utpote hæretici, hæc aliena inducite: aut si vultis Patrum illorum filii esse, ne diversam ab eorum scriptis sententiam consectemini. Hac quoque ratione illud quantæ sit absurditatis advertite: si Verbum corpori, quod ex terra naturam tenet suam, est consubstantiale, et aliunde Verbum itidem, juxta Patrum confessionem, est Patri consubstantiale; ipse Pater corpori ex terra facto consubstantialis erit. Ecquid ultra Arianos insectemini, quod dicant Filium esse creaturam, cum ipsi Patrem rebus creatis esse consubstantialem affirmetis, et in aliam impietatem transeuntes dicatis, in carnem, ossa, capillos, nervos et in totum corpus conversum esse Verbum, et a propria muta-

A ἵνα ἢ ἀκούσαντες ἠρεμήσωσιν, ἢ ἀντιλέγοντες ὡς αἱρετικοὶ νομισθῶσι. Τὰ γὰρ εἰρημένα (10) οὔτε λεκτὰ οὔτε ἀκουστὰ παρὰ Χριστιανοῖς, ἀλλὰ ἀλλότρια κατὰ πάντα τρόπον τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας. Διὰ τοῦτο γοῦν κἀγὼ τὰ παρ' ἐκείνων, ὡς προείρηται (11), ἐγγραφῆναι γυμνῶς πεποίηκα τῇ ἐπιστολῇ, ἵνα καὶ μόνον ὁ ἀκούων θεωρῇ τὴν ἐν αὐτοῖς αἰσχύνην καὶ ἀσέβειαν. Καὶ εἰ καὶ ἔδει διὰ πλειόνων κατηγορεῖν καὶ διελέγχειν (12) τὴν ἀφροσύνην τῶν τὰ τοιαῦτα νοησάντων· ἀλλὰ καλὸν ἕως τούτων εἶναι τὴν ἐπιστολήν, καὶ μηδὲν πλεῖον γράφειν· τὰ γὰρ οὕτω φανερῶς δεικνύμενα φαῦλα γυμνάζειν ἐπὶ πλεῖον καὶ περιεργάζεσθαι οὐ δεῖ, ἵνα μὴ τοῖς φιλονεικοῦσιν ὡς ἀμφίβολα νομισθῇ· ἢ τοῦτο μόνον ἀποκρίνασθαι πρὸς τὰ τοιαῦτα, καὶ εἰπεῖν·

B Ἀρκεῖ, ὅτι οὐκ ἔστι ταῦτα τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας, οὐδὲ ταῦτα οἱ Πατέρες ἐφρόνησαν. Ἵνα δὲ μὴ ἐκ τῆς τέλεον σιωπῆς πρόφασιν ἀναισχυντίας (13) ἑαυτοῖς οἱ τῶν κακῶν ἐφευρεταὶ πορίσωνται, καλὸν ἐκ τῶν θείων Γραφῶν ὀλίγα μνημονεῦσαι· τάχα κἂν οὕτως αἰδεσθέντες παύσωνται ἀπὸ τῶν ῥυπαρῶν τούτων ἐπινοιῶν.

4. Πόθεν ὑμῖν ἐπῆλθεν εἰπεῖν (14), ὦ οὗτοι, ὁμοούσιον εἶναι τὸ σῶμα τῆς τοῦ Λόγου θεότητος (ἀπὸ γὰρ τούτου καλόν ἐστιν ἄρξασθαι, ἵνα, τούτου δεικνυμένου σαθροῦ, καὶ πάντα τὰ ἄλλα τοιαῦτα δειχθῇ); Ἀπὸ μὲν οὖν τῶν θείων Γραφῶν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, Θεὸν γὰρ ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι λέγουσι γεγονέναι. Ἀλλὰ γὰρ (15) καὶ οἱ Πατέρες, οἱ ἐν Νικαίᾳ

C συνελθόντες οὐ τὸ σῶμα, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Υἱὸν ὁμοούσιον εἰρήκασι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦτον μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ σῶμα ἐκ Μαρίας ὡμολόγησαν εἶναι πάλιν κατὰ τὰς Γραφάς (16). Ἢ τοίνυν ἀρνήσασθε τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον, καὶ ὡς αἱρετικοὶ παρεισφέρετε ταῦτα· ἢ, εἰ βούλεσθε τέκνα τῶν Πατέρων εἶναι, μὴ φρονεῖτε παρ' ἐκεῖνα, ἅπερ ἔγραψαν αὐτοί (17). Καὶ γὰρ καὶ ἐκ τούτου τὸ ἄτοπον θεωρεῖν ὑμᾶς ἔξεστιν· εἰ ὁμοούσιος ὁ Λόγος τῷ σώματι (18) ἐκ γῆς ἔχοντι τὴν φύσιν, ὁμοούσιος δὲ ὁ Λόγος τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν τῶν Πατέρων ὁμολογίαν· ὁμοούσιος ἔσται καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ τῷ σώματι τῷ ἐκ γῆς

D γενομένῳ. Καὶ τί ἔτι μέμφεσθε τοῖς Ἀρειανοῖς λέγουσι τὸν Υἱὸν κτίσμα, λέγοντες αὐτοὶ καὶ (19) τὸν Πατέρα ὁμοούσιον τοῖς κτίσμασι; καὶ εἰς ἑτέραν ἀσέβειαν μετερχόμενοι, φάσκοντες εἰς σάρκα, καὶ ὀστέα, καὶ τρίχας, καὶ νεῦρα, καὶ ὅλον τὸ σῶμα μεταβεβλῆσθαι τὸν Λόγον, καὶ ἠλλάχθαι τῆς ἰδίας φύσεως. Ὥρα γὰρ ὑμᾶς φανερῶς εἰπεῖν ἐκ γῆς αὐτὸν

(10) Seguer. et Epiph., ὀνομασθῶσι. Τὰ γὰρ προειρημένα.

(11) Sic Seguer. Gobler. et Felckm. 1. In editis, εἴρηται.

(12) Quidam mss., κατηγορῆσαι καὶ ἐλέγχειν. Mox, τῶν ταῦτα διανοηθέντων. Gobler. Felck. 1, Seguer. et Epiph., τὴν τῶν ταῦτα διανοηθέντων αἰσχύνην. Mox Epiph. Seguer. Basil. Gobler. et Felc. 1, πλέον. Editi et alii, πλεῖον. Infra Seguer. solus, ἀποκρίνεσθαι.

(13) Seguer. solus ἀναισχυντίας. Alii, ἀναίσχυντον.

(14) Seguerian., Πόθεν ὑμῖν, ὦ οὗτοι, εἰπεῖν. In eodem infra post καλόν, non legitur, ἐστιν.

(15) Γάρ deest in editis. Ex mss. Seguer. Basil. et Anglic. restituimus.

(16) Θείας Γραφάς, in Seguer. Basil. Gobler. et Felckm. 1.

(17) Locus citatus in dial. Theoriani adv. Armenos, tom. I *Bibl. Græc. PP.* p. 447, Epiph. Καὶ γὰρ ἐκ τούτου.

(18) Gobler. Felckm. 1, εἰ ὁμοούσιον τῷ Λόγῳ τὸ σῶμα.

(19) Καί deest in Basil.

Digitized by Google

γεγενῆσθαι· ἐκ γῆς γὰρ (20) τῶν ὀστέων καὶ ὅλου τοῦ σώματος φύσις. Τίς οὖν ἡ τοσαύτη παραφροσύνη, ἵνα καὶ πρὸς ἑαυτοὺς διαμάχησθε; ὁμοούσιον μὲν γὰρ λέγοντες τὸν Λόγον τῷ σώματι, ἕτερον πρὸς ἕτερον σημαίνετε (21)· τὸ δὲ εἰς σάρκα μεταβεβλῆσθαι αὐτοῦ τοῦ Λόγου τροπὴν φαντάζεσθε. Καὶ τίς ἔτι λοιπὸν ὑμῶν ἀνέξεται ταῦτα καὶ μόνον φθεγγομένων; Πάσης γὰρ αἱρέσεως πλέον εἰς ἀσέβειαν ἐξεκλίνατε. Εἰ γὰρ ὁμοούσιος ὁ Λόγος τῷ σώματι, περιττὴ τῆς Μαρίας ἡ μνήμη καὶ ἡ (22) χρεία, δυναμένου τοῦ σώματος εἶναι καὶ πρὸ Μαρίας ἀΐδιος, ὥσπερ οὖν ἐστι καὶ αὐτὸς ὁ Λόγος· εἴ γε καθ' ὑμᾶς ὁμοούσιός ἐστι τῷ σώματι. Τίς δὲ καὶ ἡ χρεία τῆς ἐπιδημίας τοῦ Λόγου, ἵνα ἢ τὸ ἑαυτοῦ ὁμοούσιον ἐνδύσηται, ἢ, τραπεὶς ἀπὸ (23) τῆς ἰδίας φύσεως, σῶμα γένηται; Οὐ γὰρ ἑαυτῆς ἡ θεότης ἐπιλαμβάνεται, ἵνα καὶ τὸ ὁμοούσιον ἑαυτῆς ἐνδύσηται. Ἀλλ' οὐδὲ ἥμαρτεν ὁ τὰς ἄλλων ἁμαρτίας λυτρούμενος Λόγος, ἵνα, τραπεὶς εἰς σῶμα (24), ἑαυτὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ εἰς θυσίαν προσενέγκῃ, καὶ ἑαυτὸν λυτρώσηται.

tum esse natura? Restat enim ut aperte dicatis ipsum ex terra factum fuisse : ex terra enim ossium totiusque corporis natura originem ducit. Quænam igitur hæc tanta dementia ut vobiscum ipsi pugnetis? dum enim dicitis Verbum corpori esse consubstantiale, alterum cum altero conferri significatis : cum vero in carnem mutatum esse affirmatis, ipsi Verbo mutationem affingitis. Ecquis vos ultra ferat hæc vel proferre ausos? Hæresim quippe omnem impietate superastis. Si enim Verbum est corpori consubstantiale, superflua fuerit Mariæ mentio et ministerium, cum corpus ante Mariam ab æterno esse possit, ut est ipsum Verbum; si tamen, ut vos dicitis, consubstantiale est corpori. Quænam item necessitas Verbi adventus, ut vel illud quod sibi consubstantiale erat, indueret, vel mutatum a propria natura, corpus efficeretur? Non enim seipsam deitas assumit, ut quod sibi consubstantiale est induat. Sed neque peccavit Verbum quod aliorum peccata redemit, ut mutatum in corpus seipsum pro seipso in sacrificium offerret, ac seipsum redimeret.

5. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὕτως, μὴ γένοιτο! *Σπέρματος γὰρ Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται*, ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος· *ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι*, καὶ λαβεῖν ὅμοιον ἡμῖν σῶμα. Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ὑπόκειται ἀληθῶς ἡ Μαρία, ἵν' ἐξ αὐτῆς τοῦτο λάβῃ, καὶ ὡς ἴδιον ὑπὲρ ἡμῶν αὐτὸ προσενέγκῃ. Καὶ ταύτην ὁ μὲν Ἡσαΐας προφητεύων, ἐδείκνυε λέγων· *Ἰδοὺ ἡ Παρθένος*· ὁ δὲ Γαβριὴλ ἀποστέλλεται πρὸς αὐτὴν οὐχ ἁπλῶς πρὸς (25) παρθένον, *Ἀλλὰ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί*· ἵν' ἐκ τοῦ μνηστῆρος (26) δείξῃ τὴν Μαρίαν ἀληθῶς ἄνθρωπον οὖσαν. Διὸ καὶ τοῦ τίκτειν μνημονεύει ἡ Γραφὴ, καί φησιν· *Ἐσπαργάνωσε*· καὶ ἐμακαρίζοντο μαστοὶ, οὓς ἐθήλασε, καὶ προσενέχθη θυσία, ὡς διανοίξαντος τοῦ τεχθέντος τὴν μήτραν· ταῦτα δὲ πάντα, τικτούσης ἦν Παρθένου γνωρίσματα. Καὶ ὁ Γαβριὴλ δὲ ἀσφαλῶς εὐηγγελίζετο αὐτῇ, λέγων οὐχ ἁπλῶς, τὸ γεννώμενον *ἐν σοὶ*, ἵνα μὴ ἔξωθεν ἐπεισαγόμενον αὐτῇ σῶμα νομισθῇ· ἀλλ' *ἐκ σοῦ*, ἵν' ἐξ αὐτῆς φύσει τὸ γεννώμενον εἶναι πιστευθῇ, φανερῶς καὶ τοῦτο τῆς φύσεως δεικνυούσης, ὡς ἀδύνατον παρθένον φέρειν γάλα μὴ τεκοῦσαν, καὶ ἀδύνατον γάλακτι τραφῆναι σῶμα καὶ σπαργανωθῆναι, μὴ πρότερον φύσει τεχθέν. Τοῦτό ἐστι τὸ περιτμηθὲν ὀκταήμερον· τοῦτο Συμεὼν εἰς τὰς ἀγκάλας ἐδέξατο· τοῦτο γέγονε παιδίον καὶ ηὔξησε, δωδε-

5. Sed non ita se res habet, absit : nam, *semen Abrahæ apprehendit*, ut ait Apostolus, *unde debuit per omnia fratribus similari* [52], et corpus assumere nobis simile. Propterea igitur adest vere Maria ut ab ea illud assumat, et tanquam proprium pro nobis illud offerat. Illamque Isaias quidem indicavit dicens [53]: *Ecce virgo*, Gabriel vero ad eam mittitur, nec simpliciter **723** ad virginem, sed *ad virginem desponsatam viro* [54]. Ut ex sponsi mentione indicaret Mariam vere hominem esse. Partumque memorat Scriptura, et ait : *Pannis eum involvit* [55] : ac beata prædicabantur ubera quibus ipse lactatus est [56], et quasi partu vulvam adaperiente oblatum est sacrificium [57] : hæc autem omnia parientis Virginis erant indicia. Et Gabriel quidem caute ac prudenter annuntiabat illi dicendo, non simpliciter, quod *in te* nascetur, ne extrinsecus corpus ipsi inductum putaretur ; sed, *ex te* [58], ut quod gignebatur ortum ex illa duxisse crederetur, liquido hoc ipsum natura demonstrante, nempe, impossibile esse Virginem citra partum lac habere : impossibile item esse lacte nutriri et pannis involvi corpus, quod nondum naturali partu sit editum. Illud ipsum corpus octavo die circumcisum est, idem a Simeone in ulnas susceptum, idipsum puer evasit, crevit, duodecimque annorum factum est [59], et ad

[52] Hebr. II, 16, 17. [53] Isa. VII, 14. [54] Luc. I, 27. [55] Luc. II, 7. [56] Luc. XI, 27. [57] Luc. II, 23. [58] Luc. I, 35. [59] Luc. II, 21-42.

(20) Ἐκ γῆς γάρ, Gobler. Felckm. 1, Seguer. et Epiph. Editi, Ἐκ τῆς γὰρ γῆς πρὸς αὐτοὺς διαμάχησθε, ὁμοούσιον γάρ. Ibidem γάρ deest in Epiph.

(21) Sic Anglic. Basil. Seguer. et Epiph. in editis, σώματι ἕτερον σημαι-. Quæ sequuntur autem, τὸ δὲ εἰς σάρκα, a Gelasio citantur in lib. *De duabus naturis*, sed paulo diverse.

(22) Sic Seguerianus et Epiphan., atque ita legit Nannius. Alii et editi, καὶ τίς ἡ.

(23) Ita Seguer. Anglic. Gobler. Felck. 1, et Epiph. Editi, male τραπεῖσα πρό.

(24) Sic Seguerian. Epiph., et ita legit Nannius. Editi, εἰς σάρκα. Mox Seguer., εἰς θυσίαν. In aliis, εἰς deest. Infra, κατὰ πάντα, deest in Seguer.

(25) Epiph. et Seguer., πρός, sed deest in editis.

(26) Gobler. Felck. 1, Seguer., μνήστορος. Editi et alii, μνηστῆρος. Mox editi, Διὸ καὶ τοῦ τίκτειν in Epiph. et in Seguer., διό deest. Paulo post Gobler. et Felck. 1, οἱ μαστοί.

Digitized by Google

tricesimum usque pervenit annum [60]. Non enim, ut nonnulli suspicati sunt, ipsa Verbi substantia mutata, circumcisa est, cum sit invariabilis et immutabilis, ipso quidem Salvatore dicente: *Videte, videte quia ego sum et non mutor* [61]: Paulo autem scribente: *Jesus Christus heri et hodie ipse et in sæcula* [62]; sed in corpore circumciso, gestato, edente, bibente, laborante, cruci affixo et patiente, erat impassibile et incorporeum Dei Verbum. Illud ipsum corpus in sepulcro positum erat, cum Verbum abiit, (licet a corpore minime segregaretur) ut prædicaret *his qui in carcere erant spiritibus*, ut ait Petrus [63].

6. Quod potissimum eorum stultitiam arguit qui dicunt, Verbum in ossa et carnem mutatum fuisse: si enim hoc esset, monumento sane opus non fuisset: ipsum enim corpus per seipsum abiisset, quo spiritibus in inferno detentis prædicaret. Jam vero ipsum Verbum prædicandi gratia profectum est: corpus vero Joseph sindone involutum in Golgotha deposuit [64]: omnibusque propalam factum est, corpus non fuisse Verbum, sed Verbi corpus fuisse. Hoc ipsum, cum a mortuis resurrexisset, Thomas contrectavit, fixurasque clavorum in illo conspexit [65], quos Verbum ipsum sustinuerat, dum illos corpori suo vidit affigi, neque id prohibuit cum prohibere posset, sed quæ corporis erant propria sibi ipsi incorporeo exsistenti, propria effecit. Quocirca cum a ministro corpus cæderetur, quasi ipsummet pateretur, aiebat, *Quid me cædis* [66]? Et cum Verbum natura sua intactile esset, dicebat tamen: *Dorsum meum dedi ad flagella, maxillas autem meas ad alapas: faciemque meam non averti a probro sputorum* [67]. Nam quæ humanum Verbi corpus patiebatur, hæc ipsa Verbum quod corpori conjunctum erat ad se referebat, ut nos Verbi deitatis participes fieri possemus. Ac illud perquam mirabile fuit, idem fuisse patiens et non patiens; patiens quidem quatenus proprium ipsius corpus patiebatur, et quatenus in ipso patiente erat; non patiens autem, quia Verbum cum natura sua Deus sit, impassibile est. Et ipsum quidem incorporeum in

A καετὲς γενόμενον (27), καὶ εἰς τὸν τριακοστὸν ἐνιαυτὸν ἦλθεν. Οὐ γὰρ, ὥς τινες ὑπενόησαν, ἡ οὐσία αὐτὴ τοῦ Λόγου τραπεῖσα περιετμήθη, ἀναλλοίωτος οὖσα καὶ ἄτρεπτος· λέγοντος μὲν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος· *Ἴδετε, ἴδετε* (28), *ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι*· τοῦ δὲ Παύλου γράφοντος· *Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας*· ἀλλ' ἐν τῷ περιτμηθέντι σώματι, καὶ βασταχθέντι, καὶ φαγόντι, καὶ πιόντι (29), καὶ καμόντι, καὶ ἐν ξύλῳ καθηλωθέντι καὶ παθόντι, ἦν ὁ ἀπαθὴς καὶ ἀσώματος τοῦ Θεοῦ Λόγος. Τοῦτο ἦν τὸ ἐν μνημείῳ τεθὲν, ὅτε αὐτὸς ἐπορεύθη, μὴ χωρισθεὶς αὐτοῦ (30), κηρῦξαι καὶ *τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασιν*, ὡς εἶπεν ὁ Πέτρος.

6. Ὅ μάλιστα δείκνυσι τὴν ἄνοιαν τῶν λεγόντων, B εἰς ὀστέα καὶ σάρκα τετράφθαι τὸν Λόγον. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἦν χρεία μνημείου· αὐτὸ γὰρ ἂν ἐπορεύθη δι' ἑαυτοῦ τὸ σῶμα, κηρῦξαι τοῖς ἐν τῷ ᾅδῃ πνεύμασι. Νῦν δὲ αὐτὸς μὲν ἐπορεύθη κηρῦξαι, τὸ δὲ σῶμα εἰλίξας (31) ὁ Ἰωσὴφ σινδόνι, ἀπέθετο ἐν τῷ Γολγοθᾷ· καὶ δέδεικται πᾶσιν, ὅτι μὴ τὸ σῶμα ἦν ὁ Λόγος, ἀλλὰ σῶμα ἦν τοῦ Λόγου. Καὶ τοῦτο Θωμᾶς ἀναστὰν ἐκ νεκρῶν ἐψηλάφησε, καὶ εἶδεν ἐν αὐτῷ τοὺς τύπους τῶν ἥλων, οὓς ὑπέμεινεν αὐτὸς ὁ Λόγος, ὁρῶν καθηλουμένους (32) ἐν τῷ ἰδίῳ σώματι, καὶ, δυνάμενος κωλύειν, οὐκ ἐκώλυσεν· ἀλλὰ καὶ ἰδιοποιεῖτο τὰ τοῦ σώματος ἴδια, ὡς ἑαυτοῦ ὁ Λόγος ὁ ἀσώματος. Ἀμέλει τοῦ σώματος τυπτομένου παρὰ τοῦ ὑπηρέτου, ὡς αὐτὸς πάσχων ἔλεγε· *Τί με δέρεις;* C Καὶ ἄψαυστος ὢν ὁ Λόγος τῇ φύσει, ὅμως ἔλεγε (33)· *Τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα· καὶ τὸ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης* (34) *ἐμπτυσμάτων*. Ἃ γὰρ τὸ ἀνθρώπινον ἔπασχε σῶμα τοῦ Λόγου, ταῦτα, συνὼν αὐτῷ ὁ Λόγος, εἰς ἑαυτὸν ἀνέφερεν, ἵνα τῆς τοῦ Λόγου θεότητος μετασχεῖν δυνηθῶμεν. Καὶ ἦν παράδοξον, ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ πάσχων καὶ μὴ πάσχων· πάσχων μὲν, ὅτι (35) τὸ ἴδιον αὐτοῦ ἔπασχε σῶμα, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ πάσχοντι ἦν· μὴ πάσχων δὲ, ὅτι τῇ φύσει Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, ἀπαθής ἐστι. Καὶ αὐτὸς μὲν ὁ ἀσώματος ἦν ἐν τῷ παθητῷ σώματι· τὸ δὲ σῶμα εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τὸν ἀπαθῆ Λόγον, ἀφανίζοντα αὐτοῦ τοῦ σώματος τὰς ἀσθενείας (36). Ἐποίει δὲ τοῦτο

[60] Luc. III, 23. [61] Malach. III, 6. [62] Hebr. XIII, 8. [63] I Petr. III, 19. [64] Marc. XV, 46. [65] Joan. XX, 25. [66] Joan. XVIII, 23. [67] Isa. L, 6.

(27) Seguer., τρισκαιδεκαετὴς γενόμενος. Epiph., δεκαετὴς γενόμενος. In Nannii versione hæc deerant, ut in veteribus editis cernere est.

(28) Epiph. et Seguer., semel tantum habet, ἴδετε, addito με.

(29) In editis post, φαγόντι, legitur, καὶ πιόντι, quod abest ab Epiphanio, Segueriano, Gobleriano et Felckm. 1, et a Nanni; versione.

(30) *Μὴ χωρισθεὶς αὐτοῦ*. Hæc verba absunt a Segueriano, Gobleriano, Felckm. 1, Epiph., sed in quibusdam mss. cum reperiantur, ea retinuimus.

(31) Anglic., ἐλίξας. Seguer. Gobler. et Felck. 1, ἑλίξας cum aspero.

(32) Sic Seguer. Editi vero et alii, καθηλωμένους. Paulo post Seguer., οὐκ ἐκώλυεν. Infra in edit., ὁ Λόγος ὁ ἀσώματος. Sed, ὁ Λόγος abest ab Epiphan. Gobler. Felck. 1, Seguer. Mox, Ἀμέλει τοῦ σώματος. Epiph. Basil. Gobler. Felck. 1, Seguer. Nann. At in D edit., διὰ τοῦτο τοῦ σώματος.

(33) Seguer., τῇ φύσει ὁ Λόγος, ὅμως ἔλεγεν. In Epiph. deest ὁ Λόγος. Editi, ὢν τῇ φύσει, ἔλεγε. Mox Seguer., δέδωκα. Paulo post idem, τὸ δὲ πρόσωπον.

(34) Αἰσχύνης deest in Epiph. Mox, Ἃ γὰρ τὸ ἀνθρώπινον. Hæc citantur a Theodor. dial. 3, p. 159, postea Seguer., ἔπασχε σῶμα, ταῦτα συν-. Theod. vero ταῦτα συνομολόγος εἰς ἑαυτὸν ὁ Λόγος. Infra Seguer. Anglic. Gobler. et Felckm. 1, Theod., ἵνα ἡμεῖς.

(35) Sic Seguer. et Theod., quos secuti sumus. Editi, ἦν ὁ πάσχων μὲν, ὅτι, etc. Infra Seguer. Gobler. et Felck. 1, Θεὸς, ὢν Λόγος.

(36) Gobler. Felck. 1, ἀφανίζοντα μὲν τὰς ἑαυτοῦ ἀσθενείας. Seguer. et Theod., ἀφανίζοντα μὲν τὰς ἀσθενείας αὐτοῦ τοῦ σώματος. Editi, ἀφανίζοντα αὐτοῦ τοῦ σώματος τὰς ἀσθενείας.

Digitized by Google

καὶ ἐγένετο οὕτως, ἵνα, τὰ ἡμῶν αὐτὸς δεχόμενος, καὶ προσενεγκὼν εἰς θυσίαν, ἐξαφανίσῃ, καὶ λοιπὸν τοῖς ἑαυτοῦ περιβαλὼν ἡμᾶς, ποιήσῃ τὸν Ἀπόστολον εἰπεῖν· *Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν.* A passibili corpore erat, corpus vero in seipso habuit Verbum impassibile, quod ipsius corporis infirmitates absumeret. Cæterum hoc ideo agebat, et ita se res habebat, ut nostra Verbum suscipiens, ofterensque in sacrificium, penitus absumeret, ac deinceps suis nos induens, Apostolo hæc dicendi occasionem daret: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem*[68]. **724**

7. (37) Οὐ θέσει δὲ ταῦτα ἐγίνετο, μὴ γένοιτο! ὥς τινες πάλιν ὑπέλαβον· ἀλλ' ὄντως ἀληθείᾳ ἀνθρώπου γενομένου τοῦ Σωτῆρος, ὅλου τοῦ ἀνθρώπου σωτηρία ἐγίνετο. Εἰ γὰρ θέσει ἦν ἐν τῷ σώματι ὁ Λόγος, κατ' ἐκείνους, τὸ δὲ θέσει λεγόμενον φαντασία ἐστί, δοκήσει εὑρίσκεται καὶ ἡ σωτηρία καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν ἀνθρώπων λεγομένη, κατὰ τὸν ἀσεβέστατον Μανιχαῖον. (38) Ἀλλὰ μὴν οὐ φαντασία ἡ σωτηρία ἡμῶν, οὐδὲ σώματος μόνου, ἀλλ' ὅλου τοῦ ἀνθρώπου, ψυχῆς καὶ σώματος ἀληθῶς, ἡ σωτηρία γέγονεν ἐν αὐτῷ τῷ Λόγῳ. Ἀνθρώπινον ἄρα φύσει (39) τὸ ἐκ τῆς Μαρίας κατὰ τὰς θείας Γραφὰς, καὶ ἀληθινὸν ἦν τὸ σῶμα (40) τοῦ Κυρίου· ἀληθινὸν δὲ ἦν, ἐπεὶ ταυτὸν ἦν τῷ ἡμετέρῳ· ἀδελφὴ γὰρ ἡμῶν ἡ Μαρία, ἐπεὶ καὶ πάντες ἐκ τοῦ Ἀδὰμ ἐσμεν. Καὶ τοῦτο οὐκ ἄν τις ἀμφιβάλοι, μνησθεὶς ὧν ἔγραψεν ὁ Λουκᾶς. Μετὰ γὰρ τὸ ἀναστῆναι ἐκ τῶν νεκρῶν, δοκούντων τινῶν μὴ ἐν τῷ ἐκ Μαρίας σώματι βλέπειν τὸν Κύριον, ἀλλὰ ἀντὶ τούτου πνεῦμα θεωρεῖν, ἔλεγεν· *Ἴδετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου, καὶ τοὺς τύπους τῶν ἥλων, ὅτι ἐγώ εἰμι αὐτός. Ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐπέδειξεν* (41) *αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας.* Ἐξ ὧν καὶ ἐλέγχεσθαι δύνανται πάλιν οἱ τολμήσαντες εἰπεῖν εἰς σάρκα καὶ ὀστέα ἠλλοιῶσθαι τὸν Κύριον. Οὐ γὰρ εἶπε, Καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε σάρκα καὶ ὀστᾶ ὄντα, ἀλλ' ἔχοντα· ἵνα μὴ αὐτὸς ὁ Λόγος εἰς ταῦτα τραπεὶς νομισθῇ, ἀλλ' αὐτὸς ἔχων αὐτὰ (42) καὶ πρὸ τοῦ θανάτου καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν εἶναι πιστευθῇ.

7. Hæc autem non fictione facta sunt, quemadmodum nonnulli existimarunt, absit! sed Salvatore vere homine facto, hinc totius hominis salus consecuta est. Nam si fictione duntaxat Verbum in corpore fuit, ut illi autumant, et si quod dicitur fictione esse, phantasia est; sequitur ut, secundum impiissimum Manichæum, specie tantum tenus salus et resurrectio hominum fieri dicatur. Verum nequaquam fictitia res est salus nostra, neque solius corporis; sed vere totius hominis, animæ scilicet et corporis, salus in ipso Verbo facta est. Humanum itaque natura erat quod ex Maria prodiit, secundum divinas Scripturas, verumque erat Domini corpus: verum, inquam, fuit, cum idem atque nostrum exstiterit. Soror etenim nostra est Maria, omnes quippe ex Adamo orti sumus. Nec quisquam hac de re dubitabit, si quidem eorum meminerit quæ Lucas scripsit. Nam, postquam a mortuis surrexisset, cum quidam existimarent, se non in corpore ex Maria genito Dominum aspicere, sed illius loco spiritum videre, dixit ille: *Videte manus meas et pedes meos, et fixuras clavorum, quia ego ipse sum. Palpate me et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et pedes*[69]. Ex quibus jure coarguantur qui dicere ausi sunt, Dominum in carnem et ossa mutatum fuisse. Non enim dixit, ut me videtis carnem et ossa esse; sed, habere: ne ipsummet Verbum in res illas transformatum fuisse censeretur, sed illas et ante mortem et post resurrectionem habere crederetur.

8. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων τὴν ἀπόδειξιν, περιττὸν ἔτι τῶν ἄλλων ἅπτεσθαι, καὶ γυμνάζειν τι περὶ αὐτῶν, τοῦ σώματος (43), ἐν ᾧ ἦν ὁ Λόγος, μὴ ὄντος ὁμοουσίου τῇ θεότητι, ἀλλ' ἐκ Μαρίας ἀληθῶς τεχθέντος· καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Λόγου μὴ τραπέντος εἰς ὀστέα καὶ σάρκα, ἀλλ' ἐν σαρκὶ γενομένου (44). Τὸ γὰρ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ λεγόμενον· *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, ταύτην ἔχει τὴν διάνοιαν, καθὼς καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίου

8. Iis igitur ita commonstratis, supervacaneum est alia attingere, aut hæc ultra agitare: cum et corpus in quo Verbum erat, non consubstantiale deitati, sed ex Maria vere genitum sit: et cum ipsum Verbum in carnem et ossa conversum non fuerit, sed in carne exstiterit. Nam quod a Joanne dicitur: *Verbum caro factum est*[70], eadem est significatione, ut ex simili loquendi modo deprehen-

[68] I Cor. xv, 53. [69] Luc. xxiv, 39, 40. [70] Joan. i, 14.

(37) Hæc in synod. Ephes. Act. 1. Item Synod. Chalc. et apud Mercatorem p. 177, θέσει, Synod. Chalcedon. habet, *appositive*; Mercator, *putatione*; alii, *adoptione*; nos cum Petavio, *fictione*, et sic vertendum esse patet. Mox Basil. ὑπέβαλον. Mox, ὄντως ἀληθῆ. Gobler. Felckm. 1, Seguer. Paulo post Gobler. et Felckm. 1, ὅλως τοῦ ἀνθρώπου. Ibidem, ἐγένετο, Ephes. Infra Ephes., φαντασίας.

(38) Hæc a Gelasio citantur lib. *De duabus naturis.*

(39) Hæc a Theodoreto citantur dialogo primo pag. 40. Ephes., Ἀνθρώπινον γὰρ φύσει. Ibidem Theodoretus, τὸ ἐκ τῆς Μαρίας σῶμα, κατά.

(40) Sic Gobler. Felck. 1, Seguer. Editi et alii, τοῦ Σωτῆρος. Theodoret., καὶ ἀληθινὸν τὸ σῶμα τοῦ Σωτ-. Mox Seguer. Theodoret. Gobler. et Felck. 1, ἐπειδή. Editi vero et alii, ἐπεί. Paulo post Seguer., solus, ἐπειδή.

(41) Gobler. Felckm. 1, Seguer., ἔδειξεν. Editi et alii, ἐπέδειξεν. Epiphan., ὑπέδειξεν. Mox, ἐλέγχεσθαι, Goblerian. Felck. 1, Seguerian. et Epiphan. Edit., διελέγχεσθαι.

(42) Sic Epiph. Nann. et Editi. Sed Gobler. Felck. 1, εἰς ταῦτα, minus bene. Mox Seguer., περιττόν ἐστι. Idem, γυμνάζεσθαι.

(43) Epiph. Gobler. Felckm. 1, Seguer., τοῦ γὰρ σώματος, sed male, ut ex serie liquet.

(44) Hæc apud Theod. dial. 1.

Digitized by Google

dere licet : apud Paulum quippe scriptum est : *Christus factus est pro nobis maledictum*[71]. Et sicut non ipse factus est maledictum : sed quia maledictum pro nobis suscepit, idcirco dictum est ipsum factum fuisse maledictum ; sic et Verbum caro factum est, non quod in carnem mutatum fuerit, sed quod carnem viventem pro nobis assumpserit, et homo factum sit. Nam dicere, *Verbum caro factum est*, idem est ac dicere, *Verbum homo factum est*, prout in Joele dicitur : *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem*[72] : non enim bruta animantia ista promissio spectabat, sed homines duntaxat, quorum gratia Dominus homo **725** factus est. Cum igitur dictum illud ea sit significatione, merito sese coarguent quicunque existimant, ante Mariam fuisse carnem ex ea assumptam, et ante ipsam Mariam, Verbum humanam habuisse animam, in qua ante suum adventum semper exstiterit. Silebunt etiam qui dicunt, carnem non esse mortis capacem, sed immortalis esse naturæ. Si enim mortuus non est, quomodo Paulus Corinthiis tradidit quod et accepit ? *Quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas*[73]. Aut qui tandem resurrexerit, si mortuus non est ? Multum autem erubescent, qui vel semel cogitaverint posse pro Trinitate fieri quaternitatem, si corpus ex Maria esse dicatur. Nam si, aiunt, corpus Verbo consubstantiale dicamus, Trinitas manet Trinitas, nihil in ipsam extraneum inducente Verbo : sin corpus humanum ex Maria genitum dicamus ; necesse est ut cum corpus sit extraneum secundum substantiam, et in ipso sit Verbum, quaternitas pro Trinitate, propter corporis accessionem efficiatur.

9. Hæc cum ita loquuntur non cogitant quo pacto secum ipsi pugnent. Etenim licet ex Maria corpus esse negarint, sed ipsi Verbo consubstantiale dixerint : nihilominus (licet ipsi dissimulent ne ita sentire existimentur) eo ipso juxta eorum mentem, quaternitatem illos dicere demonstrabitur. Quemadmodum enim Filius, juxta Patrum doctrinam, quamvis sit Patri consubstantialis, non est ipse Pater, sed Filius Patri dicitur consubstantialis ; sic corpus Verbo consubstantiale non est ipsum

A τοῦτο δυνατὸν εὑρεῖν (45)· γέγραπται γὰρ παρὰ τῷ Παύλῳ· *Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε κατάρα.* Καὶ (46) ὥσπερ οὐκ αὐτὸς γέγονε κατάρα, ἀλλ' ὅτι τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο κατάραν, εἴρηται κατάρα γεγονέναι· οὕτω καὶ σὰρξ γέγονεν οὐ τραπεὶς εἰς σάρκα, ἀλλ' ὅτι σάρκα ζῶσαν (47) ὑπὲρ ἡμῶν ἀνέλαβε, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος. Καὶ γὰρ τὸ εἰπεῖν· *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, ἴσον πάλιν ἐστὶν εἰπεῖν· *Ὁ Λόγος ἄνθρωπος γέγονε*, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ Ἰωήλ· *Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα*· οὐ γὰρ ἕως τῶν ἀλόγων ζώων ἦν ἡ ἐπαγγελία, ἀλλ' εἰς ἀνθρώπους ἐστὶν, ὧν ἕνεκα καὶ ἄνθρωπος γέγονεν ὁ Κύριος. (48) Τούτου δὲ τοῦ ῥητοῦ ταύτην ἔχοντος τὴν ἔννοιαν, εἰκότως καταγνώσονται ἑαυτῶν πάντες οἱ νομίσαντες πρὸ τῆς Μαρίας εἶναι
B τὴν ἐξ αὐτῆς σάρκα, καὶ πρὸ ταύτης τινὰ ἐσχηκέναι ψυχὴν ἀνθρωπίνην τὸν Λόγον (49), καὶ ἐν αὐτῇ πρὸ τῆς ἐπιδημίας ἀεὶ γεγενῆσθαι. Παύσονται δὲ καὶ οἱ εἰπόντες μὴ εἶναι δεκτικὴν θανάτου τὴν σάρκα, ἀλλὰ τῆς ἀθάνατου φύσεως εἶναι ταύτην. Εἰ γὰρ μὴ ἀπέθανε, πῶς ὁ Παῦλος παρεδίδου Κορινθίοις, ὃ καὶ παρέλαβεν· *Ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς Γραφάς* ; Πῶς δὲ ὅλως καὶ ἀνέστη, εἰ μὴ καὶ ἀπέθανεν ; Ἐρυθριάσουσι (50) δὲ μεγάλως οἱ ὅλως ἐνθυμηθέντες δύνασθαι ἀντὶ τῆς Τριάδος γενέσθαι τετράδα, εἰ λέγοιτο ἐκ Μαρίας εἶναι τὸ σῶμα. Ὁμοούσιον γὰρ ἐὰν εἴπωμεν, φασὶ, τὸ σῶμα τῷ Λόγῳ, μένει ἡ Τριὰς (51) Τριὰς, οὐδὲν ξένον εἰς αὐτὴν ἐπιφερομένου τοῦ Λόγου· ἐὰν δὲ ἀν-
C θρώπινον εἴπωμεν τὸ ἐκ Μαρίας σῶμα, ἀνάγκη, ξένου ὄντος κατ' οὐσίαν τοῦ σώματος, καὶ ὄντος ἐν αὐτῷ τοῦ Λόγου, τετρὰς ἀντὶ Τριάδος γίνεται διὰ τὴν τοῦ σώματος προσθήκην.

9. Ταῦτα οὕτω λέγοντες, οὐ νοοῦσιν, ὅπως ἑαυτοῖς περιπίπτουσι. Καὶ γὰρ κἂν μὴ ἐκ Μαρίας λέγωσι τὸ σῶμα, ἀλλὰ ὁμοούσιον αὐτὸ τῷ Λόγῳ, οὐδὲν ἧττον (ὅπερ ὑποκρίνονται (52), μὴ ἄρα ὥσπερ φρονοῦντες νομισθῶσι) τοῦτο κατὰ τὴν αὐτῶν ἔννοιαν δειχθήσονται λέγοντες τετράδα. Ὡς γὰρ ὁ Υἱὸς κατὰ τοὺς Πατέρας, ὁμοούσιος ὢν τῷ Πατρὶ, οὐκ ἔστιν αὐτὸς ὁ Πατὴρ, ἀλλὰ Υἱὸς πρὸς Πατέρα λέγεται ὁμοούσιος· οὕτω τὸ ὁμοούσιον σῶμα τοῦ Λόγου οὐκ ἔστιν αὐτὸς ὁ Λόγος, ἀλλ' ἕτερον πρὸς τὸν Λόγον.

[71] Galat. III, 13. [72] Joel II, 28. [73] I Cor. XV, 3.

(45) Gobler. Felckm. 1, τούτου δυνατὸν εὑρεῖν ὡς Παῦλός φησι· Χρ., etc.

(46) Καί deest in Seguer. Mox Epiph., οὐκ αὐτὸς γέγονε κατάρα. Theod., οὐχ ὅτι αὐτὸς γέγονε. Editi autem, οὐκ αὐτὸ τοῦτο γέγονε κατάρα. Seguer. Gobler. et Felck. 1, οὐκ αὐτῷ τούτῳ αὐτὸς κατ-. Mox Theodor., ἐδέξατο. In eodem mox, κατάρα deest. Ibidem Seguer., κατάρα γέγονεν· οὕτω καὶ σὰρξ ἐγένετο. Theodor., οὕτω καὶ τὸ, Σάρξ. Mox, omnes fere mss., ἀλλ' ὅτι. Editi, ἀλλ' ἔτι.

(47) Ζῶσαν deest in Ep. Theod. et Seguer. In Seguer., καί sequens deest. Paulo post, πάλιν deest in Gobler. et Felck. 1. Ibidem ὁ Λόγος deest in Seg. Infra Seguer. ἀλόγων ζώων. In aliis, ζῴων deest.

(48) Hæc citantur tom. V *Conc.* p. 655. Mox Gobler. Felck. 1, Seguer. Epiph., διάνοιαν. Ibidem Seguer., πάντες. Alii, πάντως. Ibider-, νομίζοντες. D Epiph. Gobler. Felck. 1, Seguerian.

(49) Seguer., Θεὸν Λόγον.

(50) Epiph., ἐρυθριῶσι. Gobler. Felckm. 1. Editi, ἐρυθριάσωσι. Seguer., ἐρυθριάσουσι quæ lectio sane prælerenda. Mox Seguer. Gobler. Felck. 1, κἂν ὅλως. Editi et alii, καὶ ὅλως. Ibidem, Seguerian. Gobler. Felckm. 1, γίγνεσθαι. Epiphanius, γίνεσθαι. Editi, γενέσθαι. Infra Seguer., Ὁμοούσιον μὲν γὰρ, φησὶν, ἐὰν εἴπωμεν.

(51) Sic Epiph. Seguer. in editis semel, Τριάς. Mox Epiph., ἐπεισφερομένου. Seguer. εἰς ἑαυτὴν εἰσφερομένου.

(52) Sic Epiph. et Seguer. Gobler. Felck. 1. Editi, ἢ ὥσπερ ὑπεκρίναντο μὴ ὥρα οὕτω φρον-. Mox Ep., αὐτῶν ἄνοιαν. Paulo post, Seguer., Ὥσπερ γὰρ ὁ Υἱός. Infra idem cum Gobler. et Felckm. 1, ἀλλὰ ὁ Υἱός. Paulo post iidem, οὐκ ἔστιν αὐτό.

Digitized by Google

ἑτέρου δὲ ὄντος, κατ' αὐτοὺς ἔσται ἡ αὐτῶν Τριὰς (53) τετράς. Οὐ γὰρ ἡ ἀληθινὴ, καὶ ὄντως τελεία, καὶ ἀδιαίρετος Τριὰς δέχεται προσθήκην, ἀλλ' ἡ παρὰ τούτων ἐπινενοημένη. Καὶ πῶς ἔτι Χριστιανοὶ, οἱ (54) ἕτερον παρὰ τὸν ὄντα Θεὸν ἐπινοοῦντες; Πάλιν γὰρ καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ αὐτῶν σοφίσματι πολλὴν (55) τὴν ἀφροσύνην ἔξεστιν ὁρᾷν· εἰ, διὰ τὸ εἶναι καὶ λέγεσθαι ἐν ταῖς Γραφαῖς, ἐκ Μαρίας εἶναι καὶ ἀνθρώπινον τὸ σῶμα τοῦ Σωτῆρος, νομίζουσιν ἀντὶ Τριάδος τετράδα λέγεσθαι, ὡς προσθήκης γινομένης διὰ τὸ σῶμα (56)· πολὺ πλανῶνται τὸ ποίημα συνεξισοῦντες τῷ ποιητῇ, καὶ ὑπονοοῦντες δύνασθαι τὴν θεότητα προσθήκην λαμβάνειν· καὶ ἠγνόησαν, ὅτι οὐ διὰ προσθήκην θεότητος γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος, ἀλλ' ἵνα ἡ σὰρξ ἀναστῇ· οὐδὲ ἵνα βελτιωθῇ ὁ Λόγος, προῆλθεν ἐκ Μαρίας, ἀλλ' ἵνα τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος λυτρώσηται. Πῶς οὖν οἴονται τὸ διὰ τοῦ Λόγου λυτρωθὲν (57) σῶμα καὶ ζωοποιηθὲν προσθήκην εἰς θεότητα τῷ Λόγῳ τῷ ζωοποιήσαντι ποιεῖν; μᾶλλον γὰρ αὐτῷ τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι προσθήκη μεγάλη γέγονεν ἐκ τῆς τοῦ Λόγου πρὸς αὐτὸ κοινωνίας τε καὶ ἑνώσεως· ἀπὸ γὰρ θνητοῦ γέγονεν ἀθάνατον· καὶ ψυχικὸν ὄν, γέγονε πνευματικὸν, καὶ ἐκ γῆς γενόμενον, τὰς οὐρανίους διέβη (58) πύλας. Ἡ μέντοι Τριὰς, καὶ λαβόντος ἐκ Μαρίας σῶμα τοῦ Λόγου, Τριάς ἐστιν, οὐ δεχομένη προσθήκην, οὐδὲ ἀφαίρεσιν· ἀλλ' ἀεὶ τελεία ἐστὶ, καὶ ἐν Τριάδι μία θεότης γινώσκεται, καὶ οὕτως ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ εἷς Θεὸς κηρύσσεται, ὁ τοῦ Λόγου Πατήρ.

10. Ἐκ δὴ τούτου σιωπήσουσι λοιπὸν καὶ οἱ ποτὲ εἰπόντες τὸν ἐκ Μαρίας προελθόντα μὴ εἶναι αὐτὸν τὸν Χριστὸν, καὶ Κύριον, καὶ Θεόν. Εἰ γὰρ μὴ Θεὸς ἦν ἐν τῷ σώματι, πῶς εὐθὺς προελθὼν ἐκ Μαρίας ἐκλήθη *Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός*; Πῶς δὲ καὶ ὁ Παῦλος, εἰ μὴ ὁ Λόγος ἦν ἐν σαρκὶ, Ῥωμαίοις ἔγραφεν· *Ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων* (59) *Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν*; Οὐκοῦν ὁμολογείτωσαν καὶ οἱ πρότερον ἀρνούμενοι τὸν ἐσταυρωμένον εἶναι Θεὸν ἐσφάλθαι, πειθόμενοι ταῖς θείαις Γραφαῖς· μάλιστα δὲ τῷ Θωμᾷ, ὃς, μετὰ τὸ ἰδεῖν ἐν αὐτῷ τοὺς τῶν ἥλων τύπους, ἀνεβόησεν· *Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου* (60). Θεὸς γὰρ καὶ Κύριος τῆς δόξης ὢν ὁ Υἱὸς, ἦν ἐν τῷ ἀδόξως καθηλουμένῳ καὶ ἀτιμαζομένῳ σώματι· τὸ δὲ σῶμα (61) ἔπασχε μὲν νυττόμενον ἐν τῷ ξύλῳ, καὶ ἔῤῥεεν ἀπὸ τῆς τούτου πλευρᾶς αἷμα

A Verbum, sed aliud a Verbo distinctum; cumque aliud sit, Trinitas ex ipsorum sententia quaternitas erit. Neque enim vera, ac vere perfecta et indivisibilis Trinitas accessionem admittit: sed illa duntaxat, quam ipsi commenti sunt. Et qui, amabo, Christiani sunt qui alium Deum, præter eum qui revera est, commiscuntur? Iterum in altero illorum sophismate ingentem stultitiam deprehendere licet: si quod Scripturæ dicant, corpus Salvatoris ex Maria et humanum esse, ideo pro Trinitate quaternitatem dici existimant, quasi accessio quædam ex corpore facta sit; multum hallucinantur, dum rem factam factori exæquant, et arbitrantur posse deitatem accessionem admittere: ignorantque non propter augmentum deitatis Verbum carnem factum esse,
B sed ut caro resurgeret: neque ut præstantius redderetur Verbum, ex Maria prodiisse, sed ut humanum genus redimeret. Cur ergo existimant, corpus a Verbo redemptum et vivificatum, Verbo vivificanti ad deitatem incrementum aliquod addere? Nam potius humano corpori, ex Verbi communione et conjunctione, ingens facta est accessio: ex mortali enim factum est immortale, et cum animale esset, factum est spirituale, cumque ex terra factum esset, cœlestes portas penetravit. Porro Trinitas, etiam Verbo ex Maria corpus sumente, Trinitas semper est, neque accessionem admittens, neque diminutionem; sed perfecta semper est, et in Trinitate una deitas agnoscitur, et sic unus Deus Verbi Pater in Ecclesia prædicatur.

C **726** 10. Eadem autem ratione li quoque jam silebunt qui aliquando dixere eum qui ex Maria prodiit, nec Christum, nec Dominum vel Deum esse. Si enim Deus in corpore non erat, quomodo statim atque ex Maria prodiit, vocatus est *Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus*[74]? Cur item Paulus, si Verbum in carne non erat, Romanis scripsit: *Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula, amen*[75]. Quapropter qui prius negabant, eum qui crucifixus est esse Deum, se errasse fateantur, ac divinis omnibus Scripturis fidem habeant, Thomæ potissimum, qui cum in illo clavorum vestigia conspexisset, exclamavit: *Dominus meus et Deus meus*[76].
D Filius enim, Deus et Dominus gloriæ cum esset, erat tamen in corpore ignominiose clavis affixo, et contumeliis affecto. Corpus autem in ligno quidem

[74] Matth. I, 23. [75] Rom. IX, 5. [76] Joan. XX, 28.

(53) Seguer. Gobler. Felc. 1, ἔσται κατ' αὐτοὺς ἡ ἁγία Τριὰς τετ.

(54) Sic maxima pars mss. In al. vero et ed. οἱ deest.

(55) Πολλὴν deest in Seguer. Gobler. et Felc. 1. Mox Goblerian. et Felc. 1, 5, καθορᾷν ἢ διά. Epiphan., εἰ δὲ διά. Porro hæc a Theodoreto citantur, dial. 2, p. 92.

(56) Epiphan., ὡς προσθήκης λεγομένης τὸ σῶμα.

(57) Sic Epiphan. Theod. Anglic. Seguer. Editi, λυτρούμενον. Mox, τῷ ζωοποιήσαντι deest in Seguer. Theodoretus, τῷ ζωοποιήσαντι Λόγῳ. Infra σώματι deest in Epiphanio et Seguer. Paulo post Basilien-

sis. πρὸς αὐτόν.

(58) Gobler. Felc. 1, Seguer., ὑπερέβη.

(59) Sic omnes fere mss. Editi vero, ἐπὶ πάντα. Infra Gobler. Felckm. 1, Seguer., τὸν ἐν σταυρῷ. Mox, πάσαις ταῖς θ. Sic Goblerianus, Felck. 1, Seguer. Nicephor.

(60) Exstat hic locus apud Theodoretum, dial. 3, p. 160.

(61) Sic Epiphan. Theodor. Gobler. Felckm. 1, Seguerian. Editi, τὸ δὲ σῶμα τοῦ Θεοῦ. Infra Seguer., τυγχάνον, πεπληρωμένον; recte. Alii, τυγχάνων, πεπληρωμένος.

Digitized by Google

vulneribus confossum patiebatur, et ab ejus latere sanguis et aqua manabat. Cum autem Dei templum esset, deitate repletum erat. Quocirca sol quidem cum Creatorem suum in corpore contumeliis affecto tolerantem videret, radios contraxit, terramque tenebris offudit. Ipsum vero corpus natura præditum mortali, supra suam naturam propter Verbum quod in ipso erat, resurrexit : et amisit quidem naturalem suam corruptibilitatem : induto autem quod supra hominem erat Verbo, incorruptibile factum est.

A καὶ ὕδωρ· ναὸς δὲ τοῦ Λόγου τυγχάνον, πεπληρωμένον ἦν τῆς θεότητος. Διὰ τοῦτο γοῦν ὁ μὲν ἥλιος, ὁρῶν τὸν δημιουργὸν ἑαυτοῦ (62) ἐν τῷ ὑβριζομένῳ σώματι ἀνεχόμενον, τὰς ἀκτῖνας συνέστειλε, καὶ ἐσκότισε τὴν γῆν· αὐτὸ δὲ τὸ σῶμα, φύσιν ἔχον θνητὴν, ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀνέστη διὰ τὸν ἐν αὐτῷ Λόγον· καὶ πέπαυται μὲν τῆς κατὰ φύσιν φθορᾶς (63)· ἐνδυσάμενον δὲ τὸν ὑπὲρ ἄνθρωπον Λόγον, γέγονεν ἄφθαρτον.

11. Quod vero nonnulli commeminiscuntur et dicunt : quemadmodum in singulos prophetas Verbum advenit, ita quoque in quemdam hominem Mariæ Filium venisse, inutile est agitare ; cum eorum insania manifestam sui confutationem præ se ferat. Si namque Verbum ita advenit, cur hic homo ex Virgine, et non ex viro et muliere ipse quoque prodiit ? sic enim quisque sanctorum genitus est. Aut cur, si Verbum ita venerit, cujusque mors non dicitur pro nobis tolerata, sed illius tantum ? Quare item cum ad singulos prophetas Verbum advenerit, dicitur tamen ad solum Mariæ Filium semel in consummatione sæculorum advenisse ? Aut cur Verbo ita veniente, ut venerat in sanctos illos qui prius exstiterant, alii quidem omnes mortui cum sint, nondum resurrexerunt, solus vero Mariæ Filius post triduum resurrexit ? Aut quare cum simili modo ad alios Verbum venerit, solus Mariæ Filius dicitur Emmanuel, quasi corpus ejus deitate repletum et ex illa genitum sit ? Nam illud, Emmanuel, significat, *Nobiscum Deus*. Vel quare si ita venerit, quodlibet sanctorum comedente et bibente, laborante et moriente, non dicitur ipsum Verbum comedere et bibere, laborare et mori, sed de solo Mariæ Filio ita dicitur ? Quæcunque enim corpus istud passum est, hæc quasi ipso patiente Verbo dicta sunt. Et cum de aliis omnibus dictum sit duntaxat, quod geniti nati sint, de solo Mariæ Filio dictum est : *Et Verbum caro factum est* [77].

11. Περὶ δὲ τοῦ φαντάζεσθαί τινας καὶ λέγειν, ὅτι, ὥσπερ ἐφ' ἕκαστον (64) τῶν προφητῶν ἐγίνετο, οὕτω καὶ ἐπὶ ἕνα τινὰ ἄνθρωπον ἐκ Μαρίας ἦλθεν ὁ Λόγος, περιττόν ἐστι γυμνάζειν, φανερὰν ἐχούσης B τῆς μανίας (65) αὐτῶν τὴν κατάγνωσιν. Εἰ γὰρ οὕτως ἦλθε, διὰ τί οὗτος ἐκ Παρθένου, καὶ μὴ καὶ αὐτὸς ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικός ; Οὕτως γὰρ καὶ ἕκαστος τῶν ἁγίων ἐγεννήθη. Ἢ διὰ τί, οὕτως ἐλθόντος τοῦ Λόγου, οὐχ ὁ ἑκάστου θάνατος λέγεται ὑπὲρ ἡμῶν γεγενῆσθαι, ἀλλ' ὁ τούτου μόνος ; Διὰ τί δὲ, καθ' ἕκαστον τῶν προφητῶν ἐπιδημοῦντος τοῦ Λόγου, λέγεται ἐπὶ μόνου τοῦ ἐκ Μαρίας, ὡς ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐπιδημήσαντος ; Ἢ διὰ τί, ἐλθόντος αὐτοῦ (66), ὡς ἦλθεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἁγίοις, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες, ἀποθανόντες, οὔπω ἀνέστησαν, ὁ δὲ ἐκ Μαρίας μόνος (67) τριήμερος ἀνέστη ; Ἢ διὰ τί, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐλθόντος τοῦ Λόγου, λέγεται μόνος ὁ ἐκ Μαρίας Ἐμμανουὴλ, ὡς σώματος πεπλη- C ρωμένου θεότητος, τεχθέντος ἐξ αὐτῆς ; Τὸ γὰρ Ἐμμανουὴλ ἑρμηνεύεται, *Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός*. Ἢ διὰ τί, εἴπερ οὕτως ἦλθεν, ἐσθίοντος ἑκάστου τῶν ἁγίων (68), καὶ πίνοντος, καὶ κοπιῶντος, καὶ ἀποθνήσκοντος, οὐ λέγεται ὡς αὐτὸς ἐσθίων, καὶ πίνων, καὶ κοπιῶν, καὶ ἀποθνήσκων, ἀλλ' ἐπὶ μόνου τοῦ ἐκ Μαρίας ; Ἃ γὰρ ἔπασχε τοῦτο τὸ σῶμα, ταῦτα ὡς αὐτοῦ πάσχοντος εἴρηται. Καὶ τῶν ἄλλων δὲ (69) πάντων λεγομένων μόνον, ὅτι ἐτέχθησαν καὶ ἐγεννήθησαν, ἐπὶ τοῦ ἐκ Μαρίας μόνου εἴρηται· *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐνένετο*.

12. Ex quibus ostenditur ad reliquos quidem sanctos verbum factum esse ut prophetarent ; ex Maria autem Verbum carne assumpta hominem prodiisse, qui natura quidem et substantia Verbum Dei erat, secundum carnem autem ex semine David et ex car- D

12. Ἐξ ὧν δείκνυται, ὅτι πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους ἅπαντας γέγονεν ὁ Λόγος, τοῦ προφητεύειν χάριν· ἐκ δὲ Μαρίας αὐτὸς ὁ Λόγος, σάρκα λαβὼν (70), προῆλθεν ἄνθρωπος, τῇ μὲν φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ Λόγος ὢν τοῦ Θεοῦ, κατὰ δὲ σάρκα ἐκ σπέρματος Δα-

[77] Joan. I, 14.

(62) Theodoretus, αὐτοῦ. Infra Seguerian., συνέστελλε. Ibid. Theod., ἐσκότασε. Paulo post Seguer. Gobler. Felckm. 1, Epiphan. et Theodor., θνητήν. Editi, γενητήν.

(63) Epiph., φθορᾶς· ἔνδυμα δὲ γέγονε τοῦ Λόγου.

(64) Seguerianus, εἰς ἕκαστον. Infra Seguer., τὸν ἐκ Μαρίας. In editis, τόν deest. Mox Seguerianus, Goblerianus et Felc. 1, περιττόν ἐστι καὶ γυμνάζειν.

(65) Seguer. Gobler. et Felc. 1, τῆς ἀνοίας. Mox Seguerian., οὗτος ἐκ Παρθ. Editi et alii, οὕτως ἐκ Παρθ. Mox Anglic. Seguer. Gobler. et Felc. 1, καὶ μὴ καὶ αὐτός· in Seguerian., καί deest ante αὐτός. Editi vero, καὶ μὴ καὶ οὕτως.

(66) Seguerian., ἢ διὰ τί οὕτως.

(67) Μόνος deest in Basil. Ibidem, τριήμερος deest in Epiphanio. Infra Anglican., post ἐκ Μαρίας Ἐμμανουὴλ, addit καὶ ἑρμηνεύεται, Μεθ' ἡμῶν Θεός.

(68) Sic Epiph. Gobler. Felc. 1, Seguer.; in edit., προφητῶν. Infra Seguer. Gobler. Felc. 1, et Epiph., ὡς αὐτός. Editi vero et alii, ὡσαύτως. Mox, ἀποθνήσκων, sic Angl. Gobl. Felck. 1, Seguer. Editi et Epiphan., ἀποθανών.

(69) Sic Seguer. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. In aliis et in editis, δέ deest. Mox, ὅτι deest in plurimis mss., sed retinendum videtur. Mox Seguer. solus, ἐπὶ δὲ τοῦ ἐκ Μαρίας μόνον. Infra Epiphan. Seguer. Gobler. et Felckm. 1, πάντας. Editi et alii, ἅπαντας.

(70) Seguerianus, ὁ Λόγος ἑαυτῷ σάρκα.

Digitized by Google

διὲ καὶ τῆς σαρκὸς Μαρίας γενόμενος ἄνθρωπος, ὡς εἶπεν ὁ Παῦλος. Τοῦτον ὁ Πατὴρ (71) ἐδείκνυε, καὶ ἐν Ἰορδάνῃ καὶ ἐν τῷ ὄρει λέγων· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.* Τοῦτον οἱ μὲν Ἀρειανοὶ ἠρνήσαντο, ἡμεῖς δὲ ἐπιγινώσκοντες, προσκυνοῦμεν, οὐ διαιροῦντες τὸν Υἱὸν καὶ τὸν Λόγον, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Λόγον (72) εἰδότες εἶναι τὸν Υἱὸν, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονε, καὶ ἡμεῖς ἐλυτρώθημεν. Διὸ καὶ ἐθαυμάσαμεν, πῶς ὅλως ἐν ὑμῖν (73) περὶ τῶν οὕτω φανερῶν γέγονε φιλονεικία. Ἀλλὰ χάρις τῷ Κυρίῳ, ὅτι, ὅσον ἐλυπήθημεν ἐντυχόντες (74) τοῖς ὑπομνήμασι, τοσοῦτον ἐχάρημεν ἐπὶ τῷ τέλει τούτων. Μετὰ γὰρ συμφωνίας ἀνεχώρησαν, καὶ εἰρήνευσαν ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ τῆς εὐσεβοῦς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως. Τοῦτο γοῦν κἀμὲ, πολλὰ πρότερον σκεψάμενον, πέπεικε (75) γράψαι τὰ ὀλίγα ταῦτα, λογισάμενον, μὴ ἄρα ταῦτα ἐκ τῆς σιωπῆς ἀντὶ χαρᾶς λύπη γένηται τοῖς ἐκ τῆς συμφωνίας πρόφασιν τοῦ χαίρειν παρασχοῦσιν ἡμῖν. Ἀξιῶ τοίνυν προηγουμένως τὴν σὴν εὐλάβειαν, καὶ δεύτερον τοὺς ἀκούοντας, μετὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ταῦτα δέξασθαι· καὶ εἰ μέν τι πρὸς εὐσέβειαν λείπει, τοῦτο διορθώσασθαι καὶ δηλῶσαί μοι· εἰ δὲ ὡς παρὰ ἰδιώτου τῷ Λόγῳ μὴ κατ' ἀξίαν, μηδὲ τελείως γέγραπται, συγγνῶναι πάντας (76) τῇ ἡμετέρᾳ περὶ τὸ λέγειν ἀσθενείᾳ. Προσαγόρευε πάντας τοὺς μετὰ σοῦ ἀδελφούς. Σὲ οἱ σὺν ἡμῖν πάντες προσαγορεύουσιν. Ἐρρωμένως ἐν Κυρίῳ διάγοις, ἀγαπητὲ καὶ ἀληθῶς ποθεινότατε.

A ne Mariæ homo factus est, ut ait **727** Paulus. Hunc Pater in Jordane et in monte manifestavit dicens: *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui*[78]. Hunc Ariani quidem abnegarunt, nos vero agnoscentes adoramus, nec Filium a Verbo dividimus, sed agnoscimus ipsum Verbum esse Filium per quem omnia facta sunt, et per quem nos redempti sumus. Quapropter mirati sumus quod in rebus ita manifestis apud vos contentio oborta sit. Sed gratia sit Domino, quia quantum ex commentariorum lectione contristati sumus, tantum sumus rerum istarum exitu lætati. Cum concordia enim discesserunt, piæ et orthodoxæ fidei confessione inter se conciliata pace. Ea certe res me multum prius deliberantem, ad hæc pauca scribenda compulit: verebar enim ne forte ex taciturnitate, pro B gaudio tristitia illis oboriretur, qui ex concordia nobis causam lætitiæ suppeditarunt. Rogo igitur tuam pietatem primum, secundo auditores, ut hæc cum bona conscientia recipiatis: et si quid a pietate deficiunt, illud corrigatis mihique indicetis. Quod si, utpote ab homine imperito, non pro dignitate rei, nec satis accurate ista conscripta sint, veniam detis omnes nostræ in dicendo imbecillitati. Saluta omnes, qui tecum sunt, fratres. Te omnes qui nobiscum sunt salutant. Salvus in Domino vivas, dilecte et vere optatissime.

[78] Matth. III, 17.

71) Seguerian. Gobl. et Felc. 1, ὃν ὁ Πατήρ.
(72) Τὸν Λόγον deest in Seguer.
(73) Seguer. ἐν ἡμῖν. Infra ὅτι deest in edit. Col.
(74) Sic Epiph. et Fr. D. Editi, εὐτυχόντες. In Seg., Gobl. et Felc. 1, hæc, ἐντυχόντες τοῖς ὑπομνήμασι desunt.
(75) Epiph. Gobler. Felc. 1, Seg. πεποίηκε. Mox, ταῦτα deest in Seg. Gobler. et Felc. 1.
(76) Epiph. G. I. S. συγγνώμην ἔχειν πάντας. Ibidem ipsi omittunt προσαγόρευε, etc., quorum loco Epiphanius habet ἐῤῥῶσθε tantum.

ADMONITIO

In Epistolam sancti Athanasii ad Adelphium.

I. *Adelphius iste*, tomo ad Antiochenos, *pag.* 619, *episcopus Onupheos Lychnorum memoratur, quem ab Arianis in exsilium Psinablam Thebaidis missum legimus* Historia Arianorum ad monachos, *pag.* 306, *numero* 72, *et* Apologia de fuga, *pag.* 256, *num.* 7, *hincque est quod idem in epistola titulo* ὁμολογητής, Confessor *dicitur. In fine Hieracis presbyteri, cui et hæc recitanda cupit, meminit Athanasius; is autem videtur esse, qui et ipse, vi Arianorum, eodem exsulasse tempore locis modo laudatis fertur. Scripta autem videtur epistola circiter annum* 371, *quo nempe, pullulante Apollinarii hæresi, varii exoriebantur de Christi Incarnatione errores. Nam Ariani hic memorati, impietati suæ pristinæ, aliam, ex Apollinaristis forte mutuati, adjecere.*

II. *In quosdam igitur Arianos scripta est, ut fert inscriptio, qui, ut numero* 1 *testatur Athanasius, passimque alibi, primum Verbi divinitatem negare satis habuerunt, simulaveruntque ejus in carnem adventum se rite agnoscere, postmodum vero impie quoque de Incarnatione Domini senserunt. Homines itaque quos hic oppugnat sanctus doctor, Christi corpus negabant esse adorandum: vel potius, ut videtur, negabant a Catholicis rite posse adorari, qui nimirum crederent Verbum perfectam assumpsisse humanam naturam, corpus scilicet, mentemque humanam. Contra Apollinaristarum duces prave opinabantur solam humanam carnem a Verbo assumptam esse, ipsum autem Verbum instar animæ fuisse humano corpori: quam ob causam passionem cæteraque humana omnia in ejus transferebant divinitatem. Ita plane docet sanctus Athanasius Orationibus contra Apollinarium. Idem similiter diserte scribit Gregorius Nazianzenus, epistola* 1 *ad Cledonium, his verbis:* Et

Digitized by Google

μὲν γὰρ ἄψυχος ἄνθρωπος · τοῦτο καὶ Ἀρειανοὶ λέγουσιν, ἵν' ἐπὶ τὴν θεότητα τὸ πάθος ἐνέγκωσιν, ὡς τοῦ κινοῦντος τὸ σῶμα καὶ τούτου πάσχοντος. Nam si ipse (Christus) inanimatus homo est : hoc etiam Ariani aiunt, ut passionem in divinitatem transferant, utpote cum id quod movet corpus, idem quoque patiatur.

III. *Idcirco autem hi lucifugæ se Verbum hominem factum recte adorare arbitrabantur, quod ut vane putabant, animæ locum Verbum ipsum obtineret. Nam etiamsi Verbum rem creatam vellent esse, ipsum nihilominus adorabant : unde passim illis exprobrat Athanasius, quod rem creatam adorent eique serviant, ut hic numero* 1. *At Christum ut hominem negabant iidem adorandum esse, si, ut erat Catholicorum sententia, perfectus homo esset; atque ita intelligendum est, quod numero* 7 *ait sanctus doctor, Arianos Dominum in carne tanquam in templo existentem nolle adorare.*

IV. *Hoc ex errore ille alius videtur emanasse, eorum nempe qui carnem Domini conjunctione cum Verbo increatam factam fuisse existimabant. Quippe illi ad sui defensionem dictitabant :* Ἡμεῖς οὐ κτίσματα προσκυνοῦμεν, Nos rem creatam non adoramus, *iidemque Catholicos appellabant* ἀνθρωπολάτρας, *duosque ab eis agnosci Filios calumniabantur, quod Verbum factum hominem perfectum adorarent. Cujus quidem erroris fundamentum hac in epistola diruit sanctus Athanasius, in qua docet et adorandum esse Christi corpus, sive Christum hominem, nec ita a nobis adorari rem creatam, sed Verbum hominem factum : nec enim humanam naturam a Verbo separandam esse, ut Verbum adoretur ; sed* **728** *Verbum forma servi, quam accepit, indutum debere adorari. Qua sane doctrina et Nestorium et Eutychem, longe ante ortas ipsorum hæreses, luculenter condemnavit : Nestorium quidem, cum Christum negat in duo esse dividendum : Eutychem vero, cum integras ac distinctas tuetur Christi naturas.*

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ (77),

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΑΔΕΛΦΙΟΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΗΝ, ΚΑΤΑ ΑΡΕΙΑΝΩΝ.

—

S. P. N. ATHANASII.

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ,

EPISTOLA AD ADELPHIUM EPISCOPUM ET CONFESSOREM, CONTRA ARIANOS.

—

1. Perlectis his quæ a tua religione scripta sunt, A tuam quidem in Christum pietatem vere approbavimus, laudesque Deo imprimis persolvimus, qui tibi hujusmodi est largitus gratiam, ut et recte sentires, nec diaboli fraudes, quantum scire licet, ignorares : non potuimus vero non admirari perversum hæreticorum animum, qui adeo in profundum impietatis demersi sunt, ut nullum jam sensum conservent, sed corruptam omni ex parte habeant mentem. Certe hujusmodi facinus diabolum auctorem habet, estque ad improborum imitationem Judæorum. Nam ut illi undique convicti, rationes adversus seipsos excogitabant, eo tantum ut Dominum negarent, et quæ prædicta sunt in seipsos attraherent : sic et isti cum se undique notari, suamque hæresim omnibus exsecrandam esse vident, sese scelerum B auctores non verentur facere; ut contra veritatem pugnare non desistentes, vere Christi hostes permaneant. Unde enim illis id exortum malum est?

1. Ἐντυχόντες τοῖς παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας γραφεῖσι, τὴν μὲν σὴν εἰς Χριστὸν εὐσέβειαν ἀληθῶς ἀπεδεξάμεθα, καὶ τὸν μὲν Θεὸν προηγουμένως ἐδοξάσαμεν, δεδωκότα σοι τὴν τοιαύτην χάριν, ὥστε καὶ τὴν φρόνησιν ἔχειν ὀρθὴν, καὶ μὴ ἀγνοεῖν κατὰ τὸ δυνατὸν τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου · τὴν δὲ τῶν αἱρετικῶν κακόνοιαν ἐθαυμάσαμεν, θεωροῦντες πῶς τοσοῦτον εἰς ἀσεβείας βάραθρον πεπτώκασιν, ὡς μηκέτι μηδὲ τὰς αἰσθήσεις σώζειν, ἀλλὰ πανταχόθεν διεφθαρμένην ἔχειν τὴν διάνοιαν. Τοῦτο δὲ τὸ ἐπιχείρημα διαβόλου μέν ἐστιν ὑποβολὴ, τῶν δὲ παρανόμων Ἰουδαίων μίμησις. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι, πανταχόθεν ἐλεγχόμενοι, προφάσεις ἐπενόουν καθ' ἑαυτῶν, ἵνα μόνον τὸν Κύριον ἀρνήσωνται, καὶ τὰ προφητευθέντα καθ' ἑαυτῶν ἐπισπάσωνται · τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οὗτοι, θεωροῦντες ἑαυτοὺς πανταχόθεν στηλιτευομένους, καὶ βλέποντες γενομένην (78) βδελυκτὴν παρὰ πᾶσι τὴν αἵρεσιν αὐτῶν, ἐφευρεταὶ γίνονται κακῶν, ἵνα μὴ, παυόμενοι ταῖς πρὸς τὴν ἀλήθειαν μάχαις (79),

(77) Scripta anno circiter 371.—Seguer. τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ γραφεῖσα πρός. Basil. et Anglic. addunt quoque, γραφεῖσα.

(78) Seguer., γινομένην.

(79) Forte τῆς μάχης.

Digitized by Google

ἀληθῶς Χριστομάχοι διαμείνωσι. Πόθεν γὰρ αὐτοῖς ἀνέδυ καὶ τοῦτο τὸ κακόν; Πῶς ὅλως τετολμήκασι τὴν καινὴν ταύτην δυσφημίαν φθέγξασθαι κατὰ τοῦ Σωτῆρος; ἀλλ', ὡς ἔοικε, πονηρὸν ὁ ἀσεβὴς, καὶ ἀδόκιμος (80) ὄντως περὶ τὴν πίστιν. Πρότερον γὰρ, ἀρνούμενοι τὴν θεότητα τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὑπεκρίνοντο κἂν τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ παρουσίαν ἐπιγινώσκειν· νῦν δὲ, κατ' ὀλίγον ὑποκαταβαίνοντες, ἐξέπεσαν καὶ ταύτης αὐτῶν τῆς οἰήσεως, καὶ παντα- A χόθεν ἄθεοι γεγόνασιν, ὥστε μήτε Θεὸν αὐτὸν ἐπιγινώσκειν, μήθ' ὅτι ἄνθρωπος γέγονε πιστεύειν. Εἰ γὰρ ἐπίστευον, οὐκ ἂν τοιαῦτα ἐφθέγξαντο, οἷα ἔγραψεν ἡ σὴ θεοσέβεια κατ' αὐτῶν.

Qui omnino novam hanc calumniam contra Salvatorem proferre ausi sunt? Sed, ut planum est, mala res est impius, ac revera reprobus circa fidem [79]. Primum enim negata unigeniti Filii Dei divinitate, ejus saltem corporeum adventum agnoscere simulaverunt: nunc autem paulatim delapsi, hanc quoque repudiarunt sententiam, atque omni ex parte athei facti sunt, ut ipsum neque agnoscant Deum, neque hominem factum esse credant. Nam si crederent, ea sane locuti non fuissent, quæ tua pietas adversus ipsos scripsit.

2. Σὺ μὲν οὖν, ἀγαπητὲ καὶ (81) ἀληθῶς ποθεινότατε, πρέποντα τῇ ἐκκλησιαστικῇ παραδόσει καὶ τῇ εἰς τὸν Κύριον εὐσεβείᾳ πεποίηκας, ἐλέγξας, καὶ B παρανέσας καὶ ἐπιτιμήσας τοῖς τοιούτοις· ἐπειδὴ δὲ, παροξυνόμενοι παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῶν τοῦ διαβόλου, *οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν*, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἀλλὰ *ἐν σκότει διαπορεύονται*· μανθανέτωσαν παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας, ὡς ἡ τοιαύτη αὐτῶν κακόνοια Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος καὶ Μανιχαίου (82) ἐστίν· ὧν οἱ μὲν ἀντὶ ἀληθείας δόκησιν εἰσηγήσαντο, οἱ δὲ διαιροῦντες τὰ ἀδιαίρετα ἠρνήσαντο τὸ, *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*. Διὰ τί οὖν, τὰ τούτων φρονοῦντες, οὐχὶ καὶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν γίνονται κληρονόμοι; Εὔλογον γὰρ ὧν τὴν κακοδοξίαν ἔχουσι, τούτων ἔχειν καὶ τὰ ὀνόματα (83), ἵνα λοιπὸν Οὐαλεντινιανοὶ καὶ Μαρκιωνισταὶ καὶ Μανιχαῖοι καλῶνται. Τάχα κἂν C οὕτως διὰ τὴν τῶν ὀνομάτων δυσωδίαν αἰσχυνόμενοι κατανοῆσαι δυνηθῶσιν, εἰς ὅσον βάθος ἀσεβείας πεπτώκασι. Καὶ ἦν μὲν δίκαιον μηκέτι τούτοις ἀποκρίνασθαι, κατὰ τὴν παραίνεσιν τὴν ἀποστολικήν· (84) *Αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ, εἰδὼς, ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος*· μάλιστα ὅτι καὶ (85) ὁ προφήτης περὶ τῶν τοιούτων φησίν· *Ὁ μωρὸς μωρὰ λαλήσει, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ ματαιονοήσει*· ἐπειδὴ δὲ (86) κατὰ τὸν ἡγούμενον αὐτῶν περιέρχονται καὶ αὐτοὶ, ὡς λέοντες, ζητοῦντες τίνα καταπίωσι τῶν ἀκεραίων· τούτου ἕνεκεν ἀναγκαῖον γέγονεν ἡμῖν τῇ σῇ εὐλαβείᾳ ἀντιγράψαι, ἵνα, πάλιν διὰ τῆς σῆς νουθεσίας (87) μαθόντες οἱ ἀδελφοὶ, καταγινώσκωσιν ἐπὶ πλεῖον τῆς ἐκείνων ματαιολογίας.

2. Tu igitur, dilecte et vere optatissime, rem ecclesiasticæ traditioni et Christi religioni valde consentaneam peregisti, cum hujusmodi homines refutasti, invitasti, objurgasti. Quando vero diabolo ipsorum patre impellente, *nescierunt, neque intellexerunt*, uti scriptum est [80], sed *in tenebris ambulant*; discant a tua pietate pravam eam illorum sententiam, Valentini, Marcionis et Manichæi esse, quorum alii pro veritate meram speciem induxere, alii individua dividentes, illud Scripturæ negavere, *Verbum caro factum est et habitavit in nobis* [81]. Quare igitur cum eadem quæ illi sentiant, eorumdem nominum hæredes non fiunt? Siquidem æquum est illos ipsorum vocari nomine, quorum perversam sequuntur sententiam, ut jam deinceps Valentiniani, Marcionistæ et Manichæi vocitentur. Forte enim ob illorum nominum infamiam erubescentes, animadvertere poterunt in quantum impietatis profundum ceciderint. Par sane fuisset nihil amplius illis respondere, uti Apostolus his verbis monet: *Hæreticum hominem post unam et secundam* **729** *correptionem devita, sciens quia subversus est qui ejusmodi est, et delinquit cum sit eo ipso condemnatus* [82]: maxime cum etiam propheta de iisdem dicat: *Stultus stulta loquetur, et cor ejus vana cogitabit* [83]. Verum cum illi, ducis sui exemplo velut leones circumeant, quærentes quem e simplicioribus devorent [84], idcirco necessarium nobis fuit tuæ pietati rescribere, ut fratres tua iterum instructi admonitione, eorum futilitatem magis magisque deprehendant.

3. Οὐ κτίσμα προσκυνοῦμεν· μὴ γένοιτο! Ἐθνικῶν γὰρ καὶ Ἀρειανῶν ἡ τοιαύτη πλάνη· ἀλλὰ τὸν Κύριον τῆς κτίσεως σαρκωθέντα τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον προσκυνοῦμεν. Εἰ γὰρ (88) καὶ ἡ σὰρξ αὐτὴ καθ' D

3. Itaque rem creatam non adoramus: absit! Ethnicorum enim et Arianorum est hujusmodi error. Sed rerum creatarum Dominum, carnem factum, Dei Verbum adoramus. Etsi enim ipsa caro

[79] I Tim. III, 8. [80] Psal. LXXXI, 5. [81] Joan. I, 14. [82] Tit. III, 10, 11. [83] Isa. XXXII, 6. [84] I Petr. V, 8.

(80) Anglic., ἀδόκιμον.

(81) Sic Seguerian. Alii et editi particulam καί omittunt. In Gobl. et Felc. 1, hæc, ἀληθῶς ποθεινότατε, desunt.

(82) Seguerianus, Basiliensis et Anglicanus, Μανιχαίων.

(83) Seguerianus, τὸ ὄνομα. Mox, Μανιχαῖοι deest in edit. Commel. et Felc. 1.

(84) Seguerianus addit τὴν λέγουσαν.

(85) Seguerianus, καὶ ὅτι καί, etc.

(86) Sic Seguer. Basil. Anglicanus. Alii et edit. Commel. δέ omittunt.

(87) Seguerianus, συνέσεως. Ex eodem ibidem, vocem σῆς, quæ in aliis et editis deest, restituimus. Mox Seg. Basil. ἔτι habent pro ἐπί.

(88) Sic Seguer. Basil. Anglicanus. Editio vero Commel. Gobl. et Felc. 1, Ἡ γάρ.

Digitized by Google

seorsum spectata, pars sit rerum creatarum, attamen Dei facta est corpus. Neque vero hujusmodi corpus a Verbo dividentes adoramus, neque cum Verbum volumus adorare, ipsum a carne removemus : sed, ut superius diximus, hæc, *Verbum caro factum est*, non ignorantes, idem Verbum in carne exsistens, Deum agnoscimus. Quis ergo adeo demens sit, ut Domino dicat : Recede a corpore ut te adorem ? Vel quis eo devenit impietatis, ut cum insanis Judæis eidem propter corpus dicat : *Quare tu, homo cum sis, facis teipsum Deum* [85] ? Atqui talis non fuit leprosus ille ; Deum enim in corpore exsistentem adoravit, eumque Deum esse his agnovit verbis : *Domine, si vis, potes me mundare* [86]. Nec vero ille Dei Verbum arbitratus est propter carnem rem creatam esse, nec quia Verbum rerum omnium creatarum opifex est, carnem qua indutum erat vilipendit ; sed universi Creatorem tanquam in creato templo adoravit, effectusque mundus ipse est. Sic etiam mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur, credidit, tactisque tantummodo ejus vestis fimbriis, sanata est [87] ? mare similiter agitatum fluctibus audivit Verbum carnem factum, ac sedata tempestas est [88] : cæcus item natus sputo carnis sanatus a Verbo est [89]. Quod autem majus est et admirabilius, (fortassis enim id impiissimis illis scandalum fuit) etiam in ipsa cruce pendente Domino, (nam ejus erat corpus, in eoque erat Verbum) sol obscuratus est, terra tremuit, petræ scissæ sunt ut et templi velum, et multa sanctorum corpora, qui dormierant, surrexerunt [90].

4. Hæc quidem ita contigere, nemoque, uti nunc audent Ariani, secum dubitavit, utrum incarnato Verbo credendum et parendum esset ; sed illi hominem intuentes, eumdem opificem esse suum intelligebant : humanamque audientes vocem, nequaquam propter humanam naturam Verbum rem creatam aiebant esse, sed magis etiam contremiscebant, eumque nihilo secius suspiciebant ac si e templo sancto loqueretur. Cur igitur non verentur impii homines ne, *sicut non probaverunt Deum habere in notitia*, tradantur *in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt* [91] ? Nec enim rem creatam adorat res creata, neque rursus ob carnem Dominum suum refugit adorare : sed vidit in corpore Creatorem suum, atque in nomine Jesu omne

ἑαυτὴν μέρος ἐστὶ τῶν κτισμάτων, ἀλλὰ Θεοῦ γέγονε σῶμα. Καὶ οὔτε τὸ τοιοῦτον σῶμα καθ' ἑαυτὸ διαιροῦντες ἀπὸ (89) τοῦ Λόγου προσκυνοῦμεν· οὔτε τὸν Λόγον προσκυνῆσαι θέλοντες, μακρύνομεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς σαρκός· ἀλλ' εἰδότες, καθὰ προείπομεν, τὸ, *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, τοῦτον καὶ ἐν σαρκὶ γενόμενον, ἐπιγινώσκομεν Θεόν. Τίς τοιγαροῦν οὕτως ἄφρων ἐστὶν, ὡς λέγειν (90) τῷ Κυρίῳ· Ἀπόστα ἀπὸ τοῦ σώματος, ἵνα σε προσκυνήσω ; Ἢ τίς οὕτως ἀσεβής ἐστιν, ὡς μετὰ τῶν ἀφρόνων Ἰουδαίων διὰ τὸ σῶμα λέγειν αὐτῷ· *Διὰ τί σὺ, ἄνθρωπος ὤν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν ;* Ἀλλ' οὐ τοιοῦτος ὁ λεπρός· προσεκύνει γὰρ τὸν (91) Θεὸν ἐν σώματι ὄντα, καὶ ἐγίνωσκεν, ὅτι Θεὸς ἦν, λέγων· *Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.* Καὶ οὔτε διὰ τὴν σάρκα ἐνόμισε κτίσμα τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον· οὔτε διὰ τὸ εἶναι τὸν Λόγον δημιουργὸν πάσης (92) κτίσεως, ἐξουθένει τὴν σάρκα, ἣν ἐνδεδυμένος ἦν· ἀλλ' ὡς ἐν κτιστῷ ναῷ τὸν κτίστην τοῦ παντὸς προσεκύνει, καὶ ἐκαθαρίζετο. Οὕτως καὶ ἡ αἱμορροοῦσα γυνὴ, πιστεύσασα καὶ μόνον ἁψαμένη τοῦ κρασπέδου, ἰάθη· καὶ ἡ μὲν θάλαττα ἐπαφρίζουσα τοῖς κύμασιν ἤκουσε τοῦ σαρκωθέντος Λόγου, καὶ πέπαυται τοῦ χειμῶνος· ὁ δὲ ἐκ γενετῆς (93) τυφλὸς, πτύσματι τῆς σαρκὸς τεθεράπευται παρὰ τοῦ Λόγου. Καὶ τό γε μεῖζον καὶ παραδοξότερον (ἴσως γὰρ τοῦτο καὶ τοὺς ἀσεβεστάτους ἐσκανδάλισε), καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ σταυροῦ κρεμαμένου τοῦ Κυρίου (αὐτοῦ γὰρ ἦν τὸ σῶμα, καὶ ἐν αὐτῷ ἦν ὁ Λόγος), ὁ μὲν ἥλιος ἐσκοτίσθη, ἡ δὲ γῆ ἐτρόμασεν (94), αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν, καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἀνέστη.

4. Ταῦτα δὲ γέγονε, καὶ οὐδεὶς, ὥσπερ νῦν οἱ Ἀρειανοὶ τολμῶσι, διελογίσατο, εἰ δεῖ σαρκωθέντι τῷ Λόγῳ πεισθεσθαι· ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπον βλέποντες, ἐπεγίνωσκον αὐτὸν ὄντα δημιουργὸν αὐτῶν· καὶ ἀνθρωπίνης φωνῆς (95) ἀκούοντες, οὐ διὰ τὸ ἀνθρώπινον ἔλεγον, ὅτι ὁ Λόγος κτίσμα ἐστίν· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἔτρεμον, καὶ οὐδὲν ἧττον ἐγίνωσκον, ἢ ὅτι ἐκ ναοῦ ἁγίου ἐφθέγγετο. Πῶς τοίνυν οἱ ἀσεβεῖς οὐ φοβοῦνται μὴ, *καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν* (96) *ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παραδοθῶσιν εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα ;* Οὐ γὰρ κτίσματι ἡ κτίσις προσκυνεῖ· οὐδὲ πάλιν διὰ τὴν σάρκα παρῃτεῖτο τὸν Κύριον ἑαυτῆς προσκυνεῖν, ἀλλὰ τὸν ἑαυτῆς δημιουργὸν ἔβλεπεν ἐν σώματι· καὶ ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ ἔκαμπτε (97), καὶ κάμψει δὲ, ἐπουρανίων

[85] Joan. x, 33. [86] Matth. VIII, 2. [87] Matth. IX, 20. [88] Matth. VIII, 26. [89] Joan. IX, 6. [90] Luc. XXIII, 45 ; Matth. XXVII, 51. [91] Rom. I, 28.

(89) Sic Seguerianus. Alii et editi, διά.

(90) Sic Seguer. Basil. Anglican. Gobl. Cæteri et edit. Comm., ὡς λέγων. Paulo post, vocem ἀφρόνων Seg. Basil. Anglic. habent : alii et editi omittunt. Ibidem, διὰ τὸ σῶμα Seg. Gobl. Felc. 1, addunt, quæ ab aliis et edit. Comm. absunt.

(91) Τόν hic addit Seguerian. Alii vero et editi omittunt.

(92) Πάσης deest in Anglicano.

(93) Seguer. Anglican. Gobler. et Felc. 1, γεννητῆς.

(94) Sic Seg. At Basil. Anglic. Gobler., ἐτρόμαξεν. Edit. Commel. et alii, ἐτρόμαζεν. Paulo post Seguerianus habet, προκεχοιμημένων, sine voce ἁγίων. In eodem, νῦν post ὥσπερ legitur, in cæteris post Ἀρειανοί. Idem pro δεῖ, habet δή, et pro πείθεσθαι, πείθεσθε, male.

(95) Sic Seguer. Basil. et Anglic. Alii autem et editi, φύσεως. Paulo post, manuscr., ἢ ὅτι ἐκ ναοῦ habent ; editi, ἢ ὅτε ἐκ ναοῦ.

(96) Basil. et Anglicanus, τὸν Χριστόν.

(97) Sic Seg. Gobl. et Felc. 1. Editi vero et alii, ἐκάμπτετο.

Digitized by Google

καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, κἂν τοῖς Ἀρειανοῖς μὴ δοκῇ, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Οὐ γὰρ ἀδοξίαν ἤνεγκεν ἡ σὰρξ τῷ Λόγῳ· μὴ γένοιτο! ἀλλὰ μᾶλλον αὕτη δεδόξασται παρ' αὐτοῦ. Οὐδὲ, ἐπειδὴ δούλου μορφὴν ἀνέλαβεν ὁ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων Υἱὸς, ἠλαττώθη τῆς θεότητος· ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸς ἐλευθερωτὴς πάσης σαρκὸς καὶ πάσης κτίσεως γέγονε. Καὶ εἰ ὁ Θεὸς δὲ ἀπέστειλε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ γεννώμενον ἐκ γυναικὸς, οὐκ αἰσχύνην ἡμῖν ἐπάγει τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ μᾶλλον εὐδοξίαν καὶ μεγάλην χάριν. Γέγονε γὰρ ἄνθρωπος, ἵν' ἡμᾶς ἐν ἑαυτῷ θεοποιήσῃ· καὶ γέγονεν ἐκ γυναικὸς, καὶ γεγέννηται ἐκ Παρθένου, ἵνα τὴν ἡμῶν πλανηθεῖσαν γέννησιν εἰς ἑαυτὸν μετενέγκῃ, καὶ γενώμεθα λοιπὸν γένος ἅγιον, καὶ κοινωνοὶ θείας φύσεως, ὡς ἔγραψεν ὁ μακάριος Πέτρος· *Καὶ τὸ ἀδύνατον δὲ τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί.*

A genu flexum est ei flectetur, cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confitebitur [92]; tametsi Arianis non placet, quia Dominus **730** Jesus Christus in gloria est Dei Patris. Neque enim dedecus Verbo caro attulit: absit! sed ipsa potius ab illo gloriam accepit. Nec item, quia formam servi accepit Filius, qui in forma Dei est [93], diminutus divinitate est: sed contra, universæ carnis rerumque omnium creatarum liberator ipse fuit. Et vero si Deus Filium suum misit ex muliere genitum, nihil sane dedecoris, sed potius gloriam et gratiam magnam nobis res illa comparavit. Siquidem factus homo est, ut nos in seipso deos efficeret: factus est ex muliere, et genitus est ex Virgine, ut errantem nostri ortum transferret in se- B ipsum, atque jam nos genus sanctum et divinæ consortes naturæ efficeremur, quemadmodum scripsit beatus Petrus [94]: Unde *quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus misso Filio suo in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne* [95].

5. Τὴν τοίνυν προσληφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Λόγου σάρκα, ἐπὶ τῷ πάντας ἀνθρώπους ἐλευθερῶσαι. καὶ πάντας ἐκ νεκρῶν ἀναστῆσαι, καὶ ἁμαρτίας (98) λυτρώσασθαι, πῶς οἱ ταύτην ἐξουδενοῦντες, ἢ οἱ διὰ ταύτην κατηγοροῦντες τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ὡς ποιήματος ἢ κτίσματος (99), οὐκ ἀχάριστοι φαίνονται, καὶ παντὸς εἰσι μίσους ἄξιοι; Μόνον γὰρ οὐχὶ βοῶσι τῷ Θεῷ λέγοντες· Μὴ πέμψῃς σου τὸν Υἱὸν τὸν μονογενῆ ἐν σαρκί· μὴ ποιήσῃς αὐτὸν ἐκ Παρθένου σάρκα C λαβεῖν, ἵνα μὴ λυτρώσηται ἡμᾶς τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἁμαρτίας. Οὐ θέλομεν αὐτὸν ἐν σώματι γενέσθαι, ἵνα μὴ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδέξηται θάνατον· οὐ βουλόμεθα τὸν Λόγον σάρκα γενέσθαι, ἵνα μὴ ἐν ταύτῃ (1) μεσίτης ἡμῶν γένηται τῆς πρὸς σὲ προσόδου καὶ τὰς ἐν οὐρανοῖς οἰκήσωμεν μονάς. Κλεισθήτωσαν αἱ πύλαι τῶν οὐρανῶν, ἵνα μὴ διὰ τοῦ καταπετάσματος τῆς σαρκὸς αὐτοῦ τὴν ἐν οὐρανοῖς ἡμῖν ὁδὸν ἐγκαινίσῃ ὁ σὸς (2) Λόγος. Αὗται μὲν αἱ ἐκείνων φωναὶ μετὰ διαβολικῆς τόλμης εἰσὶ προφερόμεναι, δι' ἧς ἐπενόησαν ἑαυτοῖς κακονοίας· οἱ γὰρ μὴ θέλοντες σάρκα γενόμενον τὸν Λόγον προσκυνεῖν, ἀχαριστοῦσι τῇ ἐνανθρωπήσει αὐτοῦ· καὶ οἱ διαιροῦντες τὸν Λόγον ἀπὸ τῆς σαρκὸς οὐδὲ μίαν λύτρωσιν τῆς ἁμαρτίας γενέσθαι, οὐδὲ κατάλυσιν τοῦ θανάτου νομίζουσι. Ποῦ D δὲ ὅλως οἱ ἀσεβεῖς καὶ καθ' ἑαυτὴν εὑρήσουσι τὴν σάρκα, ἣν ἔλαβεν ὁ Σωτὴρ, ἵνα καὶ τολμῶσι λέγειν· Οὐ(3) προσκυνοῦμεν ἡμεῖς τὸν Κύριον μετὰ τῆς σαρκός· ἀλλὰ διαιροῦμεν τὸ σῶμα, καὶ μόνῳ τούτῳ λατρεύομεν; Ὁ μὲν οὖν μακάριος Στέφανος ἐν οὐρανοῖς εἶδε τὸν Κύριον ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα· οἱ δὲ ἄγγελοι ἔλεγον τοῖς μαθηταῖς· *Οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεά-*

5. An non igitur illi, qui assumptam a Verbo carnem, quo omnes homines liberaret, ex mortuis exsuscitaret, a peccatisque redimeret, vilipendunt, vel ejus causa Filium Dei tanquam rem factam creatamve calumniantur, ingrati omnique odio digni videri debent? Tantum enim non ita clamant ad Deum: Ne mittas Filium tuum unigenitum in carnem: noli ipsum carnem ex Virgine accipere, ne nos a mórte et peccato liberet. Nolumus hunc nasci in corpore, ne mortem pro nobis suscipiat: nolumus Verbum carnem fieri, ne nostri ad te progressus mediator in ea fiat, cœlestesque domos incolamus. Claudantur cœlorum januæ, ne tuum Verbum per carnis suæ velamen nobis iter ad cœlos renovet. En quas illi voces diabolica cum audacia proferunt, qua eadem instigante prava sibi ipsi excogitavere commenta. Nam qui Verbum carnem factum adorare recusant, hi ingratos in ejus benignitatem sese exhibent, qua humanam assumpsit naturam. Qui autem Verbum a carne dirimunt, hi profecto nullam peccati redemptionem nullamve mortis solutionem autumant fieri. Ubinam vero carnem, quam Salvator accepit, seorsum positam reperient impii, ut et dicere audeant: Nos non adoramus Dominum cum carne, sed corpus separamus, et soli Domino servimus? Sane beatus Stephanus Dominum a dextris stantem vidit [96]; angeli quoque discipulis aiebant: *Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum* [97]. Quin et ipse Dominus Patrem alloquens dixit: *Volo ut ubi sum ego, et illi semper sint mecum* [98]. Si igitur caro

[92] Philipp. II, 10, 11. [93] ibid. 7, 6. [94] II Petr. I, 4. [95] Rom. VIII, 3. [96] Act. VII, 55. [97] Act. I, 11. [98] Joan. XVII, 24.

(98) Seguerian. Basil. et Anglicanus, καὶ παντὸς ἁμαρ.

(99) Sic Seguer. atque ita legit Nannius. Alii et editi omittunt, ἢ κτίσματος.

(1) Sic omnes mss. Editi vero, ἐνταῦθα. Mox Seguer., προόδου.

(2) Sic Seg. Basil. Anglic. Alii vero et editi, σὸς omittunt.

(3) Sic omnes mss. Male autem editio Commel., οὐ omittit

Digitized by Google

a Verbo nequit dividi, an non necesse est illos aut errore deposito jam Patrem in nomine Domini nostri Jesu Christi adorare, aut, si Verbum carnem factum adorare illique servire noluerint, ab omnibus rejici, nec amplius censeri Christianos, sed vel inter ethnicos, vel inter Judæos annumerari?

A σασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος εἴρηκε, προσφωνῶν τῷ Πατρί· Θέλω, ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἵνα καὶ αὐτοὶ πάντοτε μετ' ἐμοῦ ὦσι. Καὶ ὅλως, εἰ ἀδιαίρετός ἐστιν ἡ σὰρξ ἀπὸ τοῦ Λόγου, πῶς οὐκ ἀνάγκη τούτους ἀποθέσθαι τὴν πλάνην, καὶ προσκυνεῖν λοιπὸν τὸν Πατέρα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἢ, μὴ προσκυνοῦντας, μηδὲ λατρεύοντας τῷ ἐν σαρκὶ γενομένῳ Λόγῳ, πανταχόθεν ἐκβάλλεσθαι, καὶ μηκέτι Χριστιανοὺς, ἀλλ' ἢ ἐθνικοὺς, ἢ μετὰ τῶν Ἰουδαίων συναριθμεῖσθαι;

6. Hæc ergo, ut supra diximus, insania et temeritas illorum est. Nostra autem fides recta est, atque ex doctrina apostolica deducta, et Patrum traditione, nec non cum Novi tum Veteris Testamenti

B auctoritate confirmata. Hæc enim sunt prophetarum verba: *Emitte Verbum tuum et veritatem tuam*[99]; et: *Ecce Virgo concipiet et pariet Filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus*[1]. Quid porro illud est quam Deum in carne factum esse? Idem quoque apostolica docet traditio, tum beato Petro dicente: *Christo igitur pro nobis carne passo*[2]; tum Paulo scribente, *Exspectantes beatam spem et adventum* **731** *gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni peccato, et mundaret sibi populum peculiarem, et sectatorem bonorum operum*[3]. Quomodo ergo seipsum pro nobis dedisset, nisi carnem gestasset? hanc enim offerens, semetipsum pro nobis dedit,

C ut mortem in illa subeundo, diabolum mortis imperium habentem profligaret[4]. Hinc gratias semper agimus in nomine Jesu Christi, neque gratiam nobis per ipsum præstitam repudiamus. Corporea enim Salvatoris præsentia mortis fuit pretium, et rerum omnium creatarum salus. Quocirca, charissime et optatissime, hi quidem, qui diligunt Dominum, ex dictis commonefiant: qui vero imitantur Judam, et Dominum deserunt, ut Caipham sequantur, ex iisdem dedoceantur, si modo velint, tandemque erubescant. Noverint igitur nos, cum Dominum in carne adoramus, non rem creatam adorare, sed Creatorem creato indutum corpore, quemadmodum supra explicavimus.

6. Ἐκείνων μὲν οὖν, καθὰ προείπομεν, ἡ τοιαύτη μανία καὶ τόλμα· ἡμῶν δὲ ἡ πίστις ἐστὶν ὀρθὴ (4), καὶ ἐκ διδασκαλίας ἀποστολικῆς ὁρμωμένη καὶ παραδόσεως τῶν Πατέρων, βεβαιουμένη ἔκ τε Νέας καὶ Παλαιᾶς Διαθήκης, τῶν μὲν προφητῶν λεγόντων· Ἀπόστειλον τὸν Λόγον σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου· καὶ, Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται Υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν ἢ Θεὸν ἐν σαρκὶ γεγενῆσθαι; Ἡ δὲ ἀποστολικὴ παράδοσις διδάσκει, τοῦ μὲν μακαρίου (5) Πέτρου λέγοντος· Χριστοῦ οὖν ὑπὲρ ἡμῶν παθόντος σαρκὶ· τοῦ δὲ Παύλου γράφοντος· Προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, καὶ ζηλωτὴν καλῶν ἔργων. Πῶς οὖν δέδωκεν αὐτὸν (6) ὑπὲρ ἡμῶν, εἰ μὴ σάρκα φορέσας ἦν; ταύτην γὰρ προσενέγκας (7), ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν δέδωκεν, ἵν', ἐν ἐκείνῃ τὸν θάνατον ἀναδεξάμενος, καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου διάβολον. Διὸ καὶ πάντοτε εὐχαριστοῦμεν ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ οὐκ ἀθετοῦμεν τὴν δι' αὐτοῦ γενομένην χάριν εἰς ἡμᾶς. Ἡ γὰρ ἔνσαρκος παρουσία τοῦ Σωτῆρος θανάτου λύτρον καὶ κτίσεως πάσης σωτηρία γέγονεν. Ὥστε, ἀγαπητὲ καὶ ποθεινότατε (8), οἱ μὲν ἀγαπῶντες τὸν Κύριον ὑπομιμνησκέσθωσαν ἐκ τούτων· οἱ δὲ τὸν Ἰούδα τρόπον μιμησάμενοι, καὶ καταλιπόντες τὸν Κύριον, ἵνα μετὰ τοῦ Καϊάφα (9) γένωνται, μεταπαιδευέσθωσαν ἐν τούτοις, ἐὰν ἄρα θελήσωσιν, ἐὰν ἄρα αἰσχυνθῶσι. Καὶ γινωσκέτωσαν, ὅτι, τὸν Κύριον ἐν σαρκὶ προσκυνοῦντες, οὐ κτίσματι προσκυνοῦμεν, ἀλλὰ τὸν κτίστην ἐνδυσάμενον τὸ κτιστὸν σῶμα, καθὰ προείπομεν.

7. Vellem vero ut tua pietas hoc ab illis sciscitaretur. Nempe cum Israelitæ Jerosolymam jubebantur ascendere, ut adorarent in templo Domini,

D ubi videlicet arca erat, supra quam cherubim gloriæ obtegebant propitiatorium, benene agebant, an male? Si male agebant: cur hi qui legem istam negligerent, multabantur? Scriptum enim est: *Qui contempserit nec ascenderit, peribit de populo*[5]. Sin autem recte agebant, eaque in re accepti erant

7. Ἐβουλόμεθα δὲ τὴν σὴν εὐλάβειαν πυθέσθαι παρ' αὐτῶν τοῦτο· ἡνίκα ὁ Ἰσραὴλ ἐκελεύετο ἀνέρχεσθαι εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ προσκυνεῖν ἐν τῷ ναῷ Κυρίου, ἔνθα ἡ κιβωτὸς καὶ ὑπεράνω ταύτης τὰ χερουβὶμ τῆς δόξης κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον, καλῶς ἐποίουν ἢ τοὐναντίον; Εἰ μὲν οὖν φαύλως ἔπραττον, πῶς οἱ τοῦ νόμου τούτου κατολιγωροῦντες ὑπὸ ἐπιτιμίαν ἐγίνοντο; Γέγραπται γάρ· Ὃς ἐὰν ἐξουθενήσῃ καὶ μὴ ἀναβῇ, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ· εἰ δὲ καλῶς

[99] Psal. XLII, 3. [1] Isa. VII, 14; Matth. I, 23. [2] I Petr. IV, 1. [3] Tit. II, 13. [4] Hebr. II, 14. [5] Deut. XVI, 16.

(4) Ita Seguer. Basil. et Anglic. At alii et editi, ἢ addunt ante ὀρθὴ. Iidem Seguer. Basil. et Anglic. mox, ἀποστολικῆς, et infra, ἀποστολικὴ, ubi alii et editi, ἀποστόλων.

(5) Sic Seg. Basil. et Anglic. Alii vero et editi, vocem. μακαρίου omittunt.

(6) Forte ἑαυτόν.

(7) Seguerianus, προσενεγκών.

(8) Καὶ ποθεινότατε omittunt Gobl et Felckm. 1.

(9) Seguerianus, Καΐφα.

Digitized by Google

Ἔπραττον, καὶ ἐν τούτῳ εὐάρεστοι τῷ Θεῷ (10) ἐγί- A
νοντο· πῶς οὐκ ἀπολωλέναι πολλάκις εἰσὶν ἄξιοι οἱ
μιαροὶ καὶ πάσης αἱρέσεως αἴσχιστοι Ἀρειανοὶ, ὅτι,
τὸν πάλαι λαὸν ἀποδεχόμενοι διὰ τὴν πρὸς τὸν ναὸν
τιμήν, οὐ βούλονται τὸν Κύριον ἐν σαρκὶ, ὡς ἐν ναῷ
ὄντα, προσκυνεῖν; Καίτοι ὁ πάλαι ναὸς ἐκ λίθων ἦν
καὶ χρυσοῦ κατασκευασθεὶς, ὡς σκιά· ἐλθούσης δὲ
τῆς ἀληθείας, πέπαυται λοιπὸν ὁ τύπος, καὶ οὐκ
ἔμεινε, κατὰ τὴν Κυριακὴν φωνὴν, λίθος ἐπὶ λίθον ἐν
αὐτῷ, ὃς οὐ κατελύθη. Καὶ οὔτε, τὸν ναὸν βλέποντες
ἐκ λίθων, ἐνόμιζον καὶ τὸν ἐν αὐτῷ ναῷ λαλοῦντα
Κύριον εἶναι κτίσμα, οὔτε, τὸν ναὸν ἐξουθενοῦντες,
ἀπερχόμενοι μακρὰν προσεκύνουν· ἀλλ' εἰς αὐτὸν
ἐρχόμενοι νομίμως ἐλάτρευον τῷ Θεῷ ἀπὸ τοῦ ναοῦ
χρηματίζοντι. Τούτου δὲ οὕτως γενομένου, πῶς τὸ
σῶμα τοῦ Κυρίου, τὸ (11) πανάγιον καὶ πάνσεπτον B
ἀληθῶς, ὑπὸ μὲν τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ εὐαγγε-
λισθὲν, ὑπὸ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πλασθὲν, καὶ
τοῦ Λόγου γεγονὸς (12) ἔνδυμα, οὐ προσκυνητόν;
Χεῖρα γοῦν σωματικὴν ἐκτείνας ὁ Λόγος, ἤγειρε τὴν
πυρέσσουσαν· καὶ φωνὴν ἀνθρωπίνην ἀφεὶς, ἤγειρε
τὸν Λάζαρον ἐκ νεκρῶν (13)· καὶ πάλιν τὰς χεῖρας
ἐκτείνας ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, τὸν μὲν ἄρχοντα τῆς ἐξου-
σίας τοῦ ἀέρος, τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς
τῆς ἀπειθείας, κατέβαλε, τὴν δὲ ὁδὸν ἡμῖν ἐν τοῖς
οὐρανοῖς καθαρὰν ἐποίει.

8. Οὐκοῦν ὁ (14) τὸν ναὸν ἀτιμάζων, ἀτιμάζει τὸν
ἐν τῷ ναῷ Κύριον· καὶ ὁ διαιρῶν τὸν Λόγον ἀπὸ τοῦ
σώματος, ἀθετεῖ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν αὐ-
τῷ. Καὶ ἀσεβέστατοι δὲ Ἀρειομανῖται μὴ, ἐπειδὴ C
τὸ σῶμα κτιστόν ἐστι, νομιζέτωσαν καὶ τὸν Λόγον
εἶναι κτίσμα, μηδὲ διὰ τὸ μὴ εἶναι τὸν Λόγον κτίσμα,
διαβαλλέτωσαν τὸ σῶμα αὐτοῦ. Θαυμάσαι γάρ ἐστιν
αὐτῶν τὴν κακόνοιαν, ὅτι καὶ πάντα κυκῶσι καὶ
φύρουσι, καὶ προφάσεις ἐφευρίσκουσιν, ἵνα μόνον
τὸν κτίστην τοῖς κτίσμασι συναριθμήσωσιν. (15) Ἀλλ'
ἀκουέτωσαν· Εἰ κτίσμα ἦν ὁ Λόγος, οὐ προσελάμ-
βανε τὸ κτιστὸν σῶμα, ἵνα αὐτὸ ζωοποιήσῃ. Ποία γὰρ
τοῖς κτίσμασι παρὰ κτίσματος ἔσται βοήθεια, δεομέ-
νου καὶ αὐτοῦ σωτηρίας; Ἀλλ' ἐπειδὴ, κτίστης
ὢν (16) ὁ Λόγος, αὐτὸς δημιουργὸς γέγονε τῶν κτι-
σμάτων· διὰ τοῦτο καὶ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων τὸ
κτιστὸν αὐτὸς ἐνεδύσατο (17), ἵνα πάλιν αὐτὸς, ὡς
κτίστης, ἀνακαινίσῃ, καὶ ἀνακτῆσαι τοῦτο δυνηθῇ.
Κτίσμα δὲ ὑπὸ κτίσματος οὐκ ἄν ποτε σωθῇ, ὥσπερ D
οὐδὲ ὑπὸ κτίσματος ἐκτίσθησαν τὰ κτίσματα, εἰ μὴ

Deo, annon sexcenties mori digni sunt scelerati turpissimique omnium hæreticorum Ariani, qui veteris populi erga templum reverentiam laudant, et Dominum in carne tanquam in templo exsistentem adorare renuunt? Atqui vetus templum et lapidibus et auro, velut umbra, constructum erat: postquam autem advenit veritas, jam evanuit figura, nec lapis super lapidem, secundum Dominicam vocem [6], in eo mansit, qui non fuerit eversus. Nec vero illi templum ex lapidibus ædificatum contuentes, ipsum etiam Dominum, qui in eo loquebatur, rem creatam putabant esse: neque templum despicientes procul inde adoraturi recedebant; sed in illud ingressi, Deo oracula e templo edenti rite serviebant. Quæ cum ita sint, an non adorari dignum est sanctissimum vereque venerandum Domini corpus, quod quidem ab archangelo Gabriele annuntiatum, a Spiritu sancto formatum [6], ac Verbi factum est indumentum? Hujus corporis Verbum manu extenta mulierem febri laborantem sanavit [7], et voce humana emissa Lazarum revocavit ad vitam [8]: idemque manibus rursus in cruce extensis, principem potestatis aeris, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ [9], prostravit, puramque ad cœlos nobis viam paravit.

8. Quapropter qui contemnit templum, Dominum qui in templo est contemnit: et qui Verbum dividit a corpore, gratiam nobis in ipso datam rejicit. Nec vero impiissimi Ariani, eo quod creatum corpus est, Verbum quoque creatum esse debent existimare: nec item quia creatum non est Verbum, de ejus corpore detrahere sibi licere putent. Siquidem permira est mentis illorum perversitas, qua et omnia conturbant permiscentque, et causas excogitant, quo solum Creatorem inter res creatas possint collocare. Verum audiant quæ sumus dicturi: Si Verbum res creata esset, creatum non assumpsisset corpus, ut illi **732** vitam impertiret. Ecquid enim auxilii res creata rei creatæ ferre possit, cum ipsa salute indigeat? Sed quia Verbum, cum creator sit, rerum creatarum fuit opifex: ideo in fine sæculorum rem creatam induit, ut eam, tanquam creator, resarciret et repararet. Nec enim res creata rem creatam posset salvam facere, quemadmodum nec res creatæ a re creata potuis-

[6] Matth. xxiv, 2. [7] Luc. iv, 26 seqq. [8] Joan. xi, 43. [9] Ephes. ii, 2

(10) Gobl. et Felckm. 1, εὐηρέστουν τῷ Θεῷ.

(11) Sic editi, sed manuscripti pro τό habent οὐ, quam particulam Seguerianus infra ante προσκυνητόν omittit.

(12) Basil. et Anglican., ἐπλάσθη καὶ τοῦ Λόγου γέγονεν.

(13) Seguerian. addit, ἐκ νεκρῶν, omittunt alii et editi. Ibidem idem et Basil. cum Anglican., καὶ πάλιν τὰς χεῖρας: alii vero et editi, τὰς δὲ χεῖρας. Item Seguer. ibidem habet, ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὸν μὲν ἄρχοντα, et mox idem et Basil. cum Anglican., τὴν δὲ ὁδὸν, etc. Alii vero et editi, τοῦ et μέν omittunt, ut et Basiliens. et Anglicanus, habentque καὶ τὴν ὁδὸν.

(14) Sic Seguerianus. Alii et editi artic. ὁ omittunt.

(15) Hæc verba, usque ad ἀναχτῆσαι δυνηθῇ, citantur a Theodoreto dialogo II, sed velut ex epistola ad Epictetum: nisi forte pro ἐκ τῆς αὐτῆς, legendum sit, ἐξ ἄλλης ἐπιστολῆς, ut observat Felckmannus. Ibidem Theodoretus, προσελάμβανεν ἄν. Et mox, τοῦτο ζωοποιῇ.

(16) Basil. et Anglican., κτίστης ἦν.

(17) Theodoretus, συνεστήσατο. Mox Basiliensis et Anglicanus, αὐτὸς ὁ κτίστης. Ibidem mox Theodor., ἀνακτίσαι.

Digitized by Google

sent creari, nisi Verbum creator fuisset. Desinant igitur deinceps Scripturas divinas false interpretari, neque sint scandalo simplicioribus fratrum : sed, si quidem velint, sententiam mutent et ipsi, nec jam rebus creatis potius quam Deo omnium creatori serviant [10]. Sin vero in sua perseverare impietate malunt, se solos ea inflci satis habeant, dentibusque non secus ac ipsorum pater diabolus strideant, quandoquidem fides catholicæ Ecclesiæ Dei Verbum rerum omnium creatorem et opificem esse agnoscit, scimusque quod *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum* [11] : ipsum item propter nostram salutem factum adoramus hominem, non quidem ut æquale in æquali factum corpore, sed ut Dominum qui servi accepit formam, necnon ut opificem et creatorem qui in re creata fieri voluit, ut omnia in ipsa liberans, mundum offerret Patri, cunctaque pacificaret sive quæ in cœlis sive quæ in terris sunt [12]. Sic enim et paternam ejus agnoscimus divinitatem, et præsentiam corpoream adoramus, disrumpantur licet Ariani. Saluta omnes qui Dominum nostrum Jesum Christum diligunt. Valere te et memorem nostri apud Dominum esse precamur, charissime vereque optatissime. Hæc etiam, si opus fuerit, Hieracæ presbytero recitari cupimus.

A κτίστης ἦν ὁ Λόγος. Ὅθεν μὴ καταψευδέσθωσαν τῶν θείων Γραφῶν, μηδὲ σκανδαλιζέτωσαν τοὺς ἀκεραίους τῶν ἀδελφῶν· ἀλλ' εἰ μὲν βούλωνται (18), μεταγινωσκέτωσαν καὶ αὐτοὶ, καὶ μηκέτι τῇ κτίσει λατρευέτωσαν παρὰ τὸν κτίσαντα τὰ πάντα Θεόν· ἐὰν δὲ ταῖς ἀσεβείαις αὐτῶν ἐμμένειν ἐθέλωσι, μόνοι τούτων ἐμφορείσθωσαν, καὶ τριζέτωσαν τοὺς ὀδόντας κατὰ τὸν πατέρα αὐτῶν τὸν διάβολον (19), ὅτι ἡ πίστις τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, κτίστην οἶδε τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων, καὶ οἴδαμεν, ὅτι *Ἐν ἀρχῇ μὲν ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν*· γενόμενον δὲ αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν προσκυνοῦμεν, οὐχ ὡς ἴσον ἐν ἴσῳ γενόμενον τῷ σώματι, ἀλλ' ὡς Δεσπότην προσλαβόντα τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, καὶ δημιουργὸν καὶ B κτίστην ἐν κτίσματι γινόμενον, ἵν', ἐν αὐτῷ τὰ πάντα ἐλευθερώσας, τὸν κόσμον προσαγάγῃ τῷ Πατρὶ, καὶ εἰρηνοποιήσῃ τὰ πάντα, τὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Οὕτω γὰρ καὶ τὴν πατρικὴν αὐτοῦ θεότητα ἐπιγινώσκομεν, καὶ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ παρουσίαν προσκυνοῦμεν, κἂν Ἀρειομανῖται διαῤῥηγνύωσιν ἑαυτούς. Προσαγόρευε πάντας τοὺς ἀγαπῶντας τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Ἐῤῥῶσθαί σε καὶ μνημονεύειν ἡμῶν τῷ Κυρίῳ εὐχόμεθα, ἀγαπητὲ καὶ ὡς ἀληθῶς ποθεινότατε (20), ἐὰν χρεία ᾖ ἀναγνωσθῆναι ταῦτα Ἱεραχᾷ τῷ πρεσβυτέρῳ.

[10] Rom. I, 25. [11] Joan. I, 1. [12] Coloss. I, 20.

(18) Seguer. Basil. Anglicanus, βούλονται, et infra, θέλωσι pro ἐθέλωσι.

(19) Seguer. Basil. Anglican., τὸν διάβολον. Iidem mox et Gobl., τῆς καθολικῆς. Alii et editi habent, τῆς καθόλου.

(20) Hæc ad finem desunt in Anglicano. Ibidem C Seguerianus, Ἱεραχῇ habet. Editi, Ἱερακῷ. Gobl. et Felckm. 1, Ἱέρακα. Forte, Ἱέρακι, scribendum. Hic enim ille est Hierax quem Ariani una cum Adelphio et multis aliis in exsilium projecerunt, ut narrat Athanas. *Hist. ad monachos*, num. 72, et *Apologia de fuga sua*, num. 7.

ADMONITIO IN EPISTOLAM S. ATHANASII AD MAXIMUM PHILOSOPHUM.

I. *Idem circiter tempus hoc sancti Athanasii responsum ad Maximum philosophum datum est quo ejus ad Adelphium epistola : quo nimirum multiplices circa Incarnationem Domini opiniones nascebantur. Hac igitur epistola approbat sanctus doctor quæ ad ipsum scripserat Maximus contra quosdam hæreticos, quorum scilicet alii Christum verum Deum esse pernegabant ; alii Verbum, ut olim, ad aliquem hominem advenisse autumabant, non autem factum ipsum esse revera hominem ; alii vero ipsum communi naturæ ordine hominem factum esse existimabant. Paucis contra eos errores disputat sanctus Athanasius, quæ et ipsa ex Maximi litteris mutuatum se esse, hisque nihil addendum duxisse ait, sed tantum crucis meminisse, ut qui ex iis quæ ut homo egit et passus est Dominus, Deum illum esse negant, mutata et ipsi sententia crucifixum jam adorent. Passim autem supra vidimus Athanasium contra Arianos disserentem ostendere Verbum factum vere esse hominem, non vero, ut olim, ad sanctum aliquem hominem advenisse : quem item errorem expresse supra refellit* Epistola ad Epictetum.

II. *Hic porro Maximus philosophus, ad quem epistolam mittit sanctus Athanasius, non alius profecto videtur esse, quam Alexandrinus ille, cujus laudes celebrat Gregorius Nazianzenus, oratione* 23, *cujus nomine quidam postea suppresso, falsum Heronis nomen superscripsisse narrat Hieronymus* Catalogo scriptor. eccl., *quod scilicet in eumdem ubi vehementer admodum invehatur idem Gregorius :* quasi non licuerit, *inquit Hieronymus*, eumdem et laudare et vituperare pro tempore. *Testatur autem Gregorius, Maximum contra gentiles et hæreticos solitum esse disputare, ut ex his ejus verbis liquet :* Σύγχει μὲν καὶ τὴν Ἑλλήνων δεισι-

Digitized by Google

δαιμονιαν, ὡς πρότερον, καὶ τὴν πολύθεον αὐτῶν ἀθεΐαν, καὶ τοὺς παλαιοὺς θεοὺς καὶ τοὺς νέους, καὶ τοὺς αἰσχροὺς μύθους... σύγχει δὲ καὶ τὰς τῶν αἱρέσεων ἐπαναστάσεις, καὶ τοσούτῳ θερμότερον, ὅσῳ πέπονθας. Gentilium superstitionem, ut prius, confuta, eorumque impietatem qua multos colunt deos; veteresque et recentes deos, necnon obscenas fabulas.... Insurgentium similiter hæresum impetus frange, eoque acrius quo passus es. *Quæ quidem in Maximum ad quem scribit Athanasius, optime quadrant qui pro fide Christi passus fuerat. Insignem quoque* De fide adversus Arianos *librum scripsisse eumdem Maximum, Gratianoque Mediolani dedisse memorat sanctus Hieronymus* Catalogo scriptorum ecclesiasticorum.

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΠΡΟΣ ΜΑΞΙΜΟΝ ΦΙΛΟΣΟΦΟΝ (21).

—

S. P. N. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

AD MAXIMUM PHILOSOPHUM.

—

Τῷ ἀγαπητῷ καὶ ἀληθῶς ποθεινοτάτῳ υἱῷ Μαξίμῳ φιλοσόφῳ, Ἀθανάσιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

A **733** *Dilecto ac vere optatissimo filio Maximo philosopho, Athanasius in Domino salutem.*

1. Ἐντυχὼν τοῖς νῦν γραφεῖσι παρὰ σοῦ, τὴν μὲν σὴν εὐλάβειαν ἀπεδεξάμην (22), τὴν δὲ προπέτειαν τῶν μὴ νοούντων μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται, ἐπὶ πολὺ θαυμάσας, ἐβουλευσάμην ἀληθῶς σιωπῆσαι. Τὸ γὰρ ἐπὶ τοῖς οὕτω φανεροῖς καὶ πλέον φωτὸς λάμπουσιν ἀποκρίνασθαι, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ προφάσεις ἀναισχυντίας τοῖς οὕτω παρανομοῦσι παρέχειν. Καὶ τοῦτο παρὰ τοῦ Σωτῆρος μεμαθήκαμεν. Νιψαμένῳ γὰρ τῷ Πιλάτῳ καὶ καταλαβομένῳ τὴν συκοφαντίαν τῶν τότε Ἰουδαίων, οὐκ ἔτι ἀπεκρίνατο αὐτῷ ὁ Κύριος, ἀλλὰ μᾶλλον ἐχρημάτιζε τῇ τούτου γυναικὶ, ἵνα μὴ ἐν λόγῳ, ἀλλὰ ἐν δυνάμει πιστεύηται ὁ κρινόμενος εἶναι (23) Θεός. Τῷ δὲ Καϊάφᾳ μὴ ἀποκρινόμενος πρὸς τὴν φλυαρίαν, αὐτὸς τῇ ἐπαγγελίᾳ τοὺς πάντας εἰς γνῶσιν μετήγαγεν. Ἐπὶ πολὺ γοῦν ὑπερτιθέμενος καὶ ὁρῶν τὴν τῶν ἀναιδευομένων λογομαχίαν, μόλις ᾐδέσθην τὸν σὸν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ζῆλον, καὶ ὑπηγόρευσα οὐδὲν πλέον τῶν παρὰ σοῦ γραφέντων, ἵν' οἷς ἀντείρηκεν ὁ ἐναντίος, τούτοις λοιπὸν πεισθεὶς, παύσῃ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ ἀπὸ κακοῦ, καὶ χεῖλη αὐτοῦ τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον. Καὶ γένοιτο μὲν τοὺς τοιούτους μηκέτι ὀνειδίσαι μετὰ τῶν παροδευόντων τότε Ἰουδαίων τὸν κρεμάμενον ἐπὶ ξύλου, Εἰ Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, σώσει αὐτόν· ἐὰν δὲ ἄρα μηδὲ οὕτως καταδύωνται, ἀλλὰ σὺ τῆς ἀποστολικῆς μνημονεύων παραγγελίας, *αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ, εἰδὼς, ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος.* Εἰ μὲν γὰρ Ἕλληνες ἢ τῶν Ἰουδαΐζόντων (24) εἰσὶν οἱ τὰ τοιαῦτα τολμῶντες, ὡς μὲν

1. Perlectis iis quæ a te modo scripta sunt, tuam quidem collaudavi pietatem; sed vehementer admiratus hominum temeritatem, qui non intelligunt, neque quæ loquuntur neque de quibus affirmant [14], silere omnino statueram. Siquidem de rebus tam evidentibus luceque ipsa clarioribus respondere, nihil aliud est quam impudentiæ ansam hujusmodi improbis hominibus præbere. Id vero vel ab ipso didicimus Salvatore. Nam postquam Pilatus manus lavisset, ac Judæorum calumniam admisisset [15], nihil ei amplius respondit Dominus, sed potius ejus uxorem oraculo [16] monuit, ut ne ex verbis sed ex potentia is, qui judicabatur, Deus esse crederetur. B Idem autem ipse qui nihil ad Caiphæ ineptias responderat, promissione sua omnes ad sui cognitionem traduxit [17]. Hinc igitur diu ipse distuli, vixque tandem, eorum commotus impudentia et loquacitate, tuo pro veritate cessi ardori. Nihil tamen plus dictavi iis quæ a te scripta sunt, ut quibus repugnavit adversarius, iisdem jam persuasus prohibeat linguam suam a malo, et labia sua ne loquantur dolum [18]. Utinam vero non amplius cum præteruntibus tunc Judæis suspenso in cruce exprobrent, Si Filius Dei est, seipsum salvum faciet [19]. Quod si nec sic illos suæ audaciæ pudeat, tu præcepti apostolici memor, *hæreticum hominem post unam et secundam correptionem devita, sciens quia subversus est qui ejusmodi est, et delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus* [20]. Nam si gentiles sunt C aut ex Judaizantium numero qui talia audent, illi

[13] 1 Tim. I, 7. [14] Matth. XXVII, 24. [15] ibid. 19. XXVII, 40. [19] Tit. III, 10, 11.

[16] Matth. XXVI, 63. [17] Psal. XXXIII, 1. [18] Matth.

(21) Scripta anno circiter 371.—Basil., ἐπίσκοπον pro φιλόσοφον. In Segueriano nullus præfigitur titulus, sed aliis omissis incipitur, τῷ ἀγαπητῷ, etc.

(22) Sic Seguer. et Basil. Alii vero et editi, ἐδεξάμην. Mox ex Seguer. particulam μή in editis omissam restituimus.

(23) Εἶναι abest a Gobler. et Felc. 1.

(24) Seguerianus, τῶν νῦν Ἰουδαΐζόντων.

Digitized by Google

quidem, ut Judæi, scandalum, vel, ut gentiles, stultitiam esse arbitrentur Christi crucem [20]. At si se Christianos simulant esse, discant crucifixum Christum, Dominum gloriæ [21], Deique virtutem et sapientiam esse [22].

2. Quod si dubitent utrum sit Deus, Thomam revereantur, qui crucifixum manibus contrectavit, eumque Dominum et Deum esse affirmavit [23]. Imo ipsum timeant Dominum, qui lotis discipulorum pedibus ait: *Vos vocatis me, Dominus et magister, et bene dicitis: sum etenim* [24]. Atqui quo in corpore pedes lavit, in eodem peccata nostra in lignum sustulit [25]. Tunc autem palam rerum omnium agnitus est Dominus, cum scilicet sol radios contraxit suos, terra tremuit, scissæ petræ sunt, ipsique carnifices agnoverunt crucifixum vere Filium Dei esse. Nec enim hominis cujuspiam sed Dei erat corpus quod cernebatur, in quo cum esset et cum crucifigeretur, mortuos excitabat. Quocirca nec ferenda illorum audacia est, qua Dei Verbum dicunt ad sanctum aliquem hominem factum esse (id enim singulis prophetis aliisque sanctis viris contigit), ne in singulis eorum natus, in singulis eorum moreretur. **734** Verum non ita est: absit! Sed semel in fine sæculorum, eliminandi peccati causa, Verbum ipsum factum caro est, et ex Maria virgine prodiit homo nobis similis, qui et idem ad Judæos ait: *Quid me quæritis interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum* [26]? Nec item corporis alius cujusdam hominis participes facti, sed ipsius Verbi corpus accipientes, dii efficimur.

3. Certe illud etiam per mihi mirum visum est quod vel cogitare ausi sint eum naturæ communi ordine hominem factum fuisse. Nam si ita se haberet, supervacanea profecto esset Mariæ commemoratio. Siquidem virginem absque viri consortio parientem ignorat omnino natura. Quapropter Patre comprobante, ille cum verus Deus et natura Verbum atque Patris sapientia esset, homo propter nostram salutem corpore assumpto factus est, ut habens quod pro nobis offerret, salvos nos omnes faceret, qui timore mortis per totam vitam obnoxii eramus servituti [27]. Non enim aliquis alius homo semetipsum pro nobis dedit, cum omnis homo mortis esset reus, juxta illud quod in Adamo ad omnes dictum est: *Terra es, et in terram reverteris* [28]. Nulla etiam res alia creata præstare id poterat, cum omnis sit mutabilis. Sed ipsum Verbum corpus proprium obtulit pro nobis, ne videlicet in hominem fides et spes nostra esset, sed ut in ipsum Deum Verbum fidem haberemus. Profecto ipso homine facto, vi-

Ἰουδαῖοι σκάνδαλον, ὡς δὲ Ἕλληνες μωρίαν νομιζέτωσαν τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ· εἰ δὲ ὑποκρίνονται ὡς Χριστιανοί, μαθέτωσαν τὸν σταυρωθέντα Χριστὸν, Κύριον μὲν τῆς δόξης, δύναμιν δὲ Θεοῦ καὶ Θεοῦ σοφίαν αὐτὸν εἶναι.

2. Εἰ δὲ ἀμφιβάλλουσιν, ὅτι καὶ Θεός ἐστιν, αἰδείσθωσαν τὸν Θωμᾶν τὸν ψηλαφήσαντα τὸν ἐσταυρωμένον, καὶ λέγοντα Κύριον αὐτὸν εἶναι καὶ Θεόν. Καὶ φοβείσθωσαν αὐτὸν τὸν Κύριον, τὸν μετὰ τὸ νίψαι τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν λέγοντα· *Ὑμεῖς φωνεῖτέ με ὁ Κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος, καὶ καλῶς λέγετε· εἰμὶ γάρ* (25). Ἐν ᾧ δὲ σώματι τυγχάνων ἔνιψε τοὺς πόδας, ἐν τούτῳ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνήνεγκεν ἐπὶ τὸ ξύλον. Ἐμαρτυρεῖτό τε δεσπότης τῆς κτίσεως, συστείλαντος μὲν τοῦ ἡλίου τὰς ἀκτῖνας, καὶ τῆς γῆς τρεμούσης, καὶ τῶν πετρῶν (26) σχιζομένων, καὶ τῶν δημίων ἐπιγνόντων, ὅτι ἀληθῶς Θεοῦ Υἱός ἐστιν ὁ σταυρωθείς. Οὐ γὰρ ἀνθρώπου τινὸς ἦν τὸ βλεπόμενον σῶμα, ἀλλὰ Θεοῦ, ἐν ᾧ τυγχάνων καὶ ὅτε ἐσταυροῦτο, ἤγειρε νεκρούς. Διὸ οὐδὲ καλὸν ἐκεῖνο (27) αὐτῶν τόλμημα τὸ λέγον, ὅτι εἰς ἄνθρωπόν τινα ἅγιον ἐγένετο ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος (τοῦτο γὰρ ἐν ἑκάστῳ ἐγένετο (28) τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων), ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον γεννώμενος καὶ πάλιν ἀποθνήσκων φαίνηται. Οὐκ ἔστι δὲ οὕτως· μὴ γένοιτο! Ἀλλ' ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων εἰς ἀθέτησιν τῆς ἁμαρτίας αὐτὸς ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου προῆλθεν ἄνθρωπος καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν, ὡς καὶ πρὸς Ἰουδαίους ἔφη· *Τί ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα;* Οὐκ ἀνθρώπου τέ τινος μετέχοντες σώματος, ἀλλὰ αὐτοῦ τοῦ Λόγου σῶμα λαμβάνοντες, θεοποιούμεθα.

3. Ἀμέλει κἀκεῖνο τεθαύμακα, πῶς ὅλως (29) κἂν ἐννοῆσαι τετολμήκασιν, ὅτι φύσεως ἀκολουθίᾳ γεγένηται ἄνθρωπος. Εἰ γὰρ οὕτως ἦν, περιττὴ τῆς Μαρίας ἡ μνήμη. (30) Οὐδὲ γὰρ οἶδεν ἡ φύσις παρθένον χωρὶς ἀνδρὸς τίκτουσαν. Ὅθεν εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς Θεὸς ὢν ἀληθινὸς, καὶ φύσει Λόγος, καὶ σοφία τοῦ Πατρὸς, γέγονε σωματικῶς ἄνθρωπος, διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἵν', ἔχων ὃ προσενέγκῃ ὑπὲρ ἡμῶν, σώσῃ πάντας ἡμᾶς, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. Οὐ γὰρ ἄνθρωπός τις ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν δέδωκεν· ἐπεὶ πᾶς ἄνθρωπος ὑπεύθυνός ἐστι θανάτῳ, κατὰ τὸ, *Γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*, ἐν τῷ Ἀδὰμ εἰρημένον πρὸς πάντας· ἀλλ' οὐδὲ ἕτερόν τι τῶν κτισμάτων· ἐπεὶ πᾶσα κτίσις ὑποπτός ἐστι τροπῆς. Ἀλλ' αὐτὸς ὁ Λόγος τὸ ἴδιον σῶμα προσήνεγκεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα μὴ εἰς ἄνθρωπον ἡ πίστις καὶ ἡ ἐλπὶς, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν Λόγον τὴν πίστιν ἔχωμεν. Ἀμέλει καὶ ἀνθρώπου γενομένου αὐτοῦ, θεωροῦμεν *τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάρι-*

[20] I Cor. I, 23. [21] I Cor. II, 8. [22] I Cor. I, 24. [23] Joan. XX, 28. [24] Joan. XIII, 13. [25] I Petr. II, 24. [26] Joan. VIII, 40. [27] Hebr. II, 15. [28] Genes. III, 19.

(25) Seguer. Basil., καὶ γάρ εἰμι.

(26) Seguer., τῶν δὲ πετρῶν. Mox Gobl., τῶν δὲ δημίων.

(27) Sic Seguer. et Basil. Alii vero et editi, ἐκείνων.

(28) Seguer., ἐγίνετο. Paulo post Basil., γενόμενος pro γεννώμενος. Ibidem pro πάλιν, Seg. habet πολλάκις.

(29) Ὅλως abest a Gobl. et Fele. Mox Seg., γεγέννηται.

(30) Hæc item supra leguntur, pag. 722, n. 4.

Digitized by Google

τος καὶ ἀληθείας. Ἃ γὰρ διὰ τοῦ σώματος ὑπ- A demus *gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Pa-*
ἐμεινε, ταῦτα ὡς Θεὸς ἐμεγάλυνε· καὶ ἐπεῖνα μὲν *tre, plenum gratiæ et veritatis* [29]. Quæ enim per
σαρκὶ, θεϊκῶς δὲ τοὺς πεινῶντας ἐχόρταζε. Καὶ εἰ corpus toleravit, hæc eadem, ut Deus, magnifice
σκανδαλίζεταί τις ἐπὶ τοῖς σωματικοῖς, πιστευέτω exornavit. Hinc carne quidem esuriebat, at esu-
ἐφ' οἷς ὁ Θεὸς ἐργάζεται. Πυνθάνεται γὰρ ἀνθρωπί- rientes pascebat tanquam Deus. Unde si cui cor-
νως, ποῦ Λάζαρος κεῖται, ἐγείρει δὲ τοῦτον θεϊκῶς. porea ejus acta offendiculo sunt, ex his quæ ut
Ὅθεν μηδὲ γελάτω τις λέγων παιδίον καὶ ἡλικίαν Deus agit, credere nihil cunctetur. Namque inter-
ὀνομάζων, καὶ αὔξησιν, καὶ φαγεῖν, καὶ πιεῖν, καὶ rogat quidem ut homo, ubi jaceat Lazarus, sed
παθεῖν, ἵνα μὴ, τὰ ἴδια τοῦ σώματος ἀρνούμενος, ipsum ut Deus ad vitam revocat [30]. Nemo igitur ir-
ἀρνήσηται τέλεον καὶ τὴν δι' ἡμᾶς ἐπιδημίαν αὐτοῦ. ridens objiciat puerum eum fuisse ætateque cre-
Καὶ ὥσπερ οὐκ ἀκολουθίᾳ φύσεως ἄνθρωπος γεγένη- visse, manducasse, bibisse et passum esse, ne si
ται, οὕτως ἀκόλουθον ἦν σῶμα λαβόντα αὐτὸν δει- ea quæ corporis propria sunt negaverit, penitus e-
κνύναι τὰ ἴδια τούτου, ἵνα μὴ ἡ φαντασία τοῦ (31) tiam neget ejus propter nos adventum. Ac quem-
Μανιχαίου κρατήσῃ. Ἀκόλουθον δὲ πάλιν ἦν σω- admodum non consueto naturæ ordine homo factus
ματικῶς αὐτὸν χρηματίζοντα μὴ κρύψαι τὰ τῆς est, ita convenit ipsum, corpore assumpto, ejus
θεότητος, ἵνα μὴ ὁ Σαμοσατεὺς πρόφασιν εὕρῃ, B proprietates in se exhibere, ut ne ficta Manichæi
ἄνθρωπον αὐτὸν λέγων, ὡς ἄλλον ὄντα παρὰ τὸν incarnatio vim obtineret. Rursus vero par eum
Θεὸν Λόγον. erat ita sese corpore ostendere, ut quæ divinitatis
propria sunt non occultaret, ne Samosatensi esset errandi causa, qui nempe hominem eum esse atque
alium a Verbo dixit.

4. Ταῦτα τοίνυν κατανοῶν ὁ ἄπιστος, μαθέτω, 4. Hæc igitur intelligens infidelis, discat illum
ὅτι βρέφος μὲν ἦν ἐπὶ φάτνης, τοὺς δὲ μάγους infantem quidem jacuisse in præsepio, sed magos,
ὑπέταξε προσκυνούμενος ὑπ' αὐτῶν· καὶ παιδίον a quibus adoratus est, sibi subdidisse; discat pue-
μὲν εἰς Αἴγυπτον κατῆλθε, τὰ δὲ χειροποίητα τῆς rum eum descendisse in Ægyptum, sed idololatriæ
εἰδωλολατρείας κατήργησε· καὶ ἐσταυρωμένος σαρκὶ, simulacra deturbasse; discat carne quidem cruci-
νεκροὺς ἐκ πολλοῦ χρόνου σαπέντας (32) ἤγειρε. fixum ipsum esse, at mortuos multo jam tempore
Καὶ δέδεικται πᾶσιν, ὅτι οὐ δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ δι' corruptos exsuscitasse. Denique palam factum est
ἡμᾶς ὑπέμεινε πάντα, ἵν' ἡμεῖς, τοῖς ἐκείνου παθή- ipsum non propter se, sed propter nos omnia susti-
μασιν ἀπάθειαν καὶ ἀφθαρσίαν ἐνδυσάμενοι, διαμεί- nuisse, ut nos ejus passionibus impassibilitatem et in-
νωμεν εἰς ζωὴν αἰώνιον. C corruptionem induentes [31], vitam viveremus æternam.

5. Ταῦτα δέ σοι συντόμως ἐκ τῶν σῶν, καθὼς 5. Hæc autem breviter, ex tuis, ut dixi, mutua-
προεῖπον, δεξάμενος ὑπηγόρευσα, οὐδὲν πλέον ἐπ- tus, dictavi, quibus nihil aliud duxi addendum,
εξεργασάμενος (33), ἀλλὰ μόνον τὸ περὶ τοῦ θείου nisi quod solius crucis meminerim, ut quæ incu-
σταυροῦ μνημονεύσας, ἵνα ἐν οἷς ἐσκανδαλίσθησαν riosis scandalo fuerunt, his ipsis, mutata sententia,
οἱ ὀλίγωροι, ἐν τούτοις μεταπαιδευθέντες προσκυνή- adduci possint ut Crucifixum adorent. Tu autem
σωσι τὸν ἐσταυρωμένον. Σὺ δὲ γνησίως τοὺς ἀπίστους infideles rite perdoce: forte enim futurum est ut
πεῖθε· τάχα πως ἀπὸ ἀγνωσίας (34) εἰς ἐπίγνωσιν relicta inscitia ad veritatis cognitionem perveniant
ἔλθωσι, καὶ πιστεύσωσι καλῶς. Καὶ εἰ καὶ αὐτάρκη recteque credant. Tametsi vero satis sunt quæ tu
αὐτὰ τὰ παρὰ σοῦ γραφέντα, ὅμως ὑπομνήσεως ἕνε- ipse scripsisti, haud ab re tamen fuerit hæc admo-
κεν πρὸς τοὺς φιλονείκους προσθεῖναι καὶ ταῦτα κα- nitionis causa, propter litigiosos illos homines ad-
λόν· ἵνα μὴ ὡς ἐλεγχόμενοι, ἐξ ὧν τετολμήκασιν, didisse; ut **735** scilicet non quasi ob ea, quæ
αἰσχυνθῶσιν, ἀλλ' ὡς ὑπομιμνησκόμενοι μὴ ἐπιλά- ausi sunt, convicti erubescant, sed ut, tanquam
θωνται τῆς ἀληθείας. Κρατεῖτω γὰρ τὰ ἐν Νικαίᾳ commonefacti, veritatis non obliviscantur. Vim
παρὰ τῶν Πατέρων (35) ὁμολογηθέντα· ὀρθὰ γάρ enim habeant quæ Patres Nicææ sunt confessi:
ἐστι καὶ ἱκανὰ πᾶσαν ἀσεβεστάτην αἵρεσιν ἀνατρέ- D recta quippe illa sunt idoneaque ad omnem ever-
ψαι, καὶ μάλιστα τὴν Ἀρειανὴν, τὴν εἰς τὸν Λόγον tendam hæresim, et maxime Arianam, quæ in Dei
τοῦ Θεοῦ (36) δυσφημοῦσαν, καὶ ἐξ ἀνάγκης εἰς τὸ Verbum injuriosa est, proindeque in sanctum ejus
Πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον δυσσεβοῦσαν. Προσαγόρευε Spiritum impia. Saluta omnes qui recte sentiunt:
πάντας τοὺς ὀρθῶς φρονοῦντας. Προσαγορεύουσί σε te salutant omnes qui nobiscum sunt.
πάντες οἱ σὺν ἡμῖν.

[29] Joan. I, 14. [30] Joan. XI, 34,43. [31] I Cor. XV, 53.

(31) Seg. vocem, ἀθέου addit, quam alii et editi om.

(32) Seg. et Basil. addunt σαπέντας: alii et editi om.

(33) Sic Seguerianus. At alii et editi, ἐξεργασάμενος.

(34) Seguerianus et Basil., ἀπὸ ἀγνωσίας. Cæteri et editi, ἐξ ἀγνωσίας. Ibidem Seguer. et Goblerian., πιστεύσωσι. Alii et editi, πιστεύσουσι. Ibidem Gobl. et Felc. 1, ut et legit Nannius, καὶ εἰ μὴ αὐτάοκη.

(35) Sic Seg. et Bas. At alii et editio Comm., παρ' αὐτῶν Πατέρων. Mox Seg. Gobl. et Felc. 1, ὀρθὴ γάρ ἐστι καὶ ἱκανή.

(36) Seguerian., τοῦ Θεοῦ. In aliis et editis deest τοῦ. Mox hæc verba, ἐξ ἀνάγκης εἰς τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον δυσσεβοῦσαν, absunt a Basil. nec vertit interpres in editione Comm. Ibid. Seguer., ἀσεβοῦσαν pro δυσσεβοῦσαν. Idem in fine et Basil., οἱ σὺν ἡμῖν. Cæteri et editi, οἱ σὺν ἐμοί.

Digitized by Google

IN DUOS CONTRA APOLLINARIUM LIBROS MONITUM.

I. *Libros adversus Apollinarium ab Athanasio conscriptos memorat Proclus, oratione sua in synodo secunda Constantinopolitana* (37) : *cujus insignem locum hic afferendum censuimus.* Et Athanasius *ait*, diversas epistolas ad Apollinarium scribit, tanquam eadem in fide sapientem : et tamen postea libros integros etiam post mortem Apollinarii scripsit adversus eum cognitis illius in scripto blasphemiis. Et nihil Apollinario profuerunt quæ ante ad illum, tanquam eadem in fide sapientem, scripta sunt. *Leontius item libro tertio* contra Nestorium et Eutychen, gloriatum esse, *ait*, Apollinarium, innumerabiles epistolas ad eum scriptas esse Athanasii Magni, Serapionis et aliorum, quicunque fuerunt tunc fulgentia sidera et veritatis propugnatores. *Quarum tamen epistolarum nulla jam superest. Idem Leontius, lib.* I, *duo affert loca ex primo Athanasii* adversus Apollinarium *libro, et alium ex libro secundo, ubi secundum vocat eum, qui revera in editis secundus est. Quem item synodus* VI *œcumenica* δεύτερον λόγον *nuncupat. Joannes quoque Maxentius, qui sub initium scripsit* VI *sæculi, ex primo libro locum affert Athanasii nomine. Necnon Joannes Damascenus et alii quorum testimonia suis inferius notantur locis. In omnibus etiam mss. hi duo libri eodem locantur ordine.*

II. *Tot veterum testimonia, necnon antiquorum codicum auctoritas, majoris apud nos sunt momenti, quam ut recentiores quosdam audiamus, quorum alii primum, alii secundum* contra Apollinarium *librum in suspicionem vocant : quia potissimum ambo tam Athanasii stylum referunt quam qui maxime. Libet sane quædam Athanasianæ dictionis exempla, ut omnem ea de re scrupulum levemus, apponere. Primum enim lib.* I, *numero* 6, *errorem eorum qui Christi corpus adorandum negabant, nisi cœleste increatumque esset, iisdem confutat argumentis, ac nonnunquam iisdem verbis, quibus supra in* epistola ad Adelphium. *Et num.* 10 *illud*, Τί τοίνυν μέμφεσθε Ἀρειανοῖς, *etc., iisdem fere verbis reperies supra in* Epistola ad Epictetum. *Item numero* 12, *quod de quaternitate legitur, quam a Catholicis pro Trinitate induci criminabantur Apollinaristæ, eadem sententia habetur* Epist. ad Epictetum. *Ne multa, si cui libeat duos* adversus Apollinarium *libros conferre cum aliis Athanasii operibus, maximeque cum* Epistolis ad Epictetum, ad Adelphium et ad Maximum, *tot ille loca deprehendet inter se affinia, ut ab eodem profecta scriptore nihil ambigat. Secundi libri, quam primi,* γνησιότης, *minus in suspicionem venit : sed neuter revera dubius.*

III. *Sane permistis pridem Athanasii libris nec suo loco positis, difficilis fuit germanos a spuriis internoscere. Jam vero ubi quæcunque Apollinarii spectant hæresim consequenter locantur, minoris res est negotii. Contingit enim semper cum nova exoritur hæresis, nova item verba, novasque sententias, inter disceptantes usu venire. Quare nil mirum si in postremis hisce contra Apollinarium tractatibus quædam insolenter dicta reperiantur. Quæ tamen haud ita multa sunt. Et si initio primi contra Apollinarium libri occurrunt nonnulla quæ Athanasii fortasse dictionem minus referant, nulla hinc* νοθείας *conjectura. Advertendum enim ad amicum hic responderi qui suas cum Apollinaristis disputationes Athanasio recensuerat : quare rescribens eadem de re Athanasius, non suas modo sibique familiares, sed amici quoque et Apollinaristarum voces sententiasque usurpat, quod fere fit inter disputantes. Id autem sub initium tantum comparet : in subsequentibus enim nemo, cui stylus Athanasii notus sit, non loquentem Athanasium advertat.*

IV. *Cæterum quam varie circa Christi personam errarent Apollinaristæ, quamque parum sibi mutuo constarent, haud semel his in libris enarrat Athanasius. Alii enim Verbum putabant sola specie carnem assumpsisse ; alii carnem cœlestem et increatam sibique consubstantialem Verbum induisse. Mentem vero humanam, utpote peccatis malisque cogitationibus obnoxiam, a Verbo assumptam minime fuisse pugnabant : quæ fuit Apollinaristarum hæreseos quasi tessera. Apollinarius tamen, Vitalis, et si qui alii hujus secţæ homines, cum sese a Catholicis urgeri cernerent, carnem Christi nostræ similem esse, atque ex Maria assumptam fatebantur ; imo animam quoque sed tantum sensitivam, vel, ut ait Suidas, animam vituli in Christo admittebant. Hactenus de libris* contra Apollinarium, *quos postremis Athanasii vitæ annis conscriptos putamus, anno circiter* 372. *Atque, ut patet, post* Epistolam ad Epictetum, *in qua errores ejusmodi quasi hactenus inauditos recenset Athanasius. Hac de re fusius in* Vita Athanasii.

(37) Tom. V *Concil.* p. 459.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

(38) ΠΕΡΙ ΣΑΡΚΩΣΕΩΣ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΚΑΤΑ ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

—

S. P. N. ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ

DE INCARNATIONE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, CONTRA APOLLINARIUM

LIBER PRIMUS.

—

1. Ὁ μὲν (39) τρόπος τοῦ εὐσεβοῦς ὁ ἄκοπος, τὸ σιωπῇ σέβειν τὸ πᾶν, ἀγαπητὲ, καὶ εὐχαρίστοις βοαῖς ἀνυμνεῖν τὸν εὐεργέτην Θεὸν, κατὰ τὴν ῥῆσιν τῆς Γραφῆς τὴν λέγουσαν· *Καθήσεται κατὰ μόνας, καὶ σιωπήσεται, καὶ ἡσυχάσει, καὶ πράξει τὰ ἴδια*· τὸ δὲ, *κατὰ μόνας*, καὶ, *τὰ ἴδια*, τουτέστι τὴν ἰδίαν ἀναστροφὴν ἐν κρίσει τίθεσθαι, καὶ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ ἐν φροντίδι. Ἀλλ' ἐπειδὴ, κόπωσιν βαρυτάτην συνειδὼς ἐν τοῖς τὰ αὐτὰ (40) λέγειν δοκοῦσιν, ἠρώτησας περὶ τῆς ἐν ἡμῖν πίστεως, καὶ τίς ἡ αἰτίασις τῶν ὀρθῶς φρονεῖν νομιζόντων, οἵτινες ἀμετρίᾳ πολλῇ τὰ ἄθεσμα φθεγγόμενοι (41) οὐ δεδοίκασιν· οἷς ἀπαχθέντες οἱ ἀστήρικτοι τῇ πίστει, πλανώμενοι οὐ συνιᾶσιν· εἰ γὰρ ἐστηριγμένοι ἐν τῇ πίστει ἐτύγχανον, οὐκ ἂν τοιούτοις ῥήμασι συνεπείσθησαν. Σχολαζούσης δὲ αὐτῶν τῆς διανοίας, δεκτικοὶ γεγόνασι τῶν τοιούτων παραδόσεων· ἐξ ὧν ἀναβλαστάνει (42) ἀμετρίας τῦφος, καὶ κακίας πλῆθος. Ἀβλεπτοῦντες δὲ ἐκ τοῦ μίσους, παροδεύουσι τῶν προφητῶν τὰ μηνύματα, καὶ τῶν ἀποστόλων τὰ διδάγματα, καὶ τῶν Πατέρων τὰ παραγγέλματα, καὶ αὐτὰς δὴ τὰς (43) ἐναποδείκτους τοῦ Δεσπότου φωνάς. Οἷς ἐπάγειν κατὰ δύναμιν τὸν ἔλεγχον ἐπάναγκες· ἵνα, ἤ τινες (44) αὐτῶν ἀνανήψαντες διαβλέψωσιν, ἢ ἄλ-

736 1. Hic pii viri mos est indefessus, dilecte mi, ut silentio veneretur τὸ πᾶν (id est universum) et cum gratiarum actione Deum benefactorem alta voce concelebret : juxta Scripturæ sententiam qua dicit : *Sedebit solitarius et tacebit, et requiescet, et quæ propria sibi sunt faciet* [39]. Illud autem, *solitarius*, et illud *propria*; id est proprium vitæ institutum considerate et cum judicio disponere, et Dei mandatum curare. Sed quia ingentem apud eos defatigationem conspicatus, qui hæc ipsa dicere non dubitant, de nostra me fide percontatus es : et quæ sit culpa rogasti, eorum, qui se probe sentire rati nihil verentur tamen, pro suprema animi sui intemperantia, impia proferre verba; quibus seducti qui instabiles sunt in fide, se errare non intelligunt; nam si stabiles in fide essent, dictis hujusmodi nunquam obtemperassent. Dum autem mens eorum otio torperet, ejusmodi traditionibus suscipiendis idonei fuere : ex quibus ingens arrogantia, et multa malitia exoritur. Præ odio autem cæcutientes, prophetarum testimonia, apostolorum documenta, Patrum præcepta, ipsasque manifestas Domini voces in pravum sensum detorquent. Quos pro viribus confutare operæ pretium fuerit, ut ita quidam saltem

[39] Thren. III, 28.

(38) Scripta anno circiter 372. —Synodus VI œcumenica hunc librum citans Act. VIII, p. 762; item actione decima, vocat eum, Περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγος, καὶ κατὰ Ἀπολλιναρίου. Damascenus vero lib. III *De orth. fide*, cap. 6, Λόγος κατὰ Ἀπολλιναρίου. Variant autem manuscr. Basil. Anglican., quos sequimur habent, Περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ κατὰ Ἀπολλιναρίου, sed in Basil. deest καί. At in Gobler. Felc. 1, Seguer. desunt καὶ κατὰ Ἀπολλιναρίου, et ita legit Nannius. Patet esse contra Apollinarium.

(39) Sic mss. fere omnes et edit. Comm. necnon synod. VI œcumenica. At Basil. et edit. Paris., σκοπός. Infra Seguer. Gobler. et Felc. 1, καθήσεται. Editi vero et alii, καθίσεται. Ibidem in edit. Paris. legitur, πράσσει, in Commelinian., ἡσυχάζειν, καὶ πράσσειν, utraque male. Goblerian. Felc. 1 et Seg., πράξει.

(40) Seguer., συνιδὼν ἐν τοῖς ταῦτα. Paulo post Seguer. Gobl. et Felc. 1, περὶ τῶν ὀρθῶς, etc. In editis, περί deest.

(41) Basil. solus habet, τὰ ἄτοπα φθεγγόμενοι. Mox Seg. solus, ὑπαχθέντες.

(42) Gobl. Felc. 1, Seg., ἀναβλαστᾷ, iidem, κακίας μῖσος.

(43) Seguerianus, omisso καί, habet αὐτάς τε τάς. Mox, ἐναποδείκτους, sic omnes manuscripti et editi Comm. In Parisiensi, mendose, irrepserat ἀναποδείκτους.

(44) Seg. habet εἴ τινες, omisso ἵνα, quæ lectio non spernenda. Mox idem, διαβλέψουσιν. . . δύνονται. Paulo post idem, μήτε ἃ λέγουσι, recte. In editis, μήτε deest.

Digitized by Google

eorum, vel resipiscentes rem animadvertant, vel alios decipere non valeant, dum apertissimam Christi comprehensionem pollicentur, *non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant*[23].

2. Nam Patres quidem dixere, consubstantialem, esse Patri Filium, ac Deum verum ex Deo vero, et perfectum ex perfecto. Qui deinde descendit propter nostram salutem, incarnatus et homo factus est, ac postmodum passus est et resurrexit. Sed ne quis audita passione et resurrectione, Deum Verbum mutatum esse cogitaret; immutabilem et invariabilem esse Filium damnatione adhibita definiunt. Isti vero aut mutationem Verbi comminiscuntur: aut Passionis dispensationem meram esse phantasiam suspicantur: atque interdum increatam cœlestemque Christi carnem, aliquando deitati aiunt esse consubstantialem. Deinde, inquiunt, vice interioris qui in nobis est, hominis, mentem cœlestem inesse Christo. Nam figura illa dicunt qua induebatur, instar organi usus est: neque enim possibile erat perfectum hominem illum fieri. Ubi enim perfectus homo, ibi et peccatum: itemque duo perfecta unum fieri non possunt. Alioqui in Christo erit ea quæ in nobis est, pugna peccati: opusque erit ei illa apud nos fieri solita purgatione: si Christus homo factus quod in nobis cogitat **737** et carnem movet in seipso suscepisse exhibeatur. Sed assumpsit, inquiunt, corpus absque mente, ut ipse mens in illo esset, expers omnino peccati, cum ratione divinitatis, tum ratione carnis, quæ absque mente sit. Neque enim peccat caro ejus qui carnem movet, id est qui cogitat, si is prius peccati actum non mente conceperit; et si per corpus ad peccati consummationem operatus non fuerit. Unde carnis quidem novitatem Christus commonstravit pro ratione similitudinis: novitatem autem ejus qui in nobis cogitat, per imitationem et similitudinem et abstinentiam a peccato unusquisque in seipso exhibet. Et sic Christus sine peccato intelligitur.

3. Hæc sunt illorum sophismata, et ad res detorquendas consilia: neque unus est illorum sermo: multa enim incredulitatis diverticula, humanis ratiocinationibus excogitata. Proponamus igitur illis divini placiti voluntatem (nam *juravit*, inquit, *Dominus, et non pœnitebit eum*[24]), ac verissimæ œconomiæ consummationem, et absolutissimi beneficii gratiam: mutuoque sciscitemur, ut eorum exploremus mentem: num propheticis prædictionibus consonent: num apostolica documenta sequantur: num in Patrum præceptis incedant: num manifestas

A λους ἀπατᾷν μὴ δύνωνται, κατάληψιν εὐκρινεστάτην περὶ Χριστοῦ ὑπισχνούμενοι, *μὴ νοοῦντες, μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται.*

2. Οἱ μὲν γὰρ Πατέρες εἰρήκασιν, ὁμοούσιον τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, καὶ Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, καὶ τέλειον ἐκ τελείου· ἔπειτα κατελθόντα διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, σαρκωθέντα, ἐνανθρωπήσαντα, εἶθ' οὕτως παθόντα, καὶ ἀναστάντα. Ἵνα δὲ μή τις, πάθος καὶ ἀνάστασιν ἀκούων, ἠλλοιῶσθαι τὸν Θεὸν Λόγον ἐννοοῖτο, τὸ ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον τοῦ Υἱοῦ μετὰ κρίματος διορίζονται. Οὗτοι δὲ ἢ ἀλλοίωσιν τοῦ Λόγου φαντάζονται, ἢ δόκησιν τὴν οἰκονομίαν τοῦ πάθους ὑπολαμβάνουσι· ποτὲ μὲν ἄκτιστον καὶ ἐπουράνιον λέγοντες τὴν τοῦ Χριστοῦ B σάρκα, ποτὲ δὲ ὁμοούσιον τῆς θεότητος. Εἶτα, φασὶν, ἀντὶ τοῦ ἔσωθεν ἐν ἡμῖν ἀνθρώπου νοῦς ἐπουράνιος ἐν Χριστῷ. Ὡς γὰρ (45) ὀργανικῷ κέχρηται σχήματι τῷ περιέχοντι· οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν τέλειον ἄνθρωπον αὐτὸν γενέσθαι. Ὅπου γὰρ τέλειος ἄνθρωπος, ἐκεῖ καὶ ἁμαρτία· καὶ ὅτι δύο τέλεια ἐν γενέσθαι οὐ δύναται· ἐπεὶ ἔσται καὶ ἐν Χριστῷ ἡ ἐν ἡμῖν μάχη τῆς ἁμαρτίας· καὶ ἔσται αὐτῷ χρεία τοῦ καθ' ἡμᾶς καθαρισμοῦ, εἰ τὸ φρονοῦν καὶ τὸ ἄγον (46) ἐν ἡμῖν τὴν σάρκα Χριστὸς ἐν ἑαυτῷ ἐπιδέδεικται γενόμενος ἄνθρωπος. Ἀλλὰ ἔλαβε, φασὶ, τὸ ἀνόητον, ἵν' αὐτὸς ᾖ νοῦς ἐν αὐτῷ, καὶ ἄγευστος ᾖ πάντη τῆς ἁμαρτίας, κατά γε τὸ θεῖκὸν καὶ τὸ ἀνόητον (47) τῆς σαρκός. Οὔτε γὰρ ἁμάρτοι ἂν ἡ σὰρξ τοῦ ἄγοντος C τὴν σάρκα, τουτέστι τοῦ φρονοῦντος, μὴ προενθυμηθέντος τὴν πρᾶξιν τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἐνεργήσαντος διὰ τοῦ σώματος εἰς ἐκπλήρωσιν τῆς ἁμαρτίας. Ὅθεν σαρκὸς μὲν καινότητα Χριστὸς ἐπιδέδεικται καθ' ὁμοίωσιν· τοῦ δὲ φρονοῦντος ἐν ἡμῖν τὴν καινότητα διὰ μιμήσεως, καὶ ὁμοιώσεως, καὶ ἀποχῆς τῆς ἁμαρτίας, ἕκαστος (48) ἐν ἑαυτῷ ἐπιδείκνυται. Καὶ οὕτως νοεῖται Χριστὸς χωρὶς ἁμαρτίας

3. Ταῦτά ἐστιν αὐτῶν τὰ σοφίσματα, καὶ τῆς παρατροπῆς τὰ νοήματα· καὶ οὐκ ἔστιν εἷς ὁ λόγος αὐτῶν· πολλαὶ γὰρ τῆς ἀπιστίας αἱ παρατροπαὶ, ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς ἐπινενοημέναι. Προθῶμεν τοίνυν τούτοις (49) τῆς τοῦ Θεοῦ εὐδοκίας τὴν θέλη- D σιν (*ὤμοσε* γὰρ, φησὶ, *Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται*), καὶ τῆς ἀληθεστάτης οἰκονομίας τὴν συμπλήρωσιν, καὶ τῆς τελειοτάτης εὐεργεσίας τὴν χάριν· ἀντερωτήσαντες τούτων τὰ νοήματα, εἰ τοῖς προφητικοῖς (50) μηνύμασι συνάδουσιν· εἰ τοῖς ἀποστολικοῖς διδάγμασιν ἀκολουθοῦσιν· εἰ τοῖς τῶν

[23] I Tim. I, 7. [24] Psal. CIX, 4.

(45) *Ὡς γάρ*, etc. Sic Gobl. Felc. 1 et Seg. At editi, *τῷ γάρ*, et sic Anglic.

(46) Goblerian. Felckm. 1, Seguerian., *τὸ ἐνάγον*. Paulo post Seguer. solus, *Ἀλλὰ, φησὶ, τὸ ἀνόητον*. Mox Gobl. Felc. 1, Seguer., *ἐν αὐτῷ*, melius quam editi, *ἐν ἑαυτῷ*: iidem manuscripti, *ἄγνωστος ᾖ πάντη*.

(47) Seguer., *καὶ κατὰ τὸ ἀν*. Mox idem cum Gobler. et Felc. 1, *ἁμαρτάνει σὰρξ τοῦ ἄγοντος*.

(48) Edit. Commel. et quidam mss., *ἦν ἕκαστος*. In aliis et in edit. Paris., *ἦν* deest, rectius.

(49) *Τούτοις* deest in Segueriano.

(50) Anglic., *ἐν τοῖς προφ.*, et infra item, *ἐν τοῖς ἀποστ.*

Digitized by Google

Πατέρων παραγγέλμασι στοιχοῦσιν· εἰ τὰς ἐναποδείκτους τοῦ Δεσπότου (51) φωνὰς οὐκ ἀθετοῦσιν· ἵν' ἐκ τῶν προφητικῶν μηνυμάτων, καὶ τῶν ἀποστολικῶν διδαγμάτων, καὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Κυρίου πληρωθέντων πραγμάτων (52), γίγνηται τῆς ἀληθείας ἡ ὁμολογία, καὶ τῆς πλάνης ἡ ἔλεγξις. Εἴπατε τοίνυν οἱ ἐφευρεταὶ τοῦ καινοῦ καθ' ὑμᾶς Εὐαγγελίου, ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο, πόθεν ὑμῖν κατηγγέλθη (53) σάρκα ἄκτιστον λέγειν, ὥστε ἢ τὴν θεότητα τοῦ Λόγου εἰς μετάπτωσιν σαρκὸς φαντάζεσθαι, ἢ τὴν οἰκονομίαν τοῦ πάθους καὶ τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως, ὡς δόκησιν νομίζειν. Ἄκτιστος μὲν γὰρ πέφηνε μόνη ἡ ἁγία Τριὰς τῆς θεότητος, ἀΐδιός τε καὶ ἄτρεπτος, καὶ ἀναλλοίωτος. Χριστοῦ δὲ κατὰ σάρκα (54) ἐξ ἀνθρώπων ἀνισταμένου ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ὡς γέγραπται, καὶ παθητοῦ καὶ πρωτοτόκου (55) ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, προκαταγγείλαντος τοῦ νόμου, πῶς τὸ ἄκτιστον παθητὸν λέγετε; ἢ πῶς τὸ παθητὸν ἄκτιστον ὀνομάζετε; Καὶ γὰρ καὶ τὴν ἄκτιστον οὐσίαν τοῦ Λόγου παθητὴν λέγοντες, εἰς τὴν θεότητα βλασφημεῖτε· καὶ τὴν παθητὴν σάρκα, ὀστέοις τε (56) καὶ αἵματι, καὶ ψυχῇ, καὶ ὅλου τοῦ καθ' ἡμᾶς σώματος ἁρμοσθεῖσαν, ψηλαφητήν τε καὶ ὁρατὴν γενομένην, ἄκτιστον λέγοντες, δυσὶ περιπίπτετε πτώμασιν· ἢ φαντασίαν τὴν δεῖξιν καὶ τὴν ἀνοχὴν τοῦ πάθους ὑπολαμβάνοντες, κατὰ τὴν (57) τῶν Μανιχαίων ἀσέβειαν· ἢ τοιαύτην ὑποτίθεσθε τῆς ἀκτίστου θεότητος τὴν οὐσίαν. Καὶ τί ἔτι μέμφεσθε τοῖς ἐν ἀνθρωπίνῃ μορφῇ τῇ κατὰ σάρκα τὸν Θεὸν φανταζομένοις;

A Dei voces non despiciant: ut ex propheticis testimoniis, ex apostolicis documentis, et ex operibus a Domino designatis veritatis confessio et erroris confutatio subsequatur. Respondete igitur, auctores novi, secundum vos, Evangelii, cum aliud nusquam sit Evangelium, undenam vobis prædicatum est, carnem increatam esse dicendam; ita ut aut deitatem Verbi in carnem dilapsam et mutatam fuisse comminiscamini; aut œconomiam passionis, mortis et resurrectionis, meram phantasiam existimetis. Sola enim sancta Trinitas deitatis est increata et æterna, immutabilis et invariabilis. Cum autem Christus secundum carnem ex hominibus duxerit ortum, scilicet ex fratribus nostris, ut scriptum est, ac passibilis sit, et primogenitus ex resurrectione B mortuorum, lege idipsum prænuntiante, quomodo quod increatum est, passibile dicitis? aut quomodo quod passibile est, increatum vocatis? Etenim cum increatam Verbi substantiam passibilem dicitis, in divinitatem blasphematis. Et dum passibilem carnem, quæ ossibus, sanguini, animæ, et universo nostro corpori adaptata est, quæque palpabilis et visibilis est, increatam dicitis, duplici lapsu conciditis: aut enim exhibitionem et tolerantiam passionis phantasiam existimatis, juxta Manichæorum impietatem; aut talem esse statuitis increatæ deitatis substantiam. Ecquid adhuc reprehenditis eos qui in humana forma secundum carnem Deum comminiscuntur?

C

4. Ἀλλὰ λέγετε, ὅτι (58) ἄκτιστος γέγονε τῇ ἑνώσει τῇ πρὸς τὸν ἄκτιστον. Ἐντεῦθεν δὲ ὑμῶν ἡ πλάνη δειχθήσεται αὐτέλεγκτος· ἡ γὰρ τῆς σαρκὸς ἕνωσις πρὸς τὴν τοῦ Λόγου θεότητα ἐκ μήτρας γέγονεν· ἐντεῦθεν γὰρ αὐτὴν ἀνεστήσατο ὁ Λόγος, ἐξ οὐρανῶν ἐπιδημήσας· οὐ προϋπάρξασαν τῆς τοῦ Λόγου ἐπιδημίας, ἢ τῆς Θεοτόκου (59) Μαρίας, μόνης ἐκ τοῦ Ἀδὰμ καταγομένης, καὶ ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ ἐκ τοῦ Δαβὶδ γενεαλογουμένης, σὺν τῷ Ἰωσὴφ τῷ μεμνηστευμένῳ αὐτὴν, ὄντων ἑκατέρων εἰς σάρκα μίαν, καθὼς γέγραπται, οὐ τῇ πρὸς ἀλλήλους συναφείᾳ, ἀλλὰ τῇ ἐξ ἑνὸς ὑπάρξει· ὅτι γὰρ ἀθιγεῖς διέμειναν, μεμαρτύρηται. Γεννᾶται οὖν ὁ Χριστὸς ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, τὸν Ἰωσὴφ πατέρα καλῶν, ταυτὸν τῇ Μαρίᾳ τυγχάνοντα τοῦ Δαβὶδ (60)· D

4. Sed dicitis increatum factum esse, quod unitum sit cum increato. Hinc autem vestrum errorem sese falsi arguere ostendetur. Nam carnis cum Verbi divinitate conjunctio ex utero facta est; inde enim ipsi Verbum cum e cœlo advenisset originem dedit, quippe quæ non erat antequam Verbum adveniret, aut ante Deiparam Mariam, cujus solius origo ex Adamo, **738** et genus ex Abraham et Davide ortum [35] narratur, et una sponsi sui Joseph, qui erant duo in carne una, sicut scriptum est [36], non mutua inter se copulatione, sed quod ex uno eodemque originem ducerent; nam quod illibati remanserint, testatum est. Nascitur ergo Christus in Bethleem Judææ [37], Josephque patrem suum vocat, qui eamdem quam Maria ex Davide originem

[35] Matth. I, 1. [36] Gen. II, 24. [37] Matth. II, 1.

(51) Sic Seguer. Gobler. Felc. 1. Editi, τοῦ Θεοῦ.

(52) Basiliensis habet, τῶν τοῦ Θεοῦ πληρωθ-. Paulo post, Seguerian. γένηται, Basil. γίνηται. Goblerian. Felc. 1 et editi γίγνηται.

(53) *Κατηγγέλθη*. Gobler. et Felc. 1. Anglic. vero et Seguer., κατηγγέλη. Editi, κατηγγέλλη. Paulo post, φαντάζεσθε. Gobler. Seguer., et Felc. 1, et infra iidem, νομίζητε. Seguer. νομίζετε. Mox, δόκησιν, sic Basil. Anglic. Seg. In edit., ὡς δόκησιν. Statim Anglicanus solus, πέφυκε μόνη.

(54) Seguer. et Anglic., τὸ κατὰ σάρκα. In editis et aliis, τό deest. Mox Seguer. Gobl. et Felc. 1, ἐξ ἀνθρώπων. Editi vero et alii, ἐξ ἀνθρώπου. Mox iidem, ὡς ἐκ τῶν. In editis et aliis ὡς deest.

(55) Sic Seguer. Gobl. et Felc. 1. In edit., πωότου.

(56) Τε deest in Segueriano.

(57) Basiliensis, ὑπολαμβάνοντες καὶ τὴν τῶν.

(58) Ὅτι deest in Seguer. Gobler. et Felc. 1. Ibidem Anglic. solus habet, ἄκτιστον, recte. Alii, ἀκτιστος. Ibidem, Anglican. Seguer. Gobl. et Felc. 1, τῇ ἑνώσει, omissa præpositione ἐν, quæ in editis legebatur.

(59) Θεοτόκου deest in edit. Comm. sed legitur in maxima parte manuscriptorum. Infra, ἐκ, ante, τοῦ Δαβίδ, habetur in solo Seguer.

(60) Seguer., ἐκ τοῦ Ἀδάμ, et ita legit Nanninus, sed omnes alii mss. et editi Græci, melius, τοῦ Δαβίδ. Mox Seguer. et Felc. 1, ἀναχληθείς. Ibidem Basil. et Seguerian. Συμεών. Editi, Σιμεῶνος. Nos cum mss. Gobl. Felck. 1 et textu Græco, Συμεῶνος.

Digitized by Google

ducebat : in pannis repositus, a Simeone in templo gestatus, et ad circumcisionem carnis secundum legem adductus est, augmentumque accepit ætatis atque staturæ [38]. Si itaque increatus illa unione factus est, quomodo non statim perfectus apparuit, sed pro voluntate Verbi, corpus augmentum accipiebat? Increato autem incrementum ascribere impium est. Nam quod increatum est, natura sua increatum dicitur, nec accessionem, vel diminutionem admittit. Quod autem cum increato quidpiam commune habet, aut ipsi unitur, proprium quidem increato, non tamen ipsum increatum esse dicitur; ne unionis beneficium in oblivionem veniat, et beneficii debitum aboleatur, neve humanum genus, quod adhuc in infirmitate degit, in desperationem cadat, si discat (quod vos dicitis), nullam esse sibi cum Deo cognationem ; neve gratia evanescat. Quis enim increatum si audiat Domini corpus, seque factum, creatumque agnoscat, non intelligat, falsas quidem esse Scripturas, sibique nullam esse cum Christo communionem? Si increatus increatum corpus assumpsit, periit ergo prima formatio, periit archetypus Adam, quo nos usque in hodiernum diem per carnis successionem oriundi sumus. Quomodo igitur Christus nos sui participes constituit? quid est quod Apostolus ait : *Qui enim sanctificat et qui sanctificantur ex uno omnes* [39] ?

5. Ne quis vero de divinitate Filii sic cogitare audeat : quod eodem ille modo ex Deo sit, quo nos sumus, ut impiissimi Ariani dicere audent : aut certe illum ex Deo secundum carnis speciem, et secundum formam servi, hoc est protoplasti Adam, quam accepit qui in forma Dei Deus exsistit. Profecto inter res creatas, illud dicitur increatum, quod nunquam exstitit, quia nunquam factum est. Ne igitur, dum in Verbo carnem nunquam fuisse existimatis, specioso vocabulo rem ipsam negare in animum inducatis, ut nihil in increato confiteamini. Nam sola deitatis subsistentia increata intelligitur; ita ut impium sit, vel increatam passibilem, vel passibilem increatam appellare. Conditam enim hominis naturam, non unione Verbo propriam, sed ei cœternam esse, Deique naturæ exæquatam per naturæ identitatem, impium est cogitare. Carnis enim et sanguinis ossiumque specimen exhibuit Dominus, necnon animi dolentis, perturbati, anxii. Hæc nemo dixerit naturam deitatis esse : propria autem Deo secundum naturam facta sunt, cum Verbo placuit humanam subire generationem, suumque

[38] Luc. II, 7, 28. [39] Hebr. II, 11.

(61) Hæc vide supra, *Ad Epictetum*, p. 721.

(62) Ita Seguer. et sic legendum est. Editi, Τῷ δὲ ἀκτ.

(63) Goblerianus et Felc. 1 habent, ἡ εὐλογία, καὶ καταρ. Atque ita legit Nannius. Infra iidem, ut et legit Nannius, διδασκομένη καθ' ἡμᾶς.

(64) Sic Seguer., rectius quam editi et alii qui habent, αὐτοῦ Paulo post idem, ὁ ἁγιάζων.

(65) *Μή τι ἄρα μηδόλως*. Sic Gobler. Seguer. et Felc. 1. In editis, Μή τι οὖν ἄρα μήθ' ὅλως. Mox Anglic. Gobler. Seguer. et Felck. 1, καὶ τὴν ἄρνησιν

ἐν σπαργάνοις ἀνακλιθείς, καὶ ὑπὸ τοῦ Συμεῶνος ἐν τῷ ἱερῷ βασταχθείς, καὶ περιτομὴν σαρκὸς προσαγόμενος κατὰ τὸν νόμον, καὶ αὔξησιν ἡλικίας ποιούμενος. (61) Εἰ τοίνυν ἄκτιστος τῇ ἑνώσει γέγονε, πῶς οὐκ αὐτοτελὴς ὤφθη, ἀλλὰ, θελήσαντος τοῦ Λόγου, ἡ τοῦ σώματος αὔξησις ἐγίνετο ; Ἀκτίστῳ δὲ προσάγειν αὔξησιν ἀσεβές ἐστι. Τὸ γὰρ ἄκτιστον τῇ φύσει ἄκτιστον λέγεται, μήτε αὔξησιν, μήτε ἐλάττωσιν ἐπιδεχόμενον. Τὸ δὲ τῷ ἀκτίστῳ (62) κοινωνῆσαν ἢ ἑνωθὲν, ἴδιον μὲν τοῦ ἀκτίστου λέγεται, οὐ μὴν αὐτὸ ἄκτιστον, ἵνα μὴ ἐπιλησθῇ τῆς ἑνώσεως ἡ εὐεργεσία, καὶ καταργηθῇ (63) τῆς εὐεργεσίας ἡ ὀφειλὴ, καὶ εἰς ἀνελπιστίαν καταπέσῃ ἡ ἐν ἀσθενείᾳ ἔτι τυγχάνουσα ἀνθρωπότης, διδασκομένη καθ' ὑμᾶς μὴ ἔχειν πρὸς Θεὸν οἰκειότητα, καὶ ἀμαυρωθῇ ἡ χάρις. Τίς γὰρ, ἄκτιστον ἀκούων τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, ἑαυτὸν δὲ ποιητὸν καὶ κτισθέντα εἰδὼς, οὐκ ἐννοηθήσεται ψευδεῖς μὲν εἶναι τὰς ἁγίας Γραφὰς, ἑαυτὸν δὲ μὴ ἔχειν πρὸς τὸν Χριστὸν κοινωνίαν; Εἰ ὁ ἄκτιστος ἄκτιστον σῶμα ἀνελάβετο, κατήργηται τοίνυν ἡ πρώτη πλάσις, ἀπόλωλεν ὁ ἀρχέτυπος Ἀδὰμ, οὗ ἡμεῖς μέχρι σήμερον ἀπόγονοι τυγχάνομεν κατὰ τὴν τῆς σαρκὸς διαδοχήν. Πῶς οὖν Χριστὸς ἡμᾶς μετόχους ἑαυτοῦ κατεστήσατο (64) ; πῶς δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει, *Ὁ τε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες ;*

5. Μή τις δὲ τολμάτω περὶ τῆς θεότητος τοῦ Υἱοῦ ἐννοῆσαι, ὅτι, ὥσπερ αὐτὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, οὕτω καὶ ἡμεῖς, καθάπερ οἱ ἀσεβέστατοι Ἀρειανοὶ λέγειν τολμῶσιν · ἢ πάντως κατὰ τὴν τῆς σαρκὸς ἐπίδειξιν, καὶ κατὰ τὴν μορφὴν τοῦ δούλου, τουτέστι τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδὰμ, ἣν ἔλαβεν ὁ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων Θεός. Ὅλως μὲν οὖν ἐν τοῖς ποιήμασι τὸ λεγόμενον ἄκτιστον, τὸ μηδέπω ὑπάρξαν λέγεται, ὅτι μὴ γέγονε. Μή τι οὖν ἄρα, μήθ' ὅλως (65) γεγονέναι ἐν τῷ Λόγῳ σάρκα ὑπολαμβάνοντες, εὐφήμῳ λέξει ποιεῖσθαι καὶ τὴν ἄρνησιν εὐθὺς ἐννοεῖτε, ἵνα μηδὲν ἐν τῷ ἀκτίστῳ ὁμολογήσητε. Ἄκτιστος γὰρ ὕπαρξις μόνη ἡ τῆς θεότητος νοεῖται · ὥστε καὶ τὴν ἄκτιστον παθητὴν λέγειν ἀσεβὲς, καὶ τὴν παθητὴν ἄκτιστον ὀνομάζειν. Τὴν γὰρ ποιηθεῖσαν τῆς ἀνθρωπότητος φύσιν, μὴ τῇ ἑνώσει (66) τοῦ Λόγου εἶναι ἰδίαν, ἀλλὰ συναΐδιον, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ φύσει ἐξισουμένην τῇ ταυτότητι τῆς φύσεως ἐννοεῖν, ἀσεβές. Σαρκὸς γὰρ καὶ αἵματος καὶ ὀστέων ἐπίδειξιν ἐποιήσατο Κύριος, καὶ ψυχῆς λυπουμένης, καὶ ταραττομένης, καὶ ἀδημονούσης. Ταῦτα δὲ οὐκ ἄν τις εἴποι φύσιν εἶναι θεότητος · ἴδια δὲ Θεοῦ (67) κατὰ φύσιν

εὐθύς. In editis deest καί, et εὐθύς. Seguerian. Gobler. et Felc. 1, paulo post, ὁμολογήσητε. In editis, ὁμολογῆται.

(66) *Μὴ τῇ ἑνώσει*. Sic Seguer., et sic legendum videtur. Edit., μήτε ἑνώσει.

(67) Anglic., ἴδια δὲ τοῦ Θεοῦ. Paulo post, Seguer. Gobler. et Felc. 1, γεννήσεως. Editi vero et alii, γενέσεως. Mox Seguer. καὶ τὴν αὐτῆς. Gobler. et Felc. 1, καὶ τὴν αὐτοῦ. Alii et editi, καὶ τὴν ἑαυτοῦ. Infra Seguer., ἐν ἑαυτῷ. Alii, ἐν αὐτῷ.

Digitized by Google

γέγονεν, εὐδοκήσαντος τοῦ Λόγου ἀνασχέσθαι γεννήσεως ἀνθρωπίνης, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ποίησιν τὴν ἐν ἁμαρτίᾳ καὶ φθορᾷ καὶ θανάτῳ διαχυθεῖσαν ἐν ἑαυτῷ συστήσασθαι ἐν εἰκόνι καινότητος. Διὸ τῆς μὲν ἁμαρτίας τὴν κατάκρισιν ἐπὶ γῆς ἐποιήσατο· τῆς δὲ κατάρας τὴν καθαίρεσιν (68) ἐπὶ ξύλου· τῆς τε φθορᾶς τὴν ἀπολύτρωσιν ἐν τῷ τάφῳ· καὶ τοῦ θανάτου τὴν κατάλυσιν ἐν τῷ ᾅδῃ· παντὶ ἐπιβὰς τόπῳ, ἵνα τοῦ σύμπαντος ἀνθρώπου τὴν σωτηρίαν κατεργάσηται, μορφὴν τῆς ἡμετέρας εἰκόνος ἐν ἑαυτῷ ἐπιδεικνύμενος (69). Ἐπεὶ τίς ἦν χρεία Θεῷ γεννήσεως τῆς ἐκ γυναικὸς ἀνασχέσθαι; αὐξήσεώς τε ἡλικίας, καὶ ἐτῶν ἀριθμήσεως τῷ ποιητῇ τῶν αἰώνων; ἢ πάλιν σταυροῦ, ἢ τάφου, ἢ ᾅδου, οἷς ἡμεῖς ὑποπεπτώκαμεν, εἰ μὴ ἡμᾶς ἐζήτει, διὰ τῆς καθ' ἡμᾶς μορφῆς ζωοποιῶν ἡμᾶς καὶ εἰς ὁμοίωσιν καὶ μίμησιν τελείας εἰκόνος προσκαλούμενος; Μίμησις δὲ πῶς ἂν γένοιτο πρὸς τελειότητα, μὴ προϋπαρξάσης τῆς ἀνενδεοῦς τελειότητος; κατὰ τὸν λέγοντα Ἀπόστολον· *Ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα, ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ τῆς ἀληθείας.*

A ipsius opus in peccato, corruptione, et morte dissolutum, in seipso in novitatis imaginem instaurare. Quapropter peccati quidem condemnationem in terra, maledictionis abolitionem in ligno, a corruptione immunitatem in sepulcro, mortisque solutionem in inferno peregit; omnemque locum permeavit, ut totius hominis salutem perficeret, cum formam **739** nostræ imaginis in seipso exhibuit. Nam quid erat opus Deo ut ex femina nasci dignaretur? quid factori sæculorum opus ut statura et annorum numero cresceret? aut rursus quid opus illi cruce, sepulcro, aut inferno, quibus nos obnoxii facti sumus, nisi nos quæreret, ut per formam quæ nostræ similis est nos vivificaret, atque ad similitudinem imitationemque perfectæ imaginis provo- B caret? Imitatio autem perfectionis, quomodo esse potuerit, nisi prius exstiterit absoluta perfectio? juxta illud Apostoli: *Exspoliantes vos veterem hominem, et induentes novum, qui secundum Deum creatus est in sanctitate et justitia veritatis* [60].

6. Πόθεν οὖν διδαχθέντες, λέγετε ἄκτιστον; Εἰ τοίνυν φύσις ἐκ μεταποιήσεως ἄκτιστος γίνεται, ἆρα καὶ ἀόρατος καὶ ἀθάνατος· οὐκ ἐκ θανάτου, ἀλλ' ἀνεπίδεκτος θανάτου. Πῶς οὖν ἀπέθανεν ὁ Κύριος, εἰ ὁ ἄκτιστος ἀκτίστως (70) ἐπεδήμησεν ἐπὶ γῆς; ἢ πῶς ὁρατὸς καὶ ψηλαφητὸς γέγονεν; ὡς γέγραπται· *Ὃ ἑωράκαμεν, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν.* Πῶς οὖν λέγετε, ἃ μὴ γέγραπται, μήτε C θέμις ἐννοεῖν; Δώσετε γὰρ πᾶσιν αἱρετικοῖς κατὰ τὴν τοῦ ποτὲ λεγομένου Ῥητορίου ἔννοιαν ἀσεβεστάτην, οὗ καὶ τὴν ἀσέβειαν ἐξειπεῖν φοβερόν. Ἢ τοίνυν ἀρνήσασθε τὰς θείας Γραφὰς, ἢ ταύτας ὁμολογοῦντες, μὴ ἕτερα παρὰ τὰ γεγραμμένα ἐπινοεῖτε λαλεῖν ῥήματα ἀπάτης ἀνιάτου. Ἀλλὰ πάλιν λέγετε, ὅτι Ἡμεῖς κτίσματι (71) οὐ προσκυνοῦμεν. Ὦ ἀνόητοι! διὰ τί οὐ λογίζεσθε, ὅτι καὶ ποιηθὲν τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου οὐ κτιστὴν ἀποφέρεται τὴν προσκύνησιν; Τοῦ γὰρ ἀκτίστου Λόγου γέγονε σῶμα· οὗ γὰρ σῶμα γέγονε, τούτῳ προσάγετε καὶ τὴν προσκύνησιν (72). Ἆρ' οὖν καὶ προσκυνεῖται ὀφειλομένως, καὶ θεϊκῶς προσκυνεῖται· Θεὸς γὰρ ὁ Λόγος ἐστὶν, οὗ τὸ σῶμα ἴδιον τυγχάνει· ἐπεὶ καὶ ὅτε προσῆσαν αἱ γυναῖκες τῷ Κυρίῳ, διακωλύων ἔλεγε, *Μή μου ἅπτου· D οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου*, σημαίνων, ὅτι χρεία ἀναβάσεως, καὶ ὅτι μία ἔσται ἡ

6. A quo ergo edocti increatum illum dicitis? Si igitur natura ex mutatione fit increata; ergo et invisibilis fiet, et immortalis; non postquam ex morte resurrexerit, sed mortis prorsus incapax erit. Qua ergo ratione mortuus est Dominus, si increatus increato modo advenerit in terram; aut quomodo visibilis et palpabilis factus est, sicut scriptum est: C *Quod vidimus et manus nostræ contrectaverunt* [61]? Cur itaque ea dicitis, quæ nec scripta sint, nec fas sit cogitare? Omnibus enim hæreticis sententiam suppeditabitis impiissimam, quam tenuit olim is qui Rhetorius vocabatur; cujus impietatem referre horret animus. Aut igitur divinas negate Scripturas: aut si eas admittitis, ne præter ea quæ scripta sunt, alia proferre excogitetis insanabilis fallaciæ verba. Sed rursum dicitis: Nos creaturam non adoramus. O stulti! cur non cogitatis, corpus Domini quod factum est adorationem non exigere quæ rei creatæ debeatur? Nam increati Verbi corpus factum est: ac ipsi cujus corpus factum est adorationem affertis vestram. Debita ergo et divina adoratione colitur: Deus enim est Verbum cujus corpus est proprium: D quippe cum accesserunt mulieres ad Dominum, illas his prohibet verbis, *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum* [62], indicans opus esse

[60] Coloss. III, 9; Ephes. IV, 24. [61] I Joan. I, 1. [62] Joan. XX, 17.

(68) Ita Seguer. Anglic. Gobler. et Felc. 1, atque sic legit Nannius. Editi, ἀφαίρεσιν. Mox iidem, ἀπολύτρωσιν, ubi editi, καθαίρεσιν. Infra Basil., τοῦ σύμπαντος τόπου.

(69) Gobl. et Felc. 1, ἐνδυσάμενος καὶ ἐπιδεικνύμενος. Mox Seg. Anglican. Gobl. et Felc. 1, γεννήσεως. Editi, γενέσεως. Ibidem in Seg. solo deest, ἀνασχέσθαι. Infra Seg. Gobl. et Felckm. 1, ἐζήτει. Editi vero et alii, ἀνεζήτει.

(70) Seg. et Anglic., ἀκτίστως. Editi et alii, ἀκτίστῳ. Mox Seguer. Gobl. et Felckm. 1, γεγονὼς, καθὼς. Rhetorius porro infra memoratus, Ægyptius erat, qui eousque insaniæ processit ut diceret, omnes omnino hæreticos recte sentire, et nullum errare: quod ita absurdum Augustino videtur, ut vix eum ita sensisse credere possit. Vide Philastrium hæresi XLIV, et August. hæresi LXXII.

(71) Editi, ὅτι ἡμεῖς κτίσματι. In Seg. Gobl. et Felc. 1, deest ὅτι. Ibidem, editi, κτίσματα. At Seg., κτίσματι.

(72) Sic Angl. Gobl. Felc. 1 et Seg. In edit. προσάγεται ἡ προσκύνησις. Mox iidem manuscripti, καὶ θεϊκῇ προσκυνήσει προσκυνεῖται. Editi, καὶ θεϊκῶς προσκυνεῖται.

Digitized by Google

ascensione, et unam fore ascensionem. Attamen accedentes illæ tenuerunt pedes ejus et adoraverunt. Pedes tenuerunt, Deum adoraverunt. Pedes quidem carnis et ossium contactum præferebant : sed cum Dei essent, Deum illæ adoraverunt. Et alibi quoque aiebat Dominus, *Palpate me et cognoscite, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere* [43], quanquam ipse spiritus sit : *Spiritus enim est Deus* [44]. Et cum dicit ea se habere, simulque ostendit ipsa ; cur ait, *Spiritus carnem et ossa non habet, ut me*, inquit, quem non illa esse, sed illa habere videtis? An ut doceret, spiritum natura inenarrabilem esse, ipsum autem contactum ad corpus nostro simile pertinere, quod sibi ex Virgine non quadam operandi ratione, sed naturali generatione comparaverat ; ut et secundum naturam esset corpus, ac rursus secundum naturam indivisibile esset a Verbi deitate. Sic enim et mors ejus contigit : corpore quidem secundum naturam suscipiente, Verbo autem per voluntatem eam admittente et per potestatem suam proprium corpus morti tradente ; quo et naturaliter pro nobis pateretur, et divinitus pro nobis resurgeret. Totumque generationis mortisque negotium nostram perquisitionem recuperationemque spectat.

740 7. Hæc cum ita se habeant, et in confesso sint in Ecclesia Dei catholica, cur vos rursum dicitis, corpus e cœlo esse? cur Christus illud effecit? Respondete : Anne ut ex cœlo in terram corpus deferret, et invisibile redderet visibile : contumeliæ incapacem, contumeliæ capacem ; impassibile et immortale, mortale et passibile faceret? Ecquidnam in illis beneficii, o inepti, si ea in Christo facta dicatis, quæ in protoplasto Adam facta sunt? Nisi Adæ lapsum in incomparabilem reparationem Christus, in similitudine carnis peccati apparens, peccatumque in carne condemnans, restituisset ; ita ut carne indutus in terra versaretur, et carnem peccati incapacem exhiberet : quam cum ex prima formatione Adam peccati expertem habuisset, ex prævaricatione illam peccati capacem fecit, ac in corruptionem et mortem delapsus est. Hanc Christus suscitat natura impeccabilem, ut ostendat Creatorem non esse causam peccati; et ad primariam illam formationem propriæ naturæ eam restituit, ut ipse esset impeccabilitatis specimen. Frustra igitur erronei illi comminiscuntur, atque dicunt, ex cœlo Christi

[43] Luc. XXIV, 39. [44] Joan. IV, 24.

Ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ μὲν τῶν αἱρετικῶν ἐμνήσθημεν ὡς νεκρῶν· περὶ δὲ ἡμῶν ὡς ἐχόντων πρὸς σωτηρίαν τὰς θείας Γραφάς· καὶ φοβοῦμαι (79) μήπως, ὡς ἔγραψε Κορινθίοις Παῦλος, ὀλίγοι τῶν ἀκεραίων ἀπὸ τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς ἁγνότητος πλανηθῶσιν ἀπὸ τῆς πανουργίας τινῶν ἀνθρώπων, καὶ λοιπὸν ἐντυγχάνειν ἑτέροις ἄρξωνται, τοῖς λεγομένοις ἀποκρύφοις, ἀπατώμενοι τῇ ὁμωνυμίᾳ τῶν ἀληθινῶν (80) βιβλίων· παρακαλῶ ἀνέχεσθαι, εἰ περὶ ὧν ἐπίστασθε, περὶ τούτων κἀγὼ μνημονεύων γράφω, διά τε τὴν ἀνάγκην καὶ τὸ χρήσιμον τῆς Ἐκκλησίας.

C Μέλλων δὲ τούτων μνημονεύειν, χρήσομαι πρὸς σύστασιν τῆς ἐμαυτοῦ τόλμης τῷ τύπῳ τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ, λέγων καὶ αὐτό· *Ἐπειδήπερ τινὲς ἐπεχείρησαν* ἀνατάξασθαι ἑαυτοῖς τὰ λεγόμενα ἀπόκρυφα, καὶ ἐπιμίξαι ταῦτα τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ, περὶ ἧς ἐπληροφορήθημεν, καθὼς παρέδοσαν τοῖς Πατράσιν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου· ἔδοξε κἀμοί, προτραπέντι παρὰ γνησίων ἀδελφῶν, καὶ μαθόντι ἄνωθεν, ἐξῆς ἐκθέσθαι τὰ κανονιζόμενα καὶ παραδοθέντα, πιστευθέντα τε θεῖα εἶναι βιβλία· ἵνα ἕκαστος, εἰ μὲν ἠπατήθη, καταγνῷ τῶν πλανησάντων· ὁ δὲ καθαρὸς διαμείνας χαίρῃ πάλιν ὑπομιμνησκόμενος. Ἔστι τοίνυν τῆς μὲν Παλαιᾶς Διαθήκης βιβλία τῷ ἀριθμῷ τὰ

D πάντα εἰκοσιδύο· τοσαῦτα γάρ, ὡς ἤκουσα, καὶ τὰ στοιχεῖα τὰ παρ' Ἑβραίοις εἶναι παραδέδοται· τῇ δὲ τάξει καὶ τῷ ὀνόματί ἐστιν ἕκαστον οὕτως· Πρῶτον (81) Γένεσις, εἶτα Ἔξοδος, εἶτα Λευϊτικόν,

[58] Psal. L, 15. [59] II Cor. XI, 3. [60] Luc. I, 1.

(74) Ita plurimi manuscripti. In editis et cæteris manuscriptis, στηρίξῃ, omisso με. Paulo post, manuscripti omnes, καὶ τὰ τοιαῦτα. Editi male, καὶ μετὰ τοιαῦτα.

(75) Ita plurimi manuscr. In editis et cæteris, ἐπὶ σέ, deest.

(76) Tres manuscripti, δι' εὐσέβειαν. Ibidem tres manuscripti, ἐνδοιάστως. Editi et alii præstantioris notæ manuscr., ἐνδυάστως.

(77) In Regio tertio et quarto hæc desunt ad finem usque. Reg. vero 5 horum loco habet, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

(78) Titulus in Colb. 1 et 2, Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς λθ' ἑορταστικῆς ἐπιστολῆς, ἀπαρίθμησις τῶν βιβλίων τῆς Παλαιᾶς καὶ τῆς Νέας. Regius quintus, Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ἐννάτης ἑορταστικῆς, etc. Reliqui mss. ut in textu.

(79) Colb. 2, θείας Γραφὰς χρὴ πιστεύειν· καὶ γὰρ φοβοῦμαι. Infra Regius quartus et quintus, τινὲς τῶν ἀκεραίων. Mox omnes fere manuscripti, τῆς ἁγνότητος. Editi vero, τῆς ἁγιότητος. Paulo post, ἑτέροις deest in quatuor manuscriptis.

(80) Ita tres manuscr. Alii vero, minus recte, τῶν ἀληθῶν. Mox Colb., ἀνέχεσθε.

(81) In Colb. 1, πρῶτον deest. Regius quartus habet, ποῶτη. Ibid. Colb. 2, Γένεσις, Ἔξοδος, Λευϊ-

Digitized by Google

καὶ μετὰ τοῦτο Ἀριθμοί, καὶ λοιπὸν τὸ Δευτερονόμιον. Ἐξῆς δὲ τούτοις ἐστὶν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, καὶ Κριταί· καὶ μετὰ τοῦτο ἡ Ῥούθ· καὶ πάλιν ἑξῆς Βασιλειῶν τέσσαρα βιβλία (82)· καὶ τούτων τὸ μὲν πρῶτον καὶ δεύτερον εἰς ἓν βιβλίον ἀριθμεῖται· τὸ δὲ τρίτον καὶ τέταρτον ὁμοίως εἰς ἕν. Μετὰ δὲ ταῦτα Παραλειπομένων (83) α' καὶ β' ὁμοίως εἰς ἓν βιβλίον πάλιν ἀριθμούμενα· εἶτα Ἔσδρας α' καὶ β' ὁμοίως εἰς ἕν. Μετὰ δὲ ταῦτα βίβλος Ψαλμῶν, καὶ ἑξῆς Παροιμίαι· εἶτα Ἐκκλησιαστής, καὶ Ἆσμα ᾀσμάτων. Πρὸς τούτοις ἐστὶ καὶ Ἰώβ, καὶ λοιπὸν προφῆται· οἱ μὲν δώδεκα εἰς ἓν βιβλίον ἀριθμούμενοι· εἶτα Ἡσαΐας, Ἱερεμίας, καὶ σὺν αὐτῷ Βαρούχ, Θρῆνοι, Ἐπιστολὴ (84), καὶ μετ' αὐτὸν Ἰεζεκιὴλ καὶ Δανιήλ. Ἄχρι τούτων τὰ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης ἵσταται. Τὰ δὲ τῆς Καινῆς πάλιν οὐκ ὀκνητέον εἰπεῖν· ἔστι γὰρ ταῦτα· Εὐαγγέλια τέσσαρα· κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον, κατὰ Λουκᾶν, κατὰ Ἰωάννην. Εἶτα μετὰ ταῦτα (85) Πράξεις ἀποστόλων, καὶ Ἐπιστολαὶ Καθολικαὶ καλούμεναι τῶν ἀποστόλων ἑπτά· οὕτω μὲν Ἰακώβου α', Πέτρου δὲ β', εἶτα Ἰωάννου γ', καὶ μετὰ ταύτας Ἰούδα α'. Πρὸς τούτοις Παύλου ἀποστόλου εἰσὶν ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες, τῇ τάξει γραφόμεναι οὕτως· πρώτη πρὸς Ῥωμαίους· εἶτα πρὸς Κορινθίους δύο· καὶ μετὰ ταῦτα (86) πρὸς Γαλάτας· καὶ ἑξῆς πρὸς Ἐφεσίους· εἶτα πρὸς Φιλιππησίους, καὶ πρὸς Κολασσαεῖς· καὶ μετὰ ταύτας πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο, καὶ ἡ πρὸς Ἑβραίους· καὶ εὐθὺς πρὸς μὲν Τιμόθεον (87) δύο, πρὸς δὲ Τίτον μία· καὶ τελευταία ἡ πρὸς Φιλήμονα· καὶ πάλιν Ἰωάννου Ἀποκάλυψις. Ταῦτα πηγαὶ τοῦ σωτηρίου, ὥστε τὸν διψῶντα τῶν ἐν τούτοις ἐμφορεῖσθαι λογίων· ἐν τούτοις μόνοις τὸ τῆς εὐσεβείας διδασκαλεῖον εὐαγγελίζεται. Μηδεὶς τούτοις ἐπιβαλλέτω, μηδὲ τούτων ἀφαιρείσθω τι. Περὶ δὲ τούτων ὁ Κύριος Σαδδουκαίους μὲν ἐδυσώπει, λέγων· *Πλανᾶσθε μὴ εἰδότες τὰς Γραφάς*· τοῖς δὲ Ἰουδαίοις (88) παρῄνει· *Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφάς· ὅτι αὐταί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ*. Ἀλλ' ἕνεκά γε πλείονος ἀκριβείας προστίθημι καὶ τοῦτο γράφων ἀναγκαίως, ὡς (89) ὅτι ἐστὶ καὶ ἕτερα βιβλία τούτων ἔξωθεν· οὐ κανονιζόμενα μὲν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν Πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις (90) κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον· Σοφία Σολομῶντος, καὶ Σοφία Σιρὰχ, καὶ Ἑσθήρ, καὶ Ἰουδίθ, καὶ Τοβίας (91), καὶ Διδαχὴ

A mium. Hos excipiunt, Jesus filius Nave, Judices, et postea Ruth. Hinc rursum Regnorum libri quatuor : ex quibus primus et secundus pro uno numerantur libro; tertius et quartus pro uno similiter. Post hæc Paralipomenon primus et secundus pro uno pariter libro censentur. Hinc Esdræ primus et secundus, pro uno similiter : postea liber Psalmorum, deinceps Proverbia, tum Ecclesiastes, et Canticum canticorum. Ad hæc Job, ac deinceps prophetæ, ex quibus duodecim pro uno libro numerantur. Hinc Isaias, Jeremias et cum ipso Baruch, Lamentationes, Epistola : postea Ezechiel et Daniel. Hactenus Veteris Testamenti libri. Novi autem Testamenti libros referre ne pigeat. Sunt enim hi : Evangelia quatuor, secundum Matthæum, secundum
B Marcum, secundum Lucam, secundum Joannem. Postea Acta apostolorum, et Epistolæ Catholicæ, quæ Apostolorum vocantur, numero septem nempe, Jacobi una, Petri duæ, Joannis tres, Judæ una. Ad hæc Pauli apostoli quatuordecim sunt Epistolæ, sic ordine descriptæ : prima, ad Romanos : tum duæ ad Corinthios : dehinc, ad Galatas : postea, ad Ephesios : deinde, ad Philippenses : tum, ad Colossenses : postea, ad Thessalonicenses duæ, et ea quæ ad Hebræos dirigitur : deinde ad Timotheum duæ : ad Titum una : ultimo, ad Philemonem una : ad hæc Joannis Apocalypsis. Hi sunt salutis fontes, ut qui sitit, eorum eloquiis impleatur : in his solis pietatis doctrina
C docetur. Nemo iis addat, aut aliquid ab illis **768** detrahat. De his Dominus Sadducæos pudore afficiebat, his verbis : *Erratis nescientes Scripturas*[61] : Judæos vero hortabatur dicens : *Scrutamini Scripturas, quia illæ sunt quæ testimonium perhibent de me*[62]. Sed majoris accurationis causa illud quoque scripto addere necesse duxi; esse nimirum alios libros præter istos, non in canonem quidem redactos, sed quos a Patribus decretum est, legendos ab iis esse qui nuper ediscendi pietatis verbi gratia accesserint. Sapientia Salomonis, et sapientia Sirach, Esther, Judith, Tobias, Doctrina, ut vocant, apostolorum, et Pastor. Attamen, dilecti, cum illi in canonem redacti sint, hi legantur, nusquam apocryphorum mentio habetur (92); sed
D ii sunt hæreticorum commentum, qui arbitratu suo libros conscribunt, quibus assignant tem-

[61] Matth. XXII, 29. [62] Joan. V, 39.

τικὸν, Ἀριθμοί, καὶ Δευτερονόμιον. Ἐξῆς δὲ τούτων. Mox, τε, post, Ἰησοῦς, habetur in tribus manuscr. In cæteris et in editis desideratur.

(82) Codex unus, τέσσαρες βίβλοι.

(83) Ita omnes ferme manuscr. Editi cum quibusdam aliis, Παραλειπόμενα.

(84) Sic quinque manuscripti, pauciores alii cum editis, καὶ ἐπιστολή. Mox quatuor manuscripti, Ἰεζεκιήλ. Editi cum aliis, Ἐζεκιήλ.

(85) Μετὰ ταῦτα deest in quibusdam manuscript. Paulo infra, Ἰακώβου, in editis deerat. Mox, εἶτα deest in duobus manuscr.

(86) Tres manuscripti, μετὰ ταύτας. In iisdemque infra, μετὰ ταύτας, deest.

(87) Unus codex, καὶ ἑξῆς πρὸς Τιμόθεον.

(88) Duo manuscripti, τοὺς δὲ Ἰουδαίους.

(89) Ὡς in tribus manuscriptis deest.

(90) Hæc, καὶ βουλομένοις, in tribus desunt. Infra tres manuscripti bonæ notæ, Σολομῶντος. Alii cum editis, Σολομῶνος.

(91) Tres manuscripti. Ἑσθήρ, Ἰουδήθ, Τοβήτ. Ibidem in hæc verba, καὶ Διδαχὴ τῶν ἀποστόλων. Colb. 2, hæc habet ad marginem, Διδαχὴν τῶν ἀποστόλων λέγουσιν εἶναι τὰς διὰ τοῦ Κλήμεντος γραφείσας διατάξεις τῶν ἀποστόλων, ὡς ἡ ς' λεγομένη σύνοδος ἀναγινώσκεσθαι οὐ συγχωρεῖ. *Doctrinam vocant apostolorum, Constitutiones a Clemente scriptas : quas legi, ea quæ dicitur sexta synodus, non concedit.*

(92) Hæc item Rufinus lib. *De expositione Symboli.*

Digitized by Google

pura, ut ea quam ipsis ascribunt antiquitatis specie, occasionem captent simpliciores fallendi.

καλουμένη τῶν ἀποστόλων, καὶ ὁ Ποιμήν. Καὶ ὅμως, ἀγαπητοί, κἀκείνων κανονιζομένων καὶ τούτων ἀναγινωσκομένων, οὐδαμοῦ τῶν ἀποκρύφων μνήμη· ἀλλὰ αἱρετικῶν ἐστιν ἐπίνοια, γραφόντων μὲν ὅτε (94) θέλουσιν αὐτά, χαριζομένων δὲ καὶ προστιθέντων αὐτοῖς χρόνους, ἵν', ὡς παλαιὰ προφέροντες, πρόφασιν ἔχωσιν ἀπατᾷν ἐκ τούτου τοὺς ἀκεραίους.

EPISTOLA AD RUFINIANUM.

Domino filio, et optatissimo comministro Rufiniano, Athanasius in Domino salutem.

Tu quidem quæ dilectum filium decent ad Patrem scribis : te itaque litteris accedentem tuis amplexus sum, omnium dilectissime mihi Rufiniane. Cum autem et in sermonis exordio et in medio et in fine, tibi, quasi filio scribere possem, me ipse cohibui, ne ex litteris commendatio et testimonium palam fieret. Tu enim mihi es epistola, sicut scriptum est [93], agnita lectaque in corde. Sic igitur credito, et ita affectus esto, etiam credito. Saluto te, et ut rescribas hortor; non parum enim, sed summopere me, ita agendo, delectas. Quoniam autem studiose et ecclesiastice, ut pietati convenit tuæ, interrogasti de iis qui vi quidem subducti, lapsi sunt, nec tamen prava fide corrupti : et voluisti me rescribere, quæ de illis, cum in synodis, tum ubique alias decreta sunt; scito Domine mi optatissime, in principio quidem cum vis illa desiisset, coactam synodum fuisse (99), præsentibus exterarum partium episcopis : celebratam item aliam fuisse apud Græciæ comministros, nihiloque secius apud illos qui in Hispania et in Gallia degunt : atque idipsum hic et ubique placuisse, nimirum ut iis qui lapsi sunt, si impietatis fuerint præfecti, venia concedatur, si quidem resipiscant, nec detur tamen in clero locus : iis vero qui impietati patrocinati non sunt, sed necessitate ac violentia tracti fuere, decretum est, ut et venia concedatur, et in clero detur locus; potissimum quia consentaneam attulerunt excusationem, et quod œconomia quadam id factum videatur. Affirmabant quippe se minime in impietatem lapsos fuisse : sed ne impiissimi quidam homines ad episcopatum evecti, Ecclesias corrumperent, se maluisse cum violentia concurrere, et id oneris ferre, quam populos perdere. Hæc illi verba non abs re loqui nobis visi sunt : quod maxime ipsi in exemplum

[93] II Cor. III, 2.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΡΟΥΦΙΝΙΑΝΟΝ.

Κυρίῳ υἱῷ καὶ ποθεινοτάτῳ συλλειτουργῷ Ῥουφινιανῷ, Ἀθανάσιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Σὺ μὲν τὰ υἱῷ ἠγαπημένῳ πρέποντα (95) πρὸς Πατέρα γράφεις· ἐγγίσαντα γοῦν σε διὰ τοῦ γράμματος περιεπτυξάμην, πάντων ἐμοὶ ποθεινότατε Ῥουφινιανέ· κἀγὼ δὲ, ὡς υἱῷ δυνάμενος γράφειν ἔν τε τοῖς (96) προοιμίοις καὶ μέσοις καὶ τελευταίοις, ἐπέσχον, ἵνα μὴ ἐκ γραμμάτων ἡ σύστασις καὶ ἡ μαρτυρία γνωρίζηται. Σὺ γὰρ ἐμοὶ ἐπιστολή, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐπιγινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη ἐν καρδίᾳ. Οὕτω τοίνυν πίστευε (97) διακείμενος, ναὶ πίστευε. Προσαγορεύω σε καὶ προτρέπω· γράφειν· οὐ γὰρ ὀλίγως, ἀλλὰ μεγάλως εὐφραίνεις τοῦτο ποιῶν. (98) Ἐπειδὴ δὲ φιλοκάλως καὶ ἐκκλησιαστικῶς, τοῦτο γὰρ πάλιν πρέπει τῇ σῇ εὐλαβείᾳ, ἠρώτησας περὶ τῶν δι' ἀνάγκην ὑποσυρέντων μέν, μὴ φθαρέντων δὲ ἐν τῇ κακοπιστίᾳ, καὶ ἠθέλησας γράψαι με τὰ δόξαντα περὶ αὐτῶν ἐν ταῖς συνόδοις καὶ πανταχοῦ (99)· γίνωσκε, Κύριέ μου ποθεινότατε, ὅτι ἐν ἀρχῇ μὲν, παυσαμένης τῆς γινομένης βίας, γέγονε σύνοδος, παρόντων ἀπὸ τῶν ἔξω μερῶν ἐπισκόπων· γέγονε δὲ καὶ παρὰ τοῖς τὴν Ἑλλάδα κατοικοῦσι συλλειτουργοῖς· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τοῖς ἐν Σπανίᾳ καὶ Γαλλίᾳ· καὶ ἤρεσεν (1) ὅπερ ὧδε καὶ πανταχοῦ (2), ὥστε τοῖς μὲν κακαπεπτωκόσι καὶ προϊσταμένοις τῆς ἀσεβείας συγγινώσκειν μὲν μετανοοῦσι, μὴ διδόναι δὲ αὐτοῖς τόπον κλήρου· τοῖς δὲ μὴ αὐθεντοῦσι μὲν τῆς ἀσεβείας, παρασυρεῖσι δὲ δι' ἀνάγκην καὶ βίαν, ἔδοξε δίδοσθαι μὲν συγγνώμην, ἔχειν δὲ καὶ τὸν τόπον τοῦ κλήρου· μάλιστα ὅτι ἀπολογίαν πιθανὴν ἐπορίσαντο, καὶ ἔδοξε τοῦτό πως οἰκονομικῶς γενέσθαι (3). Διεβεβαιώσαντο γὰρ μὴ μεταβεβλῆσθαι εἰς ἀσέβειαν· ἵνα δὲ μὴ κατασταθέντες τινὲς ἀσεβέστατοι διαφθείρωσι τὰς Ἐκκλησίας, εἵλοντο μᾶλλον συνδραμεῖν τῇ βίᾳ καὶ βαστάσαι τὸ βάρος, ἢ λαοὺς ἀπολέσθαι. Τοῦτο (4) δὲ λέγοντες ἔδοξαν ἡμῖν πιθανῶς λέγειν· διὰ τὸ καὶ προφασίζεσθαι αὐτοὺς τὸν Ἀαρὼν τὸν τοῦ Μωϋσέως ἀδελφὸν ἐν τῇ

(93) Synodum intelligit Alexandrinam. Vide supra p. 614.

(94) Duo manuscripti, ὅτι. Postremam vocem Regius legit, ἀκεραιοτέρους.

(95) Ita omnes pene manuscripti. Editi, Πατρὶ πρέποντα. Mox tres optimi manuscripti, ἐγγίσαντα γοῦν. Editi cum aliis, ἐγγίσαντα οὖν.

(96) Sic maxima pars manuscript. In editis, τοῖς deest.

(97) In quibusdam manuscriptis, πίστευε deest.

(98) Hæc bis leguntur in concil. Nicæno II, pag. 74 et 680. Paulo post, ad marginem horum, ἠρώτητας περὶ τῶν δι', in Colb. 2 hæc leguntur, οὐ περὶ τῶν εἰδώλοις θυσάντων, καὶ οὕτω παραπεπτωκότων ἡ ἐρώτησις αὕτη ἐστὶν, ἀλλὰ περὶ τῶν αἱρετικοῖς συγκοινωνησάντων, ἤγουν Ἀρειανοῖς. *Interrogatio isthæc, nequaquam eos spectat qui idolis immolarint, et in tam grande crimen lapsi fuerint : sed eos qui cum hæreticis, nempe Arianis, communicaverint.*

(99) Regius quintus, πάντα. Infra Nicæna synod. habet, τῆς γεγενημένης βίας.

(1) Sic multi manuscripti. Editi vero, οὐδὲν ἧττον καὶ τοῖς ἐν Ἱσπανίᾳ· καὶ ἤρεσεν.

(2) Hæc habentur in concil. IV Const. tom. VIII, p. 1412, non ipsis tamen verbis.

(3) Duo manuscripti cum synod. Nicæn., γεγενῆσθαι.

(4) Ita manuscripti omnes. Editi vero, τοῦτο γάρ.

Digitized by Google

ερήμῳ συνδραμεῖν μὲν τῇ τοῦ λαοῦ παραβάσει· ἀπο- A
λογίαν δὲ ἐσχηκέναι, ἵνα μὴ ὁ λαὸς ἐπιστρέψας (5)
εἰς Αἴγυπτον ἐπιμείνῃ τῇ εἰδωλολατρείᾳ· καὶ γὰρ
ἦν τὸ φαινόμενον εὔλογον· ὅτι μένοντες ἐν τῇ ἐρήμῳ
δύνανται παύσασθαι τῆς ἀσεβείας· εἰσελθόντες δὲ εἰς
Αἴγυπτον, ἐπετρίβοντο καὶ ἠύξανον ἐν ἑαυτοῖς (6)
τὴν ἀσέβειαν. Τούτων τοίνυν ἕνεκα συγγνωστὸν τὸ
πρὸς τὸν κλῆρον γέγονε· τοῖς δὲ ἀπατηθεῖσι καὶ βίαν
παθοῦσι συγγνώμη δίδοται. Ταῦτα (7) καὶ τῇ σῇ
εὐσεβείᾳ δηλῶ, θαῤῥῶν, ὅτι καὶ τὰ δόξαντα ἀποδέξε-
ταί σου ἡ θεοσέβεια, καὶ οὐ καταγνώσεται ἐκχειρίας
τῶν συνελθόντων οὕτως. Καταξίωσον δὲ αὐτὰ ἀνα-
γνῶναι τῷ ἱερατείῳ καὶ τῷ λαῷ τῷ ὑπὸ σὲ (8), ἵνα,
καὶ αὐτοὶ γινώσκοντες, μὴ μέμφωνται ῥᾳθυμῶ σὲ δια-
κείμενον περὶ τοὺς τοιούτους. Ἀπρεπὲς γὰρ ἦν ἐμὲ
γράφειν, δυναμένης τῆς σῆς εὐλαβείας καὶ τὴν ἡμῶν B
περὶ αὐτοὺς διάθεσιν ἀπαγγεῖλαι, καὶ πάντα τὰ λεί-
ποντα ἀποπληρῶσαι. Χάρις τῷ Κυρίῳ τῷ πλη-
ρώσαντί σε ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει. Οἱ μὲν
οὖν μετανοοῦντες φανερῶς ἀναθεματιζέτωσαν ὀνομά-
ζοντες Εὐδοξίου καὶ Εὐζωΐου τὴν κακοδοξίαν (9). Αὐ-
τοὶ γὰρ λοιπὸν βλασφημοῦντες, αὐτὸν κτίσμα ἀπ-
εγράψαντο τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως προστάται. Ὁμο-
λογειτωσαν δὲ τὴν ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν Πατέρων
ὁμολογηθεῖσαν πίστιν, καὶ μηδεμίαν ἄλλην σύνοδον
προκρίνειν ταύτης τῆς συνόδου. Πρόσειπε τὴν παρὰ
σοὶ ἀδελφότητα· σὲ ἡ σὺν ἡμῖν ἐν Κυρίῳ προσ-
αγορεύει.

afferrent, Aaronem, Moysis fratrem, in deserto populi prævaricationi concurrisse : **769** hanc tamen excusationem habuisse, ne populus scilicet in Ægyptum reversus in idololatria permaneret : nam id rationi certe consentaneum videbatur; siquidem in deserto manentes, poterant impietatis finem facere, sin autem in Ægyptum ingressi fuissent, in impietate versati auctique fuissent. Quapropter ad clerum reditus illis concessus est; iis enim qui decepti et vim passi sunt venia facile datur. Hæc tuæ quoque pietati significo, confidens, tuam religionem quæ decreta sunt suscepturam, nec lenitatem eorum qui convenere damnaturam. Hæc legere digneris sacris ministris et populo qui tibi subest; ut et ipsi his compertis, te circa illos ita affectum non coarguant. Abs re enim esset me scribere, cum tua pietas possit, et nostrum erga illos affectum nuntiare, et omnia quæ desunt implere. Gratia Domino, qui implevit te omni verbo et omni scientia. Qui itaque pœnitentiam agunt, anathemate damnent, expresso nomine, pravam Euzoii et Eudoxii doctrinam. Illi enim Arianæ hæreseos patroni, in Christum blasphemantes creaturam eum esse scripserunt. Confiteantur quoque fidem Nicææ a Patribus declaratam, et nullam aliam synodum huic anteponant. Saluta fratres qui apud te sunt; qui apud me degunt, te in Domino salutant.

(5) Duo manuscripti, ἐπιστρέψας, recte. Editi vero et alii, ὑποστρέψας.

(6) Manuscripti pene omnes, ἐν αὐτοῖς.

(7) Nicæn. synod., συγγνώμην διδόναι. Ταῦτα καὶ ἐν Ῥώμῃ ἐγράφη, καὶ ἀπεδέξατο ἡ Ῥωμαίων Ἐκκλησία· ταῦτα, etc. Ibidem omnes pene manuscr., εὐλαβείᾳ. Editi et alii, εὐσεβείᾳ. Paulo post, tres optimi manuscripti, ἐκχειρίας. Editi vero et alii, ἐκχειρίαν. Mox duo manuscripti, ταῦτα ἀναγνῶναι.

(8) Ita omnes pene manuscripti. Editi vero, ὑπὸ σοῦ. Infra σέ, ante διακείμενον, deest in compluribus C manuscriptis.

(9) Regius quintus, κακόδοξον γνώμην. Colb. 1, κακοπιστίαν. Mox, λοιπόν deest in quatuor manuscriptis. Mox Colb. 2, ἀπεγράψαντο ἑαυτοὺς τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως προστάτας. Editi, ἀπεγράψαντο τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως προστάται. Alii manuscripti ut in textu ; unus habet, ἑαυτοὺς, τῆς Ἀρειανῆς. Mox editi, καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ, particula καί deest in omnibus pene manuscriptis.

MONITUM IN DUAS SEQUENTES AD LUCIFERUM EPISTOLAS.

770 *Binas subjungimus epistolas ad Luciferum missas in edit. Comm. cusas, quæ Latine tantum inter Luciferi scripta supersunt : nec constat utrum Latine primum conscriptæ ab Athanasio sint, an postea Latine ab aliquo translatæ. Prior data videtur paulo post Luciferi exsilium, quod anno contigit 355. Laudat enim Luciferum a firmitate animi, illumque confessoris titulo exornat. Altera, ut monet quidam scholiastes, scripta fuit postquam Athanasius libros accepisset, quos ad ipsius Athanasii defensionem Constantio nuncupavit misitque Lucifer. Hic recenset Athanasius mala in persecutione Arianorum illata clericis, necnon monachis, aliisque orthodoxis. Atque iterum commendat Luciferum a constantia dicendique libertate. Est sane utraque epistola Athanasio Magno dignissima.*

Domino dilectissimo fratri Lucifero episcopo et confessori, Athanasius in Domino salutem (10).

Deo favente, corpore valentes, misimus etiam nunc charissimum nostrum Eutychetem diaconem, ut tua quoque religiosa sanctitas, quod est nobis optandum et desiderabile, de tua incolumitate, tuorumque omnium certiores nos efficere dignetur. Vobis namque confessoribus ac servis Dei viventibus, credimus statum catholicæ Ecclesiæ renovari, et quod hæretici conscindere tentaverunt; hoc Dominum nostrum Jesum Christum per vos ad integrum restituere. Quanquam enim præcursores Antichristi D

(10) Scripta anno circiter 360, ut et sequens.

Digitized by Google

per potentiam hujus mundi omnia egerint, ut exstinguerent lucernam veritatis, tamen divinitas per vestram confessionem, clariorem ejus lucem ostendit, ut neminem latere possit eorum fallacia. Antehac vel simulare poterant, nunc Antichristi nominantur. Quis enim non exsecretur, qui eorum communionem tanquam maculam, ac virus anguis non fugiat? Omnis ubique Ecclesia luget, omnis civitas gemit, senes episcopi in exsilio laborant, et hæretici dissimulant, qui dum negant Christum, publicanos se effecerunt sedentes in ecclesiis, et exigentes vectigalia. O novum genus hominum et persecutionis, quod adinvenit diabolus, ut ipsis ministris ad malefaciendum et tanta crudelitate uteretur! Sed etsi hæc tanta agunt, et superbias et blasphemias extenderunt, confessio tamen et religio, et sapientia vestra, non modicum, sed maximum solatium et magna consolatio est fraternitati. Pervenit enim ad nos scripsisse sanctitatem tuam Augusto Constantio, et magis magisque miramur, quia in medio tanquam scorpionum habitans, animi tamen libertate uteris, ut vel monendo, vel docendo, vel emendando, errantes ad lumen veritatis adducas. Rogo igitur, rogant mecum etiam omnes confessores, ut digneris nobis exemplum destinare, ut non tantum auditu, sed etiam ex litteris possint perspicere omnes animæ tuæ virtutem fideique fiduciam et libertatem. Salutant sanctitatem tuam qui mecum sunt. Saluto omnes qui tecum sunt. Divinitas te incolumem, vegetum, memoremque nostri semper tueatur, domine dilectissime, ac vere homo Dei.

His acceptis litteris, beatus Lucifer misit libros quos ad Constantium scripserat; quos cum legisset Athanasius, hanc infra epistolam misit.

Domino gloriosissimo, ac merito desideratissimo, cœpiscopo Lucifero, Athanasius in Domino salutem.

Etsi credo pervenisse etiam ad sanctitatem tuam de persecutione, quam etiam nunc adversus fraternitatem facere conati sunt inimici Christi, quærentes sanguinem nostrum, possunt tamen etiam charissimi nostri referre religioni tuæ. In tantum enim rabiem suam per milites extendere ausi sunt, ut non solum civitatis clericos effugarent, sed etiam ad eremitas exirent, et funestas suas manus adversus μονάζοντας (11) immitterent. Inde factum est ut etiam ego me longius abducerem, ne etiam qui nos susceperunt, negotium ab eisdem paterentur. Cui etenim parcent Ariani, qui nec animis suis pepercerunt? Quando autem possunt recedere a suis nefandis actibus, dum permanent negando Christum Dominum unicum Filium Dei? Hæc est radix eorum

[64] Psal. XIII, 1, 2. [65] Isa. I, 3. [66] I Cor. IV, 4,

(11) S. Germ. *monazontas*. Reg. *monazontes*.

(12) Hinc forte putetur Latine ab Athanasio scripta hæc epistola, cum alludat ad Latinam vocem.

(13) Reg. et S. Germ. *Quam desiderantissime ostendisti moriendum esse pro Christo*... Paulo post iidem, *vere templum Salvatoris*... Mox S. Germ., quem sequimur, *hæc ipsa per te loquitur*. Editi et Reg., *hæc ipse per te loquitur*.

(14) Sic hunc locum ex Reg. et S. Germ. restituimus. Editi perperam, *tanto magis particeps prophetarum, confessorem, et maxime*.

A pravitatis: hoc suo arenoso fundamento ædificant perversas suas vias, sicut scriptum invenimus in tertiodecimo Psalmo: *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.* Et mox sequitur: *Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in operibus suis* [64]. Inde Judæi negantes Filium Dei digni fuerunt audire: Væ, gens peccatrix, populus plenus delictis, semen malignum, filii sine lege [65]. Unde sine lege? quippe quia dereliquistis Dominum. Inde beatissimus Paulus cum cœpisset non tantum credere in Filium Dei, verumetiam prædicare deitatem ipsius, scribebat: *In nullo mihi mali conscius sum* [66]. Ita juxta vestram confessionem etiam nos optamus, tenentes apostolicam traditionem, vivere juxta divinæ legis mandata, ut possimus vobiscum inveniri in choro B illo, in quo nunc exsultant patriarchæ, prophetæ, apostoli ac martyres. Licet igitur Ariana insania cum extranea potentia ita se movebat, ut non liceret nec fratres, quantum illi sæviebant, libere aerem videre; tamen juxta orationes tuas Deo favente, etsi cum labore et periculo videre potui fratrem, qui solet tam necessaria quam epistolas tam sanctitatis tuæ quam aliorum destinare. Accepimus itaque epistolas et libros religiosissimæ ac sapientissimæ animæ tuæ, in quibus perspeximus imaginem apostolicam, fiduciam propheticam, magisterium veritatis, doctrinam veræ fidei, viam cœlestem, martyrii gloriam, triumphos adversus hæresim Arianam, traditionem integram Patrum nostrorum, regulam C rectam ecclesiastici ordinis. O vere Lucifer (12), qui juxta nomen, lumen veritatis ferens, posuisti super candelabrum, ut luceat omnibus! **771** Quis enim, exceptis Arianis, non pervidet ex tua doctrina veram quidem fidem, maculam autem Arianorum. Valde et admirabiliter, ut est lumen a tenebris, ita separasti veritatem a calliditate et hypocrisi hæreticorum, defendisti Catholicam Ecclesiam, probasti nihil esse, sed tantum phantasiam, Arianorum verba, docuisti calcandos esse frendores diabolicos. Quam bona et jucunda hortamenta tua ad martyrium! quam desideratissimam ostendisti mortem esse pro Christo Filio Dei (13)! quam futuri sæculi et vitæ cœlestis amorem manifestasti! Videris esse verum templum Salvatoris, qui in te habitans hæc ipsa per D te loquitur, ipse qui tantam gratiam præbuit sermonibus tuis, quippe qui ante eras apud omnes amabilis, nunc tamen tantus est amor affectionis tuæ in animis omnium collocatus, ut Eliam te temporibus nostris nominent, et non mirum. Si enim qui Deo placere videntur, filii Dei nominantur, quanto magis participes prophetarum confessores (14), et maxime te appellare dignum est. Crede mihi, Lu-

Digitized by Google

cifer, non tu solus hæc locutus es, sed Spiritus sanctus tecum. Unde hæc tanta memoria Scripturarum? unde sensus et intellectus earumdem integer? unde talis ordo sermonis compositus est? unde tanta hortamenta in viam cœlestem? unde fiducia contra diabolum, et probationes adversus hæreticos, nisi Spiritus sanctus collocatus esset in te? Gaude igitur in eo te esse, jam pervidens in quo etiam præcessores (15) tui nunc sunt martyres, hoc est in choro angelorum. Gaudemus etiam nos, habentes te exemplum (16) virtutis, et patientiæ et libertatis. Nam de his quæ scripsisti de nomine meo, erubesco aliquid proferre, ne videar adulator; sed scio et credo ipsum Dominum, qui sancto et religioso animo tuo revelavit omnem notitiam, redditurum tibi etiam pro hoc labore præmium in regno cœlorum. Quia ergo talis es, precatorem te esse pro nobis per orationes Dominum petimus, ut jam inspicere dignetur, ut est misericors, Ecclesiam catholicam, et eripiat omnes famulos suos de manibus persecutorum: quo etiam hi omnes qui propter metum temporalem ceciderunt, levare se tandem possint et reverti ad viam justitiæ, a qua seducti vagantur, nescientes in qua fovea sint, miseri. Specialiter autem ego peto, si aliquid minus a me dictum est, ignoscere digneris: a tanto enim fonte, quod potuit imperitia (17) mea vix haurire valuit. De fratribus autem nostris, si minus potui videre eosdem, iterum ignoscas peto. Est enim ipsa veritas testis, optasse me et desiderasse hoc impetrare et tantum habuisse dolorem quod non potui: nam nec lacrymæ cessaverunt ab oculis, nec gemitus ab animo, quia nec fratres permittimur videre. Testis est autem Dominus, quia nec parentes quos habeo potui videre, ex quo persequuntur nos. Quid enim non faciunt Ariani? Itinera observant, curam habent de (18) proficiscentibus et exeuntibus de civitate; naves quærunt, eremias gyrant, domos perturbant, concutiunt fratres, singulis negotia (19) concinnant; sed Deo gratias, dum hæc agunt, tanto magis, et plus exsecrantur ab omnibus et cognoscuntur vere, ut dixit sanctitas tua, mancipia esse Antichristi, et ipsi miseri dum in odio habentur, durant in malignitate sua, donec morte avi sui Pharaonis et ipsi damnentur. Salutant religionem tuam qui mecum sunt, dignare salutare qui tecum sunt. Divina Dei gratia incolumem te, memorem nostri, semper beatum conservet, merito homo Dei, famule Christi, particeps apostolorum, solatium fraternitatis, magister veritatis, et in omnibus desideratissime

(15) Sic Reg. S. Germ. Editi vero, *prædecessores*.
(16) Ita Reg. et S. Germ. Editi vero, *habentes, et exemplum*.
(17) Sic Reg. et S. Germ. Editi, *imperitia, ea*.
(18) Ita S. Germ. Editi cum Regio, *curas agunt de*.
(19) Ita Reg. et S. Germ. Editi, male, *singulis negotiis*.

IN EPISTOLAM AD MONACHOS MONITUM.

Hæc epistola post præcedentes duas ad Luciferum cusa fuit in editione Commeliniana, ad calcem variarum Feickmanni lectionum, pag. 94, quas omnes lectiones una cum hisce tribus epistolis incuria omisere Parisienses editores. Hanc vero ad monachos Græce primo scriptam fuisse discimus, cum ex titulo, tum ex stylo ipso; tanta quippe religione versa fuit, ut nihil curasse videatur interpres, dum Græca verba paribus Latinis consequeretur. Cæterum data fuit illa, sedatis Arianicis tumultibus, redditaque Ecclesiæ pace post annum ut putamus, 364, monachosque assueto titulo nuncupatos, ut supra in epistola prima ad Orsisium, *pag. 693, hortatur Athanasius, non modo ut Arianos aversentur, sed etiam ab iis declinent qui cum Arianis communicarent, nisi resipiscant. Exemplar porro Græcum, magna licet cura perquisitum nancisci nequivimus.*—[*Cujus tamen postea compos factus clar. editor eamdem epistolam Græce et Latine inseruit* Novæ Bibliothecæ Patrum, *his præmissis: « Græca tibi damus, erudite lector, epistolæ Athanasii ad monachos, cujus vetu« stissimam Latinam interpretationem in Commeliniana editione primo cusam, et a Parisiensibus præter« missam, dedimus pag. 771, præmisso monito. Prodeunt autem isthæc partim ex codicibus Laurentianis, par« tim ex Regio 2425, x sæculi, optimæ notæ. »—Cæterum veterem interpretationem ne pereat subjicimus.* EDIT.]

ΤΟΥ ΕΝΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ.

Τοῖς τὸν μονήρη βίον ἀσκοῦσι, καὶ ἐν πίστει Θεοῦ ἱδρυμένοις, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις ἀδελφοῖς ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

SANCTI PATRIS NOSTRI ATHANASII.

Monasticam vitam agentibus, et in fide Dei roboratis, dilectis ac desideratissimis fratribus in Domino, salutem.

VETUS INTERPRETATIO.

Exemplum Epistolæ Athanasii de Græco in Latinum translatæ.

Athanasius solitariæ vitæ studentibus et in fide Dei roboratis, ac dilectissimis fratribus, in Domino salutem.

Domino quidem gratias ago, qui donavit vobis in eum credere, ut cum sanctis etiam vos habeatis vitam

Digitized by Google

Gratias quidem Domino ago, qui dedit vobis fidem in ipsum, ut cum sanctis vos quoque vitam possideatis æternam. Quia vero quidam sunt, qui cum Ario sentiunt, et monasteria circumcursant, nulla alia de causa, nisi ut quasi vos adeuntes, et a nobis revertentes, simpliciores seducant; quidam vero se cum Ario quidem minime sentire profitentur; sed tamen cum Arianis conveniunt, atque una eodem in loco precantur; hortantibus sincerissimis fratribus, necessario vobis scribendum duxi, ut piam fidem, quam Dei gratia in vobis operatur, sincere et sine dolo servantes, ne fratribus offensionis ansam præbeatis. Nam cum quipiam in Christo fideles vos videant cum iis convenire ac communicare, rati esse rem licitam et indifferentem, in impietatis cœnum delabentur. Ne quid igitur tale contingat, id vobis in proposito sit, dilecti, ut eos qui palam impie sentiunt aversemini; eos autem qui se cum Ario non sentire putant, sed cum impiis tamen communicant caveatis: nam quorum sententiam aversamur, eorum maxime communionem fugere consentaneum est. Quod si quis dum rectam se fidem profiteri simulat, cum illis tamen communicare videtur, hunc hortamini ut a tali consuetudine abstineat: ac si quidem polliceatur, hunc fratris loco habeatis; sin proterve insistat, hujusmodi hominem repudiate. Si ita quippe vos geratis, sinceram fidem servabitis, atque re perspecta, illi hinc utilitatem percipient, metuentes ne quasi impii et ejusdem atque Ariani sententiæ reputentur.

A Εὐχαριστῶ μὲν τῷ Κυρίῳ, τῷ δόντι ὑμῖν εἰς αὐτὸν πιστεῦσαι, ἵνα μετὰ τῶν ἁγίων καὶ ὑμεῖς ἔχητε τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον· ἐπειδὴ δέ εἰσί τινες οἱ τὰ Ἀρείου φρονοῦντες, περιερχόμενοι τὰ μοναστήρια, δι' οὐδὲν ἄλλο εἰ μὴ ἵνα, ὡς πρὸς ὑμᾶς ἐλθόντες καὶ ἀφ' ἡμῶν ὑποστρέφοντες, τοὺς ἀκεραίους ἐξαπατῶσι· τινὲς δέ εἰσιν οἱ διαβεβαιοῦντες μὲν τὰ Ἀρείου μὴ φρονεῖν, συγκαταβαίνοντες δὲ, καὶ μετ' αὐτῶν εὐχόμενοι ἐπὶ τὸ αὐτό· ἀναγκαίως, παρακελευόντων τινῶν εἰλικρινεστάτων ἀδελφῶν, πρὸς ὑμᾶς γράφειν ἐσπούδασα, ἵνα τὴν εὐσεβῆ πίστιν, ἣν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις ἐν ὑμῖν ἐργάζεται, ἀκεραίως καὶ ἀδόλως φυλάττοντες, οὐ μὴ πρόφασιν δῶτε σκανδάλου τοῖς ἀδελφοῖς (20). Ὅταν γάρ τινες ὑμᾶς τοὺς ἐν Χριστῷ πιστοὺς θεωρήσαντες μετ' αὐτῶν συνερχομένους καὶ κοινωνοῦντας, πάντως B ὑπονοήσαντες ἀδιάφορον εἶναι τὸ τοιοῦτον, εἰς τὸν τῆς ἀσεβείας ἐμπεσοῦνται βόρβορον. Ἵν' οὖν μὴ τοῦτο γένηται, θελήσατε, ἀγαπητοὶ, τοὺς μὲν φανερῶς φρονοῦντας τὰ τῆς ἀσεβείας ἀποστρέφεσθαι, τοὺς δὲ νομίζοντας τὰ Ἀρείου μὴ φρονεῖν, κοινωνοῦντας δὲ μετὰ τῶν ἀσεβῶν φυλάττεσθαι· καὶ μάλιστα ὧν τὸ φρόνημα ἀποστρεφόμεθα, τούτους ἀπὸ τῆς κοινωνίας προσήκει φεύγειν (21). Εἰ δέ τις προσποιεῖται μὲν ὁμολογεῖν ὀρθὴν πίστιν, φαίνεται δὲ κοινωνῶν ἐκείνοις, τὸν τοιοῦτον προτρέψασθε ἀπέχεσθαι τῆς τοιαύτης συνηθείας· καὶ ἐὰν μὲν ἐπαγγέλληται, ἔχετε τὸν τοιοῦτον ὡς ἀδελφόν· ἐὰν δὲ φιλονείκως ἐπιμένῃ, τὸν τοιοῦτον παραιτεῖσθε. Οὕτω γὰρ διατελοῦντες καθαρὰν τὴν πίστιν διατηρήσετε· κἀκεῖνοι βλέποντες C ὑμᾶς ὠφεληθήσονται, φοβηθέντες μὴ ἄρα ὡς ἀσεβεῖς καὶ τὰ ἐκείνων φρονοῦντες νομισθῶσιν.

VETUS INTERPRETATIO.

perpetuam. Quia autem sunt quidam, qui quæ sunt Arii sapiunt, circumeuntes monasteria propter nihil aliud, nisi ut quasi ad vos venientes, et a nobis revertentes, simplices seducant; quidam autem sunt qui affirmant quidem non se sapere illa quæ sint Arii, pergunt autem et pariter orant cum ipsis; necessario hortantibus sincerissimis fratribus scribere studui [ἐσπούδασα], ut piam fidem quam in nobis Dei gratia operatur, sincere et sine dolo custodientes, non detis occasionem scandali fratribus. Cum enim quis vos in Christo fidelis viderit communicare cum talibus, vel cum eis pariter orare, utique opinantes indiscretum [ἀδιάκριτον] hoc esse, incidunt in cœnum impietatis. Ut ergo nihil tale fiat, sit vobis voluntas, charissimi, eos qui sapiunt quæ sunt impietatis Arii avertere: eos autem qui putantur quidem non sapere quæ sunt Arii, orant autem cum impiis, devitare: et maxime quia quorum sensus exsecramur, horum etiam communionem convenit fugere. Si quis itaque venit ad vos, si quidem affert secundum beatum Joannem rectam doctrinam [67], dicite huic, Ave, et sicuti fratrem hunc talem suscipite. Si quis autem simulat quidem confiteri se rectam fidem, apparet autem communicare illis, hujusmodi hominem hortamini quidem abstinere se a tali consuetudine, et si quidem promiserit, habetote et hunc quasi fratrem; si vero contentioso animo perseveraverit, et hunc quoque vitate. Possibile quidem erat mihi etiam per multa extendere epistolam, apponenti ex Scripturis divinis formam ejusmodi doctrinæ; sed quia prudentes exsistentes præ-venitis eos qui scribunt, et magis abstinentiæ intenti idonei estis, et alios docere: propterea breviter, tanquam diligens ad diligentes, dictavi confidens, quia sic degentes puram sinceramque fidem servabitis: et illi jam videntes quod non cum eis pariter oratis percipient utilitatem, timentes ne forte tanquam impii [καὶ τὰ ἐκείνων φρονοῦντες], et qui illorum sapiant, deputentur.

[67] II Joan., 10.

(20) Hæc habentur in Regio codice 2423, x sæculi. D (21) Isthæc multo prolixiora sunt in veteri interpretatione.

IN FRAGMENTUM SEQUENS MONITUM

772 *En tibi fragmentum sistimus, lector erudite, epistolarum Athanasii festalium, quarum jactura, vel lacrymis deploranda. Erant illæ magno numero a sancto præsule conscriptæ cum profugus vitam solitudini mandaret. Nam in remotioribus usque deserti locis, memor gregis sui, quotidianis ærumnis et calamitatibus Arianorum furore oppressi, epistolas dabat, ut plurimum consolatorias, in cœtu fratrum legendas, quas ex*

Digitized by Google

inde in unum epistolarum corpus collectas fuisse propalam ex inscriptione epistolæ festalis superius editæ, quæ tricesima nona nuncupatur. Hæc autem, quam nunc primum ex manuscripto antiquissimo eruimus, data est anno 356, cum jussu Constantii, Alexandrinæ Ecclesiæ ereptæ Catholicis, Arianis traditæ sunt : qua de re consolatoriam hujusmodi epistolam dedit Athanasius. Hujus fragmenta tantum duo exscripsit librarius, omissis aliis, queis Arianorum invadentium Ecclesias gesta fusius ac subtilius, ut putamus, prosequebatur Athanasius. Et tamen quantulacunque sunt isthæc a tenebris et a temporum injuria vindicata, scitu dignam rem nobis aperiunt, Arianos videlicet ecclesias convertisse in domos negotiationis, et in domos veli, id est, in juridicialia tribunalia. Qua de re agitur in Onomastico *ad vocem* Βηλός. *De epistolis autem festalibus fuse in Præfatione generali* (22).

Ex codice Colb. 1785, *annorum saltem* 800.

INCIPIT EPISTOLA SANCTI ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI, FILIIS SUIS (23-24).

'Deus quidem vos consoletur, novi autem quia non A hoc solum vos contristat, sed contristat et illud, quia ecclesias quidem alii per violentiam tenuerunt, vos autem interim foris estis a locis; illi enim loca, vos vero habetis apostolicam fidem. Illi in locis existentes, a vera fide sunt foris : vos vero a locis quidem foris estis, fides vero intus. Discutiamus quid sit majus, locus an fides : claret utique quia vera fides. Quis ergo amplius perdidit, vel quis amplius habet, qui locum tenet, an qui fidem? Bonus quidem locus est, quando illic apostolica fides prædicatur : sanctus est, si ibi habitat sanctus.

Et post pauca :

Vos autem beati, qui fide in Ecclesia estis, in fidei fundamentis habitatis, et sufficientem satisfactionem habetis, fidei summitatem, quæ in vobis B permanet inconcussa; ex apostolica enim traditione pervenit ad vos, et frequenter eam exsecranda invidia voluit commovere, nec valuit : magis autem per ea quæ commoverunt sunt abscissi. Hoc est enim quod scriptum est : *Tu es Filius Dei vivi*, Petro per revelationem Patris confesso et audiente : *Beatus es, Simon Barjona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est* [68], et cætera. Nemo igitur unquam vestræ fidei prævale-

[68] Matth. xvi, 17.

bit, dilectissimi fratres : si enim aliquando ecclesias reddiderit Deus, credimus enim hoc; verumtamen ne tanta ecclesiarum redditionem sufficit nobis fides. Et ne forte sine scripturis loquens, violentia dicam, bonum est vos ad Scripturarum testimonia trahere. Commemoramini enim quia templum quidem erat Jerusalem : templum non erat in eremo, alienigenæ invaserant. Ex quo et templum vero Jerusalem; illi ejecti Babylonia descenderunt, judicio probantis, sive etiam corrigentis Dei; manifestantis vero inimicorum sanguinem vorantium pœnas ignaris. Et locum quidem habebant alienigenæ; loci vero Dominum nesciebant. In tantum vero, quia nec responsa dabat, nec loquebatur, sed a veritate desolati fuerunt. Quid igitur eos juvat locus? Ecce enim locum habentes accusantur a diligentibus Deum, quia eum fecerunt speluncam latronum, et domum negotiationis, et domum veli locum sanctum fecerunt amentes sibi, quos illic non licebat intrare. Audivimus enim, dilectissimi, discentes ab his qui inde venerunt hæc et deteriora his. Quanto igitur labore videntur Ecclesiam tenere, tanto magis ejecti sunt. Et putantur esse intra veritatem, expulsi sunt autem et capti, et nullum lucrum sola Ecclesia quia rarum [rerum] veritas judicatur.

(22) Cf. infra Præfationem card. Maii in suam editionem earumdem epistolarum. « Nec vero, inquit, Latinum illud fragmentum (subsequens scilicet), *filiis suis* inscriptum, ap. Montf. edit. Venet., tom. I, part. II, pag. 772, heortasticum se demonstrat. »

(23-24) Scripta anno 356.

773 IN LIBRUM DE TRINITATE ET SPIRITU SANCTO MONITUM.

Jamdiu inter spuria latuit hoc opusculum : et quidem in omnibus Athanasii editis præpostere una inscriptione conjunctum cum illa Confessione fidei quæ tomo II [IV] *post libros* De Trinitate *agmen claudit. Et probe sane animadvertit Chiffletius, duplex opusculum esse, ac utrumque suo titulo distinxit in edito Vigilii Tapsensis. Miror autem non subodoratum quantum esset inter ista discriminis, quam disparatum loquendi genus. Nam priora quidem scripta de Trinitate a Latino scriptore adornata fuisse conspicuum, primigenium enim Latinitatis stylum sapiunt : hic autem liber, ut primo aspectu nemo non æstimabit, est inelegans quædam et minus accurata versio libri quem nos incunctanter Athanasio ascribimus. Nam præterquam quod res est explorata et plana fuisse ex Græco translatum, et a multis retro sæculis Latine redditum; tantum inest affinitatis inter eum et alia S. Doctoris opera quæ in vera fide ex collectis Scripturæ locis comprobanda versantur, ut sæpe etiam prolixæ periodi ad verbum pene sint inter se simillimæ. Certe sunt admodum huic affines* Epistolæ ad Serapionem, *liber* De Incarnatione *et* Contra Arianos. *Quorum loca non semel quando similitudinem referunt adnotamus ad marginem. Ex modo item ordiendi argumentum pro Athanasio eruitur : quando significat contra eos rem sibi esse qui Spiritum sanctum dicerent esse rem creatam : et sagaciter ait iis qui dicant Filium esse creaturam, supervacaneum esse Spiritus sancti deitatem commonstrare. Queis indicat hæreses Arianorum et Pneumatomachorum. Unde conscriptum putamus librum post Juliani mortem, anno circiter* 365, *quo grassabatur utraque hæresis.*

Digitized by Google

SANCTI ATHANASII

LIBER DE TRINITATE ET SPIRITU SANCTO.

1. His qui Filium Dei creatum esse profitentur, nequaquam de Spiritu sancto dabimus responsum. Ut enim Filium, qui de substantia Dei impassibiliter sit genitus, creatum ausi sunt dicere, ita et de Spiritu sancto dicunt utique similia ; pœnitentiam vero acturis, sed de Filio interim sentientibus recte, respondebimus de Spiritu sancto. Etenim desperandum est, eos qui semel de irreligiositate ad religionem converti cœperunt, ad perfectum lucri converti. Ex Scripturis sane divinis, et non ex humanis intelligentiis hoc est. Istiusmodi igitur rationem præstare operam daturi sumus. Dicite nobis, admirabiles, ubi in auctoritate legistis, creatum esse Spiritum sanctum ? Joannem, inquiunt, audivimus in Evangelio dicentem : *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*[69]. Quibus dicimus : Si ergo audieritis et David in CXVIII psalmo in Spiritu sancto dicentem Deo : *Quia universa serviunt tibi*[70] : servum utique esse dicetis etiam Spiritum sanctum, qui non est servus, sed liber, et liberaverit creaturam, et in adoptionem filiorum eam promoverit ad Deum. Aut non audistis Paulum ad Romanos scribentem : *Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus : Abba, Pater. Ipse spiritus contestatus est spiritui nostro, quia sumus Filii Dei*[71]. Et iterum : *Lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati et mortis*[72]. Si vero non est servus Spiritus sanctus, sicut probaverunt Scripturæ, *quia omnia serviunt ei*, quod omnia per Filium facta sunt, et sine ipso factum est nihil[73] : unus namque erat eorum qui audierunt Salvatorem dicentem : *Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui habitat in vobis*[74]. Sicut et Petrus scribens, ait : *Quæ nunc nuntiata sunt vobis, evangelizante in vos Spiritu sancto misso e cœlis*[75]. Itaque si Spiritus sanctus est, qui dicit : *Omnia per Filium facta sunt, et sine ipso factum est nihil*, oportuerat quidem ipsum, si quidem creatus esset, dicere : *Omnia per ipsum facta sunt, et ego per eum factus sum*, et sine eo factum est nihil, quomodo consuetudo Sanctorum est. Ita Paulus sane de se, et de omnibus sanctis observantissime scribit : *Nobis autem unus Deus Pater, ex quo omnia, et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum*[76]. Sed quoniam non est universitatis, sed Trinitatis Spiritus sanctus, omnia quæ post Trinitatem sunt, per Filium Dei creata esse dixit Spiritus sanctus.

2. Testis autem est mihi beatissimus Paulus in Spiritu sancto, hoc, quod omnia per Filium facta sint, prophetans in Epistola ad Colossenses scripta : *Quia in ipso Filio creata sunt omnia quæ in cœlis, et quæ in terris, sive visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates : omnia per ipsum, et in ipso facta sunt, et ipse est ante omnia*[77]. Non dixit, sive Spiritus sanctus. Psalmista vero David in CXLVIII psalmo in Spiritu iterum sancto imperans universæ creaturæ laudare Dominum, dicit : *Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum, omnes angeli ejus, laudate eum, omnes virtutes ejus. Laudate eum, sol et luna ; laudate eum, omnes stellæ et lumen. Laudate eum, cœli cœlorum, et aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini*[78], etc. Indignum duxit super his connumerare Spiritum sanctum, et dicere : Laudet eum Spiritus sanctus ; quia laudandorum, et non laudantium est, quemadmodum paulo post in Scripturis probabimus ; et vivificantium, et non vivificantium [vivificandorum] est, vita cum sit, sicut Paulus in secunda ad Corinthios Epistola, ait : *Sed sufficientia nostra ex Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti, non littera, sed spiritu. Littera enim occidit, spiritus autem vivificat*[79]. Ad Romanos vero : *Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vivit propter justitiam*[80]. Et iterum : *Si autem Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, habitat in vobis, vivificabit autem et mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum suum in vobis*[81]. Tres quoque sancti martyres, Ananias, Azarias et Misael in fornace ignis positi in terra Chaldæorum, cum admirabiliter Deus calorem ignis ad temperatum refrigerium convertisset, universam creaturam adhortantes secum laudare Deum, sic incipiunt : *Benedicite, omnia opera Domini, Domino ; laudate et superexaltate eum in sæcula. Benedicite, cœli, Dominum ; hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula. Benedicite, angeli, Dominum ; hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula. Benedicite, aquæ, quæ super cœlos sunt, Dominum ; hymnum dicite, et*

[69] Joan. I, 3. [70] Psal. CXVIII, 91. [71] Rom. VIII, 15, 16. [72] ibid. 2. [73] Joan. I, 3. [74] Matth. X, 10. [75] I Petr. I, 12. [76] I Cor. VIII, 6. [77] Coloss. I, 16 17. [78] Psal CXLVIII, 1-5. [79] II Cor. III, 5. [80] Rom. VIII, 10. [81] ibid. 11.

Digitized by Google

superexaltate eum in sæcula. Benedicite, 774 *omnes virtutes Domini, Dominum; hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula. Benedicite, sol et luna, Dominum; hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula*[81]. Et in consequentibus semetipsos ad hoc incitantes : *Benedicite, Anania, Azaria et Misael, Dominum; laudate et superexaltate eum in sæcula*[82]. Et omnem creaturam benedicere Domino secum hortantes, non dicunt : Benedicat Dominum et Spiritus sanctus; sed et Isaiæ seraphim astantia et laudantia visa sunt : et Ezechieli (24) cherubim subtus gloriam Dei Israel.

3. Cum evidentissime ergo sancti fideliter non connumerassent his, quæ per Filium facta sunt, Spiritum sanctum, sed ubique Scripturarum divinarum auctoritate cum Patre et Filio eum professi fuissent : quare non timent isti, Patri et Filio subtrahere, et universitati audaciter connumerare? Sed Paulus, aiunt, Ecclesiis Dei : *Gratia vobis et pax a Deo Patre, et Domino Jesu Christo*[84] : non dicit autem, et Spiritu sancto. Et ad Thessalonicenses scribens dicit : *Ipse autem Deus Pater, et Dominus noster Jesus Christus dirigat viam nostram ad vos*[85]. Non dicens, et Spiritus sanctus, manifeste eum non cum Patre et Filio, sed cum universitate eum pronuntiat : nam et famulus Dei Moses dicit : *Dominus pluit a Domino de cœlo sulphur et ignem*[86] : non memorat Spiritum sanctum. A quo et Paulus cum didicisset, et de Onesiphoro ad Timotheum scribit : *Det ei Dominus invenire misericordiam a Domino in die illa*[87]. Necnon et in Exodo scriptum est : *Dixit autem Dominus ad Mosem : Quoadusque non vultis audire mandata mea, et legitima mea considerare? Non Dominus Deus dedit vobis istum diem Sabbati. Propterea ipse dedit vobis panes duum dierum*[88]. Et hic cum Patris et Filii fecisset mentionem, de Spiritu sancto tacuit. Denique et Zacharias propheta dicit : *Et dixit Dominus ad diabolum : Increpet in te Dominus, diabole*[89]. Ubi est et nunc et apud istum Spiritus sanctus? Quem autem non movebit instructio sacramenti, prout Dominus confitetur : *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum*[90], cum de Spiritu nihil dixisset? Paulus autem, cum didicisset fidei sacramentum, tradidit scribens ita : *Nobis vero unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos in illo : et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum*[91].

4. Ergo ubique divinæ Scripturæ memorantes Patrem et Filium, non commemorant etiam Spiritum sanctum. Quibus dicimus : Si ergo Mosem audieritis dicentem : *Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies*[92]; aut si audieritis Deum in Isaia dicentem : *Ego Deus, et non est præter me salvans*[93] : ergo neque Deus Salvator, jam quantum ad vos est, Filius Dei in confessione dicitur; aut si audieritis iterum eum dicentem : *Testes estis vos, si est Deus præter me*[94], non jam Deum esse Filium. Et iterum : *Ego primus et ego postea, et præter me Deus non est. Tu autem non nosti me, quia ego Dominus Deus, et non est alius præter me. Ego Dominus, et non est amplius*[95]. Quod si audieritis et per Joel dicentem Deum : *Et cognoscetis, quia ego in medio Israel sum. Ego Dominus Deus vester, et non est amplius alius præter me*[96]; et alias tales innumerabiles professiones divinarum Scripturarum cum audieritis, nec Filium utique dabitis Deo connumerari? Et quibus ante consensistis Scripturis dixisse de Patre et Filio, iisdem nunc contraria ita esse dicetis? Aut nunquid hæc non sunt Scripturarum verba, sed adversantur sibi, secundum vos, divinæ Scripturæ? Absit! Sed licet singulariter sancti loquantur unius nominis mentione, id est Patris, vel Filii, vel Spiritus sancti, in uno tamen nomine Trinitatem in se pronuntiare sciunt, quod novissime probabimus. Ut enim hæ professiones Filium non excludunt ab unitate Patris, imo et Spiritum sanctum connumeratum Patri et Filio continent, quemadmodum in Scripturis sanctis monstravimus : sic nec cum Patrem et Filium nominant Scripturæ, Spiritum tanquam creatum universitati connumerant. Alioquin quemadmodum de Patre et Filio dicitis et ostenditis dicere Scripturas, arbitrantes non connumerari cum Patre et Filio Spiritum sanctum, si audieritis Scripturas mentionem facientes Dei et Spiritus, quid eritis facturi? Dicit sane Aggæus propheta : *Qua propter ego sum vobiscum, dicit Dominus omnipotens, et Spiritus meus constat in medio vestrum*[97]. Considerate ergo, ubi ponatis Filium : ecce enim omnipotens et Spiritus significatur. Aut si audieritis Isaiam dicentem : *Væ, filii desertores, hæc dicit Dominus : Fecistis consilium, et non ex me : et pactum, et non per Spiritum meum, adjicere peccata super peccata*[98]. Et iterum : *Occurrerunt sibi cervæ, et viderunt facies suas, numero transierunt, et una ex eis periit. Alia aliam non quæsivit, quia Dominus mandavit eis, et Spiritus ejus congregavit eas*[99]. Hæc ergo audientes, ubi Filium quæritis?

5. Aut si audieritis Zachariam prophetam dicentem : *Patres vestri ubi sunt et prophetæ? dicit Dominus : Nunquid in æternum vivent? Verumtamen sermones meos et legitima mea percipite, quæ ego mando in Spiritu meo servis meis prophetis, qui apprehenaerunt patres vestros*[1]. Aut si audieritis David dicentem Deo : *Quo ibo a Spiritu tuo, et a facie tua quo fugiam*[2]? Quid cogitabitis de Filio? Sic vero et apostolus Paulus Corinthiis scribens, ait : *Nescitis, quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vo-*

[81] Dan. III, 57-62. [82] ibid. 88. [84] Rom. I, 7 et passim. [85] I Thess. III, 11. [86] Gen. XIX, 24. [87] II Tim. I, 18. [88] Exod. XVI, 28, 29. [89] Zachar. III, 2. [90] Joan. XVII, 3. [91] I Cor. VIII, 6. [92] Deut. VI, 13. [93] Isa. XLIII, 11. [94] Isa. XLIV, 8. [95] Isa. XLV, 4, 5. [96] Joel. II, 27. [97] Agg. II, 5, 6. [98] Isa. XXX, 1. [99] Isa. XXXIV, 15, 16. [1] Zachar. I, 5, 6. [2] Psal. CXXXVIII, 7.

(24) Mss. Reg. et S. G., *Ezechiclo.*

Digitized by Google

bis[3]? Patrem et Spiritum connumerari dabitis : Filium vero in his, quæ per Spiritum sunt, ponetis. Isaias enim dixit : *Hæc dicit Dominus : Fecistis consilium, et non per me : et pactum, et non per Spiritum meum*[4]. Nequaquam ergo nec in mentem vestram, religiosi viri, hoc subeat unquam : sed quemadmodum dixistis, Paulum scripsisse : *Gratia vobis et pax a Deo Patre, et Domino nostro Jesu Christo*[5]; et nullam mentionem eum fecisse Spiritus putatis : sic iterum audite eum ad Corinthios scribentem in secunda Epistola : *Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio Spiritus sancti cum omnibus vobis*[6]. Et quemadmodum hic dixit, charitas Dei, sic etiam ad Romanos : *Obsecro autem vos, fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per charitatem Spiritus, concertemini mecum in orationibus pro me ad Deum*[7]. Et cum Paulus asseruisset communicationem Spiritus vobiscum, Joannes ait : *Communicatio vero nostra ut sit cum Patre, et Filio ejus Jesu Christo*[8]. Paulus autem apostolus dicit : *Fidelis autem Deus, per quem vocati sumus in communicationem Filii sui Jesu Christi Domini nostri*[9]. In prima quoque Epistola ad Corinthios necesse est iterum audire Paulum, Trinitatem prædicantem; dicit enim : *Divisiones autem donorum sunt, idem vero Spiritus : et divisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus; et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus*[10]. Cum dixisset autem Deum et omnia in omnibus operari, et professus fuisset dona quæ per Spiritum donantur, adjecit : *Hæc autem omnia operatur unus* **775** *atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult*[11]. Docens operationem Dei esse Spiritus sancti, nunquid destitit Paulus a Trinitate? nunquid subtraxit Deo et Filio Spiritum? Et sicut ad Thessalonicenses scripsit : *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos ad perfectum*[12], ita et ad Corinthios in prima Epistola : *Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri*[13]. Consideratisne Spiritum sanctum ubique Scripturarum cum Patre et Filio connumerari?

6. Audiendus plane Filius in Isaia propheta, semetipsum et Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum prædicans; sic enim ait : *Audi me, Jacob, et Israel, quem ego voco : Ego sum primus, et ego in æternum : manus mea fundavit terram, dextera mea fundavit cœlum, vocabo eos omnes, et stabunt simul, et congregabuntur omnes, et audient. Quis annuntiavit vobis talia? Diligens te feci voluntatem tuam in Babylone, ut tollam semen Chaldæorum. Ego locutus sum, ego vocavi, adduxi illum, et prosperum iter ejus feci. Accedite ad me, et audite hæc, non a principio in abscondito locutus sum hæc, quando fiebant, et nunc Dominus misit me, et Spiritus ejus*[14]. Et iterum : *Ego sum, qui deleo omnes iniquitates, dic tu iniquitates tuas prior, ut justificeris. Patres vestri priores, et principes eorum inique egerunt in me, et contaminaverunt principes sancta mea : et dedi perdere Jacob, et Israel, quem elegi, quia ego dabo aquam in sitim, qui iter fecerunt in sicco : imponam Spiritum meum super semen tuum, et benedictiones meas super filios tuos*[15]. Et ipse vero Isaias, Trinitatem prædicans, ait : *Ecce nomen Domini per multum tempus venit, ardens ira, cum gloria labiorum ejus, verbum ira plenum, et ira furoris, sicut ignis, et Spiritus meus sicut aquam trahens veniet usque ad collum*[16]. Audite vero et Zachariam Trinitatem prædicantem; ait enim : *Hæc dicit Dominus omnipotens : Judicium justum judicate, et misericordiam et miserationes facite unusquisque ad fratrem suum; et viduæ, et pupillo, et advenæ, et pauperi nolite per potentiam nocere, et malitiæ unusquisque fratris sui nolite memores esse in cordibus vestris. Et non obedierunt advertere, sed dederunt dorsum suum insipienter, et aures suas gravaverunt, ut non audiant legem meam, et sermones meos, quos misit Dominus omnipotens in Spiritu suo, in manus anteriorum prophetarum*[17]. Angelus vero Domini inquit ad Zachariam : *Hoc verbum Domini in manu Zorobabel, dicens : Non in virtute magna, neque in fortitudine, sed in Spiritu meo, dicit Dominus omnipotens*[18].

7. Michæam quoque audiamus, Trinitatem pronuntiantem; et ipse enim ait : *Hæc dicet Dominus ad prophetas, qui seducunt populum meum, et mordent dentibus suis, qui prædicant super eum pacem, et non est pax data in ore eorum, et suscitaverunt super eum bellum. Propterea nox vobis erit ex visu, et tenebræ vobis erunt ex divinatione : et occidet sol super prophetas, et tenebrosa cadet super eos dies, et confundentur, quia vident somnia, et irridebuntur divini, et detrahunt de his omnes isti, eo quod non sit qui exaudierit eos, nisi ego : in plena virtute et in Spiritu Domini, cum judicio et potentia annuntiante Jacob iniquitates suas, et Israel peccata sua*[19]. Audi ergo sanctos convenienter Trinitatem prædicantes, et nunquam Spiritum sanctum universitati, quæ per Filium facta est, connumerantes, sed cum Patre et Filio eum profitentes. Quod si Salvatoris istud, ut aiunt, movit eos dicentis : *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum*[20], et non perhibentis, ut cognoscant et Spiritum sanctum, satisfiet illis, cum audiant ipsum et de Spiritu dicentem : *Si diligitis me, mandata mea servate, et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec cognoscit eum : vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, et in vobis erit*[21]. Advertant igitur et apostolos quidem cognoscentes et Spiritum, et Fi-

[3] I Cor. III, 16. [4] Isa. XXX, 1. [5] Rom. I, 7. [6] II Cor. XIII, 13. [7] Rom. XV, 30. [8] I Joan. I, 3. [9] I Cor. I, 9. [10] I Cor. XII, 4-6. [11] ibid. 11. [12] I Thess. V, 23. [13] I Cor. VI, 11. [14] Isa. XLVIII, 12-16. [15] Isa. XLIII, 25-28; XLIV, 1-3. [16] Isa. XXX, 27-28. [17] Zach. VII, 9, 12. [18] Zach. IV, 6. [19] Mich. III, 5-8. [20] Joan. XVII, 3. [21] Joan. XIV, 15-17.

Digitized by Google

lium, et Patrem : mundum vero miserabilem, *quia non cognoverunt Patrem, neque me*[22]. Et iterum : *Paracletum Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt, nec cognoscit eum.* Significanter vero Dominus et alium paracletum esse dixit Spiritum sanctum : quoniam ipse paracletus est, sicut Joannes in Epistola sua ait : *Hæc vobis scripsi, ut non peccetis : quod si peccaverimus, Paracletum habemus ad Patrem Jesum Christum, et ipse propitiatio est pro peccatis nostris*[23] : ut doceremur Spiritus cum Filio æqualitatem. Quare vero non terret eos Dominus, qui fidei sacramentum apostolis tradens, dicit : *Euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*[24]. Necnon et illa magna et beata confessio fidei, imo ipsa fides sanctorum, et testamentum, quod disposuimus ad Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, ad sacrum lavacrum regenerationis venientes, confessi sic : « Credo in Deum Patrem omnipotentem, et in Jesum Christum Filium ejus unigenitum, et Spiritum sanctum. » Et licet Dominus dixerit : *Credite in Deum, et in me credite*[25], et non dixit : Credite in Spiritum sanctum; tamen apostoli docuerunt Ecclesias orbis credere in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum.

8. Ergo dicant si salus est his, qui credunt in Patrem, et Filium, et non credunt in Spiritum sanctum; sed absit! neque enim in Deum credunt, qui non credunt in Spiritum sanctum; adeo ut Paulus, inventis quibusdam discipulis et interrogatis, si Spiritum sanctum accepissent credentes, illisque respondentibus, nec si esset Spiritus sanctus, audisse, dixit : *In quo ergo baptizati estis*[26]? probans, qui non sunt baptizati in nomine Spiritus sancti, nec in Patris, et Filii nomine esse baptizatos. Ita plane et creatorem Spiritum sanctum agnoscimus. Alioquin si creator non esset et sine ipso ab initio creati sumus, quomodo in regeneratione sine eo non regeneramur? Aut si forsitan ad illam antiquitatem, quæ fuerat ante prævaricationem Adæ, restituit nos regenerationis lavacrum, vel minoris facturæ Adæ regeneratio nostra : quoniam ante quidem dicitis, sine Spiritu sancto creati sumus, quomodo vero hic assumptus est sine causa in regenerationem nostram? Verum hoc dicere irreligiosum est : anne major et cautior tanquam sine eo creatus sit homo, et exciderit, ideo assumptus Spiritus in regeneratione nostra ad tutelam certiorem? Sed et ipsum valde impium, vel in sensum alicujus subire. Dicant igitur, quomodo Spiritus assumptus est ad regenerationem nostram, qui non creavit nos ab initio : siquidem non creavit; dicetis forte, ut sanctificet accedentes ad lavacrum regenerationis. Est enim Spiritus sanctus, sanctificans sanctos, non tamen creator. Omnia enim ex Deo per Filium creata sunt, secundum Paulum dicentem : *Nobis vero unus Deus Pater, ex quo omnia, et unus Dominus noster Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum*[27]. Hic enim nihil de Spiritu sancto dixit. Quibus dicimus : Sancta **776** per Filium creata est creatura, aut non sancta : et quidem non sanctam dici a Domino creatam, illicitum est; si vero sanctam creavit Filius nunc sanctificans eam in Spiritu, superflua esset quæ datur ei per Spiritum sanctificatio, et valde infirma atque inanis : veluti, cum sole medio cursu diei illuminante orbem qui sub cœlo est, superfluus et infirmus, inanisque lucernæ sit splendor. Sed quoniam non merebatur, inquiunt, creatura per Filium sanctificari, ideo ministerium Spiritus induxit Deus, ut per illum sanctificaretur. Ergo creari quidem per Filium meruit, sanctificari vero non meruit : quid enim majus est, creari, an sanctificari? Pensate itaque in statera mentis vestræ, conspicientes, ut vel sic considerare possitis, quod etiam ipsi vos inviti confitemini Spiritus dignitatem. Ergo creari quidem creatura per Filium merebatur, sanctificari vero per Spiritum, quia minime indigna sua sanctificatione creaverit Filius.

9. Sed oportebat, inquiunt, per Spiritum sanctificari eam prius, ut sic mereretur accipere Filii et Patris sanctificationem. Quibus dicimus : Ergo non sancta creasse Filium dicitis? Absit! Neque enim sine Filio Spiritus sanctificat, nec Filius sine Spiritu vel Patre, sicuti et vos dixistis, et est verum quod Paulus ad Thessalonicenses scribens, ait : *Ipse autem Deus, et Pater noster, et Dominus Jesus Christus sanctificet vos ad perfectum*[28]; ad Corinthios vero in Epistola prima : *Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri*[29]. Videtisne unitatem sanctificationis, quomodo Pater, et Filius, et Spiritus sanctus sanctificat creaturam? Si igitur sancta creatio creata est, sine Spiritu autem sancto non est sanctificata, et Spiritum sanctum creatorem esse necesse est omnes confiteri. Alioquin si hoc confiteri non vultis, quid utique facturi estis, dicentes non sanctam creatam esse creationem, deinde per Spiritum sanctificatam? Sed timetis irreligiositatis notam, sanctam vero conditionem creaturæ omnimodo confitentes, non tamen sine Spiritu sanctificatam, creatorem omnino confitemini etiam Spiritum, si scitis, Verbum Dei Filium ipsius esse. Audite in XXXIII psalmo dicentem : *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum*[30]; et docentem nos non sine Spiritu sancto, quem a corpore suo ore Verbum in faciem apostolorum spiravit dicens : *Accipite Spiritum sanctum*[31], creaturam esse creatam : neque enim os habebat cum sit incorporale Verbum vel hujus Pater. Alioquin si ab initio sine Spiritu sancto creati sumus, quomodo per eum

[22] Joan. XVI, 3. [23] I Joan. II, 1, 2. [24] Matth. XXVIII, 19. [25] Joan. XIV, 1. [26] Act. XIX, 3. [27] I Cor. VIII, 6. [28] I Thess. V, 23. [29] I Cor. VI, 11. [30] Psal. XXXII, 6. [31] Joan. XX, 22.

Digitized by Google

resurrectio mortuorum efficitur? Paulus autem ad Romanos dicit : *Si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, habitat in vobis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum suum in vobis* [32]. David quoque canens Deo dicit de creatura : *Aufer spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum convertentur. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ* [33]. Incongruum est aliter ab initio condi creaturam, in novissimo aliter creari. Itaque, etsi non vultis, creator tamen Spiritus sanctus paracletus, qui a Deo mittitur, prædicatur a sanctis : *Mittes Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ.* Sic quæ Pater et Filius fecisse dicuntur et in Scriptura, invenietur et Spiritus sanctus fecisse. Deus enim ait in Jeremia deduxisse hunc Israel in deserto ad populum meum, *et non dixistis : Ubi est Dominus, qui eduxit nos de terra Ægypti, qui induxit in deserto* [34]? Dicit autem et Isaias, qui audiendus est, Spiritum sanctum deduxisse Israel in deserto, sic dicens : *Deduxit eos per abyssum, sicut equum per desertum, et non laboraverunt tanquam jumenta per campum, descendit Spiritus a Domino, et deduxit eos* [35]. Dicitur autem et lex Domini, lex Spiritus.

10. Et de singulis quoque sanctorum in XXXVI psalmo dictum est : *Lex Dei ejus in corde ipsius* [36]. De se vero Paulus : *Factus sum*, inquit, *his qui sub lege sunt, tanquam sine lege, cum extra legem Dei non essem, sed in lege essem Christi, ut lucrarer eos qui sunt sine lege* [37]. Et rursum ad Romanos scribit : *Lex enim Spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati et mortis* [38]. Ita ut unitas Trinitatis in veritate inveniretur in sanctis Scripturis : quæ enim sunt Dei, ac Christi, ac Spiritus sancti inveniemus in eis, ut cum Dominus Judæis dicat : *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ Dei sunt, Deo* [39]. Paulus quoque ad Philippenses scribit : *Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi* [40]; et ad Corinthios : *Animalis autem homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei : stultitia est enim ei* [41]. Et si quidem Dei homines patres nostri, nomine Dei; Christiani vero discipuli, nomine Christi; et spirituales Spiritus sancti nomine appellantur. Audienda namque est illa in Sarepta Sidoniæ vidua ad Eliam Thesbiten dicens : *Quid mihi et tibi est, homo Dei* [42]? Et rursum : *Nunc cognovi, quia homo Dei es tu* [43]. Illa vero mulier Sunamitis suo marito de Elisæo dicens : *Ecce homo Dei magnus venit ad nos* [44]. Ipsa quoque Scriptura Regnorum ait : *Et homo Dei venit ex Juda, et prophetavit super altare Bethel* [45]. Necnon etiam titulatio octogesimi noni psalmi : *Oratio Moysi hominis Dei* [46]. Lucas vero in Actibus apostolorum ait : *Factum est autem et integro anno eos convenire in Ecclesia, et appellari in Ecclesia primum discipulos, Christianos* [47]. Et Paulus ad Corinthios scribit : *De spiritualibus autem nolo vos ignorare, fratres; scitis, quia quando gentes eratis ad idola muta quomodocunque ducebamini addicti : quapropter notum facio vobis, quia nemo in Spiritu Dei dicit, Anathema Jesu : et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto* [48]. Et rursum : *Animalis homo non percipit ea quæ Spiritus sunt Dei, stultitia enim est illi, et non potest scire, quia spiritualiter dijudicatur : nam spiritualis judicat omnia, ipse autem a nemine judicatur. Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus* [49]. Sensum autem Jesu Christi in substantia proprie Apostolus Spiritum sanctum esse professus est : Quis scit, quæ sunt Dei, nisi Spiritus Dei? Sicut spiritus noster, quæ sunt nostra novit. Vel ipse Paulus ad Corinthios scribit : *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum : Spiritus enim scrutatur omnia, etiam profunda Dei. Quis enim novit hominum, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in ipso? Sic et quæ Dei sunt nemo novit, nisi Spiritus Dei : nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum qui a Deo est* [50]. Et rursum : *Videor enim et ego Spiritum Dei habere* [51]. Paulus autem a Deo se vocatum ait, ad Galatas scribens : *Cum autem placuisset Domino, qui me segregavit de utero matris meæ, et vocavit in gratiam suam, ut revelaret Filium suum mihi, ut evangelizarem eum in gentibus* [52]. Romanos vero a Christo vocatos esse ait, scribens : *In quibus estis et vos vocati Jesu Christi* [53]. Et Spiritus sanctus Paulum et Barnabam a se dixit esse vocatos, quo **777** gentibus annuntiarent Christum. Et plane mirabile, cum Salvator diceret ad Paulum in templo : *Ito, quia ad gentes longe positas ego mittam te* [54]; et Paulus ad Galatas scriberet : *Paulus apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Jesum Christum, et Deum Patrem, qui suscitavit eum a mortuis* [55]. Spiritus tamen sanctus misit Paulum et Barnabam probatos ad prædicandum gentibus Jesum Christum; dicit namque Scriptura sic : *Erant autem Antiochiæ in Ecclesia prophetæ et doctores, in quibus erat Barnabas, et Simeon, qui vocabatur Niger, et Lucius Cyrenensis, et Manahem quoque, qui erat Herodis tetrarchæ collactaneus, et Saulus. Ministrantibus autem eis Domino, et jejunantes et orantes imposuerunt eis manus et dimiserunt, qui missi a Spiritu sancto descenderunt Seleuciam, et inde navigaverunt Cyprum* [56]. Et sic deinceps prædicatio gentibus per Paulum facta exponitur.

11. Et est quidem quando ex persona Patris loquuntur prophetæ, sicut David in Psalmis ait : *Semel juravi in sancto meo : Si David mentiar, semen ejus in æternum manebit, et sedes ejus sicut sol ante*

[32] Rom. VIII, 11. [33] Psal. CIII, 29, 30. [34] Jerem. II, 6. [35] Isa. LXIII, 13, 14. [36] Psal. XXXVI, 31. [37] I Cor. IX, 21. [38] Rom. VIII, 2. [39] Luc. XX, 25. [40] Philipp. II, 21. [41] I Cor. II, 14. [42] III Reg. XVII, 18. [43] ibid. 24. [44] IV Reg. IV, 9. [45] IV Reg. XXIII, 17. [46] Psal. LXXXIX, 1. [47] Act. XI, 26. [48] I Cor. XII, 1-3. [49] I Cor. II, 14-16. [50] ibid. 10-12. [51] I Cor. VII, 40. [52] Gal. I 15, 16. [53] Rom. I, 6. [54] Act. XXII, 21. [55] Gal. I, 1. [56] Act. XIII. 1-4.

Digitized by Google

me [57]. Et rursum : *De fructu ventris tui ponam super sedem meam* [58]. Sicut et Petrus ait : *Propheta cum esset David, et sciret, quia jurejurando jurasset illi Deus, de fructu lumbi ejus sedere Christum secundum carnem super thronum suum* [59]. Quando vero ex persona Filii, cum Isaias dicit : *Hæc dicit Dominus : Propter vos semper blasphematur nomen meum in gentibus : propterea nunc sciet populus meus in die illa nomen meum, quia ego ipse qui loquebar adsum* [60]. Quando autem ex persona Spiritus sancti, ut cum propheta Agabus dicat : *Hæc dicit Spiritus sanctus : Virum hunc, cujus est iste cingulus, sic ligabunt in Jerusalem Judæi, et tradent in manus gentium* [61]. Paulus autem ad Timotheum scribit : *Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus seductoribus, et doctrinis dæmoniorum* [62], etc. Est quidem quando Pater, et quando Filius, et quando Spiritus sanctus loquitur. Sic equidem per seipsum Pater de Salvatore ait : *Hic est Filius meus dilectus, in quo complacui* [63]. Filius vero, antequam conversaretur inter homines, singulis quibusque sanctorum locutus est, et post in cœlum ascensum, Spiritus quoque sanctus ad discipulos : *Segregate mihi Barnabam et Saulum in opus ad quod vocavi eos* [64]. Et propheta quidem Ezechiel contra veterem populum clamans, dicit : *Et contristabas me in his omnibus, dicit Dominus* [65]. Paulus vero scribit ad novellum populum : *Nolite contristare Spiritum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis* [66]. Et David nihilominus contra Judæos dicit : *Et exacerbaverunt Dominum in deserto* [67]. Isaias vero de eisdem ait : *Ipsi vero contumaciter egerunt, et exacerbaverunt Spiritum sanctum* [68]. Et ad Corinthios scribens Paulus ait : *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus* [69]? Et rursum : *Mulier ligata est quanto tempore vivit vir ejus ; si autem mortuus fuerit vir, liberata est, cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit, si sic manserit secundum meam sententiam : videor enim et ego Spiritum Dei habere* [70]. Et ad Romanos dicit : *Veritatem dico in Christo Jesu, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto* [71]. Et in Isaia Dominus : *Filios genui, et exaltavi, ipsi vero me spreverunt* [72]. In Evangelio vero : *Quod natum est de carne, caro est, et quod natum est de spiritu, spiritus est, quia Dominus Spiritus est* [73]. Et rursum : *Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, et nescis unde veniat, et quo eat. Sic est omnis qui natus est ex Spiritu* [74]. Ergo hæc ad initium Evangelii comparans, minuit Spiritus sancti dignitatem ? In principio quidem Evangelii Joannes de Salvatore, et de his qui crediderunt ait : *Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguine, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt* [75].

12. De generatione quoque fidelium exponens postmodum Dominus, Nicodemum instruens, quod eos qui in se credunt, hoc est qui accipiunt eum, a Spiritu sancto regenerari oportet, dicens : *Ne mireris quia dixi, Oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, et nescis unde veniat et quo eat. Sic est omnis qui natus est ex Spiritu sancto* [76]. Et commemorans ante : *Quod natum est ex carne, caro est : et quod nascitur de spiritu, spiritus est.* Si igitur hi qui cœlesti regeneratione generantur, ex Spiritu sancto regenerati, ex Deo sunt generati, cur non si quid magnum et divinum et Trinitate dignum de Spiritu nos opinari oportet, quantum ad humanam possibilitatem est ? Quid vero cogitabimus iterum audientes Paulum ad Corinthios de Spiritu scribentem : *An nescitis quia corpora vestra templum est Spiritus sancti qui in vobis est, quem accepistis a Deo et non estis vestri ? empti enim estis pretio magno. Glorificate et portate Deum in corporibus vestris* [77]. Taliane de aliqua ex creaturis proprie esse dicuntur, et qualia de Deo, talia de Spiritu scriberent sancto si creatio esset ? Quid vero faciemus audientes Petrum ad Ananiam dicentem : *Quid quod tentavit Satanas cor tuum mentiri Spiritui sancto ut subtraheres de pretio fundi ? non es mentitus hominibus, sed Deo* [78]. Dicent forte : Qui Spiritui Dei mentiuntur, sicut qui ministrum contumelia afficiunt, regem dehonestant. Quibus dicimus : Ergo et illi apostolo mentientes, nonne Deo mentiti sunt : aut qui apostolos recipiunt, nonne Deum recipiunt ? sicut Dominus ad apostolos ait : *Qui recipit vos, me recipit, qui vero me recipit, recipit eum qui me misit* [79]. Oportebat ergo Petrum memorantem : *Quid quod tentavit Satanas cor tuum mentiri Spiritui sancto ? non es mentitus* Spiritui sancto, *sed Deo :* aut dicere, Quid quod tentavit Satanas mentiri nobis ? *Non es mentitus hominibus, sed Deo,* ut sequentia ratio habeat. Quoniam Deus sanctis suis hoc tradidit et sapere et profiteri, quemadmodum cum a filiis Israel, spreto illo magno Samuele, rex petebatur : mœstusque esset, dixit ad eum Deus : *Non te spreverunt sed me* [80]. Et talibus quidem verbis Petrus non est usus : sed cum Anania et Sapphira uxor ejus putarent, homines decipere, unus ex his, qui decipi putabatur, Petrus dixit : *Quid quod tentavit Satanas mentiri te Spiritui sancto ? non es mentitus hominibus, sed Deo.* Sic sane et ad Sapphiram ingressam continuo dixit : *Quid quod convenit vobis tentare Spiritum Domini* [81] ? Et Patri quidem, et Filio, et Spiritui sancto fideles vivere sancta eloquia nos docent, sicut Paulus ad

[57] Psal. LXXXVIII, 36, 37. [58] Psal. XIII, 11. [59] Act. II, 30. [60] Isa. LII, 5, 6. [61] Act. XXI, 11. [62] I Tim. IV, 1. [63] Matth. XVII, 5. [64] Act. XIII, 2. [65] Ezech. XVI, 27. [66] Ephes. IV, 30. [67] Psal. LXXVII, 40. [68] Isa. LXIII, 10. [69] II Cor. XIII, 3. [70] I Cor. VII, 39, 40. [71] Rom. IX, 1. [72] Isa. I, 2. [73] Joan. III, 6 ; II Cor. III, 17. [74] Joan. III, 8. [75] Joan. I, 12, 13. [76] Joan. III, 7, 8. [77] I Cor. VI, 19, 20. [78] Act. V, 3, 4. [79] Matth. X, 40. [80] I Reg. VIII, 7. [81] Act. V, 9.

Digitized by Google

Romanos scribit : *Quod autem mortuus est peccato, mortuus est semel : quod autem vivit, vivit Deo* [82]. Et rursum : *Ut hi qui vivunt, non jam sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit* [83]. Et rursum increpans Galatas scribit [84] : *Si vivimus spiritu, spiritu et ambulemus* (25). Et cum Paulus diceret : *Nobis vero unus Deus Pater, ex quo omnia, et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia* [85]. Et quod est majus in tota creatura, hoc est corpus Domini, ex Spiritu sancto esse creditur,

778 sicut evangelista Matthæus tradidit : *Christi vero generatio sic fuit : Cum desponsata esset Maria mater ejus ab Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto : Joseph autem vir ejus, cum esset homo justus, et nollet eam detegere, voluit eam occulte dimittere. Hoc autem eo cogitante, ecce angelus Domini in somnis visus est ad Joseph dicens : Joseph fili David, ne timeas recipere Mariam uxorem tuam : quod enim ex ea nascetur, de Spiritu sancto est* [86]. Et licet sapientia Salomonis, in Proverbiis, de corpore Salvatoris diceret : *Sapientia ædificavit sibi domum* [87], et hic profitetur unigenitum creatorem corporis sui, hic tamen angelus ex Spiritu sancto illud esse dixit, et sic omnis Christianus cum instruitur credit. Neque enim Scriptura circa Trinitatem discrepat, unam eamdemque operationem ejus factam ubique docens. Denique Deum paritura Maria cum Gabrielem audisset dicentem : *Ecce tu in utero habebis, et paries Filium, et vocabis nomen ejus Jesum*, etc.; et cum interrogasset : *Quomodo erit istud, quia virum non novi?* statim docetur ab eo dicente : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei* [88]. Quod si virtus Altissimi est unigenitus secundum Paulum, dicentem : *Christus Dei virtus, et Dei sapientia* [89] : Spiritus vero sanctus paracletus, Spiritus veritatis, hisque obumbrantibus, parituræ Deum Mariæ, creatum est Dominicum templum : angelus autem ex Spiritu sancto creatum illum dixit, cur non unam operationem esse Trinitatis erudimur?

13. Omnes vero fideles ex Spiritu sancto esse dixit Dominus ad Nicodemum profitens : *Quod natum est ex carne, caro est : et quod natum est de spiritu, spiritus est : ne mireris quod dixerim tibi : Oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, et nescis unde veniat, et quo vadat : sic est omnis, qui natus est ex Spiritu sancto* [90]. Cum ergo audivimus nobis, *Unus Deus Pater, ex quo omnia, et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum* [91], et habemus, quod majus est in tota creatura et gloriosius, quod est corpus Domini, necnon et omnes sanctos, Spiritu esse sanctos : cur non quæ de Patre, et Filio, eadem etiam de Spiritu sancto sapere dirigimur ab Scripturis? Quod si grave vel nefas impiis hoc esse videtur : ergo sicut credunt in Patre, et Filio, ita credant in Spiritu sancto, et sicut baptizant in nomine Patris et Filii, ita baptizent in nomine Spiritus sancti. Et sicut baptizant in nomine Patris et Filii, non ita baptizent etiam et in nomine Spiritus sancti. Et videamus, si vel in Deum credant vel baptizent, qui sic sapiunt, aut non vident in Scripturis sanctis Trinitatis unitatem. Scripsit namque ad Ephesios beatissimus Paulus : *Propterea suscipite tota arma Dei, ut possitis resistere in die malo, et cum omnia perfeceritis, state cincti lumbos in veritate, et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis, super hæc omnia accipientes scutum fidei, et galeam salutis accipite, et gladium Spiritus, quod est Verbum Dei* [92]. Ecce tota arma et galea Filii : ipse enim est salutaris : sicut dixit Isaias propheta : *Et videbit omnis caro salutare Dei nostri* [93]. Gladius vero Spiritus sancti nunquid destitit a Trinitate? nunquid non Trinitatem edocet? Quid igitur de Spiritu sancto quisquam dicit? cum tales professiones audiat de eo Scripturas enuntiare, et sanctos orare Dominum : *Domine, ne in ira tua arguas me* [94]. Et Dominus in Psalmo : *Arguam te, et statuam peccata tua ante faciem tuam* [95]. Et Salvatorem de Spiritu sancto dicentem : *Si autem iero, mittam Paracletum ad vos, et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, et de justitia, et de judicio* [96]. Et quemadmodum in Isaia, de conversatione Unigeniti inter homines audivimus : *Exiet virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiescet in eo Spiritus Dei, spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini. Non secundum gloriam judicabit, neque secundum loquelam redarguet, sed judicabit humili judicio, et redarguet superbos, et eripiet humiles terræ, et percutiet terram verbo oris, et spiritu per labia interficiet impium* [97]. Igitur et conversatum eum inter homines videmus, et Spiritum Dei, id est Spiritum sanctum, et septem spiritus vocatos requiescere super eum aspeximus, sed videre in secundum ejus adventum exspectamus. Sic itaque et de Spiritu sancto audientes consideramus : ipse enim Filius est Dei, qui dixit : *Et cum venerit Paracletus, arguet hunc mundum de peccato, et de justitia, et de judicio* [98]. Neque enim sine Spiritu sancto Dominus adveniet in carne, sed constituens cum divinitate sua eum, qui universitatem implet, cum sit unctio super carnem suam Sic sane et David audivimus cantantem, et dicen-

[82] Rom. VI, 10. [83] II Cor. V, 15. [84] Gal. V, 25. [85] I Cor. VIII, 6. [86] Matth. I, 18, 20. [87] Prov. IX 1. [88] Luc. I, 31, 34, 35. [89] I Cor. I, 24. [90] Joan. III, 6-8. [91] I Cor. VIII, 6. [92] Eph. VI, 12-17. [93] Isa XL, 5. [94] Psal. VI, 2. [95] Psal. XLIX, 21. [96] Joan. XVI, 7, 8. [97] Isa. XI, 1-4. [98] Joan. XVI, 8.

(25) Mss., *et perseveremus.*

Digitized by Google

tem : *Quo ibo a Spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam* [99]? Aut non tanquam judicem Spiritum exspectans istas emittit professiones? Omne enim opus Dei, et Christi, et Spiritus sancti est proprium. Aut non audivimus eum in XCIV psalmo dicentem de Deo : *Hodie quidem, si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri ;* de se vero : *Probaverunt me et viderunt opera mea : quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi semper, errant corde. Ipsi vero non cognoverunt vias meas, sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam* [1]?

14. Quod si dicant illi Dominum esse et non Spiritum, qui dicit : Propterea odio habui illam generationem, et ante dicta illa omnia : audiant Paulum ea, quæ in XCIV psalmo sunt dicta, ad Hebræos scribentem : *Quare sicut Spiritus sanctus dicit : Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra* [2], etc. Veniant vero ad prophetam Isaiam, et audiant eum dicentem : *Non legatus, neque angelus, sed ipse salvabit eos omnibus diebus sæculi. Ipsi vero contumaciter egerunt, et exacerbaverunt Spiritum sanctum, et conversus est eis ad inimicitiam* [3]. Necnon etiam primitias martyrum Stephanum auscultent increpantem principes Judæorum, ob beneficia, quæ contulit Deus patribus eorum in deserto per annos quadraginta, et ob ea, quæ irreligiose egerunt facto vitulo, et idola adorantes, et propter hæc omnia, quæ nefarie machinati sunt, et dicentem ad eos : *Dura cervice, et incircumcisi corde et auribus, vos semper Spiritui sancto obnitimini, sicut patres vestri. Quem ex prophetis non persecuti sunt patres vestri, et occiderunt? pronuntiantes de adventu Justi, cujus vos proditores et interfectores estis, qui accepistis legem ad angelorum constitutionem* [4]. Quis igitur non mirabitur Spiritus sancti divinitatem, cum talia sint de eo dicta? Quis non venerabitur paracletum Spiritum veritatis, cum viderit eum arguere hunc mundum de peccato, et de justitia, et de judicio ; cum viderit eum suscitantem mortuos et vivificantem, et facientem quod Pater et Filius facit? In Evangelio scriptum est : *Sicut enim Pater suscitat mortuos et vivificat, et sic Filius, quos vult, vivificat* [5]. Ad Romanos dicit Paulus : **779** *Si Spiritus ejus qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, habitat in vobis : qui suscitavit Jesum a mortuis vivificabit et mortalia corpora vestra, per inhabitantem Spiritum suum in vobis* [6]. Et in CIII psalmo : *Auferes spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum convertentur. Emittes Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ* [7]. Et quisquam Paracletum creatorem non confitetur esse, qui mittitur, et creat corpora a sæculo dissoluta, et conversa in pulverem suum, et renovat faciem terræ? secundum hoc, quod in Isaia propheta scriptum est : *Erit autem cœlum novum, et terra nova* [8] : sine quo nihil neque Pater, neque Filius operatur in creationem, sicut ante monstravimus his scripturis. Et iterum Paulus ad Romanos scribit : *Habeo ergo confidentiam in Christo ad Dominum, non autem audeo de omnibus loqui, quod non est operatus per me Christus ad obauditionem gentium verbo et facto, atque in veritate signorum et prodigiorum in virtute Spiritus sancti* [9] : duce Spiritu sancto Christum signa et prodigia fecisse. Ad Ephesios vero : *Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem, ex quo omnis paternitas in cœlo et in terra nominatur, ut det vobis secundum opulentiam gloriæ suæ virtutem corroborari per Spiritum suum in interiorem hominem, habitare Christum per fidem in cordibus vestris* [10].

15. Et hæc quidem de Patre et Filio Paulus singulariter scribit, sicut ad Thessalonicenses quod frequenter memoravimus, ait : *Ipse vero Deus et Pater noster sanctificet vos ad perfectum* [11] : non dicit, sanctificent vos pluraliter, sed sanctificet singulariter. Quando autem ad Corinthios de Filio et Spiritu dicit : *Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri* [12]. Et de Patre quidem et de Spiritu : *Nescitis, quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus : quia templum Dei sanctum est, quod estis vos* [13]. Sed et David de Patre et Spiritu dicit : *Quo ibo a Spiritu tuo? et a facie tua quo fugiam? Si ascendero in cœlum tu ibi es* [14] : et non dixit, vos, licet de Spiritu et Patre dixerit. Ubi est enim Deus, ibi est et Filius, et Spiritus esse ostenditur, et in Filio atque in Spiritu sancto Deus adoratur. Nam cum mulier Samaritana adhuc carnaliter cogitaret de Deo, et arbitraretur in loco Deum adorari, ac diceret : *Domine, animadverto, quia Propheta es tu : patres nostri in monte isto adoraverunt, et vos dicitis, quoniam Hierosolymis est locus, in quo adorari oportet* [15]. Dominus autem excludens in loco adorari eum, dixit : *Mulier, crede mihi, quia veniet hora, quando nec in isto monte* [*loco*], *neque in Hierosolymis adorabitis Patrem : sed veniet hora, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu et veritate : Pater enim tales quærit adoratores : Deum in Spiritu et veritate oportet adorare* [16]. Quod si in Spiritu et veritate (26), ergo in Filio Deus adoratur : nam veritas est Filius, qui dixit : *Ego sum via, et veritas, et vita* [17], cur non cum Patre Spiritus adorandus est a nobis? Namque

[99] Psal. CXXXVIII, 7. [1] Psal. XCIV, 8, 11. [2] Hebr. III, 7, 8. [3] Isa. LXIII, 9, 10. [4] Act. VII, 51, 52. [5] Joan. V, 21. [6] Rom. VIII, 11. [7] Psal. CIII, 29, 30. [8] Isa. LXV, 17. [9] Rom. XV, 17, 19. [10] Ephes. III, 14, 17. [11] I Thess. V, 23-27. [12] I Cor. VI, 11. [13] I Cor. III, 16, 17. [14] Psal. CXXXVIII, 7, 8. [15] Joan. IV, 19, 20. [16] ibid. 21, 23. [17] Joan. XIV, 6.

(26) Mss., quod si in Spiritu et Filio Deus adoratur et veritas est Filius, qui dicit.

Digitized by Google

inacceptabilis est, ut corporalem venerantes Deum, non in Spiritu et in Filio adorare : alioquin si in Spiritu adorat Deum coadoratur Spiritus, cum in Christo audiant glorificari Patrem in Ecclesia, quid se esse facturos asserent? Paulus enim scribens ad Ephesios ait : *Ei qui potens est omnia facere abundanter quam petimus vel sapimus, ipsi gloria in Ecclesia in Christo Jesu in omnes generationes sæculi sæculorum, amen* [18]. Et rursum Paulus dicit : Quia per Christum dicitur Amen Patri ad gloriam ; per nos Patrem per Filium Dei, et in Filio Patrem glorificantes, nos utique conglorificantes Filio. Sic namque Deum adorantes in Spiritu et in Filio, id est, per Spiritum ac per Filium adorantes, coadoramus Deum Filium et Spiritum. Denique Paulus scribit : *Ut in nomine Jesu Christi omnes gentes genu flectant, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus in gloria est Dei Patris* [19]. Quod si hi, qui in nomine Jesu Christi flectunt genua, Filium glorificant cum Patre, cur hi, qui in Spiritu Patrem et Filium adorant, non adorabunt eum cum Patre, et Filio, et Spiritu sancto? Si itaque audivimus Mosen dicentem : *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies* [20], scimus pronuntiari cum Deo Filium et Spiritum.

16. Et ne tanquam non scripta memorantes, et de nostro loqui videamur, demonstranda est eis cœlestium virtutum adoratio, et sicut in sanctis Scripturis didicimus, forsitan illi æmulatores effecti, sic et venerari discant et adorare. Quem visum volunt Isaiæ in templo laudare, et adorare, et clarificare, seraphim ; Patremne an Filium? forte enim aures obstruent, si audiant, an Spiritum sanctum? Isaias enim dicit (27) : *Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex, vidi Dominum Sabaoth sedentem super thronum altum et elevatum, et plena domus majestate ejus, et seraphim stabant in circuitu ejus, sex alæ uni, et sex alæ alteri, et duabus quidem velabant faciem, duabus vero pedes, et duabus volabant, et clamabant ad alterutrum, et dicebant : Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus. Et elevatum est limen ex voce clamantis, et domus impleta est fumo, et dixi : O miser ego, quoniam compunctus sum : quia cum sim homo, et immunda labia habeam, et in medio quoque populi immunda labia habentis ego habitem, Regem Dominum Sabaoth ego vidi oculis meis. Et missus est ad me unus de seraphim, et in manu habebat carbonem, quem forcipe tulerat de altari, et tetigit os meum et dixit mihi : Ecce tetigit istud labia tua, et ait : Ecce auferi iniquitates tuas, et peccatum tuum mundabit. Et ego audivi vocem Domini dicentis : Quem mittam et quis ibit ad populum istum? Et dixi : Ecce ego, mitte me. Et dixit mihi : Vade ad populum istum, et dic ei : Aure audietis, et non intelligetis, et videntes videbitis, et non aspicietis. Incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos clauserunt, ne forte videant oculis suis et credant, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem illos. Et dixi : Usquequo Domine* [21]? Quem igitur hunc esse volunt afferant (28) : dicent enim forte Filium. In Evangelio kata (29) Joannem scriptum est : *Et propterea non poterant credere in Jesum, quia dixit Isaias propheta : Excæcavit eorum oculos, et hebetavit eorum cor, ne forte videant oculis, et intelligant corde, et convertantur, et sanem illos. Hæc* igitur *dixit Isaias, cum vidisset gloriam ejus, et locutus est de eo* [22]. Et quid facient de Paulo, qui Spiritum sanctum dicit in illa gloria **780** visum esse Isaiæ, et locutum esse ei, cum misisset eum ad populum supra dicta dicere? Scriptum est enim sic in Actibus apostolorum : *Convenientes autem ad alterutrum Judæi dimittebantur, dicente Paulo verbum unum : Quia bene Spiritus sanctus locutus est ad patres vestros per prophetam Isaiam, dicens : Ito ad populum istum, et dic ei : Aure audietis, et non intelligetis, et videntes videbitis, et non aspicietis. Incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos clauserunt, ne forte videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem illos* [23]. Ecce Joannes quidem Filium, Paulus vero Spiritum sanctum esse dicit, qui sit visus Isaiæ, sedens super thronum altum, et elevatum, qui adoratur, et laudatur, et glorificatur a seraphim. Ecclesiæ autem Christi omnes ab oriente usque ad occidentem convenienter Patrem a seraphim laudari profitentur in ministeriorum relatione. Dicant itaque nobis, qui venerationem Spiritui sancto abnegant, quisnam ex his verum dicit, aut quis fallit? Utrumne Joannes, an Paulus? an vero omnes Ecclesiæ Christi? quoniam quidem omnes Ecclesiæ Patrem profitentur esse, qui adoratur a seraphim, Joannes autem Filium, Paulus vero Spiritum sanctum. Si vero nemo eorum fallit, sed omnes veritatem dicunt, manifeste probatum est, quod et solius nomen Patris dicatur. Habebat tamen Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum secundum pronuntiatum ; vel si Spiritus habeat Patrem et Filium si venerentur qui sic adorant, venerationem cœlestium animantium imitentur, et non suas cogitationes sequantur. Alioquin quid facient audientes Salvatorem dicentem ad discipulos : *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [24]? cum Scriptura non Trinitatem, sed unionem baptisma nominaverit. Scriptum est enim sic in Actibus aposto-

[18] Ephes. III, 20, 21. [19] Philipp. II, 10, 11. [20] Deut. VI, 13. [21] Isa. VI, 1, 11. [22] Joan. XII, 39-41. [23] Act. XXVIII, 25 27. [24] Matth. XXVIII, 19.

(27) Hæc item afferuntur supra, libro *De incarn. contra Arianos*, num. 10.

(28) G. R., *asserant.*

(29) Sic codd.

Digitized by Google

lorum, de his qui in Samaria crediderunt, et baptizati sunt a Philippo, *tantum baptizati erant in nomine Domini Jesu Christi* [25].

17. De his vero qui Ephesi a Paulo baptizati sunt: *Ii cum audissent, baptizati sunt in nomine Domini Jesu Christi* [26]. Petrus enim Judæos alloquens: *Pœnitentiam*, inquit, *agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum. Ii cum audissent et comprobassent sermones ejus, baptizati sunt, et additæ sunt in die illo animæ quasi tria millia* [27]. Nunquid prævaricatores mandati Salvatoris effecti sunt? et contra traditionem Salvatoris baptizaverunt tantam multitudinem? Non enim scriptum est: quia baptizaverunt in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti, sed tantum, *in nomine Domini Jesu Christi*. Sed non sunt prævaricati: absit! Nam licet Filii nomen tantummodo dicatur, habet tamen Patrem et Spiritum secundum [*secum*, mss.] pronuntiatum, sicut in Scripturis sanctis probabimus. Itaque et Spiritus sanctus Dominus Sabaoth dicitur, et est cum Deo et cum Filio a seraphim adoratus. Propter quod hæc ter dicunt: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, ut Trinitatem pronuntiarent. Unde et Paulus Dominum vocari Spiritum non negat, dicens ad Corinthios: *Dominus vero Spiritus est, et ubi Spiritus Domini, est ibi libertas* [28]. Et ad Romanos ait: *Lex autem Spiritus vitæ liberavit me a lege peccati et mortis* [29]. Quomodo ergo ausi estis Spiritum sanctum servum dicere, qui creaturam liberavit? Si enim, inquit, omnia per ipsum facta sunt, ostendite creatum esse Spiritum sanctum. Utique etiam id, quod in CXVIII psalmo scriptum est, *Quia omnia serviunt tibi* [30], servum esse ostendit Spiritum sanctum. Sed neque id quod dicitur: Omnia per Filium facta sunt, assignat Spiritum sanctum: ipse enim est, qui dixit; neque id, quod omnia serviunt tibi, servum esse ostendit eum. Alioquin et Paulus quomodo audiendus est, dicens: *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accèpistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater* [31]? Itaque nec servus nec creatio Spiritus sanctus esse ostenditur. Sed vos et carnem, et servum esse eum infamatis, qui non solum non sit liber, sed et creaturæ libertatem largitur, sicut superius probavimus. Et rursum Paulus scribit: *Divisiones autem donorum sunt, idem vero Spiritus, dividens unicuique sicut vult* [32]. Et Jesus ait: *Spiritus ubi vult spirat* [33]. Qui autem facit quod vult non est servus, sed liber est. Et qualem mortem merebuntur qui Dominum cœlestis militiæ servum esse profitentur? Dominus enim virtutum interpretatur, Dominus Sabaoth, et non utique libertatem largiretur creaturæ, nisi esset creationis Dominus: in nomine enim Domini Jesu Christi et Spiritus sancti, *quem mittet vobis Pater in nomine meo, ille vos docebit* [34]. Tamen nomen Patris, et Filii, et Spiritus sancti, et in propria vita et substantia permanens, cum ipse sit vita. Alioqui quid estis facturi, audientes in Cantico canticorum Salomonem dicentem: *Unguentum effusum nomen tuum, propterea adolescentulæ dilexerunt te* [35]? Isaias vero: *Et faciet Dominus Sabaoth gentibus, in isto monte bibent in lætitia, et bibent vinum, unguento ungentur, tradent hæc omnia gentibus* [36]. Nonne Spiritum sanctum, quo uncti sumus, unguentum vocavit propheta? Quem et David oleum exsultationis in XLIV psalmo dicit, in conversatione humana Salvatoris: *Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exsultationis præ consortibus tuis* [37]. Quod et assumens Petrus ait: *Jesum Christum, qui est a Nazareth, unxit Deus eum in Spiritu sancto et virtute* [38]. Spiritus itaque sanctus cum et oleum, et unguentum dicitur, nomen est Dei et Filii, in propria vita et substantia permanens: cum sit ipse, ut supra diximus, secundum prophetam, *unguentum effusum nomen tuum*. Manifestum est autem, quia Spiritum sanctum effudit Dominus abundanter super eos, qui ex gentibus crediderunt, sicut Paulus scribit: *Et cum unctionem et signaculum habeamus*; et rursus idem Paulus in secunda Epistola ad Corinthios scribit: *Qui autem firmat nos vobiscum in Christo, et unxit nos Deus, qui et signavit nos, qui et dedit arrham Spiritum in cordibus nostris* [39]; et iterum ad Ephesios ait: *In quo credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est arrha hæreditatis nostræ* [40]: magna nos sapere sancti præparant de Spiritu sancto. Nam David dicit: *Dominus pars hæreditatis meæ, et calicis mei* [41]. Et Moses scribit: *Non erit portio, neque hæreditas Levitis in terra, Dominus ipse portio eorum est* [42]. Et Jeremias clamat: *Quia formavit omnia ipse hæreditas hujus Jacob, Dominus nomen est ei* [43].

18. Et cum Dominum hæreditatem sanctorum Spiritum sanctum esse dixit: *In quo*, inquit, *credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est arrha hæreditatis nostræ*, docens hæreditari et non hæreditare professiones sanctorum considerantes. Ait enim Isaias ad eos qui non haberent Spiritum sanctum, et propterea ignorantes esse hæreditatem sanctis post hujus sæculi exitum instruens patienter, et dicens: *Est hæreditas colentibus Deum, et vos eritis justi, dicit Dominus: Qui sititis, ite ad aquam* [44]. Spiritum sanctum aquam **781** appellans, sicut postmodum monstrabimus: cum sit arrha sanctorum hæreditatis: hunc Spiritum sanctum et David signaculum hæreditatis cum habuisset. Sed hos quidem qui non credunt hæredi-

[25] Act. VIII, 16. [26] Act. XIX, 5. [27] Act. II, 38-41. [28] II Cor. III, 17. [29] Rom. VIII, 2. [30] Psal. CXVIII, 91. [31] Rom. VIII, 15. [32] I Cor. XII, 4, 11. [33] Joan. III, 8. [34] Joan. XIV, 26. [35] Cant. I, 2. [36] Isa. XXV, 6. [37] Psal. XLIV, 9. [38] Act. X, 37, 38. [39] II Cor. I, 21, 22. [40] Eph. I, 13. 14. [41] Psal. XV, 5. [42] Num. XVIII, 20. [43] Jer. X, 16. [44] Isa. LIV, 17; LV, 1.

Digitized by Google

tatem esse sanctis, post hujus vitæ exitum miseros esse dicit. De se vero et similibus confidenter agens : *Multi dicunt : quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine* [45]. Signationem esse dicens signaculum, quod lumen vultus tui, Domine, esse sit professus. Itaque credent Paulo dicenti, Spiritu promissionis sancto signatos esse credentes; et huic David qui haberet eumdem spiritum fidei, psallenti : *Credidi, propter quod locutus sum* [46]. Sciant quod et vultus Domini esse dicit signaculum, quod accepit, id est Spiritum sanctum, adeo ut et Filium Dei lumen Dei esse sciens psalleret Deo in XXXV psalmo, dicens : *In lumine tuo videbimus lumen* [47], id est, in Filio tuo videbimus Spiritum sanctum. Sic et Isaias Spiritum qui sanctificat, non solum lumen, verum etiam ignem scit appellare, dicens : *Et erit lumen hujus Israel, et sanctificabit eum igne ardenti* [48]. Et ecce in lumine, quod est ignis, sanctificat Deus hunc Israel, et Deus noster ignis consumens est, sicut Moyses ait : *Deus noster ignis consumens est* [49]. Sed et Paulus dicit : *Ut fiat oblatio gentium acceptabilis, sanctificata in Spiritu sancto* [50]. Et non aliter gentes, aliter Israel sanctificantur a Deo, quam Spiritu sancto lumine et igne exsistente. Dicit autem et sapientia Salomonis in Proverbiis : *Lux Domini spiratio est hominum, qui scrutatur interna ventris* [51]. Et manifestum est, quia Spiritus omnia scrutatur, quemadmodum scribit Paulus, et quod a principio formato Adam, in faciem ejus spiravit Deus Spiritum sanctum, sicut Moses ait : *Et spiravit Deus in faciem Adæ inspirationem vitæ, et factus est homo in animam viventem* [52]. Neque id quod spiratum est a Domino, anima est, secundum fabulatores Judæos; alioquin quomodo hoc, quod a se spiratum est, Deus igni æterno condemnat? sed vivificans Spiritus est, de quo et Paulus ait : *Spiritus vero vivificat* [53]. Et : *Spiravit Deus in faciem ejus spirationem vitæ, et factus est homo in animam viventem.* Itaque Spiritus sanctus est spiritus vitæ, a quo excidentes nonnulli, viventes mortui sunt, sicut Paulus scribit : *Nam quæ in deliciis agit, vivens mortua est* [54]. Alioquin quomodo audiendus est Salomon, dicens : *Lux Domini spiratio est hominum, qui scrutatur interna ventris*, si animas hominum lumen Dei esse dicitis, nisi Spiritum sanctum lumen Dei confessi fueritis? Sed spirationem lumen Dei esse credatis, dicente Mose : *Spiravit Deus in faciem Adæ spiraculum vitæ.* Et Filius Dei : *Ego sum vita* [55]. Sed et sapientia Salomonis introducentem Salvatorem dicit : *Ecce proferam vobis meæ aspirationis professionem* [56] : sic enim in Proverbiis ait : *Sapientia in exitu canetur, in plateis vero fiducialiter agit : in portis autem potentium assistit : in muris quoque civitatis confidenter ait : Quanti temporis obtinent prudentes non stultitiam et erubescent? Imprudentes autem contumeliæ cum sint cupidi, impii effecti odio habuerunt sensum, et obnoxii facti sunt increpationibus. Ecce proferam vobis meæ aspirationis professionem, docebo vos meum sermonem* [57]. Et Isaias Spiritus sancti promissionem prædicans sic ait : *Dixit Dominus, qui cœlum fecit et affixit illud, qui solidavit terram, et quæ in ea sunt : qui dat spirationem populo, qui est super eam, et spiritum calcantibus eam* [58]. Dicite qui est populus qui accepit spirationem? Nunquid et hic spirationem animam esse dicitis? Aut dabitis sine anima populum super terram constitisse? Sed non est, professionem namque Spiritus sancti prædicans propheta hæc ait. Denique completam professionem super fideles, qui fuerant illo tempore, scripsit Lucas : *Et cum complerentur dies quinquagesimæ, erant pariter omnes in unum. Et factus est subito sonus de cœlo, tanquam Spiritus vehemens ferretur, implens totam domum ubi erant sedentes. Et visæ sunt eis divisæ linguæ tanquam ignis, et sedit super unumquemque eorum, et cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis* [59].

19. Simili modo magnus ille Job adversus amicos suos, cum essent Spiritu sancto privati, et nihil verum dicerent, neque opinarentur se ante Deum loqui, aiebat : *Nonne ante Deum loquimini* [60] ? Et rursum : *Cui annuntiastis verba? Spiratio vero cujus est, quæ procedit a te* [61]? Ex quibus unus magna loquens dicebat : *Spiritus est, qui mortalibus intercedit, spiratio vero omnipotentiæ est, quæ me docet* [62]. Omnipotens autem Filius Dei, de quo Zacharias ait : *Propterea sic dicit Dominus omnipotens. Post gloriam misit me super gentes* [63]. Igitur Salomone dicente : *Lux Domini spiratio est hominum* [64]; et a Mose instructi : *Spiravit Dominus in faciem Adæ spirationem vitæ, et factus est in animam viventem* [65]; audientes vero et Salvatorem dicentem : *Ego sum vita* [66]; et Paulum scribentem : *Lex enim spiritus vitæ* [67]; et rursum : *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra* [68]; videntes autem etiam Unigenitum insufflantem in faciem apostolorum et dicentem : *Accipite Spiritum sanctum* [69], spirationem Filii in propria vita et substantia manente Spiritum esse doceamur, et neque genitum neque creatum esse a Filio sapiamus, nequaquam unigenitum Filium credamus esse Spiritum, et quod Dominus sit Verbum Filii, genitum vero a Deo Verbum suum in propria vita et substantia permanens, cum sit vita Filius Dei. Propterea vero non est genitus ab eo Spiritus, quia non est Verbum ejus. Creatum vero dicere Spiritum, absit! Verumtamen spirationem Filii Dei eum ex sanctis Scri-

[45] Psal. IV, 6-7. [46] Psal. CXV, 10. [47] Psal. XXXV, 10. [48] Isa. X, 17. [49] Deut. IV, 24. [50] Rom. XV, 16. [51] Prov. XX, 27. [52] Gen. II, 7. [53] II Cor. III, 6. [54] I Tim. V, 6. [55] Joan. XIV, 6. [56] Prov. [illegible] 23. [57] ibid. 20-25. [58] Isa. XLII, V. [59] Act. II, 1-4. [60] Job XIII, 7. [61] Job XXVI, 4. [62] Job XXXIII, 4. [63] Zach. II, 8. [64] Prov. XX, 27. [65] Gen. II. 7. [66] Joan. XIV, 6. [67] Rom. VIII, 2. [68] Galat. IV, 6. [69] Joan. XX, 22.

Digitized by Google

pluris docti sumus, et fontem Spiritus et Filium Dei dicimus, audientes Filium : *Quia duo nequam fecit populus iste, me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi lacus contritos, qui non potuerunt aquam portare* [70]. Aqua viva Spiritus sanctus est, sicut Joannes docuit, Salvatore dicente ad Samaritanam mulierem : *Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi : Da mihi bibere ; tu utique petisses eum, et dedisset tibi aquam vivam* [71] ; et rursum : *Quicunque biberit ex aqua, quam ego ei dabo, non sitiet in æternum* [72]. Et in medio templi clamat : *Si quis sitit, veniat ad me et bibat ; qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ* [73]. Et interpretatus est sic : *Hoc autem dicebat de Spiritu sancto, quem accepturi erant qui crediturі erant in eum* [74]. Ita etiam et Isaias Dominum dixisse ait : *Quia ego dabo in siti aquam iis qui in sicco iter fecerunt, et ponam Spiritum meum super semen tuum, et benedictiones meas super filios tuos, et orietur tanquam in aqua fenum, velut salix inter fluxus aquæ* [75]. Ergo manifeste Scripturis sanctis profitentibus, aquam vivam Spiritum sanctum esse cognovimus. Dominus se fontem Spiritus esse dixit sic : *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ* [76]. Sic et David canit in psalmo XXXV, dicens ad Dominum : *Quia apud te est fons vitæ* [77]. Igitur præter Dominum ostende alium fontem vitæ, qui apud eum sit : non enim dixit, quoniam tu es fons vitæ, sed quia apud te fons vitæ est. **782** Est vero apud Deum, et est Filius fons exsistens Spiritus, de quo Paulus ad Romanos scribit : *Spiritus vero vitæ propter justitiam* [78]. Ita non alienum, sed proprium Patris esse eum dicit. Nam cum professus fuisset : *Quia apud te est fons vitæ*, adjunxit : *In lumine tuo videbimus lumen* [79], id est, Filio tuo videbimus Spiritum. Necnon etiam et in nomine virtutis Dei appellatus Spiritus, et virtus, et sapientia esse monstratur. Audivimus enim Salvatorem in Evangelio promittentem discipulis suis missurum esse Spiritum sanctum, qui dicit : *Ecce ego præmittam promissionem Patris mei super vos : vos vero sedete in civitate, donec induamini ex alto virtutem* [80]. In Actibus vero apostolorum idem Dominus ait : *Sed accipietis virtutem superveniente super vos Spiritu sancto* [81]. Hoc quoque impletum esse comperimus, sub die quinquagesimæ consummatæ. Aut ergo virtutem Dei Spiritum sanctum esse profitemini, aut sicut Sabellius Paracletum, cum sit virtus Dei, eumdem Filium Dei esse prædicate (30), et audite Paulum dicentem : *Spiritus vitæ propter justitiam* [82-84]. Fontem iterum Spiritus instruimur esse Filium. Jeremiam audite clamantem contra Judæos : *Quia dereliquerunt me fontem vitæ Dominum.* Alius autem ait : Spiritum sapientiæ, sciens Spiritum sanctum secundum Isaiam quidem dicentem : *Et requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ et intellectus* [85]. Secundum Paulum vero tribuentem : *Non cesso gratias agens Deo pro vobis, ut det vobis Spiritum sapientiæ et revelationis* [86]. Fontem esse Spiritum dixit supra, sic dicens : *Dereliquistis fontem sapientiæ* [87]. Quod vero Spiritum hic sapientiam appellaverit, manifestum est, ex quibus dicit. Nam cum in terra Chaldæorum esset populus, et cum Chaldæis conversaretur, eos qui non haberent Spiritum sanctum, sed carnaliter quidem viverent peccato, morerentur vero justitiæ, et fraudarentur Spiritu sancto, querebatur cum lacrymis, dicens : *Quid est Israel ? quid, quia in terra inimicorum es, et inveterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum his qui in inferno sunt, dereliquisti fontem sapientiæ. Viam Domini si fuisses ingressus, habitares utique cum pace in æternum* [88]. Considerent enim viam, quam dereliquerunt filii Israel, Deum esse, qui dicit : *Ego sum via* [89], fontem vitæ in propheta appellari, quam dereliquerunt Judæi, coinquinantes se cum Babyloniis, qui erant mortui justitiæ ; ducem enim non habebant in se Spiritum paracletum, Spiritum veritatis, qui est vita et vivificat : viventes mortui sunt.

20. Unde et Paulus de talibus scribit : *Nam quæ in deliciis agit vidua, vivens mortua est* [90]. Et Salomon clamat : *Qui in deliciis conversatur, a pueritia servus erit, in novissimo vero dolebit in se* [91]. Qui enim in peccati deliciis agunt, non audiunt Paulum scribentem : *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater* [92]. Sed cum sint filii peccati, mortui sunt justitiæ. Qui vero Spiritus sancti donum acceperunt : *Lex enim Spiritus vitæ in Christo Jesu, liberavit me a lege peccati et mortis* [93]. Bene itaque Moses observavit ut diceret : *Itaque spiravit Dominus in faciem Adæ spirationem vitæ, et factus est homo in animam viventem* [94]. Qui enim non habent Spiritum sanctum, viventes mortui sunt. Unde et ad Israel derelicto Domino, qui sit fons vitæ vivificans, dicit : *Dereliquistis fontem sapientiæ ; viam Domini si fuisses ingressus, utique habitares in pace in æternum tempus* [95]. Audientes ergo Dominum dicentem : *Ego sum via* [96], docti etiam ex Scripturis sanctis fontem Spiritum esse Deum, qui dicit : *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ* [97], nequaquam creaturam Spiritum sanctum sapiamus, sed ejusdem esse cum

[70] Jer. II, 13. [71] Joan. IV, 10. [72] ibid. 13. [73] Joan. VII, 38. [74] ibid. 39. [75] Isa. XLIV, 3-4. [76] Jerem. II, 13. [77] Psal. XXXV, 10. [78] Rom. VIII, 10. [79] Psal. XXXV, 10. [80] Luc. XXIV, 49. [81] Act. I, 8. [82-84] Rom. VIII, 2. [85] Isa. XI, 2. [86] Ephes. I, 16-17. [87] Baruch III, 12. [88] ibid. 10-13. [89] Joan. XIV, 6. [90] 1 Tim. V, 6. [91] Prov. XXIX, 21. [92] Rom. VIII, 15. [93] ibid. 2. [94] Gen. II, 7. [95] Baruch III, 13. [96] Joan. XIV, 6. [97] Jerem. II, 13.

(30) Hæc habentur in libro *contra Arianos*, pag. 701, num. 9 et 10, non multum diversa.

Digitized by Google

Patre et Filio substantiæ iterum ex Scripturis probamus, sicut superius ab Isaia propheta doculmus. Scribit autem ille magnus Joannes evangelista in Apocalypsi, hæc dicens : *Et ostendit mihi fluvium aquæ vivæ, candidum quasi glaciem, egredientem a sede Dei et Agni, fluentem per medium plateæ* [45]. Dicebat vero supernæ Jerusalem, de qua scriptum est in Psalmis : *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei* [46]. Quod si dixerint, quid ergo quia scriptum est aqua? audiant. In sede Dei et Agni aqua est viva vitæ, et cum aquæ ejus capaces aliqui efficiuntur, et flumina dicuntur, et in singulis quibusque adimpleri dicitur Spiritus sanctus : sicut et Filius Dei adimpletur in singulis, secundum Paulum scribentem : *Plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimplet* [47]. Et est quidem, quando ii qui implentur ista aqua viva, flumina appellantur, sicut et David in XCII psalmo dicit : *Elevaverunt flumina, Domine, vocem suam, a voce aquarum multarum* [48]. Est vero quando verbum doctrinæ, et unaquæque operatio spiritus, flumina vocantur, secundum Dominum dicentem : *Qui credit in me, sicut dixit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ* [49]. Ergo non dixit, aqua impleta est, aqua enim Spiritus vita est, et *flumen Dei impletum est aquis* [50]. Et Dominus : *Me*, inquit, *dereliquerunt fontem aquæ vivæ* [51]. Itaque ejusdem sedis est cum Deo et Agno, vita vitæ, id est, Spiritus sanctus, sicut Joannes una cum Isaia dixit, et non servus, nec minister, sicut vos dicitis. Quod si permanent dicentes creatum Spiritum sanctum, et proferent illud quod in Amos propheta scriptum est : *Præpara te, invoca Deum tuum, Israel, quia ego firmans tonitruum, et creans spiritum, et annuntians hominibus Christum suum* [52], audiant non de Spiritu sancto hoc dixisse Filium Dei, sed de spiritu venti qui tonitruum sequitur. Neque enim præcedit Spiritum sanctum tonitruum, sed præcedit spiritum venti, quem creare dixit post tonitruum Dominus. Alioquin dicant, an ante Spiritum sanctum crearet tonitruum. Si vero hoc impium est dicere, expellantur prorsus qui dicunt, creatum esse Spiritum sanctum, quoniam nec de prima creatione, quæ a Filio Dei sit creata, tacuerit Scriptura : sic enim dicit qui loquitur ad Job : *Sed ecce bestiæ apud te fenum tanquam boves edent, et vigor ejus in lumbis, virtus vero in umbilico ventris ejus. Statuit caudam sicut cypressus, nervi ejus complexi sunt sicut funes, latera ejus sicut latera ærea, et dorsum ejus* [53], etc. Hoc testimonium facturæ Domini factum ad illudendum angelis. Itaque diabolus prima creatio esse scriptus est deludi ab angelis, sic enim scriptum est : *Initium facturæ Domini, factum ad illudendum angelis* [54]. Nos autem sensum Christi Spiritum esse de Scripturis sanctis didicimus, sicut Paulus scripsit : *Sed docti ab Spiritu, spiritualibus spiritualia comparantes : animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei; stultitia est enim ei, et non potest scire, quia spiritualiter dijudicatur; spiritualis vero dijudicat omnia, ipse autem a nemine dijudicatur : quis enim novit sensum Domini, qui instruat eum? Nos vero sensum Christi habemus* [55]. Iste igitur Spiritus sanctus cum sit sensus Domini, in propria vitæ substantia exsistens, sicut frequenter didicimus, novit omnia, **783** quæ sunt Dei, sicut spiritus noster quæ nostra sunt.

21. Denique et Paulus ait : *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum : Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profundum Dei. Quis enim homo novit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? sic et quæ sunt Dei nemo novit, nisi Spiritus Dei : nos vero non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis, quæ et loquimur, non doctis humanæ sapientiæ verbis; sed docti ab Spiritu, spiritalibus spiritalia comparantes* [56], etc. Istum Spiritum sanctum etiam digitum Dei esse docuit, secundum Matthæum quidem dicens : *Si autem in Spiritu Dei ejicio dæmonia, pervenit in vos utique regnum Dei* [57]. Secundum vero Lucam : *Si autem ego in digito Dei ejicio dæmonia, pervenit ad vos utique regnum Dei* [58]; *propterea dico vobis quia omnis blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiæ non remittetur eis. Et quicunque dixerit verbum in Filium hominis, remittetur ei : qui autem dixerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic, neque in futuro sæculo* [59]. Per hunc Spiritum sanctum, cum sit digitus Dei, scriptæ sunt tabulæ lapideæ, quæ datæ Moysi sunt, scriptæ digito Dei, sicut ipse Moyses exposuit. Alioquin si non Spiritum sanctum digitum Dei esse dicunt, tabulas enim lapideas gloriosiores magis esse quam corda sanctorum profitebuntur, super quæ epistola Christi est scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Hunc Spiritum sanctum, et lumen vultus Dei esse credimus, secundum David in quarto psalmo dicentem : *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine* [60]. In tricesimo vero et quinto psalmo : *In lumine tuo videbimus lumen* [61]. Et secundum Salomonem in Proverbiis scribentem : *Lux Domini inspiratio est hominum, qui scrutatur interna ventris* [62]. Et Isaiam dicentem : *Et erit lumen huic Israel in ignem, et sanctificabit eum igne ardenti* [63]. Hanc spirationem Filii Dei esse divinæ Scripturæ docuerunt, secundum Salomonem quidem dicentem : *Lux Domini inspiratio est hominum;* secundum Moysem : *Et spiravit Deus spiramentum* [*spirationem*] *vitæ, et factus est homo in animam viventem* [64], et quemadmodum postea creatus est Adam, acci-

[45] Apoc. XXII, 1-2. [46] Psal. XLV, 5. [47] Ephes. I, 23. [48] Psal. XCII, 3, 4. [49] Joan. VII, 38. [50] Psal. LXIV, 10. [51] Jerem. II, 13. [52] Amos IV, 12, 13. [53] Job XL, 10-13. [54] ibid. 14. [55] I Cor. II, 13-16. [56] ibid. 10-13. [57] Matth. XII, 28. [58] Luc. XI, 20. [59] Matth. XII, 31, 32. [60] Psal. IV 7. [61] Psal XXXV, 10. [62] Prov. XX, 27. [63] Isa. X, 17. [64] Gen. II, 7.

Digitized by Google

piens spiritum vitæ, et factus est homo in animam viventem, et habens Spiritum sanctum, spiritualis erat, adeo ut et prophetaret, quod hujus rei gratia derelinqueret homo patrem suum et matrem suam, et adhæreret uxori suæ, et essent duo in carne una: necnon et illam quæ sumpta est de se mulierem vocaret Evam, prophetice dicens ei : *Hæc est mater omnium viventium* [65]. Simili modo et omnes sancti, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, per impositionem manuum sacerdotis Dei Spiritum sanctum consecuti, ad antiquum restituuntur, in quo erant ante prævaricationem Adam. Et hoc Spiritu legem dante in Ecclesiis gentium, nos neque carnem circumcidimus, neque carnaliter legem Moysi custodimus. Nam cum Paulus, et qui cum eo prædicabant gentibus Verbum Domini, et qui fideles fuerant de circumcisione dicentes : Quia oportet circumcidere eos, et præcipere eis custodire legem Moysi, jussit Spiritus sanctus non circumcidi ex gentibus credentes, neque carnaliter ritum sequi, quem Moyses Judæis tradidit : scripserunt apostoli iis qui ex gentibus erant, hæc : *Apostoli et presbyteri fratres, iis qui Antiochiæ, et Syriæ, et Ciliciæ fratribus, qui sunt ex gentibus, salutem. Quoniam audivimus, quod ex nobis quidam turbaverunt vos verbis quæ non constituimus : visum est nobis congregatis in idipsum mittere ad vos cum charissimis nostris Paulo et Barnaba, hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Jesu Christi, Judam et Silam, et ipsos per verbum annuntiantes eadem. Visum est enim Spiritui sancto et nobis, nihil amplius imponi vobis oneris, præter ea quæ necesse est, ut abstineatis vos ab idolothytis, et sanguine suffocato, a quibus custodientes vos bene agetis. Valete* [66]. Et cum Spiritus sanctus promulgasset, omnes Ecclesiæ Christi custodiunt hæc, quia nemini ex his, quæ creata sunt, legem orbi terrarum dare concessum est. Itaque videntes Spiritum sanctum legem dantem non blasphement dicentes, eum esse creatum : quoniam præcipue Dominus contra eos qui blasphemant in eum dicit : *Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, qui autem blasphemaverit in Spiritu sancto, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro* [67]. Non autem talia de eo diceret Dominus, si creatura esset.

Deinde et in libro Regnorum scribitur : *Si peccaverit vir in virum, orabit pro eo sacerdos ; si vero in Dominum peccaverit, quis orabit pro eo* [68] ? Et his similia de Spiritu sancto etiam Dominus dixit, sicut superius probavimus : *Quicunque dixerit verbum in Filium hominis, remittetur ei ; quicunque in Spiritum sanctum, neque in hoc sæculo remittetur ei, neque in futuro.* Hanc igitur pertimescentes sententiam, et audientes quanta de Spiritu sancto Scripturæ dixerint, qualia de Patre et Filio, talia etiam de Spiritu sancto sapiamus. Quoniam sicut credimus in Deum Patrem, et in Filium ejus unigenitum, ita credimus et in Spiritum sanctum. Et si baptizati sumus in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, quod sicut credimus, et baptizati sumus, ita sentientes de Trinitate et imitantes adorationem seraphim, hæredes regni cœlorum effici poterimus.

[65] Gen. III, 20. [66] Act. XV, 23-29. [67] Matth. XII, 31-32. [68] I Reg. II, 25.

In editione Veneta (tomi I parte II, pag. 783, ed. Bened. t. II, p. 981) sequitur Athanasii *Epistola ad Marcellinum*, de interpretatione Psalmorum, tum *Expositio in Psalmos*. Hæc, juxta ordinem a nobis institutum, exegeticis annumeravimus quæ tomus III complectitur. EDIT.

ADMONITIO.

784-1011 *Quod subsequitur fragmentum excerptum videtur ex quadam homilia Athanasio attributa : nam an Athanasii vere fuerit id in incerto versatur. Sane conspicuum nullum præfert Athanasianæ orationis indicium. Prodit ex codice Reg.* 2999, *fol.* 274, *cui inest Catena in Epist. ad Hebræos.*

Διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον.

Ἀλλ' ἄνωθεν πάλιν ἴδωμεν τίς ἐστιν ἡ ἀρχὴ τοῦ λόγου· αὐτὸς ἐφεξῆς τίθησι λέγων· *Μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι μετανοίας*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰ δὲ τοῦτο ἀρχή, τί ἄλλο ἐστὶ τὸ δόγμα τὸ ἡμέτερον, ἢ τὸ μετανοῆσαι ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, καὶ διὰ τοῦ πνεύματος λαβεῖν τὴν πίστιν εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν καὶ κρίματος αἰωνίου ; Τί δέ ἐστιν ἀρχή ; οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦ-

Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem [69].

Sed re altius repetita rursum videamus, quæ sit inchoatio sermonis ; id ipse rursum postea exponit, his verbis : *Non rursum jacientes fundamentum pœnitentiæ* [70], et cætera. Quod si illud sit initium, quid aliud doctrina nostra est, quam pœnitentiam esse agendam ab operibus mortuis, ac per spiritum assumendam esse fidem in resurrectionem mortuo-

[69] Hebr. VI, 1. [70] ibid.

Digitized by Google

rum et condemnationem æternam? Quid autem est initium? nihil aliud quam hoc est. Initium, inquit, est, cum non adest proba et accurata vita. Sicuti enim eum qui disciplinam litterarum ingreditur, oportet primum elementa auscultare et ediscere; ita et Christianum hæc primum accurate nosse oportet, nec ullatenus his de rebus dubitare. Quod si doctrina ille egeat, nondum posuit fundamentum. Eum namque qui firmus est, oportet consolidatum esse ac consistere, neque ullatenus moveri. Quod si futurum aliquando est, ut qui institutus in fide et baptizatus est post decem annos de fide rursum audiat, nempe credendam esse mortuorum resurrectionem, is nondum habet fundamentum, quippe qui rursum Christianismi initium exquirat. Nam quod fides sit fundamentum, ac quod superest deinde ad ædificationem conferat, audi ipsum loquentem: *Ego fundamentum posui, alius superædificat* [71]. Quid est autem, *ad perfectiora feramur* [72]? Ad tectum ipsum, inquit, demum perveniamus, id est, optimam agamus vitam. Quemadmodum enim in elementis, alpha continet omnia, ut et fundamentum totum ædificium; ita quoque vitæ puritatem continet certitudo et firmitas fidei, citra quam nemo potest esse Christianus, ut nec absque fundamentis potest ædificium exsistere, nec absque elementis potest quis litterarum esse peritus. Sed si quis circa elementa semper versetur, aut itidem circa fundamentum, non ei quid amplius erit. Ita apud nos agetur. Si namque in fidei initio semper maneamus, nunquam ad ejus finem perventuri sumus. Tu vero ne arbitrere ideo fidem minorem haberi, quia elementum vocatur. Ipsa quippe universa virtus est. Cum ergo ait: *Omnis qui lactis est particeps, expers est sermonis justitiæ: parvulus enim est* [73], non lac ipsam vocat: sed de iis adhuc ambigere, illud est infirmæ mentis, quæ multis sermonibus egeat. Hæc enim dogmata sana et recta sunt: illum namque perfectum vocamus qui cum fide probam ducit vitam. Quod si quis fidem habens mala perpetrat, imo de ipsa etiam fide ambigit, doctrinamque afficit contumelia, eum jure ac merito infantem vocemus, utpote qui ad initium recurrat. Itaque etiamsi sexcentos annos in fide transegerimus, neque tamen firmi consistamus, infantes in ipsa sumus, cum vitam exhibemus ei minime convenientem, cumque fundamentum adhuc ponimus. His autem præter eam de vita agenda admonitionem, et aliam affert, nutaturum scilicet ædificium, si egeant fundamentum ponere pœnitentiæ a mortuis operibus. Quisquis enim ab alio in aliud transfertur, et aliud quidem dimittit, aliud eligit; primum aliud damnare debet, atque ab eo sese amovere toto affectu, atque tunc ad aliud se conferre. Quod si denuo priori adhærere debeat, quo pacto ad posterius denuo **1012** accedet? Quid ais, legem reprobavimus, at denuo jubes ad eam

A το. Ἀρχὴ, φησὶν, ὅταν μὴ βίος ἀκριβὴς παρῇ. Καθάπερ γὰρ τὸν εἰς τὴν μάθησιν τῶν γραμμάτων εἰσερχόμενον τὰ στοιχεῖα δεῖ πρῶτον ἀκοῦσαι, οὕτω καὶ τὸν Χριστιανὸν ταῦτα εἰδέναι ἀκριβῶς πρῶτον χρὴ, καὶ μηδὲ ἀμφιβάλλειν περὶ αὐτῶν. Εἰ δὲ δέοιτο πάλιν διδασκαλίαν, οὔπω τὸν θεμέλιον ἔχει. Τὸν γὰρ ἑδραῖον πεπηγέναι χρὴ καὶ ἑστάναι, καὶ μὴ μετακινεῖσθαι. Εἰ δὲ μέλλοι τις, κατηχηθεὶς καὶ βαπτισθεὶς, μετὰ ἔτη δέκα περὶ πίστεως πάλιν ἀκούειν, καὶ ὅτι πιστεῦσαι χρὴ εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν, οὔπω τὸν θεμέλιον ἔχει· πάλιν τὴν ἀρχὴν τοῦ Χριστιανισμοῦ ζητεῖ. Ὅτι γὰρ ἡ πίστις θεμέλιος, τὸ δὲ λοιπὸν οἰκοδομεῖ, ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· *Ἐγὼ θεμέλιον τέθεικα· ἄλλος ἐποικοδομεῖ.* Τί δέ ἐστιν, *Ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα;* Πρὸς αὐτὴν χω-
B ρῶμεν λοιπὸν, φησὶ, τὴν ὁροφὴν, τουτέστι, βίον ἄριστον ἔχωμεν. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν στοιχείων τὸ πᾶν τὸ ἄλφα συνέχει, καὶ ὁ θεμέλιος τὴν πᾶσαν οἰκοδομὴν, οὕτω καὶ τοῦ βίου τὴν καθαρότητα ἡ περὶ τὴν πίστιν πληροφορία· ταύτης δὲ ἄνευ οὐκ ἔστιν εἶναι Χριστιανὸν, ὥσπερ οὐδὲ θεμελίων ἄνευ οἰκοδομὴν, οὐδὲ στοιχείων χωρὶς ἔμπειρον γραμμάτων γενέσθαι. Ἀλλ' ἐάν τις ἀεὶ περὶ τὰ στοιχεῖα στρέφηται, ἢ εἴ τις περὶ τὸν θεμέλιον, οὐδέπω ἔσται αὐτῷ τι πλέον· οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν. Ἂν γὰρ ἀεὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς πίστεως μένωμεν, οὐδέποτε πρὸς τῷ τέλει ταύτης ἀναβησόμεθα. Σὺ δὲ μὴ νομίσῃς ἠλαττῶσθαι τὴν πίστιν, διὰ τὸ στοιχεῖον κληθῆναι. Ἡ γὰρ πᾶσα δύναμις αὕτη ἐστίν. Ὅταν γοῦν λέγει·
C *Πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης· νήπιος γάρ ἐστιν·* οὐ γάλα ταύτην καλεῖ· ἀλλὰ τὸ ἀμφιβάλλειν ἔτι περὶ τούτων, τοῦτό ἐστιν ἀσθενοῦς διανοίας, καὶ λόγων δεομένης πολλῶν. Τὰ γὰρ δόγματα ταῦτά ἐστι τὰ ὑγιῆ· τέλειον γὰρ ἐκεῖνον καλοῦμεν, τὸν μετὰ τῆς πίστεως βίον ἔχοντα ὀρθόν. Ἐὰν δέ τις πίστιν μὲν ἔχῃ, πράττῃ δὲ πονηρὰ, καὶ περὶ αὐτῆς δὲ ταύτης ἀμφιβάλλῃ, καὶ ὑβρίζῃ τὴν διδασκαλίαν· εἰκότως αὐτὸν φήσομεν νήπιον, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀναδραμόντα. Ὥστε, κἂν μυρία ἔτη ἐν τῇ πίστει ἔχωμεν, καὶ μὴ βέβαιοι ὦμεν, ἐν αὐτῇ νήπιοί ἐσμεν· ὅταν βίον αὐτῇ μὴ συμβαίνοντα ἐπιδεικνύμεθα· ὅταν ἔτι θεμέλιον καταβαλλόμεθα. Τούτοις δὲ μετὰ τοῦ βίου καὶ ἄλλο ἐγκαλεῖ, ὡς παρασαλευθείσῃ καὶ δεομένοις θεμέλιον καταβάλ-
D λειν μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων. Τὸν γὰρ ἀπό τινος εἰς ἕτερον μετατιθέμενον, καὶ τὸ μὲν ἀφιέντα, τὸ δὲ αἱρούμενον, πρότερον αὐτοῦ καταγνῶναι χρὴ, καὶ ἀποστῆναι τῇ διαθέσει, καὶ τότε ἐλθεῖν ἐφ' ἕτερον. Εἰ δὲ τοῦ προτέρου πάλιν ἔχεσθαι μέλλοι, πῶς τοῦ δευτέρου ἅψεται; Τί φῂς, κατέγνωμεν τοῦ νόμου, καὶ πάλιν ἐπ' αὐτὸν ἀνατρέχειν κελεύεις; Τοῦτο οὐκ ἔστι μετάθεσις· καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἔχομεν νόμον. Νόμον οὖν, φησὶ, καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; μὴ γένοιτο! ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν. Ἐγὼ δὲ περὶ πονηρῶν εἶπον πραγμάτων, ἀλλ' οὐ περὶ νόμου. Ὁ γὰρ μέλλων ἐπ' ἀρετὴν ἐπιέναι, πρότερον τῆς κακίας καταγνῶναι ὀφείλει, καὶ τότε αὐτὴν μετελθεῖν.

[71] 1 Cor. III, 10. [72] Hebr. VI. [73] Hebr. V, 13.

Digitized by Google

Καλῶς δὲ τῇ μετανοίᾳ καὶ τὸ βάπτισμα προσέθηκεν. Οὐ γὰρ ἴσχυεν ἡ μετάνοια καθαροὺς αὐτοὺς δεῖξαι. Διὰ τοῦτο εὐθέως ἐβαπτίζοντο· ἵν' ὅπερ ἀδυνάτως εἶχον ἐργάσασθαι δι' ἑαυτῶν, τοῦτο διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ γένοιτο χάριτος. Οὔτε οὖν μετάνοια ἀρκεῖ πρὸς τὸν καθαρισμὸν, ἀλλὰ δεῖ τὸ βάπτισμα παραλαβεῖν. Ἐπὶ γοῦν τὸ βάπτισμα ἔδει ἔρχεσθαι, πρότερον καταγνόντα τῶν ἡμαρτημένων αὐτῷ· καὶ καταψηφισάμενον. Τί δέ ἐστιν *Βαπτισμῶν. διδαχῆς*; οὐχ ὡς πολλῶν ὄντων τῶν βαπτισμῶν, ἀλλ' ἑνός. Τί οὖν αὐτὸ πληθυντικῶς εἶπε; διὰ τὸ εἰπεῖν· *Μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι μετανοίας*. Εἰ γὰρ πάλιν αὐτοὺς ἐβάπτιζε, καὶ ἄνωθεν κατήχησε, καὶ πάλιν ἐξ ἀρχῆς βαπτισθέντες ἐδιδάσκοντο τὰ πρακτέα, καὶ τὰ μὴ πρακτέα, διηνεκῶς ἔμελλον ἀδιόρθωτοι μένειν. *Ἐπιθέσεως δὲ χειρῶν*, εἶπεν· οὕτω γὰρ τὸ Πνεῦμα ἐλάμβανον, ἐπιθέντος αὐτοῖς τὰς χεῖρας τοῦ Παύλου, φησί. *Ἀναστάσεώς τε νεκρῶν*· τοῦτο γὰρ ἔν τε τῷ βαπτίσματι γίνεται καὶ ἐν τῇ ὁμολογίᾳ βεβαιοῦται. *Καὶ κρίματος αἰωνίου*. Διὰ τί δὲ ταῦτά φησιν; ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ἢ περισαλεύεσθαι, ἤδη πεπιστευκότας, ἢ κακῶς βιοῦν καὶ ῥᾳθύμως. Νήψατε, φησὶν, οὐκ ἔνι εἰπεῖν· Ἐὰν ῥᾳθύμως ζήσωμεν, πάλιν βαπτισθησόμεθα, πάλιν κατηχηθησόμεθα, πάλιν ληψόμεθα Πνεῦμα. Κἂν νῦν τῆς πίστεως ἐκπέσωμεν, πάλιν δυνησόμεθα βαπτιζόμενοι τὰ ἁμαρτήματα ἀπολούσασθαι, καὶ τῶν αὐτῶν τυχεῖν, ὥνπερ καὶ πρότερον. Θεμέλιον, φησὶ, κατεβαλόμεθα ἐν τῷ βαπτίζεσθαι, τουτέστιν ἀποταγὴν τῶν ἔργων τοῦ Σατανᾶ. Ἅπαξ γὰρ μετανοήσαντες, ἐπ' αὐτοῖς ἐβαπτίσθημεν. Οὐκέτι οὖν δὴ [δεῖ] ταῦτα ἐξ ἀρχῆς ποιεῖν. *Διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον*, τὸ περὶ βαπτίσματος λέγειν, καὶ χειρῶν ἐπιθέσεως, δι' ἣν τὸ Πνεῦμα ἐλάβετε, καὶ νεκρῶν ἀναστάσεως καὶ κρίσεως, *ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα*. Οὐ δεῖ γὰρ ἀεὶ τὰ αὐτὰ λέγεσθαι. Εἴρηται γὰρ ἅπαξ καὶ γεγένηται. Ἀλλὰ δεῖ καὶ τὰ παρ' ἡμῶν εἰσφέρεσθαι· τουτέστι χρηστὴν πολιτείαν, καὶ τῆς πίστεως ἀξίαν. Αὕτη γὰρ ἡ τελειότης τὸ ἀμφιδέξιον εἶναι τὴν ἀρετήν· ὡσεὶ ἔλεγε· Νήψατε· οὐκ ἔνι γὰρ ζῆσαι ῥᾳθύμως, καὶ πάλιν βαπτισθῆναι, καὶ δι' ἐπιθέσεως χειρῶν λαβεῖν Πνεύματος ἁγίου ἐπιφοίτησιν. Τάχα δὲ οὗτοι, Ἰουδαϊκώτερον φρονοῦντες, διὰ τὸ διαφόρους ἐν τῷ νόμῳ εἶναι βαπτισμοὺς, ἐβούλοντο καὶ τὸ τῆς Νέας βάπτισμα, τὸ τὴν παλιγγενεσίαν δωρούμενον, πολλάκις βαπτίζεσθαι· διὰ τὸ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν πολλάκις ἐθέλειν ἀξιοῦσθαι· διὸ ἐπάγει· *Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας*, κ. τ. λ.

recurrere? Illud nequaquam translatio est, nam et hic legem habemus. Legem itaque, ait, per fidem abrogamus? absit! imo legem confirmamus. Ego namque de malis operibus egi, non de lege. Qui enim virtutem est ingressurus, primum malitiam ut damnet oportet, ac sic demum illam adire. Pulchre autem pœnitentiæ baptisma quoque adjecit. Non poterat enim pœnitentia mundos illos exhibere. Quamobrem quam primum baptizabantur, ut quod per se facere non valebant, id per Christi gratiam fieret. Nequaquam igitur pœnitentia sufficit ad purgationem, sed adhibendus est baptismus. Oportuit ergo ad baptismum accedere, cum primum quis peccata sua improbaverit ac proscripserit. Quid autem est illud: *Baptismatum doctrinæ*[74]? Non quod multa sint baptismata; sed unum tantum. Quid ergo illud in plurali protulit? Quia dixit: *Non rursum jacientes fundamentum pœnitentiæ*[75]. Si enim ipsos denuo baptizasset, et prius instituisset, ac rursum ab initio baptizati, res agendas edocti fuissent, et non agendas, perpetuo indisciplinati futuri erant. *Impositionis quoque manuum*, inquit[76]: ita namque Spiritum sanctum acceperant, Paulo manus ipsis imponente. *Ac resurrectionis mortuorum*. Illud enim et in baptismo efficitur, et confessione solidatur. *Et judicii æterni*. Quare hæc loquitur? Quia verosimile erat eos, postquam credidissent, aut vacillare, aut improbe et segniter vitam agere. Vigilate, inquit, non licet dicere: Si segniter vivamus, rursum baptizabimur, rursum instituemur: rursum Spiritum sanctum accipiemus. Licet jam fide excidamus, rursum poterimus per baptismum peccata abluere; eademque denuo consequi quæ suppetebant antea. Fundamentum, inquit, posuimus, cum baptizaremur, abrenuntiationem scilicet operibus Satanæ. Semel enim baptizati, his conditionibus baptizati sumus. Nequaquam ergo isthæc ab initio resumenda sunt. *Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem*, de baptismate agendum, et de impositione manuum, per quam Spiritum accepistis, et de mortuorum resurrectione ac judicio, *ad perfectiora feramur*. Neque enim eadem semper sunt repetenda. Semel quippe dictum et factum est. Sed opus est ut nostra quoque afferamus; scilicet mansuetum vitæ institutum, necnon fidei dignitatem. Hæc enim est perfectio, inquit, ut ambidextra sit virtus, ac si dicat: Vigilate: non licet enim segniter vivere ac rursum baptizari, ac per impositionem manuum Spiritum sanctum advenientem accipere. Fortassis autem ii qui Judæorum more sentiunt, quod varii sint in lege baptismi, volebant novæ quoque legis baptismo, qui regenerationem tribuit, plerumque baptizari: quod cuperent sæpe sibi remissionem concedi peccatorum; quamobrem infert: *Impossibile enim est, eos qui semel illuminati sunt*[77], etc.

[74] Hebr. VI, 2. [75] ibid. 1. [76] ibid. 2. [77] ibid. 4.

Digitized by Google

Cod. Colb. 4097 *Panoplia* Euthymii Zygabeni, in qua permulta exstant ex Athanasii operibus supra editis excerpta. Nos ea solum damus quæ nusquam exstant edita. Dubia videntur esse.

Ejusdem (Athanasii) contra Valentinum, qui in multis consentit cum iis qui supra memorati sunt hæreticis.

Quid causæ est quod dicitis Christum, cœlestem, non humanam induisse carnem, cum Apostolus dicat: *Qui sanctificat et qui sanctificantur, ex uno omnes? Quam ob causam non erubescit*, inquit, *fratres eos appellare, dicens: Narrabo nomen tuum fratribus meis* [78]. *Ex uno* autem, quonam? ex Adam videlicet, **1013** juxta Lucæ genealogiam. Ac rursum: *Quia pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem* [79]. Atque ut cœlestis carnis adimat suspicionem, subjecit: *Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ: unde debuit per omnia fratribus similari* [80]. Et plurima ejusmodi. Sed Dominus, aiunt, dixit in Evangeliis: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui ex cœlo descendit Filius hominis, qui est in cœlo* [81]. Ac rursum Apostolus: *Primus homo de terra terrenus; secundus homo*, Dominus scilicet, *de cœlo cœlestis* [82]. Ecce enim utrobique cœlestis homo nominatur. Quibus respondemus: Cum Christus, qui duplex est naturis suis, unicus tamen sit hypostasi, quæ utriusque sunt naturæ sibi propria efficit. Et sicuti Apostolus cum dixit de iis qui Christum occiderunt: *Si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent* [83], nequaquam significat passam esse deitatem, quæ est Dominus gloriæ, sed rem assumptam; sic in hisce dictis ipsum Filium et Deum passum esse dicitur, ob unam deitatis hypostasin, quæ humanæ quoque naturæ hypostasis facta est; sed passum secundum humanam suam naturam, atque ex cœlo quidem descendisse, et nihilominus in cœlo esse, secundum hypostasin deitatis, Filium autem hominis esse secundum naturam postremo assumptam, post descensum ex cœlo. Ac rursum: idem Dominus propter unam hypostasin, secundus quidem homo secundum unitam humanitatem: ex cœlo autem, secundum divinitatem. Nisi enim unamquamque proprie intellexerimus, in repugnantia Apostolum conjiciemus. Quomodo enim per omnia similis nobis terrenis? Quomodo etiam frater noster, qui carne cœlesti indutus sit? Et sexcenta alia absurda hinc consequentur.

A *Τοῦ αὐτοῦ (Ἀθανασίου) κατὰ Οὐαλεντίνου, τὰ πολλὰ συμφώνου ὄντος τοῖς προδηλωθεῖσιν αἱρετικοῖς.*

Πῶς λέγετε Χριστὸν οὐρανίαν σάρκα περιβεβλῆσθαι, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνην, καίτοι τοῦ Ἀποστόλου φάσκοντος· *Ὁ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες;* Δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται, φησὶν, ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν, λέγων· *Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. Ἐξ ἑνὸς* δὲ, τίνος; Τοῦ Ἀδὰμ δηλονότι, κατὰ τὴν τοῦ Λουκᾶ γενεαλογίαν· καὶ πάλιν· *Ἐπεὶ τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ αὐτὸς παραπλησίως ἐπέσχε τῶν αὐτῶν.* Ἀναιρῶν δὲ καὶ τὴν ὑπόληψιν τῆς οὐρανίου σαρκὸς, ἐπήγαγεν· *Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος* B *Ἀβραάμ· ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι.* Καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Ἀλλ' ὁ Κύριος, φασὶν, εἴρηκεν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· *Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ·* καὶ ὁ Ἀπόστολος πάλιν· *Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ Κύριος, ἐξ οὐρανοῦ οὐράνιος.* Ἰδοὺ γὰρ ἀμφοτέρωθεν οὐράνιος ἄνθρωπος ὀνομάζεται. Πρὸς οὓς ἐροῦμεν, ὅτι ἐπεὶ διπλοῦς ὢν ταῖς φύσεσιν ὁ Χριστὸς, μοναδικός ἐστι τὴν ὑπόστασιν, ἰδιοποιεῖται τὰ τῆς ἑκατέρας φύσεως. Καὶ καθάπερ ὁ Ἀπόστολος εἰπὼν περὶ τῶν Χριστοκτόνων ὅτι· *Εἰ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν*, οὐ τὴν θεότητα πεπονθέναι φησὶν, ἥτις ἐστὶ Κύριος τῆς δόξης, ἀλλὰ τὸ C πρόσλημμα· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ῥητῶν τούτων αὐτὸς μὲν ὁ Υἱὸς καὶ Θεὸς πεπονθέναι λέγεται, διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν τῆς θεότητος, ἥτις καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει γέγονεν ὑπόστασις· πεπονθέναι δὲ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ μὲν καταβεβηκέναι, καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ εἶναι, κατὰ τὴν ὑπόστασιν τῆς θεότητος· Υἱὸν δὲ ἀνθρώπου εἶναι κατὰ τὴν ὕστερον προσληφθεῖσαν φύσιν, μετὰ τὴν ἐξ οὐρανοῦ κάθοδον. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς Κύριος διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν· δεύτερος μὲν ἄνθρωπος κατὰ τὴν ἡνωμένην ἀνθρωπότητα, ἐξ οὐρανοῦ δὲ κατὰ τὴν θεότητα· εἰ γὰρ μὴ νοήσωμεν ἑκάστην οἰκείως, ἐναντιολογίαις ὑποβαλοῦμεν τὸν Ἀπόστολον. Πῶς γὰρ κατὰ πάντα ὅμοιος ἡμῖν τοῖς γηΐνοις; Πῶς δὲ ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ σάρκα οὐρανίαν περι- D βεβλημένος; Καὶ ἄλλα δὲ μυρία ἄτοπα ἕψεται.

Ex Euthymii monachi Zygabeni, Orthodoxæ fidei dogmatica panoplia, e Græco translata per Petrum Franciscum Zinum Veronensem. Parisiis anno 1556.

Magni Athanasii, adversus illos, qui Christum unam esse dicunt naturam compositam. Licet enim postea ab Eutyche et Dioscoro monophysitis hæc hæresis fuerit prorogata, fuerunt tamen antea quidam, qui nefariæ istius opinionis semina projecerunt. Sanctus autem Maximus eam dicit Apollinarium disseminasse.

Quid argumentum illud, quo veluti ariete animas petunt? partem, inquiunt, essentiæ propriæ Deus fecit carnem assumptam. Ut eo pacto una

[78] Hebr. II, 11, 12. [79] ibid. 14. [80] ibid. 16, 17. [81] Joan. III, 13. [82] I Cor. XV, 47. [83] I Cor. II, 8.

Digitized by Google

utrumque essentia intelligatur, quæ impatibilis sit, quatenus Verbum est; patiatur autem partem carnis, quæ cum Verbo ad unam essentiam absolvendam concurrit. Hoc autem absurdum esse et maxime exsecrandum, facile quivis intelligat. Pars, inquiunt, divinæ essentiæ caro, et quod magis ridendum est, pars illius, qui nullas habet partes. Compositam faciunt, quæ simplex est. Nam si hæ mutuæ inter se partes ad unum aliquod concurrunt, compositum diversum ostenditur, quod e partibus constat differentibus. Præterea suscipit incrementum ex carne addita, quæ non in natura propria spectatur, sed pars est essentiæ carnem ipsam accipientis. Quin etiam ex his mutatio patet, cum Verbum amplius secundum æternam essentiam non maneat, sed aliud quiddam propter augmentum esse contingat. Deum naturam mutabilem, mutabilis naturæ partem constituis, et unam istam ex utraque novam compositionem et mutationem ostendis, adeo ut magna difficultas in animo oboriatur, cum nec quid inde sequatur videri queat, neque rei propositæ nomen reperiatur. Quo enim nomine unam ex utrisque essentiam appellemus? Verbum tantum? At carnis pars id non permittit. Carnem tantummodo? At id Verbi natura non concedit. Christumne? Dispensationis, non autem essentiæ, istud est nomen. Proh impiorum hominum insaniam, qui dum immutabilem audent essentiam tractare, proprio etiam nomine ipsum spoliarint! Ista enim ratione Filio ne illud quidem servabitur, ut ejusdem cum Patre sit essentiæ. Qui enim essentiæ propriæ accessionem, et mutationem ex alterius admittit admistione, is cum illo qui in eadem manet essentia, non est ejusdem essentiæ. Pater enim præter gloriam propriam in natura nihil possidet. Filius autem in natura carnem adjungit, ut carnis et Verbi una sit essentia, multum abesse deprehenditur ab eo, qui nullam accessionem ad essentiæ propriæ incrementum aut mutationem acceperit. Necesse igitur est, ut unam essentiam Verbi et carnis, non confusam agnoscas, aut in eorum qui Arium secuti sunt, errorem incidas, et illorum essentiæ diversitatem introducas, et sacris Domini vocibus adverseris, et magno cum periculo respuas illud : *Ego et Pater, unum sumus* [84]. Et, *Qui vidit me, Patrem vidit* [85]. Quomodo unum, ubi tanta differentia reperitur? Ut unus quidem ad finem usque mauserit, qualis ab omni æternitate creditur fuisse : alter autem carnis compositione propriam essentiam miscuerit, aut auxerit, aut per confusionem in aliud commutarit? **1014** Quomodo qui hunc videt, videt illum, si Patris quidem essentiam divinitas duntaxat indicat; Filii vero divinitas et humanitas, quæ unum quiddam natura sunt? Et Patris quidem essentia partem non habet quæ patiatur. Verbi autem natura, carnis partem habet quæ patiatur? Quid ista impietate magis nefarium? Unam essentiam dicere, et hanc in partes secare varias et differentes, et voces dicere contumeliosas, quæ rei propositæ accommodari nequeant, nisi perfectæ naturæ pars patibilis, et pars sit impatibilis; et pars patiatur, pars autem non patiatur; et pars vivat, et pars intereat. Magis profecto miserandum animal, cujus mortui dolores pars sensu percipiat. Siquidem unius essentiæ sit simul et interire et vivere. Sed rejiciatur hæc inanis doctrina. Nec partem naturæ simplicis, et quæ dividi non potest, accepimus. Nec quod est impatibile, parte quidem pati, parte autem non pati didicimus. Neque unius naturæ definitionem in duabus agnoscimus, neque diversæ, etsi nomen admisimus. Quæ quidem omnia constituere deprehenduntur, qui Verbum et carnem in unam essentiam convenisse dicunt. Quomodo igitur et caro sumpta est, et qui illam sumpsit non est immutatus? et qui cum illa conjunctus est, servat eamdem essentiam cum Patre suo? Quomodo ex carnis assumptione, et ex iis quæ per ipsam, sapienter supra quam dici potest, gesta sunt, non ad incrementum, aut mutationem essentiæ propriæ pervenit, sed ad communicationem naturalis dignitatis, quam arcanæ conjunctionis gratia perfecit? Aliud enim est dicere, duas naturas perfectas in unam personam convenisse, et aliud ex duabus partibus unam essentiam esse conflatam. Nam divinæ quidem essentiæ ratio simplex est, humanæ autem dispensationis miraculum duplex. Quare nec essentiæ simplicitas in varias partes secatur, neque duplex dispensationis ratio in unam conflatur essentiam. Qui enim fieri potest, ut quod æternum est, et quod est recens, in una considerentur natura? Num et sanguis et aqua fuit divinitatis essentia, quæ fontis instar defluxit e latere? Si ejusdem est et pati et non pati, necesse est et voluntates esse diversas, et non easdem actiones. Alia enim convenit formæ Dei, et alia formæ servi : alia templo, et alia inhabitanti Deo. Perpetuam igitur in unam essentiam introducunt seditionem, cujus essentiæ pars unum vult, pars aliud. Si una essentia, cur dicit : *Non quod ego volo, sed quod tu* [86]? Quomodo eadem est quæ fecit et quæ facta est? Quomodo eadem et omnia novit antequam fierent, et extremum diem et horam ignorat? Quomodo eadem et precatur et preces suscipit? Quomodo dicit : *Deus meus, Deus meus, cur me dereliquisti* [87]? Quis novit eamdem a seipsa naturam derelinqui, et seipsam, ut alium invocare, quæ quidem omnia naturam duplicem consequuntur? Verum quoniam et humanæ naturæ exemplum nos quidem ad pietatem confirmandam attulimus, alii autem ad eversionem detorquent, necesse est ut et de hoc item disseramus.

[84] Joan. x, 30. [85] Joan. xiv, 9. [86] Marc. xiv, 36. [87] Psal. xxi, 1; Matth. xxvii, 46.

Digitized by Google

Ejusdem adversus eosdem.

Ecce enim falsam alteram cum impietate ratiocinationem pepererunt. Quemadmodum, inquiunt, homo ex duobus consistens, una dicitur natura, sic etiam Dominum Christum ex Verbo et carne exsistentem, unam esse constat essentiam. Quod duo tantum inter se differentia perfectam unam nequeant essentiam conficere, et quæ non sit mutabilis, paucis antea demonstratum est. Quod autem exemplum hoc rei ab ipsis propositæ nihil prosit, statim ostendetur. Homo ex anima mente prædita, et corpore sensibus affecto animal jure censetur. Quoniam horum neutrum sine altero prius consistit, neque naturæ terminum conservat, cum exsistendi principium sumant ex utero, atque ita in vitam exeant, et unius animalis constitutionem efficiant. At Dominus Jesus non imperfectis e rebus exsistendi principium accipit, sed naturarum perfectarum in se principium ostendit. Atque illic quidem hominis partes sunt, anima et corpus : hic autem, neque caro pars Verbi est, neque Verbum pars carnis. Horum enim utrumque, priusquam conjungantur, perfectam naturam ostendit, ut nihil omnino neque divinitati ad rationem propriam, neque humanitati desit. Aliud enim est, duabus ex partibus essentiam absolvi, et aliud, duas essentias conjungi, quarum utraque perfecta sit. Quamobrem et forma Dei dicitur, et forma servi. In homine vero neque anima sola est homo, neque caro. Nam si harum altera reipsa perfecta foret natura, aliquid etiam sine altera perfecisset. Et hoc perspicuum est, non solum ex divinis legibus, verum etiam ex verbis humanis. Etenim, qui hæc profitentur, sic hominem definiunt, esse animal ratione præditum, mortale : ut ratione præditum ad animam, mortale spectet ad corpus. Sic utrumque unius esse personæ, non autem duarum censuerunt. Pari ratione et divina Scriptura hominem ipsum et ad imaginem Dei significat, propter animæ ratione præditæ excellentiam, et masculum appellat et feminam propter carnis proprietatem ; ut animam et corpus unius personæ, non autem duarum, partes esse declaret. Cur igitur hoc utuntur exemplo, quod nullam habet similitudinem ? Si enim duas personas perfectas ostenderent in unam conclusas essentiam, recte exemplum protulissent. Sed unius personæ duas partes dicentes, duas dicunt personas, cum Dominus Christus duo vocetur perfecta, et Deus et homo, propter utriusque perfectionem. Sic enim Servatoris Christi nomen nunc quidem solam ostendit divinitatem, utpote absolutam et perfectam, nunc autem humanitatem, quippe cujus perfectioni nihil desit. Nunc autem cum ipsa persona utraque duarum naturarum differentiam et perfectionem nova conjunctione suscipiat, illi quidem ad divinitatis mutationem et eversionem, humanitatem adhibuerunt : nos autem, ut ostenderemus et testaremur fieri posse ut duarum rerum congressus sit, et una persona. Nam si nihil prohibet quominus hominis natura duas habeat partes, ex quibus una consurgit persona, homo nimirum, qui ita constat ; quanto magis divina gratia valet efficere ut duæ naturæ perfectæ in conjunctionem minime confusam concurrant, nec tamen una singularis tollatur persona ? Quemadmodum autem cum audimus : *Unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia* [88], rerum omnium procreationem, ut par est, soli tribuimus divinitati, sic audientes : Unus patibilis Christus, conjunctæ carnis affectionem agnoscimus. Qui enim possimus ejusdem essentiæ et in eodem, imbecillitatem et virtutem intelligere ? *Spiritus*, inquit, *promptus, caro autem infirma* [89], non autem pars carnis, aut pars spiritus : et rursum : *Si enim*, inquit, *crucifixus est infirmitate, vivit ex virtute Dei* [90]. Cernis nomina et res, spiritus et caro, virtus et infirmitas, crux et vita, qui suscitat et qui suscitatur, qui exaltat et qui exaltatur. Cernis autem in una persona, non partium compositionem, sed perfectarum naturarum conjunctionem, qua non duæ una fiunt essentia, sed una dignitas et gloria declaratur. Non igitur naturarum negamus conjunctionem, sed in unam essentiam dicimus nunc confluxisse. Fieri non posse, ut duæ una fiant essentia, docet naturæ lex, docet et prædicationis ratio, suadet in omni rerum genere experientia ; aperte etiam ipse Dominus indicat, qui post resurrectionem suam non credentibus adhuc discipulis : *Palpate*, inquit, *me, et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere* [91]. *Palpate*, inquit, prius, ut ostenderet se spiritus non esse spectrum, quo spectantes deciperentur, sed corpus tactui resistens. Quis non videat naturarum proprietates, cum spiritus quidem carnem et ossa non habeat, quæ corpori adsunt ; et corpus quidem videatur, spiritus autem non cernatur ; corpus tactui sit obnoxium, spiritus autem sub tactum non cadat ? Quomodo igitur essentia una, cum tanta sit differentia ?

Ejusdem, adversus eosdem.

Quid dicitis ? Quid demonstratis ? Abit naturarum differentia ; et nullum earum indicium relinquitur ? Quomodo igitur subjectum appellabimus ? Verbumne solum ? Neque enim id quispiam carnem dixerit, qui eo nomine se illud putet honorare. At quomodo non ipsum afficitis contumelia, cum talem ipsius essentiam putatis esse, ut alteri liceat essentiæ procreatæ in eam commutari ? Quod enim a deterioribus capi potest commune multorum est, et non unius eximium. Cui autem id proprium est ut sit inaccessum, huic quomodo alterum adjungatur ? At non modo Verbum afficitis contumelia, verum etiam carnis personam tollitis. Cujus enim indicium amplius non relinquitur, hujus gloriam quomodo cognoscemus ? Si enim

[88] I Cor. VIII, 6. [89] Matth. XXVI, 41. [90] II Cor. XIII, 4. [91] Luc. XXIV, 39.

Digitized by Google

hominem, ostendentes quasi per digitum apostoli dixerunt : *Hunc Jesum quem vos crucifixistis, Christum et Dominum eum fecit Deus* [15]. Certissime itaque Dominicus homo et principium inquit viarum, principium omnium sanctorum qui appellati sunt via, et Dominus et Christus est, qui factus est et crucifixus.

Et paulo post, idem Gelasius : Athanasii episcopi Alexandrini, inquit, in libris *Adversus hæreticos :* Quæcunque igitur humilia verba et opera sunt, in corpore Jesu intellige scripta : quæcunque vero gloriosæ sunt litteræ, in Verbi divinitate (47). Quando esuriit post jejunium, corporis passio est : cum vero ex quinque panibus quinque millia virorum, præter mulieres et infantes, pascit, et duodecim sportæ fragmentorum remanent, opus Verbi divinitatis. Cum vero super cervicalem dormit in nave, corporeæ quietis est opus : cum ambulans supra mare, imperat fluctibus et ventis, *Quiesce, obtumesce* [16], mox audit ab his qui in navi cum jurejurando confessi sunt : Vere Dei filius es. Cum stans ad sepulcrum Lazari deflet, et venturus ad passionem dicit : *Tristis est anima mea usque ad mortem* [17], et anxiatur : spiritum quidem divinitate promptum ad omnem dispensationem dicit : carnem vero infirmam. Carnis vero infirmitas est contristari et mœstum esse. Quando imperative dicit : *Lazare, veni foras* [18], et surrexit vivens mortuus quatriduanus, quod factum non est a principio mundi, signum divinitatis est. *Hactenus Gelasius.*

Damascenus quoque, lib. De duabus in Christo voluntatibus, *edit. Basil., pag.* 484, *hunc ex Athanasio citat locum :*

Ἐν ἀρχῇ γὰρ πλάσας ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἐποίησεν αὐτὸν φύσιν ἀναμάρτητον καὶ θέλησιν αὐτεξούσιον· καθὼς, *inquit*, φησὶν ὁ ἱερὸς Ἀθανάσιος (48) A Cum enim in principio Deus effinxisset hominem, eum ex natura sua impeccabilem et voluntatis arbitrio sui ipsius dominum reddiderat, ut inquit sanctus Athanasius.

Idem, in orat. de defunctis sub finem, sic ait :

Εἶτα ὁ ἐν βίῳ καὶ λόγῳ περίβλεπτος (49), καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας θεμέλιος Ἀθανάσιος τάδε φησὶ περὶ τῶν ἐν Κυρίῳ νεκρῶν· ὅτιπερ διὰ τοῦτο τοὺς σωζομένους ὁ Θεὸς κεχάρισται, τὸ μέχρι τῆς κοινῆς ἀναστάσεως, ψυχικῶς ἀλλήλοις συνεῖναι καὶ συνευφραίνεσθαι, ἀπεκδοχὴν ἔχοντες τῶν μελλόντων αὐτοῖς ἀποκληροῦσθαι θείων δωρεῶν. Propterea conspicuus ille vita et moribus, solidumque Ecclesiæ Dei fundamentum Athanasius, hæc inter cætera de mortuis in Domino pronuntiabat, idcirco Deum iis, qui salutem consequuntur indulsisse, usque dum communis omnium resurrectio advenerit, ut inter se unum in locum anima convenientes collætentur, spem habentes quod futurorum tandem bonorum possessione fruituri sint.

Idem, in eodem sermone circa medium, ex Athanasii εἰς τοὺς κοιμηθέντας παναρμονίῳ (*ut vocat*) λόγῳ, *hæc affert :*

Ὅτι κἂν εἰς ἀστέρα ὁ ἐν εὐσεβείᾳ τελειωθεὶς καταταθῇ, μὴ ἀπαναίνου ἔλαιον καὶ κηροὺς, Χριστὸν τὸν Θεὸν ἐπικαλεσάμενος, ἐν τῷ τάφῳ προσάψαι. Δεκτέα γὰρ ταῦτα τῷ Θεῷ, καὶ πολλὴν ἐξ αὐτοῦ φέροντα τὴν ἀντίδοσιν. Τὸ γὰρ ἔλαιον καὶ ὁ κηρὸς ὁλοκαύτωσις. Ἡ δέ γε ἀναίμακτος θυσία ἐξιλασμός. Ἡ δὲ πρὸς τοὺς πένητας εὐποιία προσθήκη πάσης ἀγαθῆς ἀντιδόσεως. B Licet ad astra qui cum pietate consummatus est repositus fuerit, ne deneges oleum et cereos, Christo Deo invocato, ad sepulcrum accedere. Accepta quippe Deo isthæc sunt, magnamque ab illo referunt retributionem. Nam oleum et cera ceu holocaustum sunt. Sacrificium incruentum est propitiatio. Largitio autem pauperibus facta, accessio est omnis optimæ retributionis.

Fronto Ducæus, Burdegalensis, in collectaneis quorum jam meminimus, notat apud D. Thomam Aquinatem in libro contra errores Græcorum *mentionem fieri thecæ seu voluminis Athanasii in Joannem. Et addit idem :* « *In* Epitome Biblioth. Gesneri *liber* De fide catholica *dicitur exstare Viennæ apud Lazium.* » *Hæc Felckmannus. Verum jam bene multos Athanasii* De fide catholica *libellos edidimus, quorum quidam fortasse iste est a Frontone Ducæo memoratus.*

[15] Act. II, 36. [16] Marc. IV, 38, 39. [17] Matth. XXVI, 38. [18] Joann. XI, 43.

(47) His similia habentur in *Epist. ad Epictetum*, et in libris *contra Apollinarium*.

(48) Et sunt loca similia initio *Orat. contra gentiles*, pag. 2, 3 et 4, ut et *De Incarnat.* pag. 49, 50, vix tamen totidem verbis.

(49) De hujus loci sententia fuse in Præfatione generali.

Digitized by Google

MONITUM.

1025 *Fragmenta subsequentia, a viro clarissimo Jacobo Milio, principali Collegii Sancti Edmundi Oxoniensis, nobis transmissa, nimirum* χρυσέα χαλκείοις *immista, ut oblata nobis sunt edi curavimus. Primum autem opusculum, de novem Herodis morbis, si non aperte spurium, admodum suspectum videtur in quo sunt pleraque* μυθώδη. *De novem Herodis morbis, vide t.* II [IV]. *Nec minore suspicione laborat secundum.*

ATHANASII ALEXANDRINI, EX INTERPRETATIONE IN MATTHÆUM.

De novem insanabilibus morbis quibus Herodes afflictus interiit.

Mortuo Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto dicens: Surgens accipe puerum et matrem ejus, et vade in terram Israel: mortui sunt enim qui quærebant animam pueri [19]. Erant autem qui Jesum occidere quærebant Herodes et Antipater filius ejus. Interiit autem Antipater gladio transverberatus in carcere. Deprehensum quippe fuit ipsum veneficum esse, et fratres suos Alexandrum et Aristobulum insidiis oppressisse. Ipse quoque Herodes mortem obiit, corpore ejus variis ac diversis morbis tradito. Primo, febris ipsi inerat fornace ardentior. Secundo, intolerabilis prurigo per totam corporis superficiem. Tertio, frequentes viscerum cruciatus. Quarto, pedum tumores quasi aqua intercuti distenti fuissent. Quinto, ventriculi tumida inflammatio. Sexto, in verendis putredo vermes generans. Septimo, ad hæc, orthopnœa, ut non posset nisi erecta cervice respirare. Octavo, difficultas anhelitus. Nono, convulsiones omnium membrorum. Sunt autem morbi numero novem. Febris autem inerat fornace ferventior, quia ardebat libidinis et fornicationis morbo. Prurigine intolerabili laborabat, quia obtemperabat magistris qui auribus prurientes erant. Viscerum cruciatibus torquebatur assidue, quia non psallebat illud: *Benedic, anima mea, Domino, et omnia interiora mea nomini sancto ejus* [20]. Pedum tumoribus quasi aqua intercuti distentus, quia contemnebat puram et non turbidam aquam fontis salientis in vitam æternam. Ventriculi tumida inflammatio, quia erat impotens iræ et immisericors in subditos. Verenda autem ejus vermes gignebant, quia intemperantia equos emissarios imitabatur. Orthopnœa tenebatur, quia non surgebat diluculo ad Dominum adorandum qui ipsi regiam tradiderat dignitatem. Anhelitu laborabat, quia non respiraverat odoramentum charitatis, sed fœtorem belli inexpiabilis. Omnia autem membra ejus convulsione afficiebantur, quia et ipse omnes pueros qui erant in Bethlehem convulserat: qua autem mensura mensus quispiam fuerit, merito eadem de cœlo remetietur ipsi. *Per quæ enim quis peccaverit, per hæc et punietur* [21]. Hunc itaque

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ, ΕΚ ΤΗΣ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΥ,

Περὶ τῶν ἐννέα ἀνιάτων παθῶν τῆς τοῦ Ἡρώδου τελευτῆς

A *Τελευτησαντος Ἡρώδου, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ λέγων· Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ· τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου.* Ἦσαν δὲ οἱ ζητοῦντες θανατῶσαι τὸν Ἰησοῦν οἱ περὶ τὸν Ἡρώδην τὸν βασιλέα καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀντίπατρον. Ἀπέθανε δὲ ὁ μὲν Ἀντίπατρος ἐν ῥομφαίᾳ διαπαρεὶς ἐν τῇ φυλακῇ, ἀπελεγχθεὶς φαρμακὸς καὶ ἐπίβουλος τῶν ἰδίων ἀδελφῶν, Ἀλεξάνδρου καὶ Ἀριστοβούλου· ὁ δὲ Ἡρώδης καὶ αὐτὸς καταστρέφει τὸν βίον, τοῦ σώματος αὐτῷ διαμερισθέντος εἰς διάφορα καὶ ποικίλα πάθη. Α', πυρετὸς γὰρ ἦν αὐτῷ καμίνου ἐνεργέστερος· Β', κνησμός τε ἀφόρητος τῆς ἐπιφανείας ὅλης· Γ', τῶν ἐντὸς συνεχεῖς ἀλγηδόνες· Δ', περὶ τοὺς πόδας B ὡς ὑδρωπιῶντος οἰδήματα· Ε', τοῦ ἥτρου φλεγμονὴ ὑπέρογκος· Ϛ', διὰ τοῦ μέλους τῆς αἰσχύνης σηπεδὼν γεννῶσα σκώληκας· Ζ', πρὸς τούτοις ὀρθόπνοια· Η' δύσπνοια· Θ', καὶ σπασμοὶ πάντων τῶν μελῶν. Καί εἰσι τὰ πάθη τὸν ἀριθμὸν ἐννέα. Πυρετὸς μὲν ἦν ἐπ' αὐτῷ καμίνου ἐνεργέστερος, ἐπειδὴ ἐξεκαίετο τοῖς πάθεσιν εἰς τὴν ἀθέμιτον πρᾶξιν τῆς μοιχείας. Ὁ δὲ κνησμὸς ἦν ἐπ' αὐτῷ ἀφόρητος, διὰ τὸ πείθεσθαι αὐτὸν τῶν κνηθομένων διδασκάλων τὴν ἀκοὴν πρὸς ἀπάτην. Τῶν ἐντὸς δὲ τὰς συνεχεῖς ἀλγηδόνας, ἐπεὶ οὐκ ἔψαλλεν· *Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἐντός μου τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ.* Περὶ δὲ τοὺς πόδας οἰδήματα ὑδρωπιῶντος, ἐπειδὴ ἐξουθένει τὸ καθαρὸν καὶ ἀθόλωτον ὕδωρ τῆς ἁλλομένης πηγῆς εἰς ζωὴν αἰώνιον. Τοῦ δὲ ἥτρου ἡ ὑπέρ- C ογκος φλεγμονή, διὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν αὐτὸν ἐν τῇ τοῦ θυμοῦ φλεγμονῇ κρατητὸν, καὶ ἀνελέμονα εἰς τοὺς ὑποχειρίους. Τὸ δὲ τῆς αἰσχύνης αὐτοῦ μέλος ἐγέννα σκώληκας, ἐπειδὴ ἐν τῇ ἀκολασίᾳ ἐζήλου τοὺς θηλυμανεῖς ἵππους. Ἡ δὲ ὀρθόπνοια αὐτὸν κατεῖχε διὰ τὸ μὴ ὀρθρίζειν αὐτὸν εἰς προσκύνησιν τοῦ δόντος αὐτῷ Κυρίου τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα. Ἡ δὲ δύσπνοια, ἐπεὶ οὐκ ἔπνεε τὸ μύρον τῆς ἀγάπης, ἀλλὰ τῆς δυσωδίας τοῦ ἀκηρύκτου πολέμου. Πάντα δὲ τὰ μέλη αὐτοῦ ἐσπῶντο, διὰ τὸ καὶ αὐτὸν πάντα τὰ παιδία σπᾶσαι τὰ ὄντα ἐν Βηθλεέμ. ὯΙ δὲ μέτρῳ μετρεῖταί τις, τούτῳ ἀντιμετρεῖται οὐρανόθεν δικαίως. *Δι' ὧν δὲ καί τις*

[19] Matth. II, 19, 20. [20] Psal. CII, 1. [21] Sap. XI, 17.

Digitized by Google

ἁμαρτάνει, διὰ τούτων καὶ κολάζεται. Τοῦτον τοί- A
νυν τὸν Ἡρώδην ὁ μὲν Ἰώσηπος λέγει κατὰ πατέρα
εἶναι τὸ γένος Ἰδουμαῖον, Ἀράβιον δὲ κατὰ μητέρα·
ὁ δὲ Ἀφρικανὸς καὶ οἱ κατ' αὐτὸν ἀκριβοῦντες Ἀν-
τιπάτρου μὲν εἶναι υἱόν· τὸν δὲ Ἀντίπατρον ἐσχηκέ-
ναι πατέρα Ἡρώδην Ἀσκαλωνίτην, ἱερόδουλον τοῦ
νεὼ τοῦ Ἀπόλλωνος. Τὸν δὲ Ἀντίπατρον τὸν υἱὸν
αὐτοῦ, παιδίον ὄντα, αἰχμαλωτισθῆναι παρὰ τῶν
λῃστῶν Ἰδουμαίων· τὸν δὲ πατέρα αὐτοῦ Ἡρώδην
μὴ δυνηθῆναι δοῦναι λύτρα ὑπὲρ αὐτοῦ· ἐντραφεὶς
οὖν τοῖς τῶν Ἰδουμαίων ἔθεσιν, Ἰδουμαῖος ἐνομίσθη
εἶναι, ὢν Ἀσκαλωνίτης. Εἶχε δὲ καὶ τότε Αὔγουστος
ἐν τῇ βασιλείᾳ ἔτος πέμπτον καὶ τεσσαρακοστὸν, ὑπατεύοντος Σιλουανοῦ, πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἰανουα-
ρίων.

Herodem ait Josephus paterno quidem genere Idumæum, materno Arabem. Africanus autem, et qui perinde atque ille sedulo conscripserunt, aiunt illum Antipatri filium, Antipatrum vero patrem habuisse Herodem Ascalonitem ædituum templi Apollinis; Antipatrum autem filium ejus, dum puer esset, captum a latronibus Idumæis, cum non posset pater ejus Herodes redemptionis pretium solvere, Idumæorum moribus educatum, pro Idumæo habitum fuisse, licet Ascalonita esset. Agebat tunc Augustus imperii annum quintum supra quadragesimum, consule Sylvano, octavo Kalendas Januarii.

Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας, περὶ ψευδοπροφητῶν. B

1026 *Athanasii Alexandrini, de falsis prophetis.*

(50) Εἶπεν ὁ Κύριος· *Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευ-*
δοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐν-
δύματι προβάτου, ἔνδοθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες·
ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. Ἐὰν
οὖν τινα ἴδῃς, ἀδελφὲ, ὅτι ἔχει σχῆμα σεμνοπρεπὲς,
μὴ πρόσχῃς, ὅτι ἐνδέδυται κώδιον προβάτου, ὅτι ὄνο-
μα ἔχει πρεσβυτέρου, ἢ ἐπισκόπου, ἢ διακόνου, ἢ
ἀσκητοῦ, ἀλλὰ τὰς πράξεις αὐτοῦ περιέργασαι· εἰ
ἔστι σώφρων, εἰ ἔστι φιλόξενος, ἢ ἐλεήμων, ἢ ἀγα-
πητικὸς, ἢ ἐν προσευχαῖς καρτερικὸς, ἢ ὑπομονητι-
κός. Εἰ ἔχει κοιλίαν θεὸν, καὶ τὸν φάρυγγα ᾅδην,
νοσῶν χρήματα, καὶ καπηλεύων τὴν θεοσέβειαν, ἄφες
αὐτόν· οὐ γάρ ἐστι ποιμὴν ἐπιστημονικὸς, ἀλλὰ λύκος
ἁρπακτικός. Εἰ δὲ οἶδας τὰ δένδρα δοκιμάζειν ἀπὸ
τῶν καρπῶν, ποῖά ἐστι τῇ φύσει, τῇ γεύσει, τῇ πιό-
τητι· πολλῷ μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἔργων ὀφείλεις δοκιμά-
ζειν τοὺς Χριστεμπόρους, ὅτι, φοροῦντες φημάριον
εὐλαβείας, ψυχὴν κέκτηνται διαβολικήν. Εἰ δὲ καὶ
ἀπὸ ἀκανθῶν οὐ συλλέγεις σταφυλὰς, ἢ ἀπὸ τριβόλων
σῦκα, τί ὑπολαμβάνεις, ὅτι ἀπὸ παραβατῶν ἔχεις τι
ἀγαθὸν ἀκοῦσαι, ἢ ἀπὸ προδοτῶν μαθεῖν τι χρήσιμον;
Ἐκείνους τοίνυν ἀποστρέφου ὡς λύκους Ἀραβικοὺς,
καὶ ἀκάνθας παρακοῆς, καὶ τριβόλους ἀδικημά-
των (51), καὶ δένδρα πονηρά. Ἐὰν ἴδῃς συνετὸν, κατὰ
τὴν συμβουλεύουσαν σοφίαν, ὄρθριζε πρὸς αὐτὸν, καὶ
σταθμοὺς θυρῶν αὐτοῦ ἐκτριβέτω ὁ ποῦς σου, ἵνα
παρ' αὐτοῦ διδαχθῇς νόμου σκιαγραφήματα, καὶ χα-
ρίτων δωρήματα. Οὔτε δὲ λόγος σοφιστικὸς, ἢ σχῆμα
ἐπιθετικὸν εἰσάγουσιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρα- D
νῶν, ἀλλὰ πίστις τελεία καὶ ἀπερίεργος μετὰ τῆς
ἐναρέτου καὶ διαλαμπούσης προνοίας.

Ait Dominus: *Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimento ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos*[22]. Si itaque quempiam videris, o frater, qui sit honesto indutus vestimento, ne attendas, etiam si ovis pelle indutus sit, et nomen habeat presbyteri, aut episcopi, aut diaconi, aut ascetæ; sed ejus opera curiosius inquire: num sit temperans, num hospitalis, num misericors: an charitatem habeat, an perseveret in orationibus, an sit patiens. Si deum ventrem habeat, et guttur infernum, divitiarum cogendarum morbo laborans, pietatem pro quæstu habens, dimitte illum: non est enim pastor peritus, sed lupus rapax. Si autem nosti arbores ex fructibus probare, quænam scilicet sint, natura, gustu, pinguedine, multo magis ex operibus periculum facere debes eorum qui Christo ad quæstum utuntur, quia dum aliquam sanctitatis famam præferunt, animam possident diabolicam. Quod si ex spinis non colligis uvas, nec ex tribulis ficus, quid opinaris posse te ex prævaricatoribus quidpiam boni audire, aut ex proditoribus quidpiam utile ediscere? Illos itaque aversare ut lupos Arabicos, et spinas inobsequentiæ, tribulosque iniquitatis, et arbores malas. Si videris sapientem aliquem, juxta Sapientiæ consilium, mane vigila ad illum, et stationes portarum ejus terat pes tuus, ut ab eo ediscas legis umbras, gratiarum dona. Neque enim sophisticus sermo, et habitus modestus introducunt in regnum cœlorum; sed fides perfecta ac minime curiosa, cum prudentia virtutis plena et conspicua.

Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας. Πῶς νοητέον τό·
« Ὁ ἐμβλέψας γυναῖκα, » κ. τ. λ.

Athanasii Alexandrini. Quo pacto intelligendum illud: « *Qui respicit mulierem,* » etc.

(52) Μοιχεύει γυναῖκα τῇ καρδίᾳ ἐκεῖνος, ὁ συν-
διατιθέμενος τῇ πράξει· ἀπεκώλυσε δὲ τὸν τοιοῦτον
ἀπὸ τῆς παρανόμου καὶ ἀθεμίτου κοινωνίας, ἢ τόπος,
ἢ χρόνος, ἢ φόβος τῶν Ῥωμαϊκῶν νόμων. Ὅτι δὲ
πολλοὶ, μὴ δράσαντες τὴν ἀσέβειαν, ὡς μοιχοὶ ἐκο-
λάσθησαν, ῥᾴδιως ἐστὶ τοὺς πάντας πληροφορηθῆναι

Mœchatur corde cum muliere qui perficiendo operi consensit, sed ab illicito et pravo congressu prohibuit eum aut locus aut tempus, aut metus Romanarum legum. Quod autem multi qui exterius in peccatum proruperunt, quasi mœchi supplicio affecti fuerint, facile est id omnibus palam facere ex

[22] Matth. VII, 15.

(50) Ibid. f. 150.
(51) Ms. ἀδικήματα.

(52) Ibid. f. 178.

Digitized by Google

Holopherne. Nam cum fœdum opus peragere gestiret, Judith, ceu lex quædam justitiæ, districto gladio caput ejus abscidit, postquam ad opem et patrocinium sui legum datorem Deum et continentiæ adjutorem invocasset. Eodem quoque modo duo presbyteri, cum Susannæ dixissent : *In concupiscentia tui sumus* [23], etiamsi facinus non perpetrassent, ut mœchi plexi sunt, et morte multati. Si itaque hoc tempore quispiam sit hujusmodi intemperans, lascivus, alienas uxores appetens, is animo fornicatur. Nam qui in affectus suos imperium habet, si purus sit a quopiam delicto et ab obscenis dictis, hic non est mœchus, sed passiones cohibens, divino metu reprimens voluptatum impetum, quasi decumanum maris fluctum a solida et prævalida petra repressum.

A ἐκ τοῦ Ὀλοφέρνους. Σπεύδοντος γὰρ δρᾶσαι τὸ μύσος, ἡ Ἰουδήθ, ὡς νόμοι δικαιοσύνης, σπασαμένη τὸ ξίφος, ἀπέτεμεν αὐτοῦ τὴν κεφαλήν, ἐπικαλεσαμένη εἰς βοήθειαν καὶ ὑπερασπισμὸν τὸν δοτῆρα τῶν νόμων Θεὸν καὶ συνεργὸν τῆς σωφροσύνης. Ὡσαύτως καὶ οἱ δύο πρεσβύτεροι, εἰρηκότες τῇ Σωσάννῃ, *Ἰδοὺ ἐν ἐπιθυμίᾳ σού ἐσμεν*, καίπερ τοῦτο μὴ πράξαντες, ὡς μοιχοὶ ἐκολάσθησαν, καὶ τὴν ζημίαν ἔσχον θάνατον. Ἐὰν οὖν καὶ ἄρτι τίς ἐστι τοιοῦτος, ἀκόλαστος, ἀκρατὴς, ἐπιθυμῶν ἀλλοτρίων γυναικῶν, κατὰ διάνοιαν μοιχεύει. Ὁ γὰρ ἡγεμονεύων τῶν παθῶν, καθαρεύων ἀπὸ ὀφλήματος, ἀπὸ αἰσχρολογίας, οὗτος οὐκ ἔστι μοιχὸς, ἀλλὰ παθοκρατορικὸς, ἀναστέλλων τὸ ἐπαχθὲς τῆς ἡδονῆς τῷ θεϊκῷ φόβῳ, ὡς κῦμα θαλάσσιον ἀνακοπτόμενον ὑπὸ ἰσχυρᾶς καὶ στερεᾶς πέτρας.

B

Athanasii Alexandrini. Interpretatio in illud : « Laudate Dominum de terra, dracones et omnes abyssi [25].»

Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας. Ἑρμηνεία εἰς τό· « *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῆς γῆς, δράκοντες καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι.* »

Postquam jussit Spiritus sanctus cœlestibus ordinibus ut Dominum laudibus celebrent, sermonem transfert ad terrena, idipsumque jubet. Cum tres autem sint ordines, cœlestium nempe, terrestrium et infernorum, qui genuflectunt **1027** Jesu, cœlestes quidem ordines præcedentibus verbis ad hymnum utuntur : terrestres autem dicendo : *Principes et omnes judices terræ : juvenes et virgines* [26]. Antequam autem eorum mentionem faciat, ad inferna vertitur, quæ per dracones et abyssos significat. Nam et ipsæ quoque illorum olim gigantum animæ, qui olim increduli fuerant et bellum gesserant C adversus Deum, per dracones significantur. Imo vero ipsa quoque multitudo hominum toto orbe contentorum, quæ primis sæculis exstitere, et morte detenti sunt, genua flectunt, utpote liberati ab illa : *Dixit enim iis qui in vinculis erant, Exite, et iis qui in tenebris...* [27]. Quapropter et ipsi ad hymnum vocantur cum principibus illorum, et cum præstantibus viris. Quod autem ii qui olim increduli fuerant et Deo restiterant liberati fuerint, id Petrus in Catholicis subindicavit dicens : *In quo et ii qui in inferno erant spiritibus veniens prædicavit, qui increduli fuerant aliquando* [27].

(53) Παρακελευσάμενον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς ἐν οὐρανοῖς τάγμασιν αἰνεῖν τὸν Κύριον, μεταφέρει τὸν λόγον τοῖς ἐπιγείοις παρακελευόμενον. Τριῶν δὲ ὄντων ταγμάτων, ἐπουρανίων, ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, τῶν καμπτόντων γόνυ τῷ Ἰησοῦ, τὰ μὲν οὐράνια διὰ τῶν προειρημένων ἐπὶ τὸν ὕμνον τρέπονται· τὰ δὲ ἐπίγεια διὰ τοῦ εἰπεῖν· *Ἄρχοντες καὶ πάντες κριταὶ γῆς· νεανίσκοι καὶ παρθένοι.* Πρὶν δὲ τούτων μνήμην ποιῆσαι, ἐπὶ τὰ καταχθόνια τρέπεται, ἃ διὰ τῶν δρακόντων καὶ τῶν ἀβύσσων σημαίνεται. Καὶ αὐταὶ γὰρ αἱ πάλαι τῶν γιγάντων ἐκείνων ψυχαὶ, τῶν ἀπειθησάντων ποτὲ καὶ πολεμησάντων Θεῷ, αἱ διὰ τῶν δρακόντων σημαίνονται. Καὶ μὴν καὶ τὸ ἄλλο πᾶν πλῆθος τῆς οἰκουμένης, τὸ ἐν ταῖς προτέραις μὲν ὑπάρξαν γενεαῖς, κατασχεθὲν δὲ θανάτῳ, κάμπτουσι γόνυ, ἅτε ἐλευθερωθέντες ἀπ' αὐτοῦ· *Εἴρηκε γὰρ τοῖς ἐν δεσμοῖς, Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει....* Διὸ καὶ αὗται ἐπὶ τὸν ὕμνον καλοῦνται σὺν τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν γινομένοις καὶ μεγάλοις ἀνθρώποις. Ὅτι δὲ οἱ ποτὲ ἀπειθήσαντες καὶ ἀντάραντες Θεῷ ἠλευθέρωνται, ὁ Πέτρος ἔγνωκε, ἐν Καθολικαῖς εἰπών· *Ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν ᾅδου πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν, ἀπειθήσασί ποτε.*

Ms. cod. Græcus bibliothecæ Vaticanæ num. 790, *in-12 spisso, et in charta papyracea, videtur habere* 400 *annos : est eleganti manu, et minusculis litteris exaratus. Est collectio diversorum fragmentorum operum sanctorum Patrum. Tale fragmentum inter alia reperitur :*

Magni Athanasii, ex sermone contra hæreses.

D Τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, ἐκ τοῦ κατὰ αἱρέσεων.

Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo : sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens [28]. Duas habet formas, eas retine, neutram adulteres. Neque enim, homo cum sit Filius Dei et Deus, formam Dei destruxit ; neque, Deus cum sit, humanam formam recusavit. Quandoquidem igitur duas habet formas, domini scilicet et servi : aliam natura divinam, aliam natura

Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσον Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. Δύο ἔχει μορφὰς· κράτει ταύτας, μήθ' ἑτέραν παραχαράξῃς. Οὔτε γὰρ ἄνθρωπος ὢν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς, ἠφάνισε τὴν θεϊκὴν μορφήν· οὔτε Θεὸς ὢν, παρῃτήσατο τὴν ἀνθρωπίνην μορφήν. Ἐπεὶ οὖν δύο ἐχόμενος μορφὰς, τὴν δεσποτικήν φημι, καὶ τὴν δουλικήν· τὴν μὲν φύσει θεϊκὴν,

[23] Dan. XIII, 20. [25] Psal. CXLVIII, 7. [28] ibid. 11, 12. [26] Isa. XLIX, 9. [27] I Petr. III, 19, 20. [28] Philipp. II, 6, 7.

(53) In eodem codice, f. 154. Est fortasse pars Expositionum in psal. CXLVIII.

Digitized by Google

τὴν δὲ φύσει ἀνθρωπίνην, τὴν μὲν πρὸ αἰώνων, τὴν δὲ ἐξ ὑστέρων χρόνων· τὴν μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, τὴν δὲ ἐκ τῆς Παρθένου· τὴν μὲν ἐκ μόνου, τὴν δὲ ἐκ μόνης· ἐπεὶ δύο ταύταις ὑφέστηκε πράγματα, δύο ἐν ἑνί. Οὔτε γὰρ διαιροῦμεν τὸν Θεὸν Λόγον ἀπὸ τοῦ σώματος, οὔτε δύο οἴδαμεν Υἱοὺς, καὶ Χριστοὺς, ἀλλὰ τὸν πρὸ αἰώνων Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ὑστέροις καιροῖς ἄνθρωπον ἐξ αὐτῆς μήτρας τῆς Παρθένου γενόμενον τέλειον· ὡς γὰρ ὁ γεννήσας Πατὴρ τέλειον ἐγέννησεν Υἱὸν, οὕτως αὐτὸς καὶ εἷς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Πατρὸς, τὸν τελείως ἀπολλύμενον ἄνθρωπον σῶσαι βουλόμενος, τέλειος ἐγένετο ἄνθρωπος· ἵν' ἅμα τὸ ἔξωθεν σώσας, τὸ ἔσωθεν προδεδομένος ἐάσῃ. Οὐδὲ γὰρ σῶμα ἀναλαβὼν εἶασε τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν καὶ νοῦν ἀνέλαβεν.

A humanam; aliam ante sæcula, aliam novissimis temporibus; aliam ex Patre, aliam ex Virgine; aliam ex solo, aliam ex sola, atque ex hisce duabus constans rebus, duo in uno sunt. Neque enim dividimus Deum Verbum a corpore, neque duos novimus Filios et Christos; sed Filium Dei ante sæcula in postremis temporibus hominem, ex ipsa vulva Virginis editum perfectum. Quemadmodum enim qui ipsum genuit Pater perfectum genuit Filium, ita et ipse unus Filius et Verbum Patris, hominem qui funditus perierat salvum facere cupiens homo perfectus effectus est; ut simul exteriorem salvum faciens, interiorem minime negligeret. Neque enim assumpto corpore animam reliquit, sed et animam B et mentem assumpsit.

MONITUM IN SEQUENS FRAGMENTUM.

Meminerit eruditus lector, Athanasium in Historia Arianorum ad monachos *frequenter agere de episcopis Meletianis, Simoniacis Arianisque, imo ethnicis aliisque magnorum criminum reis, totam Ægyptum in postrema Constantii persecutione occupantibus. Ita ut vix quisquam esset in Alexandrino patriarchatu quin vel Arianus Meletianusve esset, vel Arianis partibus simulate hæreret. Hos aversari atque a cœtu suo pellere Catholicis jubet Athanasius, si tamen illius sit hoc* ἀποσπασμάτιον, *quod verisimile est: nam ejus tempori hæc congruere opinamur, licet excerpti brevitas rem definiendi adimat facultatem. Videmus sane Oxyrinchi cives catholicos, quod eorum episcopus Theodorus sese in Arianorum castra conjecisset, ab ejus communione recessisse, aitque Athanasius omnes per Ægyptum populos a scelestis hujusmodi præsulibus abhorruisse* (54). *Prodit autem hoc fragmentum ex codice Vaticano, num.* 392, *membranaceo optimæ notæ, nobisque a fratribus nostris Roma transmissum est.*

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου τοῦ Μεγάλου.

C *Sancti Athanasii Magni.*

Βαδίζοντες δὲ τὴν ἁπλανῆ καὶ ζωηφόρον ὁδὸν, ὀφθαλμὸν μὲν ἐκκόψωμεν σκανδαλίζοντα· μὴ τὸν αἰσθητὸν, ἀλλὰ τὸν νοητόν· οἷον ἐὰν ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ πρεσβύτερος, οἱ ὄντες ὀφθαλμοὶ τῆς Ἐκκλησίας, κακῶς ἀναστρέφωνται καὶ σκανδαλίζωσι τὸν λαὸν, χρὴ αὐτοὺς ἐκβάλλεσθαι. Συμφέρον γὰρ ἄνευ αὐτῶν συναθροίζεσθαι εἰς εὐκτήριον οἶκον, ἢ μετ' αὐτῶν ἐμβληθῆναι, ὡς μετὰ Ἄννα καὶ Καϊάφα, εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Ὁμοίως καὶ ἡ χεὶρ ὁ διάκονος, ἐὰν ἀνάξιόν τι πράττῃ, χωριζέσθω τοῦ θυσιαστηρίου.

Incedentes autem in via nulli errori obnoxia et vivifica, oculum eruamus si nobis **1028** offendiculo sit, non quidem sensibilem illum, sed spiritualem: ut si, verbi causa, episcopus aut presbyter qui sunt Ecclesiæ oculi, improbe versentur et populum scandalizent, abjiciendos oportet. Præstat enim in domo orationis, absque illis agere conventus, quam cum illis injici, quasi cum Anna et Caipha, in gehennam ignis. Similiter, si diaconus qui pro manu habetur indignum quid egerit, ab altari segregetur.

Ex Chronico Paschali, pag. 4 postremæ editionis.

Καὶ Ἀθανάσιος δὲ ὁ μέγας τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας φωστὴρ, ἐν τῇ μνημονευθείσῃ πρὸς Ἐπιφάνιον ἐπίσκοπον ἐπιστολῇ διδάσκει λέγων οὕτως·

Οὐκοῦν ὥσπερ συνήθλησας, καὶ συνεχάρης, οὕτω καὶ τοῦ μέμφεσθαι παῦσαι· καὶ μᾶλλον εὔχου ἵνα τοῦ λοιποῦ ἡ μὲν Ἐκκλησία βεβαίαν τὴν εἰρήνην ἔχῃ, καὶ παύσωνται αἱ αἱρέσεις τῆς μιαιφόνου προαιρέσεως· παύσωνται δὲ καὶ οὗτοι φιλονεικοῦντες, οἱ ἐφευρόντες ἑαυτοῖς ζητήματα, προφάσει μὲν τοῦ σωτηριώδους Πάσχα, ἔργῳ δὲ τῆς ἰδίας ἔριδος χάριν μάλιστα· ὅτι, ἐξ ἡμῶν εἶναι δοκοῦντες καὶ Χριστιανοὶ αὐχοῦντες λέγεσθαι, ζηλοῦσι τούτων προδεδωκότων Ἰουδαίων. Ὁποία γὰρ αὐτοῖς καὶ πιθανὴ ἀπολογία γένοιτ' ἂν ἄρα, ἐπειδὴ γέγραπται· *Τῇ δὲ πρώτῃ τῶν Ἀζύμων,*

Et Athanasius magnum illud Ecclesiæ Alexandrinæ luminare in superius memorata ad Epiphanium epistola hæc docet his verbis:

Itaque sicut certaminum et gaudii consors fuisti, ita finem querelarum facito; imo potius precare ut deinceps Ecclesia firma pace fruatur, et hæreses a nefario proposito cohibeantur; et hi jurgia compescant, qui sibi quæstiones excogitarunt, obtentu quidem salutaris Paschatis, revera autem rixandi maxime causa. Nam cum ex nostrorum numero videantur esse, et Christianorum nomine glorientur, proditores Judæos æmulantur. Et quænam ipsis consentanea defensionis ratio suppetat, cum scriptum sit: *Prima autem die Azymorum, et qua oportebat*

(54) In *Vita Athanasii*, anno 356, n. 23.

Digitized by Google

occidere Pascha [30]. At enim tunc sane pulchre factum est; nunc autem ut scriptum est: *Semper errant corde* [30]. A καὶ ἐν ᾗ ἔδει θύειν τὸ Πάσχα. Ἀλλὰ ἐγίνετο τότε καλῶς· νυνὶ, κατὰ τὸ γεγραμμένον· Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ.

Exstat item fragmentum epistolæ ad Antiochenos, diversæ ab ea quam superius edidimus, in concilio Lateranensi t. VI *Conciliorum*, pag. 301.

Ejusdem (Athanasii) ex dogmatica ad Antiochenos epistola.

Quapropter Verbum quidem Deus esse prædicatur; hominis vero genealogia texitur, ut idem ipse naturaliter ac vere utrumque sit: Deus quidem quod ad æternitatem et naturæ opificium spectat; homo autem quod attinet ad generationem ex muliere et ad augmentum staturæ ætatisque: ac Deus quidem secundum vivificas operationes; homo autem secundum similes nostris affectus atque infirmitates.

Τοῦ αὐτοῦ (Ἀθανασίου) ἐκ τῆς πρὸς Ἀντιοχεῖς δογματικῆς ἐπιστολῆς.

Διὰ τοῦτο θεολογεῖται μὲν ὁ Λόγος, γενεαλογεῖται δὲ ὁ ἄνθρωπος, ἵνα πρὸς ἑκάτερα εἴη ὁ αὐτὸς φυσικῶς καὶ ἀληθῶς· Θεὸς μὲν πρὸς τῇ ἀϊδιότητι τῆς θεότητος καὶ τῇ δημιουργίᾳ τῆς κτίσεως, ἄνθρωπος δὲ πρὸς τῇ γεννήσει τῇ ἐκ γυναικὸς καὶ τῇ αὐξήσει τῆς ἡλικίας· καὶ Θεὸς μὲν ταῖς ζωτικαῖς ἐνεργείαις, ἄνθρωπος δὲ πρὸς ταῖς ὁμοιοτρόποις συμπαθείαις, καὶ ταῖς καθ' ἡμᾶς ἀσθενείαις.

1029 *Exstant item apud Facundum Hermaniensem, lib.* II, *p.* 468, *primæ editionis, ex* Epistola ad Antiochenos, *eadem ut conjectamus, hisce verbis.*

Quid ergo etiam sanctus Athanasius dicat in *Epistola ad Antiochenos* debemus inspicere. Ex veteribus enim eruditus et legis doctor exsistens, Proverbia Salomonis legens, et duas personas de Domino inveniens, unam quidem circa hominem, quam ex Maria pro nobis futurus erat assumere, altera autem circa Verbum, quod ante omnia sæcula æterne ex Patre natum est: et de Jesu quidem ex Maria scribit Timotheo: *Memor esto Christum Jesum resurrexisse a mortuis, ex semine David secundum Evangelium meum* [31]. De Deo Verbo autem quod cum Patre semper est, dixit quoniam est omnia. B

Affert exinde locum ex epistola Petri qui post Athanasium Alexandrina sede potitus est. Ubi laudatur hæc Athanasii ad Antiochenos epistola. At cum Sirmondo arbitramur, hanc Epistolam ad Antiochenos *esse admodum suspectam, utpote quæ doctrinam complectatur ab Athanasiana penitus abhorrentem. Quod si a Petro Athanasii successore ea ipsa laudetur, id pari Nestorianorum fraude fortasse factum, quo facilius commentum defenderent. Ejusdem porro ad Antiochenos epistolæ fragmentum aliud mox occurrit eodem libro, pagina* 469, *sic:*

In eadem ergo ad Antiochenos epistola, in qua beatæ memoriæ episcopum Athanasium successor ejus Petrus omnia diligenter exposuisse perhibuit, hoc quoque continetur

Jesus Christus heri et hodie, ipse et in sæcula [32]. Heri quidem ante sæcula, sempiternitatem significat: hodie autem terrenum sæculum; in sæcula autem, post transitum hujus vitæ. Jesus Christus autem, qui juxta hominem salvatoris intelligitur, non est ipse. Qui enim provectum ætatis suscepit, aliquando infans exsistens, et aliquando vir, incipiens quasi annorum triginta, sicut ait Lucas, non potest ipse esse. C

Et paulo inferius hæc adjiciuntur, pag. 470:

Denuo in eadem epistola, Est, inquit, Spiritus vitæ sanctus cum Patre et Filio in singulis prophetarum per generationes transiens, qui indicat, quæ erunt et quæ fuerint, habens oculos ante et post, hoc est, sicut diximus, scientiam futurorum atque præteritorum, quæ in Salomone narrat ex persona filii hominis ex Maria, et Filii Dei Verbi quod ab initio erat apud Patrem: et duas personas significans, de homine quidem ex Maria creato et plasmato: de illo vero qui ante sæcula est sine principio et æternæ nativitatis. Quoniam ergo verborum seductores, et non eruditi spiritu observantes errare faciant indoctos, dicentes: A quadringentis annis est operatio corporis Domini, et quomodo in eum quidam referunt quod dictum est: *Dominus creavit me principium viarum suarum in opera ejus* [33], cum dicat Scriptura, ante montes et colles, ante fontes, et ante sæculum generatum et creatum? Hæc dicentes a quibusdam laudari putantur, non dividentes quæ persona prophetico spiritu de corpore Domini clamat, et quæ de æterna ejus a Patre generatione docet. D

Subsequitur Facundus: Sunt multa similia in hac epistola, quæ adversus Apollinaristas dicta, Nestoriani quoque in assertionem sui erroris assumant.

Verum hæc repetitio duarum personarum in Christo auget νοθείας *suspicionem. Quid enim simile Athanasius habet, an non potius in libris contra Apollinaristas unam semper personam innuit. Sic pag.* 747: Ἵνα εἷς ᾖ τὰ ἑκάτερα, τέλειος κατὰ πάντα, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός. « *Ut sint utraque unus in omnibus perfectus, idem ipse Deus et homo.* » *Apertius autem commentum repudiat, pag.* 756: Οὐκ ἐν διαιρέσει προσώπων, ἀλλ' ἐν ὑπάρξει θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος. *Id est,* « *Non in divisione personarum, sed in exsistentia deitatis et humanitatis.* »

[30] Luc. XXII, 7. [30] Psal. XCIV, 10. [31] II Tim. II, 8. [32] Hebr. XIII, 8. [33] Prov. VIII, 22.

Digitized by Google

et inferius, pag. 506, *aliud fragmentum dubium affert, sic habens :*

Quid erat, inquit, voluntarium et non voluntarium Christo? a Judæis exhonoratio, detractiones, injuriæ, plagæ, super hæc quoque calumniæ, et quod est in omnibus ultimum mors corporis. Sed si fuisset possibile, ut non passus obtineret in nobis quod A studebat, non voluisset pati. Quoniam autem omnino et inexcusabiliter futuri erant Judæi præsumere quæ in eo facta sunt, suscepit ut pateretur, et fecit voluntarium quod non erat voluntarium, propter utilitatem ex passione.

Ex Facundo Hermaniensi alius accedit locus melioris notæ ad commendationem Diodori Tarsensis, estque excerptum epistolæ cujusdam Athanasii ad Diodorum, ab initio, his verbis :

Beatus igitur Athanasius ita memorato sancto Diodoro scribit :

Domino meo filio, et amantissimo consacerdoti, episcopo Tarsi Diodoro, Athanasius in Domino salutem.

Gratias Domino meo, qui ubicunque suam doctrinam fundat, et maxime per filios proprios, qualem et teipsum res ipsa demonstrat. Etenim antequam scriberet vestra reverentia, cognovimus quanta gratia facta est in Tyro per tuam perseverantiam : et congaudemus tibi, quia per te cognovit et Tyrus rectum verbum pietatis. Et ego quidem occasionem assumens scripsi tibi, dilectissime et amantissime. Tu vero quomodo me scribente non rescripsisti, miratus sum. Itaque non sis segnis scribere continue, sciens, quia sicut filius requiescere me facis patrem, et sicut præco veritatis superlætificas me. Et nihil contendas adversus hæreticos, sed silentio verbositatem illorum supera, mansuetudine malitiam. Sic enim sermo tuus, sale conditus, habebit gratiam; B illi autem apud omnium conscientiam. . . .

Tomo V Concil. *in Hispalensi* II, *pag.* 1673, *hæc duo fragmenta afferuntur :*

Sanctus Athanasius in Tractatu quem scripsit de Christi nativitate, sic dicit :

In hoc sit ergo, fratres charissimi, fides nostra, in hoc tota salus et vita consistat, ut credamus Deum Dei filium, primum ante omnia sæcula a Deo Patre invisibiliter (55) genitum : deinde a Maria virgine secundum hominem natum, et secundum hunc hominem passum, mortuum, sepultum, resurrexisse ab inferis, ascendisse in cœlum.

Item idem in Expositione fidei :

Verbum, inquit, nascitur de Maria Virgine, accipiens corpus animale : sed neque sermo comprehensus est carne; sed in carne et supra carnem. Et sicut Deus dicitur, ita Dei virtus, Dei veritas ; passus autem humana carne; sed sermo Dei impassibilis est. In passione quidem moritur homo, ut vivificaret protoplastum qui ceciderat per inobedientiam.

(55) In margine additur *impassibiliter.*

EUGENII DIACONI LEGATIO

AD ATHANASIUM

Pro causa Marcelli Ancyrani et Confessio fidei Ecclesiæ Ancyranæ.

(*Vide in Marcello Ancyrano, ad annum* 372.)

MONITUM IN SERMONEM MAJOREM ATHANASII DE FIDE.

1030 *Diu est quod egregium Athanasii opus, cui titulus,* Μείζων λόγος περὶ πίστεως, *in tenebris latebat, amanuensium incuria in Athanasii collectionibus prætermissum ; a Theodoreto et Gelasio plerumque memoratum, qui etiam ejus ἀποσπασμάτια aliquot in scriptis suis inseruere. a nobis edita tom.* I *operum Athanasii, pag.* 1019 (*supra col.* 1239). *Hic sermo, sive liber, nam sic aptius* λόγον *verterem, ni vetaret consuetudo, nec opinanti mihi, aliudque agenti, sese obtulit. Siquidem cum Chrysostomi et Basilii codices in bibliotheca Laurentiana evolverem, casu incidi in manuscriptum decimi sæculi, ubi inter alia variorum scripta hoc Athanasii opus aderat, sed proh dolor ! multis in locis truncatum ac mutilum; ita tamen ut sententia semper apta sit et apprime cohæreat.*

Non absimile vero est hunc sermonem esse, quem libellum Athanasii *vocat Rufinus in* Apologia pro Origene, *ubi has voces,* homo Dominicus, *exstitisse narrat idem Rufinus. Nec est quod vox illa,* Libellus

Digitized by Google

ab hac sententia, quia opusculum parvum indicare videatur, nos dimoveat. Cum videamus longe proliziora opera libelli nomine compellata, ut est Libellus precum Faustini et Marcellini; *quidni libellum hoc item opus Rufinus appellaverit? Ut ad illud* homo Dominicus, *sive* Κυριακὸς ἄνθρωπος, *redeamus, frequenter in hoc opere ab Athanasio usurpatum; id suspectum sane multis fuit. Nam Rufinus eodem in loco narrat, Damasum cum de recipiendis in Ecclesiam Apollinaristis ageret, Hieronymo conscribendæ fidei confessionis provinciam demandasse, in qua hæ voces,* Dominicus homo, *aderant. Illi vero vocis insolentia permoti, confessioni hujusmodi nomen dare abnuebant. Qua in re quid gestum deinde sit, pluribus recenset ille, nosque in Admonitione ad* Expositionem fidei, *tom.* I *operum Athanasii, p.* 78, *jam monere occupavimus. Augustinus item cum in lib.* II De sermone Domini in monte, *c.* 6, *n.* 20, *Christum vocasset hominem Dominicum, postea in libro* Retractationum, *c.* 19, *n.* 8, *hoc dixisse se nolle, licet aliqua ratione defendi possit, testificatur.*

Cum igitur hæ voces, Dominicus homo, *apud nonnullos suspicione laborarint, hinc factum, ut* περὶ γνησιότητος Expositionis fidei, *quæ inter Athanasiana opera comparet, tom.* I, *pag.* 79, *quæque ceu compendium hujus sermonis est, aliqui dubitaverint; quia eo in opusculo,* τὸ, Κυριακὸς ἄνθρωπος, *bis legitur: verum injuria; nam hæc loquendi formula ex eo genere vocum censetur, quæ possint in bonam malamve partem pro cujusque affectu et sententia usurpari. Male sonat* τὸ, Κυριακὸς ἄνθρωπος, *si quis in Christo hominem a Verbo distinctum, qui per se solum persona sit, constituat, ut Dimœritæ quidam, qui impie dicebant Verbum in Jesum Christum, quemadmodum olim in prophetas advenisse; caste autem sentiunt et loquuntur qui Dominicum hominem pro humana in Christo natura habent; qua sententia non in* Expositione *tantum his vocibus est usus Athanasius, sed etiam passim in hoc* Sermone majore de fide, *ut cuique videre licet; et in* Expositionibus Psalmorum, *ad vers.* 6 *psalmi* XL. *Nec modo Athanasius, sed Epiphanius quoque tom.* II *edit. Petav., p.* 84: Τοῦτο γὰρ εἰς τὸν Κυριακὸν ἄνθρωπον πληροῦται, *ait, id est,* Hoc enim in Dominico homine impletur. *Et Pseudathanasius in* Disputatione contra Arium, *tom.* II [*nunc* IV], *p.* 1115, *eadem particula loquendi formula utitur. Unde videas non bene cessisse conatum iis qui opellam hujusmodi ex Athanasii γνησίοις exsulare voluerunt, sane immerentem.*

Hic porro Athanasius syllogistico more procedit, ac Christi deitatem, argumenta ex Scripturis mutuatus, propugnat. Arianorum, quos tamen nusquam memorat, argumenta eorumdem Scripturarum testimoniis dispellit. Nec unos Arianos, sed etiam alios quoslibet hæreticos qui incarnationem Christi quavis ratione impeterent, iisdem telis, Scripturarum scilicet dictis, profligat. Atque ita clare et perspicue syllogismos effert, ut vel inde etiam detruncati operis dolor augeatur; nam maxima sui parte mutilum, ac casu nescio quo deperditum arbitror.

Cæterum nulla hic temporis nota comparet. Nihil quippe tangit Athanasius eorum quæ temporum conditionem spectant. Quam tamen fortasse deprehendere licuisset, si opus integrum omnibusque suis numeris absolutum ad nos usque venisset. Solitum quippe Athanasio erat, præsertim sub initium librorum, et quæ causa suscepti operis esset, et qui sibi adversarii ad rem capessendam impulissent, nec obscure subindicare. At hic initium totum desideratur, et in decursu operis hiatus frequentes deprehendas.

[*Ejusdem sermonis fragmentum, quod hic non comparet, subjecimus ex* Bibliotheca nova *cardinalis Maii* (t. II, p. 583), *depromptum.* EDIT.]

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ ΛΟΓΟΣ Ο ΜΕΙΖΩΝ.

S. P. N. ATHANASII

SERMO MAJOR DE FIDE.

. . . . . .

1. Illud enim, *erat* [24], refertur ad ejus deitatem; illud vero, *caro factum est,* ad corpus. *Verbum*

. . . . . .

1. (56) Τὸ γὰρ, ἦν, ἐπὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ ἀναφέρεται· τὸ δὲ, σὰρξ ἐγένετο, ἐπὶ τοῦ σώματος. Ὁ

[24] Joan. I, 1.

(56) Hic locus a Theodoreto affertur in Dialogo primo τῷ ἀτρέπτῳ, et a nobis cusus est cum aliquot aliis ἀποσπασματίοις, p. 1019.

Digitized by Google

Λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὐκ εἰς σάρκα ἀναλυθείς, ἀλλὰ σάρκα φορέσας· ὡς δ' ἂν εἴποι τις· Ὁ δεῖνα γέγονε γέρων, οὐκ ἐξ ἀρχῆς γεννηθείς· ἢ, Ὁ στρατιώτης βετεράνος ἐγένετο, οὐ πρότερον τοιοῦτος ὤν, οἷος γέγονεν. Ἰωάννης, Ἐγενόμην, φησὶν, ἐν τῇ νήσῳ τῇ Πάτμῳ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ Κυριακῇ· οὐχ ὅτι ἐκεῖ γέγονεν, ἢ γεγένηται· ἀλλ' εἶπεν, Ἐγενόμην ἐν Πάτμῳ, ἀντὶ τοῦ, Παρεγενόμην. Οὕτως ὁ Λόγος εἰς σάρκα παραγέγονεν, ὡς λέλεκται· Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. Ἄκουσον λέγοντος· Ἐγενόμην ὡσεὶ σκεῦος ἀπολωλὸς, καὶ, Ἐγενόμην ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος.

A *caro factum est*[35], non in carnem resolutum, sed carnem gestans; quemadmodum si dixerit quispiam: Hic senex factus est, cum non talis antea esset genitus; vel, Miles factus est veteranus, cum non talis antea esset, qualis effectus est. Joannes, Ἐγενόμην, inquit, hoc est, *Factus sum*, sive *Fui in insula Patmo, in die Dominica*[36]; non quod illic factus vel natus fuerit; sed dixit, *Factus sum in Patmo*, quasi dicas, Accessi. Ita etiam Verbum ad carnem accessit, ut dictum est: *Verbum caro factum est.* Audi dicentem: *Factus sum tanquam vas perditum*[37]; et: *Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber*[38].

2. Τὸ ἐγειρόμενον ἐκ νεκρῶν ἄνθρωπος ἦν, ἢ Θεός; Ἑρμηνεύει Πέτρος ὁ ἀπόστολος, ἡμῶν μᾶλλον γινώσκων, καὶ λέγει· *Καθελόντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἔθηκαν εἰς μνημεῖον· ὁ δὲ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν.* Τὸ γοῦν ἀπὸ τοῦ ξύλου καθαιρεθὲν σῶμα νεκρὸν τοῦ Ἰησοῦ καὶ εἰς μνημεῖον τεθὲν, ἐνταφιασθέν τε ὑπὸ Ἰωσὴφ τοῦ Ἀριμαθείας, αὐτὸ ἤγειρεν ὁ Λόγος λέγων· *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.* Ὁ γὰρ πάντας τοὺς νεκροὺς ζωοποιῶν, καὶ τὸν ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον Χριστὸν Ἰησοῦν ἐζωοποίησεν, ὃν ἀνείληφεν. Εἰ γὰρ, ἐπὶ σταυροῦ ὤν, τὰ προδιαλυθέντα νεκρὰ τῶν ἁγίων ἤγειρε σώματα, πολλῷ μᾶλλον ἐγεῖραι δύναται, ὃ ἐφόρεσε σῶμα, ὁ ἀεὶ ζῶν Θεὸς Λόγος, ὡς φησιν ὁ Παῦλος· *Ζῶν γὰρ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργής.*

2. Quod fuit excitatum a mortuis, homone erat, an Deus? Rem explicat Petrus apostolus, cui melius B quam nobis id notum erat, aitque: *Deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento: Deus vero suscitavit eum a mortuis*[39]. Corpus itaque Jesu mortuum de ligno depositum, in monumento collocatum et a Joseph ab Arimathia unguentis conditum; idipsum a Verbo excitatum fuit, uti dixerat: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud*[40]. Nam qui mortuos omnes vivificat, etiam hominem ex Maria natum Christum Jesum, quem assumpserat, vivificavit. Si enim eum esset in cruce, quæ prius dissoluta erant sanctorum corpora suscitavit, multo magis suscitare potuit corpus quod gestavit, qui est semper vivens Deus verbum, ut dicit Paulus: *Vivens enim Dei Verbum et efficax*[41].

3. Ζωὴ ἀποθανεῖν οὐ δύναται, μᾶλλον δὲ τοὺς νεκροὺς ζωοποιεῖ. Ἔστι τοίνυν καὶ πηγὴ ζωῆς τῇ ἐκ Πατρὸς θεότητι· ἄνθρωπος δὲ ὁ ἀποθανὼν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν, ὁ ἐκ Παρθένου Μαρίας, ὃν ἡ τοῦ Λόγου θεότης δι' ἡμᾶς ἀνείληφε. Τὸ γοῦν γεγράφθαι, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, φανερῶς τὴν θεότητα δηλοῖ. Τὸ δὲ, Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, τὸ ἀνθρώπινον τοῦ Κυρίου δείκνυσιν.

3. Vita mori nequit, quinimo mortuos vivificat. C Est itaque fons vitæ, per suam ex Patre deitatem: homo autem est qui mortuus est, itidemque qui a mortuis excitatus est, qui etiam postulat pro nobis, natus ex Virgine Maria, quem deitas Verbi propter nos assumpsit. Quod itaque scriptum est, *In principio erat Verbum*, deitatem manifeste declarat. Illud autem, *Verbum caro factum est*, Domini commonstrat humanitatem.

4. (57) Ἐγένετο Λάζαρον ἀσθενήσαντα ἀποθανεῖν· ὁ δὲ Κυριακὸς ἄνθρωπος οὐκ ἄκων, οὐδὲ ἀσθενήσας ἀπέθανεν· ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ ἦλθεν ἐπὶ τὴν τοῦ θανάτου οἰκονομίαν, στερεοποιούμενος ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ ἐνοικήσαντος Θεοῦ Λόγου, τοῦ εἰπόντος· *Οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ. Ἀπ' ἐμαυτοῦ αὐτὴν τίθημι· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν.* Ἡ θεότης οὖν ἐστι τοῦ Υἱοῦ ἡ τιθεῖσα καὶ λαμβάνουσα τὴν ψυχὴν οὗ ἐφόρεσεν ἀνθρώπου. Πλήρη γὰρ ἀνείληφε τὸν ἄνθρωπον, ἵνα καὶ πλήρη αὐτὸν καὶ σὺν αὐτῷ τοὺς νεκροὺς ζωοποιήσῃ.

1031 4. Accidit ut Lazarus morbo affectus moreretur: homo autem Dominicus, non prævia ægritudine, nec invitus mortuus est; sed ex se ad mortis œconomiam accessit, confirmatus a Deo Verbo, in ipso habitante, qui dixit: *Nemo tollit animam meam a me. Ex meipso eam pono: potestatem habeo ponendi ipsam, et rursum potestatem habeo accipiendi ipsam*[42]. Deitas ergo Filii est, quæ ponit et accipit animam hominis quem gestavit. Plenum enim hominem suscepit, ut et plenum ipsum, et cum ipso mortuos vivificaret.

5. Αὐτὸς γὰρ δυνατὸς ὢν καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων, ἐν τῇ Παρθένῳ κατασκευάζει αὐτῷ ναὸν τὸ σῶμα, καὶ ἰδιοποιεῖται τοῦτο ὥσπερ ὄργανον, ἐν αὐτῷ γνωριζόμενος καὶ ἐνοικῶν. Τούτου ἕνεκεν τὸ δυνάμενον ἀποθανεῖν ἑαυτῷ λαμβάνει σῶμα· ἵνα

5. Cum ipse potens, omniumque opifex esset, in Virgine templum sibi, scilicet corpus, paravit, et proprium sibi facit quasi instrumentum, in ipso cognitus, in ipso habitans. Idcirco corpus quod mori possit assumit sibi; ut idem corpus Dei Verbi

[35] Joan. I, 14. [36] Apoc. I, 9. [37] Psal. XXX, 13. [38] Psal. LXXXVII, 5, 6. [39] Act. VIII, 29. [40] Joan. II, 19. [41] Hebr. IV, 12. [42] Joan. X, 18.

(57) Hunc item locum apud Theodoretum habes, et apud Gelasium *De duabus naturis.*

Digitized by Google

particeps, ad mortem pro omnibus subeundam idoneum esset ; ac, propter Verbum inhabitans, incorruptum maneret.

6. Verbum quippe Dei, cum supra omnes sit, templum suum et corporeum instrumentum offerens in redemptionem pro omnibus, pro merito implevit debitum, quod in morte situm erat ; et, utpote qui propter similitudinem omnibus inesset incorruptibilis Dei Filius, omnes, ut consentaneum erat, in promissione resurrectionis induit immortalitate : et corruptio, quæ secundum homines mortem consequitur, nequaquam ultra locum habet, propter Verbum in ipsis habitans, quia unum cum eo corpus sunt. Ac perinde atque cum rex quidam magnus in aliquam amplam urbem intrat, et in una domorum ejus habitat ; urbs sane hujusmodi magno afficitur honore, neque ulterius quis hostium furumve insultare ipsi aut eam destruere audet ; imo vero regis in una domorum ejus habitantis gratia, eum nulla non sollicitudine atque decore illa servatur ; pari modo de Servatore nostro actum. Cum venisset enim in regionem nostram, et domicilium cepisset in corpore nostris simili, exinde omnes contra hominem insidiæ sedatæ.

7. Neque enim circumclusus in corpore erat ; neque etiam ita in corpore erat ut alicubi non esset ; neque ita corpus movebat, ut alia ejus providentia privarentur. Sed, quod vix capi valeat, cum Verbum esset, a nullo continebatur, imo potius complectebatur omnia. Propter Verbi adventum in ipsum, non ultra corpus juxta propriam naturam corrumpebatur, sed propter inhabitans Dei Verbum corruptione vacuum erat. Corpus siquidem juxta corporum naturam patiebatur : nihilominusque incorruptionis naturam per inhabitans in ipso Verbum habuit.

8. Ipse Dei Filius trium dierum spatio corpus, quod mortuum erat, effecit immortale et incorruptum ; omnibusque liquidum fuit non infirmitate naturæ inhabitantis in ipso Verbi mortuum fuisse corpus, sed ut mors abrogaretur in ipso per virtutem Servatoris.

9. Quem oportebat fore corporis finem, cum in ipsum advenisset Verbum ? Non mori nequibat, quia mortale erat ; et pro omnibus offerendum in mortem, qua de causa Salvator ipsum paraverat ; manere mortuum non poterat, utpote templum vitæ ; quamobrem ut mortale quidem obiit, at propter vitam in ipso sitam revixit.

10. Quid incredibile narramus, cum dicimus, Verbum in errantem atque lapsam naturam humanam insedisse, hominemque factum fuisse ; ut tempestate jactatæ ipsi salutem conferret per administrationem et bonitatem suam ? ***

11. Ad animam quidem spectat, interiora corporis sui cogitatione contemplari ; neque tamen

A τοῦτο, τοῦ Θεοῦ Λόγου μεταλαβὸν, ἀντὶ πάντων ἱκανὸν γένηται τῷ θανάτῳ, καὶ διὰ τὸν ἐνοικήσαντα Λόγον ἄφθαρτον διαμείνῃ.

6. Ὑπὲρ πάντας γὰρ ὢν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, εἰκότως τὸν ἑαυτοῦ ναὸν καὶ τὸ σωματικὸν ὄργανον προσαγαγὼν ἀντίψυχον ὑπὲρ πάντων, ἐπλήρου τὸ ὀφειλόμενον ἐν τῷ θανάτῳ· καὶ ὡς συνὼν δὲ διὰ τοῦ ὁμοίου τοῖς πᾶσιν ὁ ἄφθαρτος τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, εἰκότως τοὺς πάντας ἐνέδυσεν ἀφθαρσίαν ἐν τῇ τῆς ἀναστάσεως ἐπαγγελίᾳ· καὶ αὐτὴ ἡ ἐν τῷ θανάτῳ φθορὰ, κατὰ τὸν ἄνθρωπον, οὐκέτι χώραν ἔχει, διὰ τὸν ἐνοικήσαντα Λόγον ἐν τούτοις διὰ τοῦ ἑνὸς σώματος. Καὶ ὥσπερ μεγάλου βασιλέως εἰσελθόντος εἴς τινα πόλιν μεγάλην, καὶ οἰκήσαντος εἰς μίαν τῶν ἐν αὐτῇ οἰκιῶν, πάντως ἡ τοιαύτη πόλις πολλῆς τιμῆς ἀξιοῦται, καὶ οὐκέτι τις ἐχθρὸς αὐτὴν ἢ λῃστὴς ἐπιβαίνων καταστρέφει· πάσης δὲ μᾶλλον ἐπιμελείας ἀξιοῦται διὰ τὸν εἰς μίαν αὐτῆς οἰκίαν οἰκήσαντα βασιλέα· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου Σωτῆρος γέγονεν. Ἐλθόντος γὰρ αὐτοῦ εἰς τὴν ἡμετέραν χώραν, καὶ οἰκήσαντος εἰς ἓν τῶν ὁμοίων σωμάτων, λοιπὸν πᾶσα κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἐπιβουλὴ [*f.* ἐπιβολὴ] πέπαυται.

7. Οὐ γὰρ περικεκλεισμένος ἦν ἐν τῷ σώματι, οὐδὲ ἐν σώματι μὲν ἦν, ἀλλαχόσε δὲ οὐκ ἦν, οὐδὲ ἐκεῖνο μὲν ἐκίνει, ἄλλα δὲ τῆς αὐτοῦ προνοίας ἐστερεῖτο· ἀλλὰ τὸ παραδοξότατον, Λόγος ὢν, οὐ συνείχετο μὲν ὑπό τινος, συνεῖχε δὲ τὰ πάντα μᾶλλον αὐτός. Τῇ δὲ τοῦ Λόγου εἰς αὐτὸ ἐπιβάσει οὐκέτι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἐφθείρετο τὸ σῶμα· ἀλλὰ διὰ τὸν ἐνοικοῦντα τοῦ Θεοῦ Λόγον ἐκτὸς ἐγίνετο φθορᾶς. Πάσχον μὲν γὰρ τὸ σῶμα, κατὰ τὴν τῶν σωμάτων φύσιν ἔπασχεν· εἶχε δὲ τῆς ἀφθαρσίας τὴν φύσιν ἐκ τοῦ συνοικήσαντος αὐτῷ Λόγου.

8. Αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ἐν τριημέρῳ διαστήματι νεκρὸν γενόμενον τὸ σῶμα ἔδειξεν ἀθάνατον καὶ ἄφθαρτον· καὶ ἐδείχθη πᾶσιν, ὅτι οὐκ ἀσθενείᾳ φύσεως τοῦ ἐνοικοῦντος Λόγου τέθνηκε τὸ σῶμα, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τὸν θάνατον ἐξαφανισθῆναι ἐν αὐτῷ τῇ δυνάμει τοῦ Σωτῆρος.

D 9. Ποῖον ἔδει τέλος γενέσθαι τοῦ σώματος, ἐπιβάντος αὐτῷ τοῦ Λόγου; Μὴ ἀποθανεῖν μὲν γὰρ οὐκ ἐδύνατο· ἅτε δὴ θνητὸν ὄν, καὶ ὑπὲρ πάντων προσφερόμενον εἰς τὸν θάνατον, οὗ χάριν καὶ ὁ Σωτὴρ κατεσκεύασεν αὐτό· μεῖναι δὲ νεκρὸν οὐχ οἷόν τε ἦν, διὰ τὸ ζωῆς αὐτὸ ναὸν γενέσθαι· ὅθεν ἀπέθανε μὲν ὡς θνητὸν, ἀνέζησε δὲ διὰ τὴν ἐν αὐτῷ ζωήν.

10. Τί ἄπιστον λέγεται παρ' ἡμῶν, εἰ, πλανωμένης τῆς ἀνθρωπότητος, καθίσας ὁ Λόγος ἐπ' αὐτὴν, ἄνθρωπος ἐπεφάνη, ἵνα χειμαζομένην αὐτὴν περισώσῃ διὰ κυβερνήσεως καὶ ἀγαθότητος ; ***

11. Ψυχῆς μὲν ἔργον ἐστὶ θεωρεῖν τὰ ἔσω τοῦ ἰδίου σώματος τοῖς λογισμοῖς· οὐ μὴν καὶ τὰ ἔξωθεν

Digitized by Google

τοῦ ἰδίου σώματος ἐνεργεῖν, ἢ τὰ τούτου μακρὰν τῇ παρουσίᾳ κινεῖν. Οὐδέποτε γοῦν ἄνθρωπος μακρὰν ἤδη ταῦτα κινεῖ, καὶ μεταφέρει· οὐδὲ, εἰ ἐπὶ τῆς ἰδίας οἰκίας καθέζοιτό τις, καὶ λογίζοιτο τὰ ἐν οὐρανῷ, ἤδη καὶ τὸν ἥλιον κινεῖ, καὶ τὸν οὐρανὸν περιστρέφει· ἀλλ' ὁρᾷ μὲν κινούμενα καὶ γινόμενα, οὐ μὴν ὥστε καὶ ἐργάσασθαι δυνατὸς τυγχάνει. Οὐ δὴ τοιοῦτος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· οὐ γὰρ συνεδέδετο τῷ σώματι, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸς ἐκράτει τοῦτο· ὥστε καὶ ἐν τούτῳ ἦν καὶ ἐν τοῖς πᾶσιν ἐτύγχανε· καὶ ἔξωθεν τῶν ὅλων ἦν, καὶ ἐν μόνῳ τῷ Πατρί.

A operari in ea potest quæ extra corpus sunt, nec quæ procul corpore consistunt per præsentiam suam movere. Nunquam igitur homo procul positus illa movet, aut transfert : neque enim domi sedens quispiam, et quæ in cœlo sunt cogitans, aut solem movet, aut cœlum circumvertit ; sed illa commoveri, et condita fuisse videt ; neque tamen ita ut eorum quidpiam efficere valeat. At non hujusmodi est Dei Verbum in homine ; non enim corpore colligatum erat, imo potius ipsum occupabat cum imperio ; ita ut una in corpore et in universis rebus esset ; quinetiam extra res omnes, atque in solo Patre.

12. Σκόπει, παρακαλῶ, εἰ μὴ τὴν χλεύην καθ' ἑαυτῶν κινοῦντες ἀγνοοῦσιν, τὸν κόσμον σῶμα μέγα φασὶν εἶναι οἱ τῶν Ἑλλήνων σοφοὶ, καὶ ἀληθεύουσι λέγοντες· ὁρῶμεν γὰρ αὐτὸν καὶ τὸ τούτου μέρος, ὅτι ταῖς αἰσθήσεσιν ὑποπίπτει. Εἰ τοίνυν καὶ ἐν τῷ κόσμῳ σώματι ὄντι ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐστὶ, καὶ ἐν ὅλοις καὶ ἐν τοῖς κατὰ μέρος αὐτοῦ πᾶσιν ἐπιβέβηκε· τί θαυμαστὸν ἢ τί ἄτοπον εἰ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ φαμὲν αὐτὸν ἐπιδεδημηκέναι ; Εἰ δὲ, καὶ γενητῆς οὔσης τῆς κτίσεως, οὐκ ἄτοπον ἐν αὐτῇ τὸν Λόγον εἶναι, οὐκ ἄρα οὐδὲ ἐν ἀνθρώπῳ αὐτὴν εἶναι ἄτοπον. Οὐκοῦν ὅλως οὐκ ἀπρεπὲς τὸ ἐν ἀνθρώπῳ εἶναι τὸν Λόγον· καὶ πάντα ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ φωτίζεσθαι καὶ κινεῖσθαι.

(71) Non videbam hujus tituli epistolam inter edita Athanasii scripta.

Digitized by Google

MONITUM IN OPUSCULUM SEQUENS (71*).

Hoc opusculum exhibet cod. Græc. Matrit. LXXXII, *chartaceus, in quarto, cui folia* 118, *charta quidem satis solida, sed mediocriter candida; totus Constantini Luscaris manu litterulis minutissimis descriptus. Eo continentur S. Athanasii* De azymis; *Pselli* Epitome logices ad rhetoricam introducens; *Blemmydæ* De tribus syllogismorum figuris, aliisque ad dialecticam pertinentibus; *Joannis Geometræ* Laus mali sive pomi; *S. Joannis Damasceni* Theologica, *sive* De fide orthodoxa libri; *ex Cydonii* Theologicis de Spiritus sancti processione; *variaque Excerpta levioris momenti.* Fol. 1 : Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου περὶ τῶν Ἀζύμων· S. Athanasii de Azymis. *Id opusculum, quamvis diligenter a nobis quæsitum, neque inter germana, neque inter dubia, spuriave S. Athanasii opera occurrit; neque vel ipsa vox* Azyma *in ejus operum indice usquam apparet. Quamobrem, cujuscunque demum sit, ineditum rati, huc transcribere non alienum ab ecclesiastica eruditione duximus.*

SANCTI ATHANASII DE AZYMIS.

1046 Tribus materiis perficiebant Judæi Pascha, et tribus virtutibus, et tribus testibus secundum legis ordinem. Tres quidem materiæ erant, agnus, azyma et lactuca agrestis. Tres autem virtutes, zonæ, calceamenta in pedibus, et baculum in manibus. Tres testes erant scribæ super mensa stantes et diligenter observantes plenilunium, cratere agitato, futuraque vaticinante. Statim sacerdos tuba clangebat indicans Pascham esse Domini, ac deinde post auditionem vocis tubæ, faciebant fermentum sine pane, die septima. Ante signum crateris, non licebat præparare die septima agnum, vel azymum vel lactucam. Sic enim cecinit et magnus David: *Buccinate in Neomenia tuba*[98*]. Dominus autem noster Jesus Christus, quinta die, tradidit sacra mysteria hora noctis septima. Introitus azyma manducantium Parasceves vespere factus est post sepulturam Domini. Quapropter evangelistæ panem perfectum dicunt tradidisse Dominum in sanctis mysteriis et non azymum, ut credatur perfectum corpus ex sancta Virgine. Dico autem anima et spiritu præditum, et non sicut hæreticus Apollinarius dicebat, scilicet corpus solum accepisse. Sed nos panem perfectum dicimus hunc farina, fermento et sale confectum, velut animal corpore et spiritu constat: corpus enim sine spiritu mortuum est; et azymon tantum non habens fermentum, mortuum est, non autem vivificus panis: quoniam fermentum vitam dat massæ et unitatem, haud secus ac spiritus corpori, et sal animæ: propterea perficimus mysterium pane perfecto, ne in blasphemiis impii Apollinarii incidamus. Est vero plenilunium diebus quatuordecim cum dimidio et horis tribus: in passione vero Domini nostri Jesu Christi, post sedecim dies contigit, ut testificaretur se esse veram ac æternam vitam. Scire ergo oportet quod tempore Christi et sanctorum ejus apostolorum, optimam farinam Azymorum manducare aut distribuere nulla neglexit Ecclesia. Quoniam vero neque Christus ipse tempore passionis suæ legale manducavit Pascha, audi Joannem evangelistam dicentem: *Ante*

[98*] Psal. LXXX, 4.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΖΥΜΩΝ.

Ἐν τρισὶν ὕλαις ἐτέλουν οἱ Ἰουδαῖοι τὸ Πάσχα καὶ ἐν τρισὶν ἀρεταῖς· καὶ ἐν τρισὶ μάρτυρσι κατὰ τὴν τάξιν τοῦ Νόμου. Καὶ αἱ μὲν τρεῖς ὕλαι ὁ ἀμνὸς ἦσαν, τὰ ἄζυμα καὶ ἡ πικραλίς·· αἱ δὲ τρεῖς ἀρεταὶ, περιεζωσμένοι, καὶ ὑποδήματα εἰς τοὺς πόδας, καὶ βακτηρίαν ἐν ταῖς χερσίν. Οἱ δὲ τρεῖς μάρτυρες, γραμματεῖς ἐπὶ τῇ τραπέζῃ ἑστῶτες, καὶ ἀκριβῶς γινώσκοντες τὴν τῆς σελήνης ἀπόχυσιν, διὰ ποτηρίου τινὸς σαλευομένου καὶ σημαινομένου· σαλπίζοντος εὐθὺς τοῦ ἱερέως ὅτι Πάσχα ἐστὶ Κυρίου· καὶ λοιπὸν μετὰ τὸ ἄκουσμα τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος, ἐποίουν τὴν ζύμην ἄνευ ἄρτου ἡμέρας ζ'. Πρὸ δὲ τοῦ σημείου τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς σάλπιγγος, οὐκ εἶχον ἐξουσίαν ἑτοιμάσαι ἡμέρας ἑπτὰ ἀμνὸν, ἢ ἄζυμον, ἢ πικρίδα· οὕτω γάρ φησι καὶ ὁ μέγας Δαυΐδ· *Σαλπίσατε ἐν Νεομηνίᾳ σάλπιγγι.* Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῇ ε' ἡμέρᾳ ἐποίησε τὴν παράδοσιν τῶν ἁγίων μυστηρίων ὥρᾳ τῆς νυκτὸς ζ'· ἡ δὲ εἴσοδος τῶν ἀζυμοφάγων ἐγένετο Παρασκευῇ ἑσπέρας μετὰ τὸ ταφῆναι τὸν Κύριον. Διὰ τοῦτο οἱ δ' εὐαγγελισταὶ ἄρτον τέλειον λέγουσι παραδοῦναι τὸν Κύριον ἐν τοῖς ἁγίοις μυστηρίοις καὶ οὐκ ἄζυμον· ἵνα πιστώσηται ὅτι τέλειον σῶμα ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου· λέγω δὲ ἔμψυχον καὶ ἔννουν· καὶ οὐ καθάπερ ὁ αἱρετικὸς Ἀπολλινάριος ἔλεγεν, ὅτι σῶμα μόνον ἀνελάβετο· ἀλλ' ἡμεῖς ἄρτον τελειούμενόν φαμεν τὸν δι' ἀλεύρου καὶ ζύμης καὶ ἅλατος συνεστηκότα· καθάπερ σώματι ὁ πνευματικὸς, καὶ νοῒ· σῶμα γὰρ, χωρὶς πνοῆς, νεκρόν ἐστι· καὶ τὸ ἄζυμον μόνον μὴ ἔχον ζύμην νεκρόν ἐστι καὶ οὐ ζωτικὸς ἄρτος· ἐπειδὴ ἡ ζύμη ζωὴν δίδωσι τῷ φυράματι καὶ ἕνωσιν καθάπερ τὸ πνεῦμα τῷ σώματι, καὶ τὸ ἅλας τῷ νῷ· καὶ διὰ τοῦτο τελοῦμεν τὸ μυστήριον δι' ἄρτου τελειουμένου, ἵνα μὴ τῇ βλασφημίᾳ τοῦ ἀσεβοῦς Ἀπολλιναρίου περιπέσωμεν. Γίνεται δὲ ἡ τοῦ φέγγους ἀπόχυσις, ἐν ἡμέραις τέσσαρσι καὶ δέκα ἥμισυ καὶ ὥραις τρισίν· εἰς δὲ τὸ πάθος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑπερέβην ἕκτην καὶ δεκάτην ἡμέραν· ἵνα μαρτυρήσῃ ὅτι ἀληθινός ἐστι καὶ ζωὴ αἰώνιος. Ἰστέον οὖν ὡς αἰῶνι τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων αὐτοῦ τὴν σεμίδαλιν τῶν Ἀζύμων ἐσθίειν ἢ προσφέρειν οὐδεμία

(71*) J. Iriarte, *Cod. Græc. Matrit.*, Matriti, 1769, in-fol., p. 299.

Digitized by Google

παρέλαβεν Ἐκκλησία· ἐπεὶ δὲ οὔτε ὁ Χριστὸς αὐτὸς κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ τὸ νομικὸν ἔφαγε Πάσχα, ἄκουε Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος· *Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἐλήλυθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν Πατέρα, ... καὶ δείπνου γενομένου τοῦ Διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος Ἰσκαριώτου ἵνα αὐτὸν παραδῷ·* καὶ ὅτε, φησὶν, ἐγένετο ἡ ὥρα, τουτέστιν ὅτε παρέστη ὁ καιρὸς τοῦ προδοῦναι αὐτὸν, ἀνέπεσαν *καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ· καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ Πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν πρὸ τοῦ με παθεῖν.* Ὁρᾷς, *Πρὸ τοῦ με παθεῖν* φησίν· ἐπεὶ οὖν ἔδει παθεῖν αὐτὸν κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα τοῦ νομικοῦ καθ' ἣν καὶ ὁ ἀμνὸς παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἐθύετο, ἔμελλε δὲ γενέσθαι τὸ πάθος παρὰ τῶν θεοκτόνων Παρασκευῇ ἡμέρᾳ, ὡς αὖθίς φησιν ὁ Ἰωάννης· *Ἐπεὶ Παρασκευὴ ἦν, ἦν γὰρ μεγάλη ἡμέρα ἐκείνη τοῦ Σαββάτου* ἐν ᾗ τηνικαῦτα καὶ ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη τῆς σελήνης, κατὰ τὸν πρῶτον μῆνα, ἐν τῷ πεντακοσιοστῷ τριακοστῷ ἔτει ἐκπεσεῖν ἔτυχεν, ἵνα μὴ παραδοθεὶς οὐ φθάσῃ τὸ οἰκεῖον Πάσχα τοῖς μαθηταῖς παραδοῦναι, ἐν τῷ δείπνῳ ἀναπεσὼν ὀψὲ, καὶ βραδὺ περὶ τὴν νύκτα κατὰ τὴν ὀψίαν, δηλονότι τῆς ε', ἔφαγε μὲν, ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον Πάσχα πρὸ τῆς ἑορτῆς τῶν Ἀζύμων· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ ἀναπεσεῖν αὐτόν· οὐδὲ γὰρ νενομοθετημένον· ἐπειδὴ ἱσταμένους καὶ περιεζωσμένους καὶ ὑποδεδεμένους ἐσθίειν τὸ Πάσχα μετὰ σπουδῆς, καὶ ἐπὶ χεῖρας τὴν βακτηρίαν ἔχοντας τοῖς Ἰουδαίοις ὁ νόμος ἐκέλευε· κατέπαυσε μὲν τοῖς χρόνοις τοῦ οἰκείου κηρύγματος τὸ Πάσχα τὸ νομικὸν, παρέδωκε δὲ τὸ οἰκεῖον διὰ τοῦ δείπνου· διὸ μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λαβὼν ἄρτον, καὶ κλάσας, παρέδωκε τοῖς ἀποστόλοις τὸ μυστήριον τῆς Καινῆς Διαθήκης αὐτοῦ καὶ Λειτουργίας· ἐν τῇ νυκτὶ δηλονότι τῆς ε', ἐν ᾗ παρεδόθη. Ἰστέον δ' ὅτι καθ' ἣν ὥραν ἐσταύρωσαν οἱ θεοκτόνοι τὸν Κύριον τῆς δόξης, κατ' αὐτὴν καὶ τὸν ἀμνὸν θύσαντες, ἔφαγον τὸ Πάσχα τὸ νομικόν· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην· ὅτι αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ Πραιτώριον ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα· ὥστε ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ μετὰ τοῦ ἀμνοῦ ἐτύθη ὁ Χριστός· ἀλλὰ τί φησιν ὁ Λουκᾶς; ἄρτον εἶπεν λαβεῖν τὸν Χριστὸν καὶ οὐκ ἄζυμον· οὐ γὰρ ἔτι ἦν, πέμπτης οὔσης τηνικαῦτα ἡμέρας· τρισκαιδεκάτη ἦν ἔτι ἡ σελήνη καὶ οὐκ ἦσαν ἄζυμα, διὰ τὸ μήπω γενέσθαι τῇ ιε' γὰρ τῆς σελήνης ἦν νενομοθετημένον ἐσθίειν τὰ ἄζυμα· τῇ δὲ ιδ' τὸν ἀμνὸν καὶ μόνον θύεσθαι· διὸ καὶ τῇ μὲν ιδ' τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης Πάσχα προσαγορεύει ὁ νόμος· τῇ δὲ ιε' πρῶτον Σάββατον ὀνομάζει· εἰ οὖν ὁ Χριστὸς ἐτύθη κατὰ τὴν ιδ' τῆς σελήνης κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Παρασκευῆς, τὸ δὲ Σάββατον ἦν τῶν Ἀζύμων ἑορτὴ, πότε τὰ ἄζυμα ἔφαγε; καὶ πότε τοῖς ἀποστόλοις ταῦτα ἐν τῇ Καινῇ Διαθήκῃ παρέδωκεν; ὅτι λέγουσιν οἱ μιμηταὶ τῶν Ἰουδαίων, ὅτι τὰ ἄζυμα παρὰ τῶν ἀποστόλων

A *diem festum Paschæ, sciens Jesus quia venit hora ejus ut transeat ex hoc mundo ad Patrem,..... et cœna facta, cum diabolus jam misisset in cor ut traderet eum Judas Simonis Iscariotæ;* et cum diceret: *Venit hora*, hoc est, cum venisset hora ut traderetur, discubuerunt et *duodecim apostoli cum eo, et dixit eis : Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* Vides, *antequam patiar* dicit; quoniam ergo oportebat pati illum die Paschatis legalis, quo et agnus a Judæis immolabatur, debebat fieri passio a deicidis die Parasceves ut iterum dicit Joannes: *Quoniam Parasceve erat,...* erat enim magnus dies ille Sabbati, in quo et decimus quartus dies lunæ primi mensis, quingentesimi trigesimi anni incidere contigit, ne traditus proB prium Pascha discipulis prius traderet. In cœna recumbens sero, et fere nocte vergente ad vesperam, quinta nocte scilicet, manducavit quidem sed proprium Pascha, ante festum Azymorum. Et hoc manifestum e cœna ejus, neque enim hoc legale erat, quia stantes, et præcinctos, et calceamenta in pedibus habentes, manducare Pascha cum festinatione, et manibus baculum tenere, Judæis lex jubebat. Finem imposuit tempore propriæ prædicationis Paschati legali, dedit vero proprium pascha in cœna. Itaque post cœnam, accepit panem, frangit deditque apostolis mysterium Novi Testamenti sui ac Liturgiæ novæ, nocte scilicet quinta, in qua traditus est. Scire vero oportet quod, qua hora crucifixerunt deiC cidæ Dominum gloriæ, eadem hora agnum immolantes, Pascha legale manducaverunt. Et hoc manifestum est e verbis evangelistæ Joannis: quod ipsi non intraverunt in prætorium ne contaminarentur, ac pascha manducare possent: ita ut unius diei spatio post agni immolationem, immolatus est Christus. Sed quid dicit Lucas? Panem narrat accepisse Christum et non azymum, qui nondum confectum erat. Quinta tunc erat dies; luna erat adhuc decima tertia, et non erant azyma, quia non erant nondum confecta. Decima quinta die lunæ, legale erat azyma manducare; decima vero quarta agnum tantum immolare. Propterea decima quarta die lunæ primi mensis, Pascha annuntiat lex, decimumque vero quintum vocant primam Sabbati; D si ergo Christus immolatus est decima quinta die lunæ, die scilicet Parasceves, cum Sabbatum esset Azymorum festum, quando azyma manducavit, et quando apostolis hæc in Novo Testamento dedit? Quia dicunt imitatores Judæorum azyma manducare, apostolis jubentibus, nos neglexisse. Neque enim Pascha legale hoc tempore prius manducavit: quod hoc est veritas, in probatione rerum supra relatarum, audi legislationem Moysis quam de Paschate et Azymis tulit[99]: *Hæ sunt ergo*, inquit, *feriæ Domini sanctæ quas celebrare debetis temporibus suis. Mense primo, decima quarta die mensis ad vesperum Phase Domini est : et decima quinta die*

[99] Levit. XXIII, 4 seqq.

Digitized by Google

mensis hujus solemnitas Azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis. Ecce discis et ex legislatione Moysis, quod adhuc non erant azyma; etenim post cœnam] die decima quinta tradidit Christus, panis fractione, Novi Testamenti mysterium, quoniam azyma in illa die nondum erant.

ποιεῖν παρελάβομεν· οὐδὲ γὰρ τὸ Πάσχα τὸ νομικὸν κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον φαγεῖν ἔφθασεν ὁ Χριστός· ὅτι δὲ οὕτως ἔχει τὸ ἀληθὲς, πρὸς πίστωσιν τῶν εἰρημένων, ἄκουσον καὶ τῆς νομοθεσίας Μωϋσέως ἣ περὶ τοῦ Πάσχα καὶ τῶν Ἀζύμων νενομοθέτηκεν· Αὗται, φησὶν, *αἱ ἑορταὶ τῷ Κυρίῳ κλητὰὶ ἅγιαι, ἃς καλέσετε αὐτὰς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν. Ἐν τῷ α' μηνὶ ἐν τῇ ιδ' ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς, ἀναμέσον τῶν ἑσπερινῶν, Πάσχα τῷ Κυρίῳ. Καὶ ἐν τῇ ιε' ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς τούτου ἑορτὴ τῶν Ἀζύμων τῷ Κυρίῳ· ἑπτὰ ἡμέρας ἄζυμα ἔδεσθε.* Ἰδοὺ μανθάνεις καὶ ἐκ τῆς νομοθεσίας Μωϋσέως, ὅτι οὐκ ἦν τὰ ἄζυμα· καὶ γὰρ μετὰ τὸ δειπνῆσαι κατὰ τὴν ἡμέραν τὴν ε' παρέδωκεν ὁ Χριστὸς διὰ τῆς τοῦ ἄρτου κλάσεως τὸ τῆς Καινῆς Διαθήκης μυστήριον· ἐπειδὴ ἄζυμα ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἦσαν. . . .

VETERA MONUMENTA.

I.

Concilii Sardicensis ad Mareoticas Eccl. epistola (72).

Sancta synodus secundum Dei gratiam collecta Sardicæ, Ecclesiis Dei apud Mareotam cum presbyteris et diaconibus, in Domino salutem.

Etiam ex his, fratres dilectissimi, quæ ad Alexandriam per fratres directa sunt, scire potestis quæ apud sanctam et magnam synodum secundum Dei gratiam Sardicæ collectam, sunt actitata : sed quia et vos scripsistis intolerabilia sustinuisse ab impiissimis hæreticis, quorum est princeps pessimus Gregorius, hanc ob causam scribere et ad vestram reverentiam necessarium sancta synodus æstimavit : ut iis consolati, magis ac magis habentes in Deo spem, futuram promissionem repositam diligentibus Christum consequamini. Si igitur passi estis mala, nolite contristari, sed magis gaudete, quoniam et vos meruistis pro nomine Domini injurias tolerare. Si vero carceres, et vincula, et factiones tolerastis, hæc vos non contristabunt : hæc enim et ante vos patres sustinuerunt, quorum unus est beatus Paulus, propter quod et *vinctus* vocatus [1]. Audivimus quanta et Ingenius presbyter passus est, et doluimus quidem propter injurias ; libenter autem accepimus sacram ejus voluntatem, quoniam propter Christum cuncta sustinuit. Si igitur adhuc vos premunt, quæ putatur tristitia esse, in gaudium convertatur. Scripsimus enim piissimis imperatoribus, ut ne de cætero talia committantur adversum Ecclesias ; et credimus, quod Dominus faciet per religionem humanissimorum imperatorum, ut et nos cum solatio et libertate Deo gratias agentes, et placentes inveniamur in die judicii. Quæ autem sunt actitata, sicut prædiximus, cognoscetis ex dilectissimis fratribus nostris, qui vestras litteras portaverunt, hoc est presbyteris et diaconibus Alexandrinis : episcopum enim vestrum dilectissimum fratrem nostrum, et comministrum Athanasium innocentem et sincerum ab omni calumnia pronuntiavit sancta et magna synodus ; Theodorum vero, Narcissum, Stephanum, Acacium, Georgium, Ursacium, Valentem et Minophantum, episcopatu deposuit ob ea quæ deliquerunt, et ob impiissimam hæresim cujus socii et patroni videntur. De Gregorio autem nec tantum credimus necessarium esse scribere ; olim enim depositus est, imo magis episcopus penitus non est æstimatus : ejus enim opus simile est ejus ordinationi (73). Si quis igitur ab eo deceptus est, erudiatur et veritatem cognoscat ; si vero resistit ejus impietati, gaudeat, quod et ipse adversatus est hunc quem sancta synodus nec episcopum æstimavit. Nec enim nos latuit, quid adversus vos commiserit, et quantum vos presserit. Sed gaudete, quoniam pro Christo patimini ab his qui Christum blasphemant : æstimamus autem quod jam omnis insolentia cessabit, increpatis ac depositis noxiis, qui hæresim non nominandam defendebant. Incolumes vos esse in Domino opto.

Ego Osius episcopus incolumes vos in Domino opto, dilectissimi fratres.

Athanasius episcopus vester incolumes vos in Domino opto, dilectissimi fratres.

Heliodorus	similiter.
Joannes	sim.
Jonas	sim.
Dionysius	sim.
Paregorius	sim.
Aetius	sim.
Valens	sim.
Arius	sim.
Porphyrius	sim.
Athenodorus	sim.
Alysius	sim.

[1] Ephes. III, 1 ; IV, 1.

(72) Hæc primus in lucem protulit ex ms. codice amplissimi capituli Veronensis V. C. Scipio Maffeius in *Osservaz. Letter.* tom. III, pagg. 29-47, 60-83.

(73) *Vid.* Athan. *Apol.*, n. 30.

Digitized by Google

Gerontius	similiter.
Lucius	sim.
Asterius	sim.
Bassus	sim.
Dioscorus	sim.
Domitianus	sim.
Calepodius	sim,
Alexander	sim.
Plutarchus	sim.
Vincentius	sim.
Vitalis	sim.
Severus	sim.
Restitutus	sim.

Vincentius episcopus incolumes vos in Domino opto, dilectissimi fratres · jussus a fratribus meis et coepiscopis scripsi, et subscripsi pro cæteris.

1047 II.

S. Athanasii ad easdem Ecclesias epistola.

Athanasius presbyteris et diaconibus, et populo catholicæ Ecclesiæ apud Mareotam, dilectissimis ac desiderabilibus fratribus, in Domino salutem.

Sancta synodus laudavit in Christo vestrəm religionem. Omnes acceptos tulerunt in omnibus animum et fortitudinem, quoniam minas non timuistis, quod tolerantes injurias et persecutiones adversum pietatem, prævaluistis. Litteræ itaque vestræ, dum legerentur omnibus, lacrymas commoverunt, et omnes ad vestrum pertraxerunt affectum : dilexerunt vos et absentes, ac vestras persecutiones suas æstimaverunt : indicium namque charitatis eorum sunt litteræ ad vos datæ : et licet sufficeret vos connumerare sanctæ per Alexandriam Ecclesiæ : tamen separatim vobis scripsit sancta synodus, ut adhortati non deficiatis ob hæc quæ patimini, sed gratias agatis Domino ; quod vestra patientia bonum fructum habebit. Olim itaque latebant hæreticorum mores ; nunc tamen omnibus expansi sunt, et patefacti : nam sancta synodus advertit ab his concinnatas adversus vos calumnias, et eos habuit odio, atque omnium consensu deposuit Theodorum, Valentem, Ursacium in Alexandria et Mareota. Eadem etiam per alias Ecclesias facta sunt. Et quoniam intolerabilis est jam crudelitas eorum et tyrannia (74) adversus Ecclesias celebrata; ideo episcopatu dejecti sunt, omnique communione alienati. Cæterum de Gregorio nec mentionem facere voluerunt ; qui enim penitus episcopi nomen nec habuit, hunc nominare superfluum æstimaverunt : sed propter deceptos ab eo, nominis ejus mentionem fecerunt ; non quia dignus memoria videbatur, sed ut ex hoc, qui ab illo decepti sunt, ejus cognoscant infamiam, et erubescant cujusmodi factis homini (75) communicaverunt.

Cognoscetis vero super eos scripta ex superannexis : et licet non omnes scribere episcopi occurrerunt, attamen ab omnibus scripta sunt, et pro omnibus scripserunt. Invicem salutate in osculo sancto. Salutant vos omnes fratres.

Protogenes episcopus, incolumes vos in Domino opto, dilectissimi et desiderabiles.

Athenodorus episcopus incolumes vos in Domino opto, fratres dilectissimi.

Julianus episcopus	similiter.
Ammonius	sim.
Aprianus	sim.
Marcellus	sim.
Gerontius	sim.
Porphyrius	sim.
Zosimus	sim.
Asclepius	sim.
Appianus	sim.
Eulogius	sim.
Eugenius	sim.
Liodorus (76)	sim.
Martyrius	sim.
Eucarpus	sim.
Lucius	sim.
Caloes (77)	sim.
Maximus (78)	sim.

Per epistolas de Galliis incolumes vos in Domino opto, dilectissimi.

Arcidamus (79), et Philoxenus presb. et Leo diaconus de Roma incolumes vos optamus.

Gaudentius Naisitanus episcopus incolumes vos in Domino opto.

Florentius (80) Merie Pannoniæ similiter.
Ammianus de Castello Pannoniæ sim.
Januarius de Benevento sim.
Prætextatus (81) de Narcidono Pann. sim.
Hypeneris de Hypata Thessaliæ sim.
Castus de Augusta Cæsareæ (82) sim.
Severus de Calciso Thessaliæ sim.
Julianus de Theriseptapoli sim.

(74) *Tyrannia.* Sic ms. pro *tyrannis.*

(75) *Cujusmodi factis homini.* Eodem sensu fortasse, quo Italice *uom di tal fatta.*

(76) *Liodorus.* Forte *Diodorus.*

(77) *Caloes.* In editis *Calvus.*

(78) *Maximus. Per epist.* Clar. editor conjicit hic legendum *Maximinus episcopus de Galliis,* qui nimirum fuerit Trevirensis.

(79) *Arcid.* Inter fragmenta ex opere historico S. Hilarii exstat epistola synodi Sardicensis ad Julium I in qua sic legimus p. 15, edit. Paris. 1598 : *Hoc enim optimum et valde congruentissimum esse videbitur, si ad caput, id est ad Petri apostoli sedem de singulis quibusque provinciis Domini referant sacerdotes. Quoniam ergo universa quæ gesta sunt, quæ acta, quæ constituta, et chartæ continent, et vivæ vocis charissimorum fratrum et compresbyterorum nostrorum Arcydami et Filoxeni et charissimi filii nostri Leonis diaconi,* etc.

(80) *Merie Pannoniæ.* Leg. *Emeritæ Hispaniæ.* Scriptum pro more fuerit in cod. *Span.*, sed littera S detrita legerit librarius *Pan.*, inde confecerit *Pannoniæ.* Idem lapsus mox infra, ubi legendum *Anianus ab Hispania de Castulone.*

(81) *Prætextatus de Narcidono Pann.* Leg. *Prætextatus ab Hispania de Barcinona.*

(82) *De Augusta Cæsareæ. De Cæsaraugusta.*

Digitized by Google

Lucius de Verona sim.
Eugenius de Hecleal Cycbinis sim.
Zosimus Lychnis Sunosio Apuliæ sim.
Hermogenes de Syceono sim.
Thrypho de Magara sim.
Paregorius Caspinus (83) sim.
Caloes (84) Castromartis sim.
Ireneus Syconeus (85) sim.
Macedonius Lypianensis (86) sim.
Martyrius Naupactis sim.
Palladius de Diu sim.
Broseus (87) Ludonensis Galliæ sim.
Ursacius Brixiensis sim.
Amantius Viminacensis, per presbyt.
Maximum sim.
Alexander Gyparensis Achaiæ sim.
Eutychius de Mothona sim.
Aprianus de Petabione Pannoniæ sim.
Antigonus Pallenensis Macedoniæ sim.
Dometius de Acaria Constantias sim.
Olympius de Enorodope (88) sim.
Zosimus Oreomargensis sim.
Protasius Mediolan. sim.
Marcus Siscensis Saviæ sim.
Eucarpus Oponsius Achaiæ sim.
Vitalis Vertaresis Africæ sim.
Helianus de Tyrtanis sim.
Symphorus de Herapythis Cretæ sim
Mosinius Heraclæ sim.
Eucissus Chisamensis sim.
Cydonius Cydonensis sim.

III.

1048 *Item S. Athanasii.*

Athanasius presbyteris et diaconibus omnibus Ecclesiæ sanctæ apud Alexandriam et Parembolam catholice dilectissimis fratribus salutem.

Hæc scribentes oportet epistolæ principium gratiarum Christi actionibus facere, fratres dilectissimi; nunc autem maxime docet (89) hoc fieri, quoniam et facta multa apud Dominum, et magna habent gratiam, et oportet credentes in eum non esse ingratos tot ejus beneficiis. Gratias igitur agimus Domino, qui nos semper omnibus palam facit in fide, qui et jam in præsenti magna et mirabilia fecit Ecclesiæ : quæ enim rursum affirmaverunt divulgantes hæretici Eusebiani et Arii hæredes, hæc omnes qui convenerunt episcopi, pronuntiaverunt falsa ea esse et ficta. Et ii ipsi qui apud multos putantur esse terribiles, tanquam gigantes nominati, pro nihilo habiti sunt : et merito; quemadmodum enim adveniente luce tenebræ arguuntur, sic per adventum justorum iniquitas revelatur; et præsentibus egregiis debiles convincuntur. Quæ enim fecerunt maledicæ hæresis Eusebii successores, Theodorus, Narcissus, Valens, Ursacius, et in omnibus pessimus Georgius, Stephanus, Acacius, Minophantus et eorum collegæ, nec vos ignoratis, dilecti; nam eorum dementia omnibus patefacta est : quæ contra Ecclesias commiserunt, vestram nec hoc latuit solertiam. Primum enim vobis nocuerunt; primum vestram ecclesiam corrumpere tentaverunt : sed ii qui tot ac tanta fecerunt, et apud omnes terribiles æstimati sunt, sicut prædixi, tantum timuerunt, ut omnem exsuperent cogitationem. Neque enim solum Romanam synodum timuerunt, nec solum se vocati excusaverunt; sed et nunc cum Sardicam advenissent, sic infirmati sunt conscientia, ut cum vidissent judices, mirarentur; sic mente conciderunt. Vere quis posset adversum eos dicere [3] : *Ubi est stimulus tuus, mors? ubi est victoria tua, mors?* Nec enim illis proficiebat, ut vellent judicare : jam non poterant circumvenire quos volebant; sed videbant viros fideles curantes justitiam, imo magis ipsum Dominum nostrum videbant in eis : quemadmodum tunc dæmones de sepulcris; filii enim cum essent mendacii, non ferebant veritatem videre. Sic Theodorus, Narcissus, et Ursacius cum suis verba dicebat : « Omitte; quid nobis et vobis hominibus Christi? novimus quod veri estis, et timemus convinci; veremur in personam recognoscere calumnias. Nihil est nobis et vobis; Christiani enim vos estis, nos vero Christo repugnantes; et apud vos quidem veritas pollet, nos vero circumvenire didicimus. Putavimus abscondi nostra; non jam credebamus in judicium venire : quid ante tempus nostra convincitis, et ante diem nos convincentes vexatis? » Et licet sint moribus pessimi, et in tenebris ambulent; tamen cognoverunt vix tandem, quoniam nulla est communio lucis et tenebrarum, nec est aliqua consensio Christo cum Belial. Unde, fratres dilectissimi, cum scirent quæ fecerint, quæcunque miserrimos (90) videntes accusatores, testes præ oculis habentes, imitati sunt Cain, et illius more fugerunt : quoniam granditer erraverunt, etenim (91) ejus fugam sunt imitati, et condemnationem habuerunt. Cognovit enim opera eorum sancta synodus; audivit nostrum sanguinem proclamantem, audivit voces læsorum ab ipsis. Cognoverunt omnes episcopi quæ peccaverunt, et quanta adversus Ecclesias nostras et alias operati sunt; et ideo hos quemadmodum Cain Ecclesiis ejecerunt. Quis enim non lacrymatus est, dum vestræ litteræ legerentur? quis non ingemuit, aspiciens quos exsiliaverunt isti? quis non existimavit vestras suas esse tribulationes? Fratres dilectissimi,

[3] I Cor. xv, 55.

(83) *Caspinus. De Scupis.*
(84) *Caloes.* Forte *Calvus*, ut supra.
(85) *Syconeus. Secoreus*, vel *de Secoro.*
(86) *Lypianensis. Ulpianensis.*
(87) *Broseus Ludon.* Verissime *Lugdunensi.*
(88) *De Enorodope. De Doliche.*
(89) *Docet.* An *decet?*
(90) *Quæcunque miserrimos.* Forte *eorumque acerrimos.*
(91) *Etenim.* Forte *etiam.*

Digitized by Google

quondam vos patiebamini, cum ii delinquerent adversum vos, et forte jam tempore multo bellum non quievit. Nunc vero episcopi convenientes omnes, et audientes quæ passi estis, sic dolebant, sic gemebant, quemadmodum tolerantes injuriam tunc dolebatis, et illis . . . . . erat dolor communis illo tempore, quo processistis. Ob hæc igitur, et alia omnia, quæ contra Ecclesias commiserunt, cunctos universa synodus sancta deposuit, et non solum eos alienos judicavit ab Ecclesia, sed nec dignos vocari Christianos æstimavit: qui enim abnegantes Christum, quemadmodum Christiani vocentur? et qui contra Ecclesias delinquunt, ii quemadmodum poterunt adesse Ecclesiis? Unde mandavit sancta synodus ubique Ecclesiis, ut apud omnes notentur; ut ii qui ab ipsis decepti sunt, jam ad plenitudinem et veritatem revertantur. Nolite igitur deficere, fratres dilectissimi; tanquam Dei servi, et fidem Christi confitentes probemini in Domino, et non dejiciat vos tribulatio, neque ab hæreticis, adversum vos qui exercentur, dolores contristent. Habetis enim mundum universum condolentem vobis; et quod majus est, habentem omnes vos in mentem. Puto autem jam deceptos ab illis, videntes correptionem factam a synodo, ab illis averti, et (92) ex ore ipsorum impietatem. Si vero post hæc adhuc manus est eorum excelsa, ne stupeatis vos, neque formidetis, si illi sæviunt; sed orate, et manus ad Deum levate, et confidite, quoniam non tardabit Dominus, sed omnia vobis faciet pro vestra voluntate. Vellem quidem adhuc pluribus epistolam vobis scribere, et ut singula facta sunt significare; sed quoniam presbyteri et diacones idonei sunt nuntiare vobis præsentes de omnibus quæ viderunt, multa quidem scribere cessavi. Illud tantum significo, necessarium putans, ut præ oculis habentes timorem Domini, eum præponatis, et omnia cum vestra concordia celebretis intelligentes et sapientes. Orate pro nobis, habentes in mente viduarum necessitates, maxime quoniam ad eas pertinentia inimici veritatis obtulerunt (93), sed dilectio vestra vincat hæreticorum malitiam: credimus enim, quod secundum orationes vestras Dominus annuens dabit mihi velocius vos videre. Interim tamen apud synodum actitata cognoscetis ex scriptis ad vos ab omnibus episcopis, et de subjectis litteris depositionem Theodori, Narcissi, Stephani, Acacii, Georgii, Minophanti, Ursacii et Valentis: nam Gregorii mentionem facere noluerunt; qui enim penitus episcopi nomen non habuit, hunc nominare superfluum putaverunt. Sed tamen propter deceptos ab eo ejus nominis mentionem fecerunt; non quia dignum erat ejus nomen memorare, sed ut ab eo decepti cognoscant ejus infamiam, et erubescant, quod tali communicaverunt . . . . . tamen et hoc cum illis. Incolumes vos in Domino oro, dilectissimi, et desiderabiles fratres.

(92) *Ex ore.* Forte *exhorrere.*

(93) *Obtulerunt.* Forte *abstulerunt.*

IV.

Historia acephala, ad Athanasium potissimum ac res Alexandrinas pertinens.

Exstat infra hujus tomi col. 1443.

Digitized by Google

SANCTI ATHANASII

ALEXANDRINI EPISCOPI

EPISTOLÆ HEORTASTICÆ.

(Ang. Mai *Nova Bibliotheca Patrum*, tom. VI, Romæ 1853, in-4°, pag. I-XII, 1-168.)

PRÆFATIO.

ECCLESIÆ ALEXANDRINÆ OFFICIUM FUIT PASCHATIS DESIGNATIO.

I. Postquam a Nicæno decreto (*a*) finis impositus fuit gravissimæ de die paschali inter Asianos cæterosque Christianos populos controversiæ, ita ut uno eodemque die Dominico a cunctis deinceps per orbem Christianis, contra Judæorum consuetudinem, ea solemnitas celebraretur; mos ille invaluit, quem compendii causa Cassiani verbis referam (*collat.* X, cap. 2) : « Intra Ægypti regionem mos iste antiqua traditione servatur, ut peracto Epiphaniorum die, epistolæ pontificis Alexandrini per universas dirigantur Ægypti Ecclesias, quibus initium Quadragesimæ et dies Paschæ, non solum per civitates omnes, sed etiam per universa monasteria designentur. » Leo vero PP. in epistola 121, edit. Ballerin., ad Marcianum imper. sic loquitur : « Sancti Patres omnem hanc curam Alexandrino episcopo delegantes (quoniam apud Ægyptios hujus supputationis antiquitus tradita esse videbatur peritia), per quem quotannis dies prædictæ solemnitatis sedi apostolicæ indicaretur, cujus scriptis ad longinquiores Ecclesias indicium generale percurreret. » (Romanis reapse se Pascha indicasse ait nunc apud nos Athanasius ipse heortast. 18.) Exin Leo verba facit de errore in Theophili Alexandrini episcopi cyclum illapso (ut etiam in epist. 88); idemque in ep. 122 vult per principem admoneri Ægyptios, ne in summæ festivitatis die, dissensione aliqua aut transgressione peccetur. Et quidem de computo Ægyptio diu loquitur etiam Paschasinus Lilybetanus cum Leone in ep. 3. Rei confirmandæ causa, placet verba quoque Bedæ *De ratione temporum*, c. 42, ascribere : « Fertur antiquitus Alexandrinæ Ecclesiæ antistiti delegatum, ut officiose operam curamque investigationi computi paschalis impenderet, quatenus pontifici apostolicæ sedis annuntians, per eum

(*a*) Decretum exstat apud Gelasii *Historiam concilii Nicæni*, lib. II, cap. 33, in Patrum Nicænorum epistola ad Ægyptios : Εὐαγγελιζόμεθα ὑμᾶς καὶ περὶ τῆς συμφωνίας τοῦ ἁγίου Πάσχα, ὅτι κατωρθώθη καὶ τοῦτο τὸ μέρος, ὥστε πάντας τοὺς ἐν τῇ ἑῴᾳ ἀδελφοὺς, τοὺς μετὰ τῶν Ἰουδαίων τὸ πρότερον ποιοῦντας, συμφώνως Ῥωμαίοις καὶ ὑμῖν καὶ πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἐξ ἀρχαίου μεθ' ὑμῶν φυλάσσουσι τὸ Πάσχα, ἐκ τοῦ δεῦρο ἄγειν τὴν αὐτὴν ἀγνοτάτην ἑορτὴν τοῦ Πάσχα. Idem repetit Constantinus Augustus in epistola ad episcopos qui concilio non interfuerant. Denique etiam S. Athanasius rem eamdem narrat in *Epistola ad episcopos Africanos*. Conferatur autem Eusebius *Hist. eccles.* lib. V, 23-25, nec non *De vit. Const.*, lib. III, 5, 14, 19. Atque ea occasione idem Eusebius tractatum illum *De Paschate* scripsit, cujus nos partem ex Vat. codice dedimus, tom. IV, part. I, pag. 209 seq. (*), quod scriptum, utpote doctissimi omnium episcopi, et qui in illa synodo sedit, recolendum est.

(*) Vide tomum nostrum XXIII. Edit. Patr.

Digitized by Google

Paschæ diem solemnem cæteros Ecclesiarum principes agnoscere faceret. » Mox idem Beda de Theophili memorato cyclo loquens (cujus rationem cognoscimus in ipsius Theophili prologo apud Gallandium *Bibl.* tom. VII, p. 614), « Hujus, inquit, Proterius Alexandrinæ urbis antistes, ad inquisitionem papæ Leonis, luculentissimam reddidit rationem. Oportebat enim, pergit dicere, ut ab Alexandrinæ Ecclesiæ præsule talia scripta ad sedem apostolicam mitterentur, quæ ostenderent, magisterio beatissimi Petri apostoli hoc ab initio per beatum Marcum ejus discipulum didicisse Ægyptios, quod constat credidisse Romanos. » Nempe Ægyptii hac in re non Asianis (id est Syriæ, Ciliciæ et Mesopotamiæ populis, ut ait Athanasius *De synodis Arimini et Seleuciæ*, n. 5), sed aliis consentiebant Christianis.

EXTRA ÆGYPTUM PASCHA INDICEBATUR A ROMANO PONTIFICE.

II. Igitur inveniendi quidem diei paschalis calculus Ægyptiorum erat; cæterum hi intra Ægyptum tantummodo Pascha publice indicebant; in toto autem Occidente Romani pontifices. Ecce enim vel ante Nicænum concilium (ope ut puto cyclorum, v. gr. S. Hippolyti, vel aliorum, de quibus vide Ægidium Bucherium) canon primus concilii I Arelatensis anni 314 sic ait ad Silvestrem papam : « Primo in loco de observatione Paschæ Dominicæ, ut uno die et uno tempore, per omnem orbem a nobis observetur, et juxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas. » Hinc Leo ep. 96, ad Arelatensem episcopum : « Quia hoc divina institutio et paterna traditio ad nostram sollicitudinem voluit pertinere, fraternitatem tuam solemniter admonemus, ut Pascha Domini celebrandum nobis die x Kal. Aprilium recognoscas, etc., cujus notitiam per dilectionem quoque tuam omnibus voluimus declarari. » Attamen ep. 142 ipse per se ait Leo : « Diem venerabilis festi omnibus Occidentalium partium sacerdotibus intimasse, quem Alexandrini episcopi declaraverat instructio. » Fiebat autem ea denuntiatio in epistolis formatis (ep. 131), cujusmodi illa erat (138) de eadem re ad universos Galliarum atque Hispaniarum episcopos. Sancti denique Ambrosii luculenta est de computo paschali epistola 23 (anni 386), in qua rei hujus marte proprio et peritia regulam tradit. Ait enim : « Necesse fuit, quia etiam post Ægyptiorum supputationes et Alexandrinæ Ecclesiæ definitiones, episcopi quoque Romanæ Ecclesiæ per litteras plerique meam adhuc exspectant sententiam, quid existimem scribere de die Paschatis. » Denique Innocentius I PP. epist. 14, ad Aurelium Carthaginiensem, doctrina videtur propria paschalis diei statuendi normam præscribere.

QUÆNAM FUERINT EPISTOLÆ HEORTASTICÆ.

III. Jam vero epistolæ, præsertim Ecclesiæ Alexandrinæ, quæ Pascha indicebant, *heortasticæ*, id est festales, dici solebant, quia Pascha summum est κατ' ἐξοχήν Christianorum festum, scilicet ἑορτή. Dionysii, qui ab anno 247 ad 265 fuit episcopus Alexandrinus, heortasticas epistolas cum Canone paschali legebat Eusebius *Hist.* vii, 20, quarum tamen nonnisi tenue ex quarta fragmentum superfuit in Damasceni *Parallelis* (Opp. tom. II, p. 753). Post Nicænum concilium, in Syriaco Chronico Athanasiano (de quo nos postea dicemus) memoratur heortastica Alexandri, qui Athanasio præcessit, extremo vitæ suæ tempore, anno 328, per Ægyptum dimissa, quæ cæteroqui nusquam apparet. Secutæ sunt magni Athanasii heortasticæ, de quibus mox peculiariter disseremus. Posthinc tres Theophili habemus heortasticas, quas honoris causa, ipsoque rogante Theophilo, in Latinam linguam transtulit noster Hieronymus (*a*) quæ sola interpretatio ætatem tulit, Græco deperdito textu. Quintæ item et sextæ, atque aliarum, ut videtur, minuta fragmenta sunt apud Gallandium *Biblioth.*, t. VII, pag. 642 et 643. Etenim p. 641 diserte dicitur : Ἐκ τοῦ ἑορταστικοῦ τόμου. Quintæ aliud fragmentum ineditum comperimus nos in codice Vat. 1455, f. 171, his verbis : Θεοφίλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς ε' ἑορταστικῆς. Ἐπειδήπερ ἡ τῶν ἀνομοίων φύσις ἀνομοίους ἔχουσι τὰς ἐνεργείας· οὐ γὰρ δήπου μίαν εἶναι φυσικὴν τὴν ἐνέργειαν δώσομεν. *Theophili episcopi Alexandrini ex quinta heortastica. Quoniam dissimilium naturæ, dissimiles exerunt operationes, profecto unicam esse naturalem operationem non concedemus.* Alium multo prolixiorem Theophili tractum ex decima sexta heortastica recitavimus item nos in *Script. vet.*, tom. VII, pag. 50, in quo contra Origenem disputatur. Sed en postea Cyrillus heortasticarum disertissimus scriptor, quarum XXIX temporis edacitatem fugerunt : hæque in codicibus promiscuo vocabulo appellantur λόγοι ἤτοι ἐπιστολαί. Postremo sancti Ambrosii epistola 23, præcipueque grandis illa Proterii episcopi Alex. (apud Bucherium, p. 82) ad Leonem PP., heortasticæ insignes sunt.

DE HEORTASTICIS SANCTI ATHANASII EPISTOLIS.

IV. Veniendum nunc est ad Athanasii heortasticas seu festales epistolas, quarum causa totus hic prologus a nobis institutus est. Athanasium more officioque Alexandrinorum episcoporum scripsisse heortasticas, nemo profecto dubitare poterat : præsertim quia testis aderat nominatim Hieronymus, qui *De vir. illustr.*, cap. 87, inter cætera sanctissimi viri scripta heortasticas ponit epistolas. Tum deinde in opere, quod Montfauconius edidit, Cosmæ Indicopleustæ, minutæ aliquot prædictarum heortasticarum laciniæ apparuerant ex 2, 5, 6, 22, 24, 28, 29, 40, 45. Mihi vero ipsi tenue ex tertia decima fragmentum Græcum

(*a*) Unius ex his Theophili heortasticis fragmentum Græcum, Latino Hieronymi feliciter respondens, nos exhibuimus, tom. IV, pag. 62, ubi tamen legendum est πρὸς τοῦτον loco πρὸς τοῦτο.

Digitized by Google

Syriaco consonum, in Vaticano codice casu conspiciendum se obtulit, quod inferius pag. 119 in scholio recitavi. Atque hic sponte oboritur quædam de Athanasii heortasticarum numero quæstio. Etenim ex Chronico (de quo mox dicemus) constat episcopalem sedem inscendisse Athanasium ante dimidium anni 328, rebusque humanis excessisse sub exitu anni 373, qui sunt anni 46. Verumtamen ab his subtrahendus primus est, quo non Athanasius, sed Alexander decessor scripserat. Ergo annis episcopatus 45 respondet adamussim numerus heortasticarum apud Cosmam memoratus. (Attamen in Vita Athanasii Arabice scripta circa finem dicuntur ejus heortasticæ 47.) Quin adeo in Chronico Syriaco dicitur confectus ab Athanasio anno 367 Canon sacrarum Scripturarum, qui reapse conservatus est, ex epistola 39 sumptus; isque item numerus plane respondet Athanasiani episcopatus anno 39. Recte hactenus. Sed quid eidem Chronico respondeas, quod annis 336, 337, 341, 342, 357, 358, 359, 360, 361, id est novem annis prætermissam ab Athanasio heortasticam fuisse narrat? Mihi quidem cogitanti nil aliud interim menti occurrit, quam ut illa Chronici verba *non scripsit*, vel *non misit*, de publica tantum et libera heortasticæ diffusione intelligere liceat; quia nimirum ab Athanasio vel in fuga et exsilio, vel in abstrusis locis latente, solemnis epistola ad populum deferri palam nequiverit : cujus rei indicia, furtivæ scilicet epistolii alicujus submissionis, in ipso Chronico sunt. (Et quidem nos hanc ambiguitatem innuimus in scholio pag. 116.) Certe quia dies paschalis ab episcopo Alexandrino denuntiandus quotannis necessario erat tum Ægyptiis suis, tum etiam Romano pontifici, pronum creditu est, Athanasium singulis omnino annis, per privatam saltem heortasticam, vel heortasticæ simulacrum, eo perfungendo muneri non defuisse. Nec vero Latinum illud fragmentum *filiis suis* inscriptum apud Montfauconium edit. Ven., tom. I, part. II, pag. 772, heortasticum se demonstrat. Neque item novæ illæ Athanasii epistolæ in Veronensi codice a Scipione Maffeio Latine inventæ, ad heortasticum genus ullatenus pertinent.

DE CHRONICO TEMPORUM ET HEORTASTICARUM SANCTI ATHANASII.

V. Non semel jam memoravimus Syriacum Chronicon Athanasianis heortasticis præclaro consilio præpositum, quod universum episcopatus ejus tempus complectitur; quo certe documento incommode caruit is qui de ratione temporum Athanasianorum disseruit Mamachius; item Fontaninius *De anno emortuali sancti Athanasii*, aliique annalium auctores. Pretiosissimum hercle scriptum, ubi præter diem paschalem, qui est Chronici primarius scopus, æra Diocletiani, id est tempus suscepti ab eo imperii (*a*), consules Romanorum, Ægypti præfecti, singuli lunæ, id est mensium dies (namque, ut ait Ambrosius in cit. ep. 23, naturalis usus nationum lunam pro diebus appellat), hebdomadæ quoque sub consuetis deorum nominibus dies, indictiones, epactæ, et Ægyptiaci mensis ad Romanum reductio, perquam accurate adnotantur : imo præcipui etiam Athanasii actus, et scriptarum heortasticarum mentio admiscetur. Hoc ergo Chronicon, quicunque in illorum temporum rebus versari volent, sine dubio consulent. Quod ut videatur utilius, heortasticarum calci nos aliud subtexuimus Latinum Chronicon æque Athanasianum, sub Theophilo episcopo scriptum, et a Scipione Maffeio ex pervetusto Veronæ codice excitatum.

(*a*) Æra Diocletiani dicitur etiam Martyrum, quanquam persecutio nonnisi anno ipsius imperantis XIX (Christi 303) commota fuerit. Cœperat autem imperare anno Christi 284, quod est usitatum, ut dixi, illius æræ initium. Mihi in codice Latino Vat. 1195, f. 206, satis prisco et magnæ molis (unde etiam poematium de SS. Constantia et Gallicano sumpsi) in prologo martyrii S. Georgii occurrebat Diocletiani edictum quoddam contra Christianos, ab eo diversum quod Pasicrates recitat in Actis ejusdem S. Georgii apud Surium, tom. II, pag. 905. Neutrum fortasse satis genuinum est (etsi tria saltem Diocletiani edicta de ea persecutione exstitisse scimus); hoc autem nostrum parum se locutione sua aliisque criticis notis commendat, et de Græco certe derivatum videtur; nihil tamen vetat quominus hic obiter recitetur : *Diocletianus et Maximianus divina providentia Cæsares, omnibus magnatibus, consulibus, præfectis, atque tribunis, omnibusque populis nostræ dicioni faventibus, tota salutis. — Sagacissimo vestro ingenio, ac pene toti mundo jam notum est, quod divinæ clementiæ altithroni Jovis ac sacris numinibus complacuisset in toto orbe terrarum Romanum imperium peculiariter habere cultorem. Hac pro re, de parva gente ad culmen tantæ dignitatis illud exaltare dignati sunt, ut monarchiam retineret, omnibusque regnis subjugatis, pacifice cum suis gauderet, et gloriose viveret. Proinde, quia nemo eis sine præmio servit, præcipimus, suademus, monemus, ut quanto magis eos propitiatos habere concupitis, tanto magis una nobiscum omni nisu, omnique conamine mentis pro illorum honorificentia vigiletis : maximeque nefandorum Christicolarum culturam sagaciter exstirpando, qui et palam eos infamare non metuunt, et alium quemdam crucifixum ut deum venerari nituntur. Idcirco per hoc imperiale edictum sancimus, ut ubicunque reperti fuerint, remota omni occasione, sine aliqua miseratione, sacrificare compellantur : alioquin atrocissimis tradantur pœnis, et flammarum combustionibus exurantur.* Hactenus edictum. Cæterum quam tumida, quam verbosa atque involuta et plusquam Asiatica Diocletiani scriniorum locutio fuerit, quanta ejus de Romana fortuna imperioque proprio magniloquentia, quanta demum hypocrisi suam erga deos pietatem impius hic jactare soleret, licet apprime cognoscere in ejus magno et indubio *De pretiis venalium rerum* edicto, vel apud nos *Script. vet.*, tom. V, part. I, pag. 296 seq., vel apud alios editores. Ubi etiam observes velim Diocletianum, quanquam Augustum, dici illic nihilominus *Cæsarem*, ut in hoc Vaticano edicto. Ibidem tamen in quatuor imperatorum titulis ante illud ARMEN. vel ARMENIC. addendum est CARPIC. MAX., ut postea didicimus.

Digitized by Google

HEORTASTICARUM SANCTI ATHANASII IMAGO.

VI. Jam ut aliquid de natura quoque et merito epistolarum harum dicamus, prima et maxima ipsarum commendatio est, auctoris nomen ; namque Athanasius, vi etiam etymologica, *casurum nullo tempore* nomen habet. Hunc, inquam, tota antiquitas ceu firmissimum recti dogmatis columen veritatisque regulam suspexit ac prædicavit. Etenim Alexandrinæ Ecclesiæ, post Marci apostolatum, sex ferme fuerunt splendidiora lumina : Dionysius confessione, laboribus et scriptis celeber (*a*), Petrus inclytus martyr (*b*), Alexander Arii primus debellator et in Nicæno concilio prope coryphæus ; Athanasius noster, Theophilus atque Cyrillus (*c*). Inter hos tamen apostolicis certe virtutibus, invicta patientia et constantia, præter adamantinam doctrinæ catholicæ firmitatem, princeps propemodum Athanasius emicans *implevit meritis solis utramque domum*. Hæ cæteroquin epistolæ non tam theologicæ pleræque sunt quam morales ac populares. Quanquam enim non desunt Arianorum, Manichæorum, aliorumque hæreticorum, seu diversarum sectarum, graves reprehensiones ac refutationes, major tamen adhortationum pars in sanandis vitiis, suadendis virtutibus, moribusque formandis consumitur : quæ res loquenti scribentive ad populum præcipue curanda erat. Ergo passim ab Athanasio inculcatur catholicæ fidei tenacitas, sacrarum Scripturarum meditatio, orationis ad Deum studium, agendarum ei gratiarum perpetuum officium, atque, ut vult Origenes *De oratione* edit. Ruæi, tom. I, pag. 271 : Ἐπὶ πᾶσι, τὴν εὐχὴν εἰς δοξολογίαν Θεοῦ διὰ Χριστοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι καταπαῦσαι· animæ insuper per confessionem purgatio, corporis et sanguinis Domini digna participatio, mutua charitas, carnalium desideriorum exstinctio, voluptatum fuga, ne videlicet mundi hujus tabe animus computrescat, sed ad cœlestium rerum appetitum assurgat : namque animæ causa, non corporis, tota religio constituta est. Re sane vera qui de futuro sæculo non cogitat, vix Christianus est : quippe, ut ait Tertullianus *De resurr. carnis*, cap. 1 : *Nihil esse post mortem, Epicuri schola est.* In primis vero propriam mansuetudinem Athanasius miramque patientiam demonstrat, dum in omni vita sua tantopere malis exercitus, et furialibus odiis exagitatus, atque ad necem toties quæsitus ab ea pessimorum hominum permistione, ethnicorum, Judæorum, totque sectarum sub Christiano vocabulo errantium, et ab illo præsertim magno diaboli laqueo Ario ejusque scelestis asseclis ; ipse tamen pie semper sedateque in his epistolis loquitur. Sed quia longum mihi esset ire per singula, rem per se lectoribus cognoscendam permitto.

HEORTASTICARUM S. ATHANASII NUPERA INVENTIO.

VII. Superest ad extremum ut inventarum Athanasii Heortasticarum notitiam, cum debita inclytorum Anglorum laude exponamus. Namque his annis vir doctus, et Copticæ præsertim linguæ scientia clarus D. Henricus Tatamus ad Scetense in Ægypto S. Mariæ Deiparæ, quod est in deserto Nitriæ, monasterium (*d*), profectus, ibi apud Syriacæ originis ritusque monachos pretiosissimos Aramææ linguæ codices ex Mesopotamia olim translatos comperit, pretioque redemptos in Angliam contulit. Est autem idem hoc monasterium quod Elias primum Simonius Maronita, anno 1707 Roma missus, adiit, ex eoque XL Syriacos codices reportavit, qui in bibliothecam Vaticanam sunt illati. Deinde an. 1717, majore incensus cupiditate Josephus Simonius Assemanus ob reliquos conquirendos illuc progressus, ita de suo parum læto successu loquitur *Bibl. Orient.* t. I, Præf., fol. 6 : *Repertos codices recensui, selectos circiter centum*

(*a*) Hujus Dionysii habes nova fragmenta apud *Script. vet.* t. VII, pp. 96, 98, 99, 102, 107. Prolixiora alia in hoc volumine, pp. 165, 166.

(*b*) Petri Vitam, seu potius genuina martyrii Acta, interprete Anastasio Bibliothecario, edidimus nos in *Spicilegii Romani* tomo III. Fragmenta autem egregia in *Script. vet.* t. VII, pp. 85, 96, 134, 306, 307. Nunc e Syriaco Vat. codice addimus, videlicet ex Severi Antiocheni opere inscripto Φιλαλήθης, haud procul initio, hæc : « *Sancti Petri archiepiscopi et martyris ex sermone (vel libro) de theologia.* Interim evangelista firmiter ait : *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Ex hoc cognoscimus, angelum cum Virginem salutavit dicens : Gaude, gaudio plena, Dominus tecum, significare voluisse : Deus Verbum tecum est : itemque denotare, illud de sinu ejus oriturum, et carnem factum iri, prout scriptum est : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi in te descendet ; ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei.* » Laudat Petrum Alexander item Alexandrinus episcopus in codice quodam Coptico, quem nos sermonem postea vulgabimus. Imago ejusdem Petri Alex. eburnea visitur in museo sacro bibliothecæ Vaticanæ.

(*c*) Alexandri, Athanasii, Theophili, præcipueque Cyrilli, nova scripta sunt in hac nostra *Patrum Bibliotheca*. Duorum autem Dioscori labe aspersorum Timothei II, ac Theodosii, scripta dedimus in *Spicilegii Romani* tomo tertio. Sed et aliorum Alexandriæ patriarcharum scripta inedita habemus in codicibus Copticis atque Arabicis Vat. (præsertim in illo inscripto *Fides Patrum*), scilicet : Benjamini, Cabilæ, Christoduli, Christophori, Cosmæ, Cyrilli-laclaki, Dioscori, Gregorii, Joacimi, Joannis, Macarii, Marci II, Mennæ, Michaelis, Petri Mongi, Philothei, Senuthii, Timothei I (catholici), Zachariæ. Patriarcharum autem omnium Alex. series a divo Marco usque ad Gabrielem an. 1378, exstat in codice Arab. Vat. 152. Alii breviores eorumdem catalogi in codicibus item Arabicis Vat. 92, 159. Atque hi utiliter cum Lequinii in *Or. Ch.* serie conferentur.

(*d*) De hoc monasterio Moyses monachus Scetensis ita loquitur in annotatione subscripta codici Syriaco apud Assemanum *Catalog. Codd. Vat.* t. III, p. 440 : *Monasterii Dominæ nostræ, quod in deserto Scetensi situm est, Syrorumque cœnobium appellatur.* Item t. II, p. 221.

Digitized by Google

petii, sed nullis precibus, præter paucos quosdam, persoluto pretio, a monachis obtinere licuit. Porro Nitrienses hos codices, quotquot e Nilo, quo devehebantur, naufragos expiscari licuit, idem Assemanus enumerat in prædicto tomo circa finem. Ergo elapsis centum fere et triginta post Assemanum annis, D. Tatamus residuos illic invisit codices (quorum nonnullos viderat paulo ante etiam nobilis alter Anglus Robertus Curzonus), hique interdum signa gerebant manu Assemani impressa, propterea quod illos sibi tradendos frustra speraverat : atque his feliciore auspicio, seu majore pretio, impetratis, merito ætabundus discessit. Ecce autem paulo post, cl. Tatami exuvias valde auxit, id est cunctos omnino codices ex eo monasterio coemptos deduxit vir strenuus Ægyptius Augustus Pakus. His omnibus in Britannico museo collocatis, primus Eusebii Cæsareensis *Theophaniam* integram in antiquissimo miroque exemplari observavit vir doctissimus D. Samuel Leus, quam mox impigre sermone Anglico interpretatus edidit, et deinde etiam Syriace. De hac Eusebii *Theophania* nos quarto in volumine locuti sumus, ubi eam Græcis inventis reliquiis, lautis sane ac genuinis, locupletavimus. Alter mox accessit paris meriti parique cum honore appellandus D. Willelmus Curetonus, qui in prædictis codicibus, præter alia multa, Heortasticarum sancti Athanasii epistolarum grandem partem detexit, et Syriace anno 1848 venustis typis Londini evulgavit. Hoc ei tamen incommodum accidit, quod jam curata editione partis ejus quæ prima ad ipsius manus devenerat, deinde pars alia earumdem epistolarum in Angliam subsequente anno delata est : quo felici casu imposita editori necessitas fuit, partes has reliquas, et quidem sæpe intermedias, et hiantibus lacunis congruas, seorsum in eodem libro adjungendi. Quæ cum ita se habeant, sedulitatem quidem benemerentissimi Curetoni laudamus, et tamen novæ continuæque et ordinatæ faciendæ editionis, quis tempestivitatem non videt? Nam et textus in seriem (ab ipso Curetono indicatam) redigendus erat, et notiore aliquo sermone ad vulgi notitiam deferendus. Etenim Anglus editor, festinantibus typis, nullam Syriaci textus translationem neque vernaculam neque Latinam libro addidit; testatus imo in præfatione, se hanc sponte prætermittere; jucundumque sibi fore, si quis eam Syrophilus communi utilitati quantocius suppeditaverit.

DE NOSTRA HEORTASTICARUM INTERPRETATIONE ATQUE EDITIONE.

VIII. Equidem sero nimis ad me cl. Curetoni Syriacus liber ex Anglia advenit; quo tamen demum accepto, nullam prope moram interponendam putavi, quominus his pretiosis Athanasii epistolis volumen hoc meum Syriace simul (*a*) Latineque exornarem. Converti me itaque ad peritissimum patriæ linguæ Maronitam Syrum, Matthæum Sciahuanum, in urbano Propagandæ Fidei collegio linguarum Syriacæ et Arabicæ laudatissimum antecessorem, qui mei causa Athanasianum textum in vernaculam Italorum linguam fidelissime transtulit. Ordinato igitur explanatoque Syriaco textu, Latinitatem ego simplici sed veraci admodum stylo adjeci, gestiens scilicet tanti Ecclesiæ Patris luculentum et perutile dictatum Romanæ urbi, ubi et partim exaratum fuerat, quasi ἕρμαιον jucundissimum exhibere. Etenim nullam hactenus, ne extra Angliam quidem, Athanasiani libri factam translationem existimo, vel ea certe mihi conspecta non est. Verumtamen ad cl. Sciahuani vernaculam interpretationem quod attinet, diserte is declarat, se omnino peraccurate in sua lucubratione versatum, id est verbum pene de verbo transtulisse, omni sibi paraphraseos licentia præcisa. Simul tamen monet, quoniam olim liber Syriacus rudi Minerva de Græco derivatus fuit, voluisse totam hujus transformati textus insuavem licet locutionem exprimere, in qua Syrus monachus hellenismos sæpe ascivit, usum particularum Græcarum gentilibus suis insuetarum admiscuit, interpunctionem arbitrariam fecit, Aramæam syntaxim ad Græcam improprie et quasi vi accommodavit, ideoque barbarus identidem, obscurus confususque evasit, et Syriacis vocabulis insolitum non semel supposuit significatum. Vocalium quoque et diacriticorum punctorum, ut fit in antiquis mss., defectus ambiguam aliquando, in nominibus præsertim propriis insolitisve, reddebat lectionem. Menda insuper in Londinensi libro apparebant, quæ Sciahuanus codice carens, undenam irrepserint, definire non poterat; quorum tamen evidentiora necessario correxit. Certe donec ipse aut codicem Nitriensem inspiciat, aut alium qui alicubi casu appareat, anxius interdum hæsit, nisi forte nos tam benigne fortuna respexerit, vel potius tanto Deus beneficio cumulaverit, ut Græcum ipsum aliquando Heortasticarum harum exemplar nanciscamur!

EX SEVERI ANTIOCHENI HOMILIA DE S. ATHANASIO.

IX. Severi Antiocheni, sæculo sexto Acephalorum antesignani, laudationem in S. Athanasium, ex Syriaco codice Vat. CXLII, f. 82, viro cl. Fr. Mehasebo interprete, edituri eramus, nisi nimia præsentis voluminis moles nos ab incœpto deterruisset. Itaque specimen tantummodo, seu delectos locos, in hoc præfationis angulo subjiciemus. Sic autem incipit homilia : *In lege illa per Moysem lata mandavit omnium Deus* (*Num.* XX, 26) *ut cum summus sacerdos præsentis vitæ tempus complesset, atque ad alterius*

(*a*) Cum Patres qui Syriace, Armenice vel Coptice scripserunt ad peculiarem seriem quæ *Patrologia Orientalis* audiet, amandare constituerimus, non miretur lector *Heortasticas* Athanasii Latine tantum hic exhiberi. Textui Syriaco locus suus non deerit, quanquam non is primigeniam operis Athanasiani formam repræsentat, estque nonnisi Græci textus deperditi antiqua translatio. EDIT. PATR.

Digitized by Google

optatæ beatam metam transisset, is qui statim ad supremum sacerdotium appellaretur, eadem veste, quæ mortuo detracta fuisset, indueretur, etc. *Sic autem diserte mandatum fuit, ut ita nos doceremur, oportere eum qui succedit, mores sibi omnino et verba ipsa sui præcessoris asciscere, sibique ejusdem virtutem unice contexere; ut unum credat populus esse sacerdotium, non multiplex.* Et paulo post : *Quæ vis verborum vel exiguam Athanasianæ historiæ partem attingat? Hic ille est summus sacerdos, pastor, doctor, et veritatis athleta*, etc. *Hic ab incunabulis mystica quadam ratione sacerdotio se initiavit.* Sequitur nota illa narratio de baptizatis pueris ab Athanasio puero ; quo facto, cuncti illi cum Athanasio pueri ab Alexandro episcopo in ecclesiæ ædibus ad Leviticam vitam et scientiam educari cœperunt. Tunc Arii coorta hæresi, indictoque Nicææ concilio, Athanasius jam in ordine diaconorum primus, Alexandrum comitatus, in eo cœtu fortissime decertasse dicitur. *Sancta autem synodus*, inquit Severus, *unanimi voce decrevit consubstantialem esse Patri ipsum illum Filium, qui, expletis temporibus, propter nostram salutem incarnatus est, totamque dispensationem peregit. Item Spiritum sanctum Patri ac Filio connumeravit, docuitque concorditer in hunc etiam esse credendum : atque hoc salutare decretum sanamque professionem universo legitime orbi tradidit, paucisque verbis id omne definivit in quo baptizamur.* Mox narrat Severus quomodo mortuo Alexandro Marci sedem occupaverit Athanasius. Hinc Arianorum apud Constantinum imp. calumniæ, exsilium Athanasii usque Treviros, et deinde reditus Alexandriam, Roma non semel salutata. Item alii sub variis imperatoribus labores ejusdem, ac fugæ, et latebræ, et interfecti Arsenii fabula, ita ut de XLVI episcopatus annis, sex tantum quieverit. Profligatos item ab Athanasio dicit duos Arianismi gigantes, impurum eunuchum Leontium, et Hosium qui ambitiose sedem mutavit. Facit tamen Severus calumniam Hosio, quem quantopere amaverit laudaveritque Athanasius, patet ex ejus operibus. Et Arianismo quidem strenue purgavit Hosium vir cl. Maceda grandi edito libro *Hosius vere hosius*. Quod vero idem sedem episcopalem mutaverit, id plane falsum videtur : nam contra hanc potius nonnullorum episcoporum ambitionem condidit primum canonem Sardicensem ipse Hosius. Pergit autem Severus dicere : *Arii infamem sententiam Athanasius oppugnans, tanquam bellicæ artis bene peritus, nulli simul alii ex hæresibus aditum vel occasionem præbuit ; secus ac illi in fide reprobi se gesserunt. Diodorus atque Theodorus, qui uno oculo utentes, in altero cæcutierunt, quia Verbum Dei incarnatum factumque hominem, obtentu Arium refutandi, in duo diviserunt. Non ita tamen noster hic magnus, qui genuinis accuratisque verbis usus est. Is enim constituit, non duas esse dicendas post unionem in Christo naturas, sed unam Verbi incarnatam naturam, conservata tamen divina humanatione immutabili, inconfusa, inseparabili. Quod ejus effatum non ferentes Nestorius aliique discipuli Diodori ac Theodori, illius ad Epictetum epistolam falsaverunt. Sed enim illam ad veritatem exigens germanus Athanasii discipulus sapiens Cyrillus, misit ad sanctas Orientis Ecclesias, Judæorum fautoribus os occludens.* Vides, lector, Severum nunquam suæ de unica in Christo natura hæreseos immemorem. Jam Athanasium unam dixisse Dei Verbi incarnatam naturam, alii veteres affirmant, alii negant, apud Petavium *De incarnat.* lib. IV, cap. 6, n. 5 seq., qui hanc quæstionem doctissime evolvit. Porro et nos scimus aliud esse unam Christi naturam dicere, aliud unam Verbi incarnatam naturam. Sed quod pluris est, verba hæc in Athanasii *ad Epictetum epistola* non legitur ; totus imo illius contextus duas in Christo naturas astruit ; et nonnisi in spurio quodam opusculo, de quo Petavius loc. cit., ea locutio superfuit. Quamobrem, nisi vana prorsus narrat Severus, illa *unius naturæ* dicto a Monophysitis potius alicui exemplari epistolæ Athanasianæ obtrusa fuisse videtur, quam indidem a Nestorianis subtracta. Cyrilli quidem adversus Diodorum ac Theodorum complures nos reliquias, ex ipsius Severi ac Joannis Cæsareensis scriptis ineditis haustas, in secundo hujus *Bibliothecæ* volumine edidimus.

Digitized by Google

EPISTOLÆ FESTALES
DOMINI SANCTI ATHANASII
CUM CHRONICO PRÆVIO.

1 Notitia mensis per unumquemque annum, dierum, indictionum, consulatuum, præsidum Alexandriæ, epactarum omnium, et cunctorum illorum qui dicuntur deorum *dies* (1); nec non causæ ob quam non fuerit missa (epistola), et ab exsilio responsum. (Hæc omnia) secundum festales epistolas papæ Athanasii.

Hæ sunt festales epistolæ, quas Athanasius Alexandriæ episcopus mittebat quotannis ad singulas civitates atque præfecturas jurisdictioni suæ subjectas; id est a Pentapoli, et deinceps ad Libyam, Ammoniacam, Oasim parvam et magnam, Ægyptum (2), Augustamnicam, atque Heptanomum, et provincias Thebarum superiorem ac mediam; capto initio ab anno XLIV æræ Diocletiani (CHRISTI ANNO 328), quo anno Paschatis festum erat die XVI Pharmuthi, XVIII Kal. Maii, lunæ (3) XVIII. Cum enim vita excessisset præcessor 2 ejus Alexander die XXII Pharmuthi (4), successit ei (Athanasius) post Pascha, die XIV Payni, indictione I, consulibus Januario et Justo, gubernante Zeneo Italo Ægypti præfecto, epacta XXV, deorum autem I.

Hoc anno (CH. 329) Dominica Paschatis erat Pharmuthi die XI, VIII Idus Aprilis, lunæ die XXI, in octavo consulatu Constantini Augusti et quarto Constantini Cæsaris, gubernante eodem Zeneo Ægypti præfecto, indictione II, epacta VI, deorum II. Hanc primam epistolam misit (Athanasius) anno Diocletiani XLV; nam quia consecratus fuit præcedente anno post solemnitatem (paschalem), ut supra dictum est, Alexander jam miserat consuetam epistolam antequam vita excederet.

Hoc anno (CH. 331) Dominica Paschatis erat die XXIV Pharmuthi, XIII Kal. Maii, lunæ XV, in consulatu Gallicani et Symmachi, gubernante Magniniano (5) Cappadoce Ægypti præfecto, indictione III, epacta XVII, deorum III. Hoc anno Thebas visitavit (Athanasius) (6).

Hoc anno (CH. 331) Dominica Paschatis erat die XVI Pharmuthi, lunæ XVIII, III Idus Aprilis, consulibus Annio Basso et Ablavio, gubernante Hygino Italo Ægypti præfecto, epacta XXVIII, indictione IV. Hanc epistolam ex itinere misit, cum reverteretur de comitatu; etenim hoc anno perrexit 3 in comitatum ad imperatorem Constantinum, a quo accersitus fuerat, cum eum inimici accusassent, quod ætate admodum juvenili factus fuisset episcopus. Sed postquam (Constantino) se obtulit, ab eo laudari atque honorari meruit. Circa vero Quadragesimam mediam regressus est.

Hoc anno (CH. 332) Dominica Paschatis erat die XVII Pharmuthi, lunæ XX, IV Nonas Aprilis, epacta IX, deorum VI, consulibus Pacatiano et Hilariano, gubernante Hygino Ægypti præfecto, indictione V. Hoc anno visitavit Pentapolim et Ammoniacam.

Hoc anno (CH. 333) Dominica Paschatis erat die XX Pharmuthi, lunæ XV, XVII Kal. Maii, epacta XX, deorum VII, consulibus Dalmatio et Zenophilo, gubernante Paterno Ægypti præfecto, indictione VI.

Hoc anno (CH. 334) Dominica Paschatis erat XII Pharmuthi, lunæ XVII, VII Idus Aprilis, indictione VII, epacta I, deorum I, consulibus Optato et Paulino, gubernante Paterno Ægypti præfecto. Hoc anno visitavit (Athanasius) partes inferiores : quo tem-

(1) Apud Ægyptios, æque ac apud Romanos, et nos usque in hodiernum diem, hebdomadæ periodus fuit, cujus singuli dies totidem deorum, seu planetarum nominibus distinguebantur, id est Lunæ, Martis, Mercurii, etc. Ergo, Chronici Athanasiani auctor hac quoque sedulitate utitur designandi, cuinam diei deorum, id est Lunæ, Martis, etc., cæteræ paschalis solemnitatis denotationes respondeant. Reprehendit tamen hunc morem S. Augustinus *Enarr. in psal.* XCIII, 3 : *Una Sabbati* (id est hebdomadæ) *dies Dominicus est : secunda Sabbati, secunda feria, quem sæculares diem Lunæ vocant : tertia Sabbati, tertia feria, quem diem illi Martis vocant; quarta Sabbati, quarta feria, qui Mercurii dies dicitur a paganis et a multis Christianis; sed nollemus : atque utinam corrigant, et non dicant sic! Habent enim linguam suam, qua utantur Non enim et in omnibus gentibus ista dicuntur. Multæ gentes aliæ atque aliæ aliter atque aliter vocant. Melius ergo de ore Christiano ritus loquendi ecclesiasticus procedit.* Conferatur ejusdem Augustini sermo Vaticanus XCIV, 4.

(2) Ægyptus propria erat Delta.

(3) Id est mensis die XVIII. S. Ambrosius ep. 23, 18 : Μήνην *lunam vocant Græci; unde* μῆνας *Græce dicunt menses; et naturalis usus nationum exterarum lunam pro diebus appellat.* Erant autem Ægyptiorum menses lunares.

(4) Consonat adamussim Chronicon Orientale.

(5) Syrus *Magnineños. Magnus* quidem comes largitionum in Ægypto apud Theodoretum *Hist.* IV, 22.

(6) Videmus episcopalis visitationis morem.

Digitized by Google

pere vocatus fuit Cæsaream Palæstinæ ad synodum, ubi ejus inimici fraudulentas machinas struebant; verum ipse insidias præsentiens, excusatione usus est, quominus illuc proficisceretur.

Hoc anno (Ch. 335) Dominica Paschatis erat die XIV Pharmuthi, lunæ XX, 4 III Kal. Aprilis, indictione VIII, epacta XII, deorum II, consulibus Constantio (7) et Albino, gubernante eodem Paterno Ægypti præfecto.

Hoc anno (Ch. 336) Dominica Paschatis erat die XXIII Pharmuthi, lunæ XX, XIV Kal. Maii, indictione IX, epacta XXIII, deorum IV, consulibus Nepotiano et Facundo, gubernante Philagrio Cappadoce Ægypti præfecto. Hoc anno profectus est (Athanasius) ad synodum, quam ejus inimici coegerunt Tyri. Discessit hinc (i. e. ex Ægypto) die XVII Epiphi : sed B compertis adversus se machinationibus, Tyro se subduxit, et maritimo itinere Constantinopolim profugit; quo cum die II Athyr pervenisset, octavo die post adiit imperatorem Constantinum, ejusque gratiam adeptus est. Sed enim iidem ejus hostes variis calumniis imperatorem ipsi infensum effecerunt; quamobrem subitum ei exsilium decretum fuit, et die X Athyr abiit in Gallias ad Constantem Cæsarem Augusti filium. Propterea festalem epistolam non scripsit.

Hoc anno (Ch. 337) Dominica Paschatis erat die VIII Pharmuthi, lunæ XVI, IV Nonas Aprilis, indictione X, epacta IV, deorum V, consulibus Feliciano et Titiano, gubernante Philagrio Cappadoce Ægypti præC fecto. Cum versaretur (Athanasius) adhuc Treviris in Galliis, epistolam festalem scribere non potuit.

5 Hoc anno (Ch. 338) Dominica Paschatis erat die XXX Pharmuthi, VII Kal. Aprilis, lunæ XIX, indictione XI, epacta XV, deorum VI, consulibus Urso et Polemio, gubernante Theodoro Heliopolitano Ægypti præfecto. Hoc anno cum die XXVII Pachon mortuus esset Constantinus, dimissus fuit (Athanasius), et die XXVII Athyr de Galliis cum gloria reversus est. Eodem hoc anno multa acciderunt. Magnus ille hegumenus Antonius Alexandriam venit, biduoque tantum illic moratus, et multis patratis miraculis (8), multisque valetudini redditis, die III mensis Mesuri discessit.

Hoc anno (Ch. 339) Dominica Paschatis erat die D XX Pharmuthi, lunæ XX, XVII Kal. Maii, epacta XXVI, deorum VII, indictione XII, consulibus Constantio II et Constante (9), gubernante Philagrio Cappadoce Ægypti præfecto. Hoc anno multis concitatis tumultibus, quæsitus fuit (Athanasius) a persecutoribus noctu XXII Phamenoth; sed crastina die fugit ex Theonæ ecclesia, postquam multos ibi baptizaverat.

A Exiit quarta die Gregorius Cappadox ingressus est urbem tanquam episcopus (10).

Hoc anno (Ch. 340) Dominica Paschatis erat die XIV (11) Pharmuthi, lunæ XV, III Kal. Aprilis, epacta VII, deorum II, indictione XIII, consulibus 6 Acindyno et Proclo (12), gubernante eodem Philagrio Ægypti præfecto. Cum Gregorius oppressionis suæ actus augeret, ideo non fuit scripta festalis epistola. Quamobrem cum Ariani (Pascha) in diem XXVII Phamenoth indixissent, multo risui ob hunc errorem fuerunt; qui tamen media in Quadragesima mutata sententia, Pascha nobiscum egerunt die XIV Pharmuthi, ut supra dictum est; quem solemnitatis diem significavit Athanasius presbyteris Alexandriæ per brevem epistolam, quia non potuit consueti moris B mittere epistolam propter fugam et proditionem.

Hoc anno (Ch. 341) Dominica Paschatis erat die XXIV Pharmuthi, lunæ XVI, XIII Kal. Maii, epacta XVIII, deorum III, indictione XIV, consulibus Marcellino et Probino, gubernante Longino Nicæno Ægypti præfecto. Schisma fuit in Augustamnica propter morantem in urbe Gregorium quam opprimebat, donec conflictari morbo cœpit; proptereaque papa festalem epistolam non scripsit.

Hoc anno (Ch. 342) Dominica Paschatis erat die XVI Pharmuthi, lunæ XVI, III Idus Aprilis, epacta XXIX, deorum IV, indictione XV, consulibus Constantio III et Constante II, gubernante eodem Longino Nicæno Ægypti præfecto. Cum graviter ægrotaret in C urbe Gregorius, idcirco papa mittere (epistolam) non potuit.

7 Hoc anno (Ch. 343) Dominica Paschatis erat die I Pharmuthi, lunæ XV, VI Kal. Aprilis, epacta XI, deorum V, indictione I, consulibus Placido et Romulo, gubernante eodem Longino Nicæno Ægypti præfecto. Hoc anno habita fuit synodus Sardicæ (13) : qua re cognita, Ariani Philippopolim se contulerunt. Cumque Philagrius eis auctor esset ut in hac urbe synodum cogerent, ipsi quolibet in loco vituperabantur, excommunicatique fuerunt etiam ab Ecclesia Romana. Et cum de sua pœnitentia ad papam Athanasium scripsissent, puduit Arsacium atque Valentem Sardicæ de conventione circa Pascha facta; et decretum ad annos quinquaginta duD raturum ediderunt, quemadmodum ubique Romani atque Alexandrini proponere solebant. Athanasius quoque festalem epistolam scripsit.

Hoc anno (Ch. 344) Dominica Paschatis erat die XX Pharmuthi, lunæ XIX, XVII Kal. Maii, epacta XXI, deorum VI, indictione II, consulibus Leontio et Sallustio, gubernante Palladio (14) Italo Ægypti præfecto. Cum rediisset (Athanasius) a synodo Naissi

(7) Syr. *Constantino.*
(8) Syrus imperite *multa admiratus.*
(9) Vice versa Syrus mendose *Constantio* I *et Constante iterum.*
(10) Narrat hæc Athanasius ipse in *Encyclica ad episcopos*, n. 3.
(11) Syr. *mensis.*
(12) Fast. *Proculo.*

(13) En annus synodi catholicæ Sardiniensis, nempe 343 : en item annus synodi Arianæ, vulgo pariter dictæ Sardicensis, sed potius Philippopolitanæ. Errat ergo Mansius, qui ponit hanc synodum in anno 344, multoque magis Mamachius *De rat. temp. Athan.*, qui trahit in annum 347.
(14) Palladius Ægypti præfectus apud Theodoretum *Hist.* lib. IV 22.

Digitized by Google

habita, ubi et Pascha celebraverat, significavit accurate Alexandriæ presbyteris diem Paschatis; cæteris tamen locis non potuit.

Hoc anno (Ch. 345) Dominica Paschatis erat die xi Pharmuthi, lunæ xviii, vii Idus Aprilis, epacta iii, deorum i, indictione iii, consulibus **8** Amantio et Albino, gubernante Nestorio Gazæo Ægypti præfecto. Cum (Athanasius) Aquileiam profectus esset, Pascha illic exegit, significavitque accurate diem Paschatis presbyteris Alexandriæ; cæteris vero locis non potuit.

Hoc anno (Ch. 346) Dominica Paschatis erat die iv Pharmuthi, lunæ xxiv, iii Kal. Aprilis, epacta xiv, deorum ii, indictione iv, consulibus Constantio (15)iv et Constante iii Augustis, gubernante eodem Nestorio Gazæo Ægypti præfecto. Cumque obiisset Gregorius die ii Epihi, reversus est Roma ex Italia (Athanasius) et in civitatem ecclesiamque ingressus. Mirabili autem occursu dignus fuit; etenim die xxiv Paophi, populus cunctique magistratus ei obviam iverunt usque ad centesimum lapidem; atque ita honoratus quievit. Festalem vero epistolam hujus anni jam breviter ad presbyteros miserat.

Hoc anno (Ch. 347) Dominica Paschatis erat die xvii Pharmuthi, lunæ xv, pridie Idus Aprilis, epacta xxv, deorum iii, indictione v, consulibus Rufino et Eusebio, gubernante eodem Nestorio Gazæo Ægypti præfecto. Residens Alexandriæ (Athanasius) consuetam significationis *paschalis* epistolam misit, quam antea non potuerat.

Hoc anno (Ch. 348) Dominica Paschatis erat die viii Pharmuthi, lunæ xviii, iii Nonas Aprilis, epacta vi, deorum iv, indictione vi, consulibus **9** Philippo et Salia, gubernante eodem Nestorio Gazæo Ægypti præfecto. Hanc quoque epistolam Alexandriæ residens scripsit.

Hoc anno (Ch. 349) Dominica Paschatis erat die xxx Phamenoth, lunæ xix, vii Kal. Aprilis, epacta xvii, deorum vi, indictione vii. Sed cum renuissent Romani dicentes, se ob traditionem a Petro apostolo acceptam haud progredi ultra diem xxvi Pharmuthi, neque citra xxx Phamenoth, lunæ xxi . . . (*hic lacuna brevis in codice, qui postea prosequitur sic:*) vii Kal. Aprilis, consulibus Limenio et Catulino, gubernante eodem Nestorio Gazæo Ægypti præfecto. Hanc quoque epistolam misit Alexandriæ residens.

Hoc anno (Ch. 350) Dominica Paschatis erat die xiii Pharmuthi, lunæ xix hora secunda, vi Idus Aprilis, epacta xxviii, deorum vii, indictione viii, consulibus Sergio et Nigriano, gubernante eodem Nestorio Gazæo Ægypti præfecto. Hoc anno interfectus fuit a Magnentio Constans, tenuitque imperium Constantius solus; qui tunc ad papam (Athanasium) scripsit ne quid timeret ob Constantis obitum, sed sibi haud secus quam illi viventi confideret.

Hoc anno (Ch. 351) Dominica Paschatis erat die v Pharmuthi, lunæ xviii, **10** pridie Kal. Aprilis, epacta ix, deorum i, indictione ix, post consulatum Sergii et Nigriani, gubernante eodem Nestorio Gazæo Ægypti præfecto.

Hoc anno (Ch. 352) Dominica Paschatis erat die xxiv Pharmuthi, lunæ xviii, xiii Kal. Maii, epacta xx, deorum iii, indictione x, in consulatu quinto Constantii Augusti et primo Constantii Cæsaris, gubernante eodem Nestorio Gazæo Ægypti præfecto. Gallus proclamatus fuit Cæsar, mutatumque nomen ejus in Constantium.

Hoc anno (Ch. 353) Dominica Paschatis erat die xvi Pharmuthi, lunæ xxi, iii Idus Aprilis, epacta i, deorum iv, indictione xi, in consulatu sexto Constantii Augusti et secundo Constantii Cæsaris, gubernante Sebastiano Thrace Ægypti præfecto. Hoc anno Serapion episcopus Thmueos, Triadelphus Nicii, et presbyteri Petrus atque Astrucius (16) cum aliis ad imperatorem Constantium missi fuerunt, quia timor imminebat malorum ab Arianis; attamen re infecta revertebantur. Hoc anno Montanus palatii silentiarius, introiit tanquam episcopus (Alexandriam); sed enim coorto tumultu, frustratus abiit.

Hoc anno (Ch. 354) Dominica Paschatis erat die iv Pharmuthi, lunæ xvii, vi Kal. Aprilis, epacta xii, deorum v, indictione xii, in consulatu **11** septimo Constantii Augusti et tertio Constantii Cæsaris, gubernante eodem Sebastiano Thrace Ægypti præfecto.

Hoc anno (Ch. 355) Dominica Paschatis erat die xxi Pharmuthi, lunæ xviii, xvi Kal. Maii, epacta xxiii, deorum vi, indictione xiii, consulibus Arbetione et Lolliano, gubernante sene illo Maximo Nicæno Ægypti præfecto. Hoc anno Diogenes, qui erat imperatoris notarius (17), conatus episcopum (Athanasium) comprehendere, casso effectu fuit.

Hoc anno (Ch. 356) Dominica Paschatis erat die xii Pharmuthi, lunæ xvii, vii Idus Aprilis, epacta iv, deorum i, indictione xiv, in consulatu octavo Constantii Augusti et primo Juliani Cæsaris, gubernante eodem sene Maximo Nicæno Ægypti præfecto, cui successit Cataphronius Biblius. Hoc anno cum Syrianus dux tumultum magnum die xiii mensis Mechir in ecclesia concitavisset, die xiv ingressus est cum militibus suis nocturno tempore in basilicam Theonæ: haud tamen comprehendere (episcopum) potuit, qui non sine prodigio evasit.

Hoc anno (Ch. 357) Dominica Paschatis erat die xxvii Phamenoth, lunæ xvii, x Kal. Aprilis, epacta xv, deorum ii, indictione xv, consulibus Constantio Augusto novies et Juliano Cæsare iterum, gubernante eodem Cataphronio **12** Biblio Ægypti præ-

(15) Syr. *Constantino.*
(16) Chron. Veron., modo *Astericus*, modo *Asteriçius.*

(17) Ita ipse Athanasius in *Apol. ad Const.*, n. 22, nec non Chronicon Veronense.

Digitized by Google

fecto, cui successit Parnasius. Tunc Georgius ingressus est die XXX Mechir, multosque violenter comprehendit. Verumtamen Athanasius episcopus in fuga erat, seduloque in civitate quærebatur; cujus rei causa periclitantibus multis, scripta non fuit festalis epistola.

Hoc anno (CH. 358) Dominica Paschatis erat die XVII Pharmuthi, pridie Idus Aprilis, lunæ XVII, epacta XXVI, deorum III, indictione I, consulibus Tatiano et Cereali, gubernante Pario Corinthio Ægypti præfecto. Episcopus quidem Athanasius latebat in urbe Alexandria; Georgius autem recessit die V Paophi, a populo expulsus. Propterea ne hoc quidem anno potuit papa (Athanasius) festalem epistolam mittere.

Hoc anno (CH. 359) Dominica Paschatis erat die XIX Pharmuthi, pridie Nonas Aprilis, lunæ XX, epacta VII, deorum IV, indictione II, consulibus Eusebio et Hypatio, gubernante eodem Pario (18), cui successit Italicianus Italus; huic autem post tres menses Faustianus Chalcedonensis. Ne hoc quidem anno papa (Athanasius epistolam) scripsit.

Hoc anno (CH. 360) Dominica Paschatis erat die XXVIII Pharmuthi, IX Kal. Maii, lunæ XXI, epacta XVIII, deorum VI, indictione III, in decimo consulatu Constantii Augusti et tertio Juliani Cæsaris, gubernante Faustiano **13** Chalcedonensi Ægypti præfecto. Hic præfectus una cum Artemio duce ingressi domunculam cellulamque, ut ibi Athanasium episcopum conquirerent, acriter torserunt Eudæmonem virginem monialem. Quamobrem ne hoc quidem anno epistolam scripsit (Athanasius).

Hoc anno (CH. 361) Dominica Paschatis erat die XIII Pharmuthi, VI Idus Aprilis, lunæ XVII, epacta XXIX, deorum VII, indictione IV, consulibus Tauro et Florentio, gubernante Photino Ægypti præfecto, cui successit Gerontius Armenius. Ne nunc quidem mittere potuit (epistolam Athanasius). Hoc anno mortuus est Constantius; cumque solus potentatum obtinuisset Julianus, persecutio adversus orthodoxos deferbuit: etenim imperator Julianus mandavit, ut ubique terrarum orthodoxi ecclesiastici dimitterentur, qui Constantii tempore persecutionem passi erant.

Hoc anno (CH. 362) Dominica Paschatis erat die XV Pharmuthi, pridie Kal. Aprilis, lunæ XXV, epacta X, deorum I, indictione V, consulibus Mamertino et Nevitta, gubernante Gerontio Armenio, cui successit Olympius Tarsensis. Hoc anno episcopus Athanasius rediit ab exsilio mense Mechir, et Ecclesiam suam recepit Juliani Augusti jussu, qui libertate donavit cunctos **14** episcopos et exsulantem clerum, uti supra dictum est. Tunc autem scripsit epistolam (Athanasius).

Hoc anno (CH. 363) Dominica Paschatis erat die XXV Pharmuthi, XII Kal. Maii, lunæ XX, epacta XXI, deorum II, indictione VI, in quarto consulatu Juliani Augusti cum Sallustio, gubernante eodem Olympio Ægypti præfecto. Pythiodorus Thebanus, Philippi servus, attulit Juliani edictum die XXVII Paophi, et episcopo coram exhibuit, quo in edicto multæ minæ fiebant (19). Tunc sine mora exiit urbe (Athanasius) perrexitque Thebas (20). Octo autem post menses interiit Julianus; cujus morte vulgata, rediit clam Alexandriam noctu. Deinde octavo die mensis Thoth, conscensa navi apud Hierapolim orientalem, obvius ivit imperatori Joviano, a quo honorifice dimissus fuit. Hanc festalem epistolam misit quaquaversus more solito ex urbe Memphi, dum Thebas fugeret.

Hoc anno (CH. 364) Dominica Paschatis erat die IX Pharmuthi, pridie Nonas Aprilis, lunæ XVI, epacta III, deorum IV, indictione VII, consulibus Joviano Augusto et Varroniano, gubernante Hyrico Damasceno præfecto, cui successit Maximus Rhacotensis (21); huic autem Flavianus Illyricus. Hoc anno papa (Athanasius) ingressus est Alexandriam atque ecclesiam die XXV Mechir. **15** Epistolam vero festalem misit consueto more Antiochia ad cunctos singularum præfecturarum episcopos.

Hoc anno (CH. 365) Dominica Paschatis erat die primo Pharmuthi, V Kal. Aprilis, lunæ XIX, epacta XIV, deorum V, indictione VIII, in consulatu primo Valentiniani et Valentis Augustorum, gubernante eodem Flaviano Illyrico. Nos occupavimus Cæsareum (22). At mox multarum accusationum causa patiebatur persecutionem papa (Athanasius), ideoque contulit se in hortum Fluvii Novi. Sed enim paucis diebus post, cum ad eum venisset cum Baraside secretario præfectus, tulit ei opem ut in ecclesiam ingrederetur. Tunc terræ motus contigit die XXVII Epiphi, mare in orientali plaga retro cessit, multi perierunt, multæque res pessundatæ.

Hoc anno (CH. 366) Dominica Paschatis erat die XXI Pharmuthi, XVI Kal. Maii, lunæ XX, epacta XXV, deorum VI, indictione IX, in primo consulatu Gratiani filii Augusti et Daglaiphi, gubernante eodem Flaviano præfecto. Die XXVII Epiphi impetum fecerunt ethnici, et Cæsareum incensum fuit, multique cives immania detrimenta passi sunt. Rei auctores damnati fuerunt et extorres facti. Deinde Proclianus Macedo dux creatus fuit.

16 Hoc anno (CH. 367) Dominica Paschatis erat

(18) Syrus hoc loco *Pariesio*.

(19) Sive de restituendis idolorum bonis, sive de expellendo Athanasio, ut est in Chronico Veronensi.

(20) Hinc demum corrigitur illud *Thereu* Chronici Veronensis, n. 11, de quo corrupto vocabulo tot vana verba fecerunt Maffeius, Mansius atque Mamachius. Vide adnotata ad dictum num. Chronici Veronensis, infra.

(21) Syr. *Rhaphotensis*.

(22) Una erat ex ecclesiis Alexandriæ sic appellata. Hanc *magnam* dicit ipse Athanasius in *Historia Arianorum*, cap. 74 (ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐν τῷ Καισαρείῳ) et ab his atque ab ethnicis pollutam fuisse blasphemiis in Christum atque sacrificiis.

Digitized by Google

die XVI Pharmuthi, Kalendis Aprilis, lunæ XVI, epacta VI, deorum VII, indictione X (23), consulibus Lupicino et Jovino, gubernante eodem Procliano, cui Tatianus Lucius successit. Hoc anno cum Lucius ingredi conatus esset die XXVI Thoth, noctu delituit in domo quæ erat prope ecclesiæ præsidium; cumque Tatianus præfectus, et Trajanus dux foras ipsum egredi curassent, is mirabiliter ex urbe evasit incolumis, quia eum turba interficere avebat. Hoc quoque anno epistolam scripsit (Athanasius) nec non divinorum librorum canonem edidit.

Hoc anno (CH. 368) Paschatis Dominica erat die XXV Pharmuthi, XII Kal. Maii, lunæ XVI, epacta XVII, deorum II, indictione XI, Valentiniano et Valente Augustis secundo consulibus, gubernante eodem Tatiano præfecto. Cæsareum cœptum est reædificari die VI mensis Pachon, quia gratiose impetratum fuit imperiale decretum per Trajanum ducem. Comperti sunt incendii auctores, et remotis statim incensæ molis maceriis, eodem mense Pachon initium instaurandi ædificii factum est

Hoc anno (CH. 369) Paschatis Dominica erat die XXVII Pharmuthi, pridie Idus Aprilis, lunæ XV, epacta XXVIII, deorum III, indictione XII, consule **17** primum Valentiniano Augusti filio cum Victore, gubernante eodem Tatiano præfecto. Cœpit papa (Athanasius) ecclesiam ædificare in Mendesio, quæ postea de nomine ejus appellata est, die XXV mensis Thoth, initio anni LXXXV Diocletiani.

Hoc anno (CH. 370) Paschatis Dominica erat die II Pharmuthi, IV Kal. Aprilis, lunæ XV, epacta IX, deorum IV, indictione XIII, consulibus tertio Valentiniano et Valente Augustis, gubernante eodem Tatiano, cui successit Olympius Palladius Samosatensis. Absolvit papa (Athanasius) ecclesiam, quæ de nomine ejus dicta est, desinente anno LXXXVI æræ Diocletiani; quo anno, die XIV mensis Mesori anniversaria quoque peregit.

Hoc anno (CH. 371) Paschatis Dominica erat die XXII Pharmuthi, XV Kal. Maii, lunæ XVI, epacta XX, deorum V, indictione XIV, in secundo consulatu Gratiani Augusti cum Probo, gubernante eodem Palladio, cui successit in Ægypti præfectura Ælius Palladius Palæstinus, qui dictus est Cyrus.

Hoc anno (CH. 372) Paschatis Dominica erat die XIII Pharmuthi, VI Idus Aprilis, lunæ XIX, epacta I, deorum VI, indictione XV, consulibus Modesto et Arintheo, gubernante eodem Ælio Palladio, qui dictus est Cyrus, Ægypti præfecto.

A **18** Hoc anno (CH. 373) Paschatis Dominica erat die V Pharmuthi, pridie Kal. Aprilis, lunæ XXI, epacta XII, deorum I, indictione I, in quarto (24) consulatu Valentiniani et Valentis Augustorum, gubernante eodem Ælio Palladio Ægypti præfecto. In hujus anni exitu, die VII Pachon, prodigiose (25) vita excessit (Athanasius).

Finis capitulorum epistolarum festalium sancti Athanasii Alexandriæ episcopi.

EPISTOLA I.

(Ch. anno 329.)

EPISTOLA PRIMA FESTALIS PAPÆ ATHANASII, JUXTA QUAM DOMINICA PASCHATIS ERAT DIE XI PHARMUTHI, VIII IDUS APRILIS, ANNO XLV DIOCLETIANI, IN OCTAVO CONSULATU CONSTANTINI AUGUSTI ET QUARTO CONSTANTINI CÆSARIS, PRÆFECTO SEPTIMIO (26) ZENONE, INDICTIONE SECUNDA.

B

De jejunio, tuba et festis.

1. Venite, dilecti mei, ad celebrandum festum, quandoquidem nos tempus invitat. Sol ille justitiæ divinos suos nobis radios ostendens, solemnitatis tempus nobis prædicit; quo cognito, festum agere debemus, ne simul cum tempore avolet a nobis lætitia. Quippe est apprime necessarium, **19** ut tempus exercendæ virtutis cognoscamus. Sic etiam beatus Paulus discipulum suum ad temporis agnitionem adhortabatur, docebatque eum dicens : « Insta in tempore, et extra tempus. » Nempe ut utrumque

C sciret et res dignas tempore agere, et cavere quominus reprehendatur extra tempus (27). Similiter et omnium Deus, juxta sapientem Salomonem (28) uniuscujusque rei tempus atque momentum distinguebat, ut omnino definiretur tempore proprio hominum salvatio. Sic etiam Dei sapientia Dominus ac Salvator noster Jesus Christus, cum haud extra tempus, sed idoneo tempore, ad sanctorum animas se confert, Dei amatores atque prophetas apte disponit. Atque ita plurimi eum precabantur, dicentes[1] : « Quis dabit ex Sion salutare Dei? » Sponsa vero, ut in Cantico scriptum est, orabat dicens[2] : « Quis det te filium sororis meæ, sugentem ubera matris meæ? » Nempe ut hominibus ilas similis, et humanos dolores pro nobis subeas.

D 2. Sed ille omnium Deus, factor temporum ac momentorum, qui res nostras, plusquam nos ipsi, novit, dum, periti medici instar, solamen per tempus iis concedit, qui sanari consentiunt, id ipsum haud extra tempus, sed idoneo tempore suppeditat

[1] Psal. LVII, 7. [2] Cant. VIII, 1.

(23) Quæ sequuntur continentur in folio quod in perturbatis membranis Nitriensibus, itemque in Londinensi editione extra proprium locum est, ut ipse cl. editor Curetonus recte adnotavit; nos autem nunc justa in sede folium hoc nativoque ordine, ut par est, collocamus.

(24) Hoc usque folium tralatitium, quod nos in proprium locum, unde incommode exciderat, restituimus.

(25) Vide notam infra, p. 164.

(26) Vocabulum *Septimio* deerat in Chronico.

(27) II Tim. IV, 2. Gr., Ἐπίστηθι εὐκαίρως, ἀκαίρως. Est autem propemodum insperata hujus loci interpretatio Athanasii. Philologi sacri judicent.

(28) Eccle. III, 7, *Tempus tacendi, et tempus loquendi.*

Digitized by Google

dicens : « Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te[3]. » Ideo beatissimus quoque Paulus, ad hujusmodi tempus nos adhortans, scribebat dicens[4] : « Ecce nunc tempus **20** acceptabile, ecce nunc dies salutis. » Item antiquitus invitans (Deus) per Moysen Israelis filios ad festum sacerdotale, sic aiebat[5] : « Tribus vicibus per singulos annos mihi festum celebrabitis. » Sacerdotales tubæ clangebant, dilecti mei, atque ad tria celebranda festa hortabantur, quorum unum hodiernum est. Ita sanctus Psalmista mandavit, dicens[6] : « Vociferate in Neomenia tuba, in die solemnitatis vestræ. » Dictum hoc jubet nos vociferare utroque tempore, nempe in mensium initio, et præscriptis diebus, quorum in medio plenilunium fiebat. Diem præscriptum fecit illum, quo tubæ modo ad festum, ut olim scriptum fuit, modo ad jejunium, modo ad bellum invitabant. Hæc nimirum haud inscienter fiebant, id est casu ; sed tubarum vox exaudiebatur, ut unusquisque ad indicatum opus conveniret. Nec vero ex me, sed ex divinis libris, hæc discenda sunt. Sic cum Deus Moysi apparuit, velut in *Numerorum libro* scriptum est, ait[7] : « Dominus locutus est ad Moysen : Fac tibi duas tubas ; argenteas facies eas ; quæ tibi usui erunt ad multitudinem convocandam. » Est autem hoc pulcherrimum apud Dei amatores, nempe ut sciamus, id omne jam inde a Moysis ætate consuetum fuisse, id est ab umbræ tempore. Eaque præscriptio directionis quoque causa fiebat. Etenim dixit (Deus)[8] : « Si exieritis ad bellum in territorio vestro contra hostes vestros, qui in conspectu vestro sunt (29), » scilicet intra territorii limites, non extra illud, « tunc **21** signum edetis tubis, et erit recordatio vestri apud Dominum, atque ab hostibus vestris salvi eritis. » Nec belli tantum causa clangebant, sed etiam festorum, ut in lege scriptum est. Audi enim quæ addit dicens[9] : « Et in diebus lætitiæ vestræ, vestrisque solemnitatibus, vestrorumque mensium Kalendis, tubis clangite. » Nemo credat nihil hoc esse aliud, quam verbum, aut nauci faciendum. Si lex tubarum usum mandat, mirum ac tremendum hoc edictum est : etenim tuba vim excitandi habet, et præ qualibet voce aut organo terribilis est : ideoque imperata fuit, ut eam audiens Israel, qui tunc adhuc puer erat, haud humanum esse nuntium crederet, sed plusquam humanum. Ille ex norma sonituum obtemperabat ; quos ab iis audiens, qui in monte consistebant, legis recordabatur, quæ tunc sibi fuit imposita, eamque observabat.

3. Mirabilis erat lex, et speciosa figura ; secus enim haud metum ingessisset, neque ad obedientiam flexisset eos qui audiebant, imo tunc etiam videbant. Verum hæ res tunc erant figuratæ et umbratiles. Nos vero cogitationem nostram transferentes, atque ab umbra nunc digredientes, ad veritatem veniamus, tubasque sacerdotales Salvatoris nostri spectemus clamantes atque invitantes, modo ad prælium, ut ait beatus Paulus[10] : « Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus **22** principes, adversus potestates, et mundi hujus tenebrosi rectores, contra malignos spiritus aeris. » Modo ad virginitatem, abstinentiam, et irreprehensibile conjugium, clamando atque dicendo[11] : Virgo (cogitet) ea quæ virginitatis sunt : qui abstinentem vitam præoptant, de abstinentia cogitent : qui denique cum uxore sunt, de honorabili conjugio ; indicens singulis propria officia, præmiumque decorum. Quandoque etiam ad jejunium invitando et solemnitatem. Audi adhuc vociferantem clamantemque[12] : « Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus, ut festum agamus non fermento vetere, neque fermento malitiæ et nequitiæ. » Sin autem tubam audire mavis tubarum omnium magnificentissimam, aurem præbe Salvatori nostro dicenti[13] : « In novissimo magno die stabat Jesus, et clamabat, dicens : Si quis sitit, veniat ad me et bibat. » Profecto decebat ut Salvator non ad festum simpliciter, sed ad solemnitatem magnam nos invitaret ; qua voce audita, parati essemus et conveniremus ad cujuslibet tubæ signum, ut paulo ante dixi ; sunt quippe diversæ denuntiationes.

4. Audi quomodo propheta sub figura vociferabat ; deinde ad veritatem te transfer, et tubæ denuntiationi esto paratus. Ipse ait[14] : « Canite tuba in Sion, sanctificate jejunium. » Definitum erat hoc tubæ signum, præciseque omnino imperabat, ut nos jejunantes sanctificemus jejunium. Neque enim omnes Deum invocantes Deum sanctificant ; sed quidam potius eum contaminant ; quanquam non ipsum contaminant ; absit ! sed suas **23** de ipso cogitationes : sanctus enim ille est, et in sanctis quiescit. Sic beatus Paulus definit[15], quomodo aliqui contumeliam faciunt Deo, nempe violando præcepta, in Deum fiunt contumeliosi. Ob admonitionem vero eorum qui jejunium vitiant, ait nunc : « Sanctificate jejunium. » Etenim multi dum de jejunio satagunt, animas tamen suas corrumpunt proprii cordis cogitationibus, male facientes fratribus suis, quos opprimere audent : et ne quid præterea dicamus, adversus proximos suos multi superbiunt, iisque detrimenta majora moliuntur. Nihil sane Pharisæo illi profuit jejunii jactantia, qui tantummodo ut coram publicano gloriaretur, bis in hebdomada jejunabat. Sic item (Deus) ob ejuscemodi jejunium Israelitas reprehendebat, perque Isaiam prophetam hortabatur dicens[16] : « Num hoc est jejunium quod elegi, et dies quo humiliet homo animam suam ? quo contorqueas quasi circulum collum tuum, et saccum ad cinerem tibi substernas ? Num ejusmodi

[3] II Cor. VI, 2 ; Isa. XLIX, 8. [4] II Cor. VI, 2. [5] Exod. XXIII, 14. [6] Psal. LXXX, 4. [7] Num. X, 2. [8] ibid. 9. [9] ibid. 10. [10] Ephes. VI, 12. [11] I Cor. VII, 34. [12] I Cor. V, 7. [13] Joan. VII, 37. [14] Joel II, 15. [15] Hebr. X, 29. [16] Isa. LVIII, 5.

(29) Sic interpretatur Athanasius Græcum ἀνθεστηκότας.

Digitized by Google

appellabitis jejunium acceptabile (30)? » Atque ut patet, debere nosmet ita gerere dum jejunamus, et cujusmodi oporteat esse jejunium, audi Deum Moysi his verbis mandantem, prout in Levitico scriptum est[17] : « Locutusque est Deus ad Moysen dicens : Decima mensis septimi die, expiationis dies erit : celebris vobis et sancta hæc erit dies, vestrasque animas humiliabitis, et holocausta offeretis perfecta Domino. » **24** Mox de hac lege sic decernebat[18] : « Quæcunque anima non se humiliaverit, de populo delebitur. »

5. Cernitis, fratres mei, quantum valeat jejunium, et quomodo lex jejunare nos jubeat. Vult scilicet, nos haud corpore tantum, sed etiam anima jejunare. Humiliatur autem anima, cum a pravis doctrinis recedit, et idoneis virtutibus alitur. Porro virtutes æque ac vitia, alimenta cibique animæ sunt, ut alterutris illis vescatur, et pro suo placito in utrumlibet latus declinet. Utroqueversum scilicet pergere potest. Si ad virtutem deflectit, virtute alitur, id est justitia, castitate, abstinentia, fortitudine, veluti Paulus aiebat[19] : « Se verbo veritatis pasci ; » sicuti etiam Dominus noster[20] : « Cibus meus est, ut faciam voluntatem Patris mei, qui in cœlis est. » Quod si non ad hæc, sed ad inferiora illa se inclinaverit anima, nulla alia re pascetur quam peccato. Ita Spiritus quoque sanctus de peccatoribus loquens deque eorum cibo, diabolum designat dicendo[21] : « Dedisti eum escam populis Æthiopum. » Illi sunt peccantium cibi. Et quemadmodum Dominus noster ac Salvator Jesus Christus panis est cœlestis, litque sanctorum alimonia, ut ipse ait[22] : « Nisi manducaveritis meam carnem, et biberitis meum sanguinem ; » sic diabolus fit cibus impurorum atque eorum qui non lucis, sed tenebrarum opera faciunt. Propterea mandabat illis, ut virtutis cibis se alerent, quo nimirum saperent atque a vitiis resipiscerent. Cibi virtutum sunt demissio animi, jactantiæ omissio, **25** humiliationum patientia et cognitio Dei. Hujusmodi jejunium non animæ tantummodo veniam conciliat, sed cum id reapse sanctificatur, sanctos disponit et tellure extollit.

6. Mirum fortasse videbitur, quod dicturus sum : imo vero præ omnibus ante dictis mirabilius est, neque tamen a veritate alienum, prout vox ipsi ex sacerdotalibus libris potestis condiscere. Magnus Moyses jejunii merito cum Deo collocutus est, et legem recepit. Magnus item ille sanctusque Elias, peracto jejunio, ipse pariter dignus fuit divina visione, postremoque tanquam ille qui in cœlum ascendit, ita elevatus est. Daniel denique jejunio indulgens, tanquam adhuc adolescens, dignus æque fuit intellectu mysterii, solusque regis arcana cognovit, et visiones videre divinas meruit. Neque vero ob stupendum jejunii ab his tolerati spatium, et ob dierum prolixitatem, incredulus quisquam continuo sit ; imo potius certior fiat credatque unicum erga Deum respectum, atque unicum hujus verbum, alendis obedientibus satis esse, et cujuslibet nutrimenti instar fieri. Sic etiam angeli nulla re alia aluntur, nisi quod semper vident faciem Patris ac Salvatoris, qui in cœlis est. Quapropter quotiescunque Moyses cum Deo colloquebatur, toties corpore jejunabat, divinisque verbis alebatur. Cum autem ad homines descenderet, ab eoque Deus recederet, tunc famem sicut cæteri experiebatur. **26** Haud ultra quadraginta dies jejunasse dicitur, quibus cum Deo sermocinatus est. Generatim denique quilibet sanctus hujuscemodi virtutibus pasci meruit.

7. Jam vero et nos, dilecti mei, nostram divinis escis nutrientes animam, et verbo ac voluntate Dei, atque exterius corpore jejunantes, grandem hanc et salutarem solemnitatem, prout decet, celebremus. Stolidi quoque Judæi divinæ hujus alimoniæ usurpantes figuram, agnum paschali tempore comedebant, neque tamen ipsam figuram intelligebant : et ad præsens usque tempus, agnum contra fas comedunt, quandoquidem extra urbem ac veritatem versantur. Nam figura, agnus et umbra intra limites gerebantur Judææ et illius urbis ; sic jubente lege, ne hæc in alia urbe fierent, sed in regione Judaica ; nequaquam vero alibi. Una cum his mandabat lex ut holocausta offerrentur ab iis ac victimæ, quia nullum aliud erat altare, præter quam Hierosolymis. Idcirco sacra hujusmodi haud licebat in alia qualibet urbe peragi, nisi in illa, ubi erat altare ac templum, quod Deus ædificatum stare voluerat, donec urbs finem suum nancisceretur. quo demum tempore finem habituræ erant illæ quoque res adumbratæ.

8. En nunc civitas illa, post nostri Salvatoris adventum, finem experta est, et universa Judæorum regio vastata. Quod ut comprobemus, nullo egemus extraneo argumento ; namque ipsis oculis rei transactæ veritatem **27** comperimus. Necesse erat umbram terminum suum nancisci : neque id a me discendum est, sed a sacerdotali voce prophetæ, qui exclamans prædixit[23] : « Ecce super montes pedes evangelizantis et annuntiantis pacem. » Quid significat verbum annuntiat? nisi quod addit, eis dicendo : « Celebra, o Juda, festivitates tuas, et redde Domino vota tua. » Ac ne postmodum ad res veteres reditus fieret, ait[24] : « Desiit, ablatus est, ascendit ille qui insufflabat in faciem, teque angustiis expediebat. » Quis ille est qui ascendit, dicet aliquis

[17] Levit. XXIII, 26, 27. [18] ibid. 29. [19] I Tim. IV, 6. [20] Joan. IV. 34. [21] Psal. LXXIII, 14. [22] Joan. VI, 54. [23] Nahum I, 15. [24] Nahum II, 1.

(30) Ita sonat textus Athanasii Syriacus, consonanter ad Syriacum biblicum et Hebraicum. At Græcus vulgatusque Lat. Bibliorum textus paulo post aliter; quanquam non magna sententiæ discrepantia est.

Digitized by Google

Judæis, propter quem umbræ jactantia desiit? Haud frustraneum est audire verba, « desiit, ascendit ille qui insufflabat : » quippe nondum ulla res desiverat, ante quam ille ascenderet qui insufflabat; verumtamen post ejus ascensum, statim desiit. Quis ergo ille, o Judæi, de quo supra locutus sum? Si Moyses; mendacium profecto id esset, quia tunc nondum populus ingressus erat regionem, in qua sola jussus fuerat sacra peragere. Sin vero Samuel aut alius propheta; id quoque falsum foret, quia illatenus fiebant hæc in Judæa, et urbs adhuc manebat; ac necesse erat, quandiu hæc maneret, tandiu sacra illa frequentari. Igitur, dilecti mei, prædictorum ex numero non erat is qui ascendit. Jam si tu verax verbum audire aves, atque a Judaicis exemplis recedere, videsis Salvatorem nostrum qui ascendit, et insufflavit in faciem, suisque discipulis dixit[28] : « Accipite Spiritum sanctum. » Quæ ubi acta sunt, finis omnium rerum **28** fuit, altare dissiluit, et frons januæ templi diffissa est. Et quamvis nondum urbs est destructa, interior tamen templi abominatio mansura est, et ipsi urbi cunctisque illis priscis finis aderit cæremoniis.

9. Nos vero extra umbræ tempus sumus, neque secundum hanc jam operamur; sed conversi ad Dominum sumus, « qui spiritus est : ubi autem spiritus Domini est, ibi libertas[16], » ceu ad aures nostras intonat tuba sacerdotalis. Etenim nunc haud materialem immolamus agnum, sed verum illum, qui immolatus fuit, Dominum nostrum Jesum Christum, qui ductus est tanquam ovis ad lanienam; qui quasi agnus coram lanio mutus erat[27]; pretioso suo nos purificans sanguine, qui multo magis loquitur quam ille Abelis[28]. Calciantes pedes nostros in præparatione Evangelii (31), capientesque manibus nostris Domini virgam et baculum; quibus recreatus sanctus ille dicebat[29] : « Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt. » Summatimque aiebat beatus Paulus[30] : « Ad omnia parati, nihil solliciti simus; Dominus prope est. » Ipse denique Salvator noster dicit[31] : « Qua nos hora non putamus, adveniet Dominus. »

10. « Festum itaque celebremus non fermento vetere, neque fermento malitiæ ac nequitiæ, sed azymo puritatis ac veritatis[32] : » exuentes veterem hominem cum omnibus operibus suis, et induentes novum hominem qui propter Deum creatus fuit : cum animi humilitate et conscientia pura, in lege meditantes diu noctuque. Nam si personarum acceptionem vitabimus, **29** et superbiam dolumque abjiciemus, tunc charitatem erga Deum et homines consequemur; renovatique et novo vino poti cum Spiritu sancto, mensem quoque rerum harum novarum digne celebrabimus, sanctum jejunium exordientes die v Pharmuthi; et huic consequenter adjungentes sex illos dies sanctos atque magnificos, qui creationis mundi hujus symbola sunt, finem jejunii faciemus die decimo ej sdem Pharmuthi in Sancto hebdomadæ Sabbato : atque illucescet nobis sancta Dominica, undecimo ejusdem mensis die : ex quo gradatim septem reliquas hebdomadas numerantes, sanctum Pentecostes diem celebrabimus; qui olim apud Judæos figurabatur sub festi hebdomadarum nomine : quo tempore fiebant amnestiæ ac debitorum remissiones, eratque is demum omnimodæ libertatis dies. Jam cum nobis id tempus sit futuri mundi symbolum, magnam Dominicam celebrabimus, arrham hic futuræ illius capientes æternæ vitæ. Cum autem hinc demigrabimus, plenam cum Christo peragemus solemnitatem, et cum sanctis ita exclamabimus[33] : « Transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei; cum voce exsultationis, et cum laudis præconio, tanquam illorum qui lætantur : » ubi scilicet fuga doloris, tristitiæ et anxietatis : atque ad summum gaudium et exsultationem provecti, cum illis peragere digni erimus.

30 11. Pauperum meminerimus, et peregrinorum ne obliviscamur. In primis Deum diligamus tota anima, facultate, ac viribus; deinde proximum nostrum tanquam nos ipsos. Sic illa consequemur, quæ « oculus non vidit, neque auris audivit, neque in cor hominis pervenerunt, quæ nempe præparavit Deus diligentibus ipsum[34]; » per unigenitum Filium ejus Dominum nostrum, nostrumque Salvatorem, Jesum Christum; per quem sit gloria et imperium (32) soli Patri, per Spiritum sanctum, in sæcula sæculorum. Amen.

Salutate omnes cum osculo sancto. Salutant vos cuncti, qui mecum sunt, fratres.

Prima epistola festalis sancti Athanasii explicit.

EPISTOLA II.

(Ch. anno 350.)

EPISTOLA SECUNDA FESTALIS PAPÆ ATHANASII, JUXTA QUAM DOMINICA PASCHATIS ERAT DIE XXIV PHARMUTHI, XIII KAL. MAII, ANNO XLVI DIOCLETIANI, CONSULIBUS GALLICANO ET AURELIO SYMMACHO PRÆFECTO MAGNINIANO, INDICTIONE III.

1. Rursus Pascha et lætitia, fratres mei; denuo Dominus ad hoc nos tempus perduxit, ut more solito verbis ejus nutriti, festum prout oportet agamus. Cum sanctis illis cœleste hoc gaudium celebremus; quoniam et ipsi **31** solemnitatem hujusmodi prænuntiaverunt, nobisque exemplo præiverunt per suam in Christo conversationem. Haud

[28] Joan. xx, 22. [16] II Cor. III, 17. [27] Isa. LIII, 7. [28] Hebr. XII, 24. [29] Psal. XXII, 4. [30] Philipp. IV, 6. [31] Matth. XXIV, 44. [32] I Cor. V, 8. [33] Psal. XLI, 5. [34] I Cor. II, 9.

(31) Sic adamussim scribit etiam sanctus Augustinus (ex Ephes. VI, 16) in sermone nostro Vaticano CXIX, 7 : *Calcientur pedes vestri in præparatione Evangelii pacis.*

(32) *Imperium* scribo exemplo Hieronymi interpretantis epistolam Theophili. Sic etiam Augustinus serm. Vat. CXXXVI; pariterque ego legebam in clausula priscæ homiliæ in cod. Vat. 264, f. 118.

Digitized by Google

illis tantummodo curæ erat Evangelium prædicare; sed si attente intuemur, utique scriptum cernimus Christi virtutem in ipsis fuisse manifestatam. Ad Corinthios enim ita (Paulus) scribebat [36] : « Imitatores mei estote. » Jam quod singulis perscripsit, simul omnibus atque ubique imperabat, quia omnium gentium doctor erat in fide ac veritate [36]. Prorsus hortatorium hoc jussum sanctorum omnium est. Jam et Salomon in parabolis aiebat [37] : « Audite, filii, disciplinam patris, et attendite ut intelligatis. Donum bonum do vobis, verba mea ne derelinquatis. Ego quoque filius obediens patri fui, et dilectus coram matre mea. » Sic optimam institutionem perficeret justus pater, cum horum ductu exemplorum erudiendis aliis operam daret. Quod si aliter se gereret, ignominiam experiretur a dicentibus sibi [38] : Tu qui alios erudis, te ipsum non erudis. Igitur frugi illum servum potius imitando, et ipse sibi deberet consulere et aliis prodesse; ut gratiam sibi attributam duplicans, ita se compellari audiret : « Euge, serve bone et fidelis! quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui [39]. »

2. « A nobis quoque danda opera est, ut semper quidem, sed diebus præcipue festalibus, non auditores tantum, sed factores præceptorum Salvatoris nostri simus, ut sanctorum vitam imitantes, in cœleste illud Domini **32** nostri gaudium simul intremus, haud transitorium, sed firmiter permanens (33) : » gaudium, inquam, illud, quo exclusi ii qui nequiter agunt, nihil de actibus suis reliquum habebunt, præter dolorem, afflictionem et cruciatuum molestiam. Hi similitudinem hominis retinentes, minime tamen formam vitæ sanctorum præ se ferunt, atque ejus recti intellectus, quicum ab initio creatus homo rationalis fuit ad imaginem Dei; sed se bestiæ potius irrationali comparant atque assimilant, voluptati contra legis normam dediti, lascivorum instar equorum, nec non calliditati dolisque, peccato demum mortifero, ut aiebat Joannes, qui eos genimina viperarum dixit [40]. Hi enim sic procumbentes, seque humi ceu serpens volutantes, haud cogitant alia esse meliora quam hæc visibilia, in quibus ipsi constitutam felicitatem arbitrantur; dumque his fruuntur, non Deo famulantur, sed concupiscentiis suis.

3. At enim Verbum illud tantopere hominum amans, cum hanc ob causam advenerit, ut rem perditam quærat atque inveniat, deterrebat eos ab hujusmodi insania, exclamansque aiebat [41] : « Nolite fieri sicut equus **33** et mulus, quibus non est intellectus : in camo et freno maxillas illorum constringunt; » tanquam scilicet desperatorum et improbis similium. Idem propheta in spiritu orabat dicens [42] : « Fuistis mihi tanquam Phœnices negotiatores ». Ultor vero spiritus his qui ejusmodi sunt adversatus ita est [43] : « Domine, in civitate tua imaginem eorum abominaberis. » Ipsi autem tanquam insani semet transformantes, proprium fallunt ratiocinium; et quasi vi logica magnopere præditi, Dei sapientiam suæ assimilant, talem scilicet reputantes, qualia sunt propria opificia. Hinc de sapientia sua præsumentes tument, gloriamque Dei incorruptibilis immutant ad similitudinem imaginum hominis corruptibilis, volatilium, quadrupedum, atque reptilium. Propterea contulit illos Deus in mentem reprobam, ut absurditates illas perpetrarent [44]. Isti scilicet haud audierunt propheticam vocem ipsos reprehendentem [45] : « Cui assimilastis Dominum, et cuinam adæquastis? » Nec Davidem psalmistam audierunt imprecantem hisce hominibus : « Similes sint eis opifices eorum, et omnes qui confidunt in eis [46]. » Jam vero ad veritatem cæci, lapidem ceu Deum respiciunt (34); sensuque carentes, in tenebris ambulant, ut propheta clamat : « Audientes audiunt, et non intelligunt : videntes vident et non agnoscunt [47]. Incrassatum est cor eorum, et auribus graviter audierunt [48]. »

4. Qui igitur festi hujus hactenus participes non fuerunt, exhibent **34** sibi stulteque excogitant alios festorum titulos; qui tamen gaudiine dies revera sunt, an potius tristitiæ? « Non est pax impiis, dicit Dominus [49]. » Item ut Sapientia loqui-

[36] I Cor. IV, 16. [36] I Tim. II, 7. [37] Prov. IV, 1-3. [38] Rom. II, 21. [39] Matth. XXV, 21. [40] Luc. III, 7. [41] Psal. XXXI, 9. [42] Isa. XXIII, 2. [43] Psal. LXXII, 20. [44] Rom. I, 22-26. [45] Isa. XL, 25. [46] Psal. CXXXIV, 18. [47] Isa. VI, 9. [48] Act. XXVIII, 27. [49] Isa. XLVIII, 22.

(33) A Cosma Indicopleuste, qui sub Justiniano Magno vixit, recitatos fuisse nonnullos festalium Athanasii epistolarum locos, constabat ex ipsius Cosmæ curata a Montfauconio editione ex Mediceo codice. Jam ejus operis Vaticanum quoque habemus mirabilem codicem 699, auctori contemporalem, grandibus litteris scriptum, et decoris pariter imaginibus exornatum. Ibi f. 122 b primus hic apparet Athanasii locus, qui nihil ab illo edito differt, nisi verbo γενοίμεθα pro γενώμεθα (ut est in Montf.). Et quidem melior est Vaticana lectio, quia priori γένοιτο respondet. En igitur Græca Athanasii apud Cosmam verba : Ἀθανασίου ἐκ τῆς δευτέρας ἑορταστικῆς. Γένοιτο δ' ἂν καὶ παρ' ἡμῶν πρεπόντως ἑκάστοτε μὲν, μάλιστα δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἑορτῆς, μὴ μόνον ἀκροαταὶ, ἀλλὰ καὶ ποιηταὶ τῶν τοῦ Σωτῆρος προσταγμάτων γενοίμεθα· ἵνα καὶ τῶν ἁγίων τρόπον μιμησάμενοι, συνεισέλθωμεν εἰς τὴν τοῦ Κυρίου ἄπαυστόν τε καὶ ὄντως μένουσαν ἐν οὐρανοῖς χαράν. *Sancti Athanasii, ex secunda epistola festali. Faxit Deus ut semper, maxime autem in diebus solemnitatis, non auditores tantum, sed etiam factores præceptorum Salvatoris simus; ut sanctorum mores imitati, una ingrediamur in indesinentem ac vere manentem in cœlis Domini lætitiam.* Videmus autem hic Athanasium dixisse optativo modo, quod Syrus interpres vel minus recte vel libere absoluto et quasi imperativo protulit.

(34) Hinc Lucretius lib. V, 1197 : *Nec pietas ulla est vertier ad lapidem.*

Digitized by Google

tur (35) : « Ablatum est ab ore eorum gaudium et exsultatio. » Talia sunt improborum festa. At vero servi illi qui sensum Domini intelligunt, quique hominem illum vere sibi induunt propter Deum creatum, hi verba evangelica admittunt, reputantque generale esse præceptum, quod Timotheo his verbis traditum fuit [50] : « Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate. » Sic videlicet festum bene agunt; ita ut ethnici quoque rectum illorum ordinem spectantes, dicturi sint : Vere Deus cum ipsis est. Sicut autem qui missum recipit, mittentem recipit; ita sanctorum imitator Domini notam impressam habet. Idem Paulus, quia imitationi studebat, addit dicens [51] : « sicut et ego Christi. » Sed ante Paulum verba nostri Salvatoris exstabant, qui ex propriæ divinitatis sublimitate discipulos suos alloquens [52] : « Discite, inquit, a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. » Sic etiam cum in pelvim aquam immisit, seque linteo præcinxit, pedesque lavit discipulorum, dixit eis [53] : « Scitote quid fecerim vobis. Vos me vocatis, Magister et Domine ; et bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego Dominus et Magister lavi pedes vestros, et vos debetis alter alterius lavare pedes : exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita et vos faciatis. »

35 5. O quantopere admirari deberemus, fratres mei, Salvatoris nostri erga homines charitatem ! quantaque vi, qualique tuba exclamare, atque hæc ejus beneficia exaltare ! Non solum ad ejus imaginem facti sumus, sed ab eodem formam exemplumque cœlestis vitæ accipimus : idque debemus discere, cui ipse factis præivit. Quare cum aliquid patimur, haud est excandescendum, neque ulciscendæ injuriæ, sed benedicendum est maledicentibus, atque omnia Deo juste judicanti permittenda [54]. Qui ita se gerunt, seque Evangelio conformant, participes Christi erunt, et exemplorum apostoli imitatores, a quo laudis præmium consequentur, prout ipse Corinthios laudabat dicens [55] : « Laudo vos, quod per omnia mei memores estis. » Deinde quia nonnulli verbis ejus abutebantur, horum sensum ad sua desideria trahentes, audebantque ea immutare, sicuti in Hymenæi atque Alexandri negotio contigit [56], et ante hos cum Sadducæis [57], qui ut ipse ait, naufragium fidei passi [58], resurrectionis mysterium deridebant, propterea statim subdidit [59] : « Et sicut tradidi vobis, traditiones meas tenetis. » Quod reapse propterea dixit, ne aliter opinemur quam doctor tradidit.

6. Multifariam simulant improbi, qui sibi, ut Dominus ait [60], agni vestimenta induunt, et quasi dealbata sepulcra videntur : hi nempe divina **36** etiam verba ore effantur, et nihilominus pravam intus sententiam fovent. Hac quippe olim ratione is qui primus malitiam invenit, serpens, inquam, ille, hostis ille, cum Eva colloquens simulatorem se gessit, atque ita ipsam decepit. Post hunc, imo cum hoc ipso, cuncti hæresum præter fas inventores, lectis libris, non tamen prout sancti tradiderunt, opinantur ; sed eos secundum hominum traditiones intelligentes, errore labuntur, quia vim illorum ignorant. Merito igitur laudabat beatus Paulus Corinthios, qui secundum ipsius traditionem sententiam tenebant. Dominus item justius adhuc reprehendebat Judæos ita [61] : « Quare vos transgredimini mandata Dei propter vestras traditiones? » Etenim hi accepta a Deo mandata mutabant, proprium sensum sequentes, atque ad hominum potius traditiones accedentes; ob quas Galatis paulo post molesti fuerunt. Cujus rei causa beatus Paulus missa ad hos Epistola sic scribebat [62] : « Si quis vobis annuntiaverit, præter id quod annuntiavimus, anathema sit.

7. Nulla est communio inter sanctorum verba et humanorum inventorum phantasias : nam cum viri sancti veritatis ministri sint, cœlorum regnum annuntiant ; secus illi, qui in parte contraria sunt, nihil nisi epulas cogitant; et quasi jam nihil sint, aiunt [63] : « Comedamus et bibamus, cras enim moriemur. » Idcirco beatus Lucas hominum adinventiones improbat, et sanctorum potius tradit, dum initio Evangelii ita scribit [64] : « Quoniam multi **37** ausi sunt (36) narrationem scribere rerum quas nos edocti fuimus (37), sicut ii nobis tradiderunt, qui ab initio viderunt, et ministri fuerunt sermonis ; visum est et mihi, assecuto omnia a principio, diligenter ex ordine tibi scribere, illustris Theophile, ut cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem. » Nam quod unusquisque sanctorum accepit, id ipsum immutabiliter tradit, propter doctrinæ circa mysteria soliditatem. Horum mandat verbum (sacra Scriptura) ut simus discipuli, hosque decet nobis esse magistros, ad hos tantummodo nos accedere oportet, quia solis ipsis concreditum verbum fuit, verbum, inquam, omni laude ornandum. Hi sunt discipuli, non quia ab aliis audiverint, sed quia cum ipsi viderint ministrique sermonis fuerint, res a Christo auditas tradiderunt. Hi magna narraverunt miracula a Salvatore nostro patrata, æternam ejus divinitatem annuntiaverunt, carnalem ejusdem de Virgine nativitatem descripserunt, et sancti Paschatis

[50] I Tim. IV, 12. [51] I Cor. IV, 16. [52] Matth. XI, 29. [53] Joan. XIII, 12-15. [54] I. Petr. II, 23. [55] I Cor. XI, 2. [56] I Tim. I, 20. [57] Matth. XXII, 23. [58] I Tim. I, 19. [59] I Cor. XI, 2. [60] Matth. VII, 15; XXIII, 27. [61] Matth. XV, 3. [62] Galat. I, 9. [63] Isa. XXII, 13. [64] Luc. I, 1-4.

(35) Confer Isaiam XVI, 10, Jeremiam XLVIII, 33, Baruchum II, 27.

(36) Ex polysemo ἐπιχειρέω, *aggredior* vel *ausus sum*.

(37) Ex πεπληροφορημένων, ut est in Gr. At vulgatus Lat. legebat πεπληρωμένων.

Digitized by Google

solemnitatem prædicarunt dicentes [65] : « Pascha nostrum immolatus est Christus : » nempe ut nos singuli, imo et simul universi, et cunctæ orbis Ecclesiæ, memores simul scriptum esse de Christo, quod a mortuis surrexerit, quodque de Davidis stirpe fuerit, ut est in Evangelio, nequaquam obliviscamur, quod Paulus Corinthiis significans tradidit [66], resurrectionem ejus, inquam, qua destruxit illum qui habebat mortis imperium **38**, adversarium scilicet [67], fecitque omnes nos secum resurgere, mortis vinculis resolutis, contulitque nobis benedictionem pro maledictione, gaudium pro tristitia, pro mœrore festivitatem. Hac sancta Paschatis exsultatione, quam semper nostris in cordibus retinemus, omni tempore læti erimus [68], ut Paulus jubet : sine intermissione orantes, et de omnibus gratias agentes [69], ac ne omittemus quidem tempus ejusdem denuntiare, sicut a patribus traditum accepimus. His superaddimus : nempe, ut apostolicis attendentes traditionibus, simus invicem memores in precum conventibus : et cum simul omnes festum celebrabimus, Domino gratias uno ore semper agamus. Sic ejus gratia accepta, sanctos imitando, in Domino laudabimur quotidie (38), ut ait Psalmista [70] : nimirum, si prout decet, solemnitatem exegerimus, cœlesti gaudio digni erimus.

8. Nunc quoque quadragesimale tempus exordiemur die XIII mensis Phamenoth. Deinde ex ordine jejunii abstinentiam prosequentes, sanctam Paschatis hebdomadam incipiemus die XVIII mensis Pharmuthi : et die XXIII jejunia finientes, celebrataque Dominica die XXIV, adjungemus his septem reliquas magnæ Pentecostes hebdomadas; gaudentes omnes atque exsultantes in Christo Jesu Domino nostro ; per quem gloria sit et imperium Patri per Spiritum sanctum in sæcula sæculorum. Amen.

Salutant vos, qui mecum sunt, fratres. Salutate omnes cum osculo sancto.

Explicit secunda epistola sancti Athanasii Alexandriæ episcopi.

39 EPISTOLA III.

(Ch. anno 331.)

EPISTOLA TERTIA FESTALIS PAPÆ ATHANASII, JUXTA QUAM DOMINICA PASCHATIS ERAT XVI PHARMUTHI, III IDUS APRILIS, ANNO XLVII DIOCLETIANI, CONSULIBUS ANNIO BASSO ET ABLAVIO, PRÆFECTO FLORENTIO (39), INDICTIONE IV.

1. Rursus, fratres mei dilecti, appropinquat nobis dies ille festalis, in quo præ cæteris orare dignum est. Hunc lex celebrari jubet : et quanquam nos a noxiis hominibus impedimur, nihilominus haud sanctum nobis foret, silentio hunc diem premere, neque vobis, illorum causa, annuntiare. Sed Deo gratias, qui consolatur humiles ! Nos haudquaquam ut accusatorum calumnias vitemus silentium tenebimus ; sed, audito veritatis verbo, vobiscum in festali die exclamamus : Universalis Deus præcipit dicens [71] : « Celebrent filii Israelis Pascha. » Spiritus item in Psalmo prædicat [72] : « Canite tuba in mensis Kalendis, in insigni die solemnitatis vestræ. » Propheta autem exclamat [73] : « Celebra, Juda, festivitates tuas. » Hanc ego vobis epistolam mitto, non quasi de re ignota, sed bene gnaris significo : ut nimirum sciatis, Deum nos vobis astringere, etiamsi homines separaverint. Ipsa nos solemnitas copulat, eumdemque Dominum qualibet hora adoramus. Nos haud ideo festum agimus, quia dierum simus observatores ; etenim novimus ab Apostolo eos reprehendi, qui sunt hujusmodi, dicente [74] : **40** « Dies observatis, et menses, et tempora, et annos. » Sed festum hoc nuntiamus, ceu satis notum diem, in quo omnes Deo ubique famulemur, eumque orationibus placemus. Beatus quippe Paulus dum hujus gaudii propinquitatem significaret, haud dies denotavit, sed Dominum illum cujus causa festum agimus, aitque [75] : « Pascha nostrum immolatus est Christus : » ut nos omnes Verbi æternitatem contemplantes, ad famulatum ejus accedamus.

2. Quid est solemnitas, nisi servitium ab anima exhibitum? Quid porro est hoc servitium, nisi jugis ad Deum oratio et debita eidem gratiarum actio? Qui gratias non agunt, quoniam ab eo recesserunt, hi merito ab illius quoque lætitia excluduntur : ablatum est ex ipsorum ore gaudium et exsultatio. Idcirco illud oraculum pacem ipsis esse non sinit [76] : « Non est enim pax impiis, dicit Dominus : » atque ita opera faciunt tristitiæ et doloris. Propterea ne ille quidem duodecim (40) talentorum debitor [77], cui in Evangelio facta fuit remissio, gratias domino egit; et qui grandis debiti remissionem obtinuerat, levis debiti gratiam facere oblitus est ; ideoque justam retulit pœnam prioris debiti persolvendi. Oportuerat enim, quemadmodum gratiam impetraverat, ita et ipsum conservi sui misereri. Ille item qui acceptum talentum in sindone alligavit atque humi obruit, æquum fuit ut tanquam **41** ingratus rejiceretur, sibique dictum audiret [78] : « Serve male et piger, sciebas quia ego meto ubi non seminavi, et congrego ubi non sparsi? Oportuit te committere pecuniam meam nummulariis, ut veniens ego quod meum est reciperem. Auferte igitur ab eo talentum et date ei qui habet decem talenta. » Æquum itaque

[65] I Cor. v, 7. [66] I Cor. xv, 4. [67] Hebr. II, 14. [68] Philipp. IV, 4. [69] I Thess. II, 13. [70] Psal. XLIII, 9. [71] Exod. XIII, 5. [72] Psal. LXXX, 4. [73] Nahum I, 15. [74] Galat. IV, 10. [75] I Cor. v, 7. [76] Isa. XLVIII, 22. [77] Matth. XVIII, 24. [78] Matth. XXV, 26-28.

(38) Ita Syrus, non *tota die*.

(39) In chronico *Hygino*. Ergo vel *Florentius* eodem anno successit *Hygino*, vel mendum est.

(40) Μυρία, *decem millia*.

Digitized by Google

fuerat ut redditurus rem suam domino, beneficium simul ejus qui dederat, reique collatæ vim agnosceret. Nam qui dederat durus non erat; secus enim ab initio non dedisset. Ne id quidem, quod datum fuerat inutile erat aut sterile, neque vituperabile : sed et qui dedit bonus erat, et quod datum fuit non erat fructu cariturum. Igitur sicut ille qui serendi tempore triticum supprimit, maledictus est, ut divinum Proverbium ait [79]; sic ille etiam qui gratiam negligit et sine cultura abdit, jure meritoque, ceu nequam et ingratus abigendus erit. Contra autem laudat Dominus illos qui lucrati fuerant, dicens [80] : « Euge, serve bone et fidelis : quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. »

3. Recte sapienterque actum est, ut illi cuncta ad lucrandum contulerint quæ acceperant, ut ait Scriptura [81]. Oportet itaque ut nos quoque, dilecti mei, cum Dei gratia, curramus neque desistamus; ne, dum otiari volumus, gratia accepta se subducere incipiat ; et ne hostis vacuos nos, nudosque deprehendens, subingrediatur velut in illum de quo Evangelium loquitur : **42** « Cum dæmonium ab eo exivisset, postquam per inaquosa loca exerravit, assumpsit secum alios septem spiritus ipso pejores; reversusque invenit domum vacantem, ibique habitavit; et fuerunt novissima hominis illius pejora prioribus [82]. » Quippe a virtute recessus ingressum impuro spiritui præbet. Quapropter ne forte gratia sit nobis inutilis, Apostolus discipulo suo scripsit peculiare præceptum, ita tamen ut nos simul adhortetur dicens : « Noli negligere gratiam quæ in te est [83]. Qui suam operatur terram, satiatur pane : viæ autem otiosorum spinis occupantur [84]. » Atque ut nemo in illas incurrat, Spiritus nos præmonet dicens [85] : « Novate vobis novale, et nolite serere super spinas. » Qui spreta quam accepit gratia, in mundanas se curas ingurgitat, hic semet cupiditatibus tradit; atque ita superveniente persecutione, scandalum patitur et infructuosus fiet. Quinam vero est hujusmodi pigritiæ exitus? Propheta hunc significat dicens [86] : « Maledictus homo qui facit opera Domini negligenter. » Quod in obsequium Domini fit, id attente est peragendum, absque pigritia, imo ferventer, ut consumpto omni per spiritus fervorem materiali peccato, ad Deum illum propinquare possumus, qui est ignis devorans, ut sanctorum verba aiunt.

4. Quippe universalis ille Deus, « Qui fecit angelos suos spiritus, et cherubinos suos flammam ignis [87], » in egressu ex Ægypto vetuit quominus hujusmodi hominum multitudo monti propinquaret ubi eis legem laturus erat [88]. **43** At beatum illum Moysen, cujus ardens erat spiritus et gratia inexstinguibilis, ad se vocabat dicens : Unus accedat Moyses. Idcirco ille in caliginem ingrediebatur, et fumante monte nullum detrimentum capiebat; imo illinc probatior descendebat, propter Domini eloquia quæ sunt argentum electum et probatum terræ [89]. Interea beatus Paulus, datam nobis Spiritus gratiam nolens frigescere, nosmet adhortans scripsit [90] : « Spiritum nolite exstinguere. » Sic, videlicet participes Christi permanebimus, si in Spiritus initiatione usque ad finem consistemus. Dixit autem : « nolite exstinguere, » non quod Spiritus in hominum potestate sit, aut aliquid ab eis pati possit; sed quia improbi atque increduli videntur in animo suo illum exstinguere; et cum sint in impuris operibus inveterati, Spiritum persequuntur. Spiritus vero sanctus, qui dicitur correptionis, fraudem defugit, neque moratur in corpore culpæ addicto, sed a mentibus intellectu carentibus recedit; quæ cum jam non intelligant, fraudulentæque sint, et peccati studiosæ, quasi in tenebris ambulant, luce illa carentes, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Par ignis prophetam quoque Jeremiam contingebat, cum in eo verbum instar ignis fieret, aiebatque [91] : Ego undique angustior, nec ferre queo. Noster autem Dominus Jesus Christus, quia magnopere homines diligit, ut hunc ignem in terram injiceret, venit, aitque [92] : « Quid? utinam jam arderet! » Ipse vult, teste Ezechiele [93], pœnitentiam hominis potius **44** quam ejus mortem; adeo ut hominum malitia exuratur, atque anima purificata fructus justitiæ possit offerre; atque ita satum ab eo verbum fructum ferat tricesimum, sexagesimum, atque centesimum. Sic Cleophas cum initio ambigeret, gratiam referre non est visus; mox tamen propter Domini verba exardescens [94], grati animi sui fructum obtulit. Beatus item Paulus, postquam hoc igne inflammatus fuit, carnis et sanguinis rationem non habuit [95], sed gratia agnita exsultavit in verbo. Secus vero, dissimiles his, leprosi illi novem, lepra mundati, grati erga sanatorem suum Dominum non fuerunt [96]. Ille pariter Judas, qui dignus apostolica sorte habitus fuerat, et Domini discipulus appellatus, postremo cum panem cum Domino nostro comedisset, calcaneum contra hunc levavit [97], et factus est proditor [98]. Horum similes vecordiæ suæ præmium capiunt : nempe exspectatio illorum vana erit propter eorumdem ingratum animum, quia nulla ingrato homini spes superest. Eos vero qui divinum ignem neglexerint, alter potius ignis manebit; ignis, inquam, ille, qui est paratus diabolo et angelis ejus [99]. Huic igni par erit illorum exitus, qui adversus gratiam ingratos se præbent.

5. At enim fideles verique servi Domini, probe gnari quod Dominus gratos gratiæ diligit, nullum prætermittunt tempus, quo Domino gratias laudes-

[79] Prov. xi, 26. [80] Matth. xxv, 23. [81] ibid. 16. [82] Matth. xii, 43-45. [83] I Tim. iv, 14. [84] Prov. xii, 11; xv, 19. [85] Jer. iv, 3. [86] Jer. xlviii, 10. [87] Psal. ciii, 4; Hebr. i, 7. [88] Exod. xix, 12. [89] Prov. x, 20; Psal. xi, 7. [90] I Thess. v, 19. [91] Jerem. iv, 31. [92] Luc. xii, 49. [93] Ezech. xviii, 23. [94] Luc. xxiv, 32. [95] Galat. i, 16. [96] Luc. xvii, 17. [97] Joan. xiii, 18. [98] Luc. vi, 16. [99] Matth. xxv, 41.

Digitized by Google

que non referant. Et sive tempora serena sint sive molesta, ipsi quidem 45 gratias laudationesque Deo extollunt (41); nullaque temporalium vicissitudinum ratione habita, Deum temporum dominum adorant. Primus quidem ille Jobus omnium constantissimus qui in rerum abundantia versatus fuerat, ita censebat; dum angeretur, tolerabat; dum cruciaretur, gratias agebat [1]. Sic etiam humilis ille David ipso tribulationis tempore psallebat dicens [2]: « Benedico Dominum omni tempore. » Beatus denique Paulus, nulla propemodum in Epistola a gratiis agendis desinebat; nec requiei indulgebat, imo vero gloriabatur in tribulationibus [3]; sciebat enim, « quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confunditur [4]. » Si nos itaque hujusmodi homines imitabimur, nullum nobis elabetur tempus, quo gratias non agamus. Et nunc quidem potissime cum tempus tribulationum est, quas hæretici adversus nos concitarunt, gratias agere Domino debemus, verba sanctorum usurpantes [5]: « Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te. » Judæorum autem exempla sectantes, qui nihil de animi vigore remittebant, cum Idumæorum audaci impetu pulsarentur, et abs Hierusalem hostibus detrimenta paterentur, sed tunc impensius Deo canebant; ita et nos, fratres mei dilecti, cum a verbo Dei dicendo impedimur, tunc id vehementius prædicare debemus, et canere cum tribulamur; ut digni simus contemptum atque ærumnam pro veritate pati. 46 Omnino cum damnis afficimur, tunc gratiæ a nobis agendæ sunt. Sic etiam beatus Paulus omni tempore gratias agebat; atque ut pari secum studio ad Deum accedamus, hortabatur dicens [6]: « Petitiones vestræ cum gratiarum actione innotescant apud Deum. » Vult autem ne unquam a tali desiderio desinamus, dum ait: [7] « Omni tempore gratias agite, sine intermissione orate. » Sciebat enim, quod dum fideles gratias agunt, potentes sunt; et quod dum exsultant, mœnia inimicorum pervadunt. Velut illi sancti, qui aiebant [8]: « Tecum inimicos nostros expugnabimus; cum Deo meo transgrediar murum. » Sic firmi semper perstantes, nunc præcipue, etsi multæ tribulationes sunt, multique adversus nos furentes hæretici; nihilominus, fratres mei dilecti, cum gratiarum actione quod nobis modo appropinquat sanctum Pascha peragemus, succincti lumbos conscientiæ nostræ, quemadmodum Salvator noster Jesus Christus, de quo scriptum est [9]: « Justitia erit cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus. » Manu unusquisque tenentes virgam, quæ de stirpe Jessæ exiit, nostrosque pedes evangelico apparatu calciantes, festumque agentes, ut ait Paulus [10]: « Non fermento vetere, sed azymo puritatis ac veritatis; » promittentes insuper nosmet reconciliare in timore bono per Christum; a fide erga eum nunquam desciscentes, nec cum hæreticis nos polluentes, aut cum illis qui extra veritatem versantur, quorum desideria ac mores abjecti sunt; nec non 47 in tribulationibus lætitia gestientes, ferream illam tenebrosamque prætergrediemur fornacem [11], ac sine detrimento tremendum illud Rubrum mare tranabimus [12]. Atque ita suffusos pudore hæreticos spectantes, magnam illam cum beato Moyse laudem canemus, dicentes [13]: « Laudemus Dominum, gloriose enim magnificatus est. » Sic cantantes, et peccatum nostrum submersum videntes, desertum quoque pertransibimus. Denique prævia nostra intra quadragesimam purificatione per preces, jejunia, bonosque mores et opera, sanctum quoque intra Hierusalem Pascha comedere nobis licebit.

6. Quadragesimæ initium est die quinto mensis Phamenoth. Et postquam his diebus purificati fuerimus, ut jam dixi, ac bene comparati, Sanctæ hebdomadæ magni Paschatis initium faciemus die Pharmuthi decimo: quo tempore, fratres mei, exercere nosmet debemus assiduis orationibus, jejuniis atque vigiliis, ut postes nostros pretioso sanguine possimus inungere, et exterminatorem vitare. Finiemus autem jejunia die XV Pharmuthi. Et cum in vespere Sabbati audiemus dicentes angelos [14]: « Cur quæritis viventem inter mortuos? surrexit: » statim nobis magna Dominica illucescet, die, inquam, XVI ejusdem mensis Pharmuthi, quo Dominus noster resurrexit, qui nobis pacem cum proximis nostris donavit (42). Sic festum agentes juxta ejus voluntatem, et huic sanctæ Dominicæ hebdomadas septem adjungentes, videlicet illius Pentecostes, in qua Spiritus gratiam recipiemus, semper Domino 48 gratias agemus; per quem gloria sit et imperium Patri per Spiritum sanctum in sæcula sæculorum. Amen.

Salutate omnes cum osculo sancto. Salutant vos, qui mecum sunt, fratres. Oro, fratres mei dilecti, ut sitis incolumes, et nostri in Domino memores.

Explicit epistola tertia festalis sancti Athanasii.

EPISTOLA IV.

(Ch. anno 332.)

EPISTOLA QUARTA FESTALIS PAPÆ ATHANASII DE DOMINICA PASCHATIS, QUÆ ERAT DIE XVII PHARMUTHI, IV

[1] Job I, 21. [2] Psal. XXXIII, 2. [3] Rom. V, 3. [4] ibid. 3-5. [5] Psal. XLIII, 18. [6] Philipp. IV, 6. [7] I Thess. V, 18, 17. [8] Psal. XLIII, 6; XVII, 30. [9] Isa. XI, 5. [10] I Cor. V, 8. [11] Deuter. IV, 20. [12] Hebr. XI, 29. [13] Exod. XV, 1. [14] Luc. XXIV, 5.

(41) Ita Joan. Chrysostomus (ut est in ejus nova Vita apud nos, auctore Theodoro Trimithuntis episcopo); morti proximus in exsilio, aiebat more sibi solito: δόξα τῷ Θεῷ πάντων ἕνεκεν, *gloria Deo propter omnia;* quibus in verbis vir divus et usquequaque mirabilis exspiravit.

(42) Nempe ante sacram synaxim mandatur in liturgiis fraterna condonatio.

Digitized by Google

NONAS APRILIS, ANNO XLVIII DIOCLETIANI, CONSULIBUS PAPINIO PACATIANO ET MÆCILIO HILARIANO, PRÆFECTO HYGINO, INDICTIONE V. HANC EPISTOLAM MISIT DE COMITATU PER OFFICIALEM.

1. Sero quidem, et consuetum extra tempus, scribo vobis, dilecti mei; sperans tamen vos mihi hanc tarditatem condonaturos, habita magnæ longinquitatis ratione, necnon ejus quæ me male habuit infirmitatis. Utroque hoc videlicet impedimento retentus fui, necnon et hiemis asperitate, quominus litteras ad vos darem. Sed tamen, etsi longe absum, et adhuc morbo conflictor, non ideo sum oblitus festale tempus vobis significare; gnarus quippe consuetudinis, officio meo defungor. Quanquam epistola ultra solitos significandi limites exarata sit, nihilo tamen minus hoc idoneum tempus esse **49** videtur festalem hymnum canendi, cum hostes ignominia affecti sunt, atque ab Ecclesia reprehensi, propter actam adversus nos gratuitam persecutionem. Tempus, inquam, est repetendi illud contra Pharaonem canticum, dicendo [15]: « Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est : equum et ascensorem dejecit in mare. »

2. Bene est, dilecti mei, nos de festo ad festum pervenire; ita tamen, ut festales conventus ac vigiliæ pacificæ mentem nostram excitent, nostrumque intellectum impellant ad bonarum rerum contemplationem. Ne, quæso, his diebus utamur ad fovendam tristitiam, sed ad nutriendam solatio animam, atque orandum ut corporis concupiscentia sedetur. Hisce actibus hostes quoque superare poterimus, æque ac beata Juditha, quæ jejuniis precibusque exercita, hostes devicit, et Holophernem interemit. Ita se gessit beata quoque Esther, proximo jam totius gentis suæ exterminio, et Israelitici populi imminente excidio, cum aliter tyranni ira compesci nequiret nisi jejunio ac precibus ad Deum fusis; atque ita populi salutem cum ejusdem internecione commutavit. Jam ut hujusmodi dies, festorum loco ab Israele haberentur, diserte festa antiquitus appellata sunt; cum videlicet hostis destruebatur, populi periculum expediebatur, Israel denique salvabatur. Propterea ut festum hujusmodi celebraretur, beatus Moyses magnum Paschatis festum præfiguravit, quia Pharaone pariter interempto subductus fuit servituti populus. Sed **50** enim hæc nonnisi identidem olim fiebant : quando scilicet noxii populo tyranni destruebantur, tunc festa pro tempore ac solemnitates celebrabantur.

3. Nunc vero postquam inimicus universi orbis tyrannus interemptus fuit, nequaquam, dilecti mei, temporaneo festo intersumus, sed æterno illi ac cœlesti; quod nos figuris haud portendimus, sed re vera peragimus. Tunc carnis agni irrationalis esu festum diem celebrabant, unctisque illius cruore A stipitibus exterminatorem fugabant. Nunc autem cum Patris Verbum comedimus (43), cordiumque nostrorum labia Novi sanguine Testamenti signamus, datam nobis a Salvatore gratiam agnoscimus, qui ait [16] : « Ecce dedi vobis calcare supra serpentes ac viperas, et supra omnem inimici potestatem. » Haud ulterius mors dominabitur, sed morti vita succedit, quia idem Dominus ait [17] : « Ego sum vita. » Omnia scilicet nunc lætitia redundant ac gestiunt, sicut jam scriptum fuit [18] : « Dominus regnavit, exsultet terra. » Tunc mors regnabat, cum in Babylonis fluminum ripis sedentes flebamus [19], et in captivitatis amaritudine tristabamur. Nunc vero morte regnoque adversarii destructis, copiosa lætitia gaudioque cumulata sunt omnia. Neque in Judæa tantum notus est Deus [20], sed in omnem terram exivit B vox eorum [21], et scientia Domini universus orbis plenus est [22]. Cæteroquin exploratum est, dilecti mei, oportere nos, qui hujusmodi festo intersumus, conscientias nostras induere haud sordidatis vestibus, sed puris omnino indumentis ornare in hoc Domini nostri **51** Jesu (die), ut cum eo reapse festum agitare possimus. Utique sic induimur, cum virtutem diligimus, et vitium aversamur; cum castitatem servamus, et lasciviam omittimus; cum iniquitati justitiam præferimus; cum necessariis contenti, animum potius nostrum corroboramus; cum pauperum non obliviscimur, sed unicuique fores nostras patere volumus; cum nostrum animum studemus demittere ac superbiam detestari. C

4. Israel quoque ritum hunc sedulo olim tanquam in figura exercebat, et festis intererat : attamen hæ res tunc velut umbra ac repræsentatio quædam erant. Nos vero, dilecti mei, pulsa umbra, consumptisque figuris, haud jam hoc festum ceu figurativum reputare debemus, nec velut in terrestri Jerusalem ad paschale altare conscendere, juxta indeterminatum Judæorum pervigilium, timentes ne, decurrente tempore, videamur extra tempus operari; sed omittendæ a nobis figuræ sunt, apostolorum exemplo, et illud canticum novum cantandum. Quam rem cum iidem apostoli futuram præsensissent, seque sodales veritatis fecissent, ad Salvatorem nostrum accedentes dixerunt [23] : « Ubinam vis Pascha tibi paremus? » Quippe ea res terrenæ Jerusalem gratia jam non fiebat, neque festi D illic tantummodo celebrandi voluntas erat, sed ubicunque Deo placeret : ipse autem ubique id fieri volebat, atque omni loco thus sibi et sacrificium offerri. Olim quidem, ut historia tradit, Paschatis festum nusquam extra Jerusalem transferre licebat : **52** sed enim postea, temporaneis rebus dilapsis, figurisque conclusis, quia prædicatio Evangelii quaquaversus dilatanda erat, ideoque hoc etiam festum nullo non loco a discipulis propagandum; propterea

[15] Exod. xv, 1. [16] Luc. x, 19. [17] Joan. xiv, 6. [18] Psal. xcvi, 1. [19] Psal. cxxxvi, 1. [20] Psal. lxxv, 2. [21] Psal. xviii, 5. [22] Isa. xi, 9. [23] Luc. xxii, 9.

(43) Observemus hic et postea Athanasii testimonium de sacrosancta Eucharistia.

Digitized by Google

Salvatorem rogarunt : « Ubinam vis paremus? » Ipse vero Salvator noster a figurato pariter ad spiritale transiliens, promisit eis fore ut non agni carnem deinceps comederent, sed sui ipsius dicentis [24] : « Accipite, comedite, et bibite; hoc est corpus meum et sanguis meus. »

5. Cum nos his pariter, dilecti mei, vescemur, tunc enim vere Paschatis solemnitatem complebimus; capto initio a die Pharmuthi primo, et in sexto ejusdem mensis jejunia finiemus, Sabbati vespere. Sanctus autem Dominicæ dies illucesceat nobis die ejusdem Pharmuthi septimo. Deinde certis evolutis diebus, sanctæ Pentecostes solemnia agemus; quorum dierum periodo futurum mundum innuimus, in quo cum Christo semper versantes, universalem Deum laudabimus per Christum Jesum, perque hunc cum sanctis dicemus Domino : Amen.

Salutate omnes cum osculo sancto : salutant vos cuncti, qui mecum sunt, fratres. Hanc epistolam misimus vobis ex comitatu per officialem nobis ab eo concessum, qui vere Deum timet, id est ab Ablavio prætorii præfecto. Ego porro in comitatu versor, quia ad imperatoris Constantini conspectum vocatus fui. Sed enim qui hic degunt Meletiani pugnant, **53** invident, adversantur nobis apud imperatorem; attamen ignominia notati pulsique hinc fuerunt, ceu calumniatores, et multis de rebus objurgati. Pulsi vero nominatim fuerunt Callinicus, Ision, Eudæmon, et Gelœus (44) Hieracammon, qui nominis sui pudens, Eulogium se appellandum curavit.

Sancti Athanasii quarta epistola festalis explicit.

EPISTOLA V.

(Ch. anno 333.)

HÆC EST ATHANASII QUINTA EPISTOLA, IN CONSULATU DALMATII ET ZENOPHILI, PATERNO PRÆFECTO, INDICTIONE VI, CUM ESSET DOMINICA PASCHATIS XVI KAL. MAII, NEMPE XX PHARMUTHI, LUNÆ XV, EPACTA XX, DEORUM SEPTIMO, DIOCLETIANI ANNO XLIX.

1. Præclarum est, fratres mei, ab uno ad aliud festum pervenire, ab una ad aliam transire orationem, ab uno ad aliud jejunium, ab una denique ad aliam solemnitatem. Adest videlicet rursus illud tempus, quod nobis novum initium affert, beati nempe notitiam Paschatis, in quo Dominus fuit immolatus. Nos utique vescimur, tanquam vitæ cibo, animamque nostram pretioso illius sanguine semper oblectamus, ceu fonte quodam; et nihilominus semper sitimus, semperque ardemus. Ipse vero sitientibus adest, et ob suam benignitatem diei festali admovet illos qui sitientia viscera **54** habent, juxta ejusdem Salvatoris nostri effatum [25] : « Si quis sitit, veniat ad me et bibat. » Non tunc tantummodo cum quisque accedit, sitim suam exstinguit; sed quotiescunque etiam aliquis petit, libenter ei conceditur, ut ad Salvatorem accedat (45). Gratia festi haud uno tempore coarctatur, neque splendidus ejus radius occasum patitur, sed semper in promptu est illorum menti illuminandæ qui cupiunt. Pollet autem continua virtute erga illos qui illuminatam mentem gerunt, et divinis libris attendunt diu noctuque; velut homo ille qui beatus appellatur, prout in sancto psalmo scriptum est [26] : « Beatus vir, qui non abiit in consilium impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit; sed in lege Domini voluntas ejus est, et in lege ejus meditatur die ac nocte. » Non hunc sol illuminat, vel luna, vel aliorum siderum turba; verum is excelsis Dei universalis radiis resplendet.

2. Porro ille Deus, dilecti mei, qui initio festum hoc nobis instituit, ut id quotannis peragatur concedit. Ipse qui Filium suum morti tradidit, propter (nostram) salutem, eadem de causa sanctum festum largitur, quod in anni cursu notatur, et circa hoc tempus semper nuntiatur. Festum hoc regit nos per occurrentes nobis in hoc mundo ærumnas : et nunc lætitiam nobis salutis confert Deus ex hoc festo emicantem, dum nos ad unum consessum adducit, cunctos spiritualiter ubique copulans, nobisque communiter **55** orare concedens, communesque gratiarum actiones persolvere, prout in festo factitare opus est. Hoc est benignitatis ejus miraculum : ipse scilicet ad hoc festum longinquos congregat, et eos qui forte corpore remoti sunt, fidei unitate proximos facit.

3. Agesis itaque, dilecti mei, quidni gratiam festi hujus, ut par est, agnoscimus? Quidni rerum adeo pulchrarum auctorem remuneremur? Deum sane pro merito remunerari impossibile est; verum enimvero acceptum donum non grate agnoscere, ea demum iniquitas est. Natura quidem impossibilitatem prodit, sed libera nostra voluntas ingratum animum arguit. Ideo etiam beatus Paulus divini magnitudinem doni admirans aiebat [27] : « Et ad hæc quis idoneus? » Is terrarum orbem Salvatoris nostri sanguine redemit, inferos item Salvatoris nostri morte conculcandos curavit, cœli januas patefecit, perque Dominum nostrum viam absque ullo impedimento ascendentibus munivit (46). Interim sancto-

[24] Matth. XXVI, 26-28; Luc. XXII, 17-19. [25] Joan. VII 37. [26] Psal. I, 1 seq. [27] II Cor. II, 16.

(44) Nempe Γελοῖος, *ridiculus*.

(45) Animadverte morem concedendi omni tempore, etiam extra Pascha, Eucharistiam petentibus.

(46) Laudavit olim hunc locum Indicopleustes ed. p. 316, et cod. Vat., f. 122 b : Τοῦ αὐτοῦ (Ἀθανασίου) ἐκ τῆς ε' ὀρταστικῆς· Καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός; Τὸν μὲν γὰρ κόσμον τῷ αἵματι τοῦ Σωτῆρος ἠλευθέρωσεν, τὸν ᾅδην πάλιν τῷ τοῦ Σωτῆρος θανάτῳ πατεῖσθαι δέδωκεν, καὶ εἰς τὰς οὐρανίους πύλας ἀνεμπόδιστον τοῖς ἀνερχομένοις τὴν ὁδὸν παρασχών. *Ejusdem (Athanasii) ex quinta epistola festali : Quis ad hæc enarranda sufficiat? Nam mundum Salvatoris sanguine liberavit, infernum item Salvatoris morte conculcandum tradidit, et ad cœlestes portas obice vacuum ascendentibus viam paravit.* Textus hic apud Montfauconium non differt a codice Vaticano.

Digitized by Google

rum quidam de hoc beneficio cogitans, nec Dominum remunerari valens, aiebat [28] : « Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? » Pro morte vitam, pro servitio libertatem, pro inferis cœli regnum contulit. Antea regnabat mors ab Adam usque ad Moysen [29] ; nunc divina vox insonuit [30] : « Hodie mecum eris **56** in paradiso. » Revera et sancti illi, rem experti aiebant [31] : « Nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. » Et nihilominus cum se (David) ineptum retribuendo sensit, gratiam agnovit, sibique diffidens dixit [31*] : « Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus. » Ad calicem quidem quod attinet, ipse etiam Dominus aiebat [32] : « Potestis bibere calicem, quem bibiturus sum? » Et cum discipuli affirmarent, Dominus ait [33] : « Calicem quidem meum bibetis; sed sedere ad dexteram meam vel sinistram meam, non est meum dare, nisi illis quibus id paratum est. »

3. Ergo tenero erga gratiam animo simus, dilecti mei; et quanquam retribuendo impares sumus, pro viribus ad id connitamur. Etsi autem natura res tantas digne verbis remunerari nequit, attamen dum in timore bono versamur, gratias agamus. Quandonam autem in timore bono versamur, nisi cum gratiores erga illum Deum sumus, qui benignitate sua talia nobis contulit? Sic morigeri legem observare debemus, atque ejus mandata custodire; præcipue ne ingrati extra legem nosmet esse putemus, et nefanda perpetremus. Deus gratum animum diligit: et cum nobis omnino diffidimus, tunc utique nostras animas Domino offerimus, more sanctorum; quia non nobis vivimus, sed Domino qui pro nobis mortuus est; prout se gessit etiam beatus Paulus dicens [34] : « Christo confixus sum cruci. Vivo ego, sed non ego, vivit vero in me Christus. »

4. **57** Vere exploratum est, dilecti mei, debere nos corporis rebus abrenuntiare, atque in iis tantummodo quæ sunt Salvatoris nostri exerceri. Jam et tempus a nobis postulat, ut non ejuscemodi verba tantum dicamus, sed etiam operibus sanctos homines imitemur. Imitamur autem, cum eum qui mortuus est recognoscimus, nec nobis vivimus, sed ipse vivit in nobis Christus; et cum Dominum omni vi nostra remuneramur. Si autem retribuemus, nihil nostrum conferemus, sed quod ab eo accepimus; quæ cum ejus gratia sit, ipse a nobis gratiam suam reposcit; ac propterea dicit : Oblationes mihi exhibitæ munera mea sunt; id est quod mihi tribuitis, id a me antea acceperatis. Dona autem Dei sunt quælibet virtus, verusque ac bonus timor ipsius. Hæc offeramus Domino; et cum in timore bono comperti fuerimus, una cum iis rebus quas ipse nostri causa sanctificavit (47), festum ei celebrabimus. Ita nos in jejuniis sanctis gerere debemus, prout sunt ab eo instituta, quorum ope viam ad Deum inveniemus : non tamen velut ethnici aut contumaces Judæi, aut hodierni hæretici, vel sectarum alumni. Ethnici quidem scopum festi in epularum copia positum æstimant: Judæi, figura et umbra decepti, idem opinantur : sectarum vero alumni, separatis locis vanisque sententiis (aberrant). Nos autem, fratres mei, **58** ethnicos superamus, festum agendo cum animæ puritate corporisque munditia; Judæos item, quia jam figuram aut umbram non admittimus, sed vera luce splendemus, solemque justitiæ aspicimus : sectarum denique alumnos, quia Christi tunicam non discindimus, sed una in domo, in Ecclesia nempe catholica, Pascha Domini illius comedimus, qui sanctarum legum suarum constitutione nos ad virtutem dirigit, atque abstinentiam solemnitati debitam suadet. Vere Pascha est a malo abstinentia, virtutis exercitium et a morte ad vitam transitio. Hoc homo ab antiqua discit figura : tunc enim ex Ægypto Hierosolymam transire studebant; nunc nos de morte ad vitam transimus : tunc a Pharaone ad Moysen; nunc a diabolo ad Salvatorem. Et quemadmodum tunc præstiti auxilii typus quotannis repræsentabatur, ita nunc quoque salutem nostram commemoramus. Jejunamus, quia de morte cogitamus, ut postea vivere possimus. Vigilamus haud mœsti, sed veluti dominum de convivio redeuntem exspectantes, ut invicem videamus, et victoriæ signum adversus mortem quantocius nuntiemus.

5. Utinam, dilecti mei, prout sacra doctrina requirit, sic omni tempore, et nunc maxime, ita nos geramus vivamusque, ne unquam pulchrorum Dei operum obliviscamur, neque a virtutis exercitio desinamus, ceu apostolica **59** verba nos monent [35] : « Mementote Jesu Christi, qui a mortuis resurrexit. » Sane definitum tempus non statuit (Apostolus) hujus recordationis; nos tamen nostris cogitationibus semper hanc versare debemus, et de multorum socordia quotidie dolere. His ergo diebus rei initium faciamus, quandoquidem commemorationis tempus adest, quod sanctis hominibus vocationis præmium ostendit, negligentes autem non sine reprehensione adhortatur. Cæteris vero diebus virtutis cursum teneamus, patratorum flagitiorum pœnitentes, uti par est, quæcunque ea fuerint : nemo enim mundus est a sordibus, tametsi unius horæ vita ejus in terra fuerit, ut omni virtute præditus testatur Jobus [36]. Deinde ad res futuras animum convertentes, oremus ne indigne Pascha comedamus, et ne periculis irretiamur. Pascha quidem, esca cœlestis erit pure festum agentibus; impuris autem et aspernantibus, periculum atque ignominia. Scriptum est enim [37] : « Qui manducat et bibit indigne, reus erit mortis Domini nostri. » Igitur ne simpliciter ad fe-

[28] Psal. CXV, 12. [29] Rom. V, 14. [30] Luc. XXIII, 43. [31] Psal. XCIII, 17. [31*] Psal. CXV, 13, 15. [32] Matth. XX, 22. [33] ibid. 23. [34] Gal. II, 19. [35] II Tim II, 8. [36] Job XIV, 4 *sec.* Græc. [37] I Cor. XI, 27.

(47) Intellige Eucharistiam in Paschate a fidelibus sumendam.

Digitized by Google

stalis ritus celebrationem veniamus; sed ut idonei A simus ad divinum Agnum accedere, et cœlestes escas attingere, manus nostras purificemus, corpus mundemus, et omni fraude expertem conscientiam teneamus. Ne, quæso, ad ebrietatem laxemur neque ad concupiscentias, sed cum Domino nostro et cum divinis doctrinis confabulemur; ut usquequaque puri, possimus fieri Verbi participes.

6. Die autem XIV Pharmuthi, vespere Sabbati, sanctum jejunium incipientibus, et ejusdem mensis Pharmuthi die XIX finientibus, illucescet nobis **60** sancta Dominica, die ejusdem Pharmuthi XX : cui adjungentes septem illas Pentecostes hebdomadas, in orationibus, communione cum proximo, et voluntate omnino pacifica, regni quoque cœlestis hæredes fiemus, per Dominum nostrum Jesum Chri- B stum, per quem gloria sit et imperium Patri in sæcula sæculorum. Amen.

Salutant vos cuncti, qui mecum sunt, fratres. Salutate invicem omnes cum osculo sancto.

Explicit quinta epistola sancti Athanasii.

EPISTOLA VI.

(Ch. anno 334.)

HÆC EST SEXTA PAPÆ ATHANASII EPISTOLA, JUXTA QUAM (PASCHATIS) DOMINICA ERAT DIE XII PHARMUTHI, VII IDUS APRILIS, LUNÆ XVII, DIOCLETIANI ANNO L, CONSULIBUS OPTATO PATRICIO ET ANICIO PAULINO, PRÆFECTO PHILAGRIO (48) CAPPADOCE, INDICTIONE VII.

1. Deus nunc etiam, dilecti mei, ad solemnitatis C tempus nos deduxit, suaque benignitate ad hunc consessum pervenire providit. Deus ille, qui Israelem ex Ægypto eduxit, idem nos ad solemnitatem nunc invitat. Is ore Moysis dixit [38] : « Observa mensem novarum frugum (49), ut facias **61** Pascha Domino Deo tuo. » Idem etiam per prophetam ait [39] : « Celebra, Juda, festivitates tuas, et persolve Domino vota tua. » Si Deus ipse festo oblectatur, atque ad id invitat, haud oportet, fratres mei, demorari, neque negligere, sed hilariter seduloque ad hoc convenire; ut hinc sollicite incipientes, festi illius cœlestis arrham capiamus. Si diligenter festum hic agemus, sine dubio gaudium illud perfectum in cœlo assequemur, velut ipse Dominus dixit [40] : « Desiderio desideravi hoc pascha man- D ducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. » Comedemus autem hoc, si mente causam festi comprehendemus, si auxilii auctorem agnoscemus, atque ut decet in ejus gratia vivemus; celebrantes, ut ait Paulus [41], « non fermento vetere, neque fermento malitiæ, sed azymis puritatis et veritatis. » Mortuus est his diebus Dominus, ne ulterius opera mortis ageremus : animam suam tradidit, ut nostram incolumem ab inimici machinationibus conservaremus. Quodque mirum est, Verbum fuit in carne, ne nos ulterius essemus in carne; atque ut in spiritu constituti, Deum qui spiritus est [42] adoremus. Si quis autem non ita se comparat, sed his diebus abutitur, hic non agit festum, sed quasi incredulus gratiam incusat; mavultque honorare dies, quam Domino illi supplicare, qui salutem per hos dies largitus est. Homo **62** hujusmodi sine dubio, quanquam agere festum putat, apostolicis verbis se reprehensum audiret [43] : « Vos dies observatis, et menses, et tempora, et annos. Timeo ne forte apud vos frustra laboraverim. »

2. Festum hoc non dierum gratia fit, sed Domini illius causa solemnes sumus, qui in his passus est : « Pascha nostrum immolatus est Christus [44]. » Sic Moyses Israelem increpans, quominus festum fieri crederet dierum gratia, sed propter Dominum, aiebat [45] : « Pascha Domini est. » Et Judæi quidem celebrare se Pascha credebant; sed quia Domino adversabantur, inutile ipsis festum erat. Et quanquam nomen Domini non erant obliti, sed confitebantur, attamen Pascha Domini non erat, sed Judæorum. A Judæis, fratres mei, dicebatur Pascha; sed quia negabant Paschatis Dominum, ideo idem Dominus ab hac illorum credulitate vultum avertebat, aiebatque [46] : « Anima mea mensium vestrorum Kalendas et hebdomadas odit. »

3. Nunc quoque idem Dominus illos increpat, qui Pascha Judæorum more celebrant; ut ex illorum leprosorum casu cognoscitur, qui mundati fuerunt; quia nimirum Dominus ex his unum ob ejus gratum animum adamavit; alios autem acerbe tulit, qui ob suam vecordiam beneficii auctorem non agnoverant, sed sanitatem a lepra suam, sananti prætulerunt. Quippe ex his unus, cognita propria sanitate, regressus est magna Deum voce collaudans; et ad Jesu pedes abjectus, gratias ei egit; erat autem hic Samaritanus. Jesus vero respondit dicens [47] : « Nonne decem mundati sunt? **63** novem autem illi ubinam? Non inventi sunt qui redirent, et darent gloriam Deo, nisi hic alienigena? » Ille vero qui mundatus lepra fuerat, audiit præ cæteris a Domino : « Surge, vade; fides tua salvum te fecit [48]. » Jam qui gratias agit, et qui laudat, fratres veluti sunt, qui invicem conspirant ad benedicendum auxilii auctori, ob ea quæ feliciter experti sunt. Sicuti ad hoc Apostolus unumquemque adhortatur dicens [49] : « Glorificate Deum corpore vestro. » Et Propheta id inculcat dicens [50] : « Date laudem Deo. » Etsi autem testimonium a Caipha

[38] Deut. XVI, 1. [39] Nahum I, 15. [40] Luc. XXII, 15, 16. [41] I Cor. V, 8. [42] Joan. IV, 24. [43] Gal. IV, 10, 11. [44] I Cor. V, 7. [45] Exod. XII, 11. [46] Isa. I, 14. [47] Luc. XVII, 17, 18. [48] ibid. 19. [49] I Cor. VI, 20. [50] Psal. LXV, 2

(48) In chronico erat *Paterno*, non *Philagrio*.

(49) Syrus tantum *novarum*, ut Græcus νέων, sed subintelligitur *frugum*. Sic dicendum fuit etiam in epistola I, p. 29.

Digitized by Google

dictum fuit adversus Salvatorem nostrum, idemque a Judæis contumeliam passus, et a Pilato his diebus damnatus, sublimior tamen potentiorque est illa Patris vox ad eum demissa [51] : « Clarificavi, et iterum clarificabo. »

4. Num vero quæ pro nobis passus est (Jesus) transitoria sunt? Imo vero Salvatoris nostri res in æternum manebunt. Propterea, fratres mei, harum rerum memores, ne nosmet epulis addicamus, sed Domino laudes dicamus. Sponte nosmet aspernemur propter eum qui pro nobis mortuus est, sicut ait Paulus [52] : « Sive enim mente excedimus, Deo : sive sobrii sumus, vobis. Quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus ipse mortuus est : ut et nos qui vivimus, jam non nobis vivamus, sed ei qui pro omnibus mortuus est et resurrexit. » Non nostri gratia, sed ut servi vivere Domino debemus. Ne, quæso, incassum gratiam recipiamus; præsertim cum sit tempus acceptabile, **64** quo mors Salvatoris nostri tanquam dies salutis apparuit. Cum Verbum nostri causa descenderit, et incorruptibile cum esset, corruptibile sibi corpus induerit propter nostrum omnium salutem, ideo Paulus confidenter dixit [53] : « Oportet hoc corruptibile sibi inducre incorruptionem. » Et interfectus fuit Dominus, ut sanguine suo mortem exstingueret. Merito itaque quodam in loco reprehendit eos qui frustra participant sanguinis ejus effusionem, neque Verbi carne delectantur [54] : « Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? » Certe utilitate non caruit Domini descensio, imo orbi universo utilitatem peperit. Jam cum ipse ita sit passus, ii qui peccant, malintne amittere an lucrari? Utilitatem ac peculiare lucrum ipse nostram salutem reputat; secus vero, nostram damnationem.

5. Idem in Evangelio ceu lucrificos ac fructuosos eos commendat, qui gratiam duplicaverunt, ceu fuit ille qui de quinque talentis decem, et alius qui de duobus quatuor effecit. At illum qui talentum occuluit, tanquam perditorem objurgat dicens [55] : « Serve male, nonne oportuit te pecuniam meam committere nummulariis, et veniens ego recepissem utique quod meum est cum ejusdem usura? Tollite itaque ab eo talentum, et date ei qui decem talenta habet. Nam qui habet, datur ei, et cumulatur : ab eo autem qui non habet, etiam illud quod habet, aufertur. Et ducite **65** servum inutilem ad tenebras exteriores : ibi erit fletus et stridor dentium. » Haud vult esse inutilem quam accepimus gratiam, sed sedulo a nobis fructum ejus proprium retribui, quem Paulus beatus dixit [56] : « Fructus Spiritus est charitas, gaudium, atque pax. » Propter hanc ergo bonam voluntatem, neminem fraudabat, sed unicuique suum tribuebat; cujus honestatis magistrum se fecit, dicens [57] : « Reddite omnibus debita. » Similis nimirum illis erat quos dominus misit ad exigendos ab operariis vineæ fructus [58]; ideoque unumquemque ad satisfaciendum cohortabatur. Sed enim Israel satisfacere contempsit, quia honestus non erat; imo illos interfecit qui missi fuerant; sicuti ne vineæ quidem dominum reveritus est, qui ab illis fuit interemptus. Quamobrem cum ipse venit, nec fructus apud ipsos reperit, in ficu (eis) maledixit, dicens [59] : « Nunquam ex te fructus nascatur. » Et continuo infructuosa atque mortua evasit ficulnea; ceu reapse mirati sunt discipuli, postquam exaruit.

6. Tunc prophetæ dictum completum est [60] : « Perdamque ex eis vocem gaudii et vocem lætitiæ, vocem sponsi et vocem sponsæ, odorem opobalsami (50) et lumen lucernæ, et erit universa terra in solitudinem. » Abolitum est ipsis legis ministerium, et abhinc usque in æternum sine festo erunt : patriaque carentes, et quaquaversus errantes, Pascha non faciunt, et contra legis fas comedunt azymum, quia jam eis non licet agnum sacrificio offerre, prout etiam de azymo comedendo constitutum **66** illis fuit. At ipsi ubique legem violant, Deique judiciis sic est decretum, ut pro gaudii diebus dies mœstitiæ transigant. Causa autem ipsis horum fuit Domini occisio, et quia Unigenitum non sunt reveriti, ideo patiuntur hæc. Scelesti autem hæretici, et temerarii sectarum alumni, illi quidem Verbum interficientes, hi autem tunicam illius scindentes, ipsi quoque a solemnitate excludentur, quia sine bono timore vivunt ac sine intellectu; sed latronem æmulantur Barabbam, quem Judæi loco Salvatoris condonari sibi postularunt. Ideo ipse Dominus haud secus quam ficulneæ illis maledixit (51); ita tamen ob suam clementiam misertus eorum est, ut radicitus perire noluerit. Radici enim non maledixit, sed ne quisquam ex ejus deinceps fructu comederet, curavit. Hoc acto, umbraque arescere jussa, hanc utique abolevit, sed radicem retinuit, donec huic nos insereremur : illi autem, nisi forte in incredulitate permanserint, in olivam suam inserentur [61]. Interim illis Dominus propter pigritiam maledixit.

7. Transactæ sunt Kalendæ, verusque Agnus qui vere Pascha est, ad nos venit. Dies solemnis adest, quo festum tuba proclamandum est, quo nos ad Deum gratiarum agendarum causa convertamur, atque ipsum Paschatis nostri loco habeamus. Festum Domino, non nobis, celebrare debemus; neque nobis exsultare, sed Domino, qui afflictiones

[51] Joan. XII, 28. [52] II Cor. V, 13-15. [53] I Cor. XV, 53. [54] Psal. XXIX, 10. [55] Matth. XXV, 26-30. [56] Gal. V, 22. [57] Rom. XIII, 7. [58] Matth. XXI, 34-39. [59] ibid. 19. [60] Jer. XXV, 10, 11. [61] Rom. XI, 23.

(50) Ita Syrus, ex Græco vulgato ὀσμὴν μύρου, cui consonat interpres Arabicus in *Polyglottis*.

(51) Abhinc ingens lacuna est in editione Londinensi; supplementum autem in perturbatis codicis membranis ab editore postea repertum, nonnisi multo post in eo libro positum fuit, nempe in pagina tertia additamentorum. Nos vero omnia justo ordine, ut oportebat, ponimus.

Digitized by Google

nostras pertulit, dixitque [61]: **67** « Tristis est anima mea usque ad mortem. » Ethnici quidem, cunctique fide nostra alieni, cum festa celebrare suscipiunt, pace carent, quia peccant adversus Deum : secus vero sancti, quandoquidem Domino vivunt, festum revera eidem celebrant dicentes [62]: « Ego exsultabo in salutari tuo. Exsultabit anima mea in Domino. » Commune videlicet ipsis mandatum illud est [63] : « Exsultate, justi, in Domino. » Quamobrem in conventibus suis commune illud festale canticum canent : « Venite, exsultemus[64], » haud sane in nobis, sed in Domino.

8. Abraham quoque, ille patriarcharum princeps, non quia diem suum, sed quia diem Domini vidit, exsultavit. Atque ita cum exspectasset, vidit atque exsultavit. Et cum fidei ejus experimentum captum fuit, Isaacum perduxit in montem, obtulitque unigenitum, cui factæ erant promissiones : et dum proprium offerret filium, Dei Filium adorabat : et dum a cæde Isaaci prohiberetur, Christum in illo agno contemplabatur qui Deo immolatus fuit. Princeps ille patriarcharum probatus in Isaaco fuit, qui haud ipse quidem sacrificabatur, sed ille de quo apud Isaiam prædicatur [65], fore ut tanquam agnus ad lanienam duceretur, et coram lanio obmutesceret, mundi autem peccatum auferret. Idcirco Abraham ab inferendis puero manibus prohibitus fuit, ne forte Judæi in Isaaci immolatione sistentes, propheticas voces de Salvatore nostro prolatas frustrarentur, cunctas præsertim illas, quas prædicavit Psalmista [66] : « Sacrificium et oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi, » parisque sensus cæteras omnes.

68 9. Sane quod ad Abrahami filium attinet, sacrificium quidem haud ab Isaaci sed ab Abrahami offerentis proposito fiebat, qui ea in re tentabatur : etenim Deus voluntatem offerentis excepit, obstitit tamen quominus oblatus ille immolaretur. Nempe Isaaci mors mundum non erat liberatura, sed illa tantum Salvatoris nostri, qui nos omnes vulneribus suis sanavit, lapsos erexit, infirmis medelam contulit, famelicos saturavit, egentibus consuluit; quodque est mirabilius, nos omnes a mortuis suscitavit, morte destructa; atque ex angustiis et afflictione ad requiem et hujus festi lætitiam transtulit, quæ in cœlum usque pervenit. Neque enim nos soli hanc experimur; sed hujus causa cœli quoque nobiscum exsultant, simulque universa lætatur primogenitorum Ecclesia, qui in cœlo sunt scripti; veluti Propheta deprædicat dicens [68] : Lætamini, cœli, quoniam Deus misertus est Israelis; canite, terræ fundamenta; clamate, montes, cum gaudio, et vos colles et omnia ligna quæ in vobis sunt, quia Deus salvavit Jacob, et Israel gloriabitur. Item, exsultate, cœli, et lætamini; gaudium germinent montes, quoniam Deus populi sui misertus est, et humiles populi recreavit.

10. Creatura omnis, fratres mei, festum agit; et omnis spiritus, juxta Psalmistam [69], Domino laudem propter deletos hostes extollit. Nostra, inquam, salus peracta est. Enimvero æquum apprime est : nam si pro uno peccatore pœnitentiam agente, gaudium in cœlo est [70], quanta futura est lætitia **69** ob peccati destructionem, atque a mortuis resurrectionem? O quæ solemnitas, quantaque lætitia in cœlo fiet, quantoque opere exsultabunt ac lætabuntur virtutes omnes (cœlestes), cum conventus nostros spectabunt lætos semperque vigiles, præsertim in solemnibus Paschatis concionibus! cum resipiscere peccatores cernentur, et qui vultum averterant, denuo converti; et qui antea cupiditatibus indulserant et ebrietatibus, nunc jejuniis et abstinentia semet comprimere; cum denique hostem aspicient debilitatum atque jacentem, manibus pedibusque ligatis, et exanimem, ita ut ei insultare possimus dicendo [71] : « Ubi est victoria tua, o mors? ubi stimulus tuus, o inferne? »

11. Cantemus Domino victoriæ canticum. Quis ad hanc veluti angelorum turbam perveniet? Ille nimirum, qui ad cœleste festum et angelicam solemnitatem convenire ambit, qui cum Propheta dicat [72] : « Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. In voce exsultationis et confessionis, sonus epulantis. » Sancti pariter ad id nos hortantur dicendo [73] : « Venite, ascendamus ad montem Dei, ad domum Dei Jacob. » Non ita tamen ut hujusmodi solemnitas impura sit, neque tanquam peccatores ad eam ascendamus, sed quasi virtute ornati ac seduli, illorum instar, qui ex norma sanctorum vivunt [74]. « Quis ascendet ad montem Domini, aut in sanctuario ejus consistet? Innocens manibus et mundus corde, qui non accepit in vanum animam suam, qui non juravit dolose **70** proximo suo. » Hic, ut Propheta subdit, cum ascendet, benedictionem a Domino accipiet [75]. Exploratum vero est, Dominum hanc impertiturum esse iis qui in dextera erunt, atque dicturum : « Venite, benedicti, possidete paratum vobis regnum [76]. » Dolosus autem homo, et qui mundo corde minime est, nihil purum habebit, ut ait Proverbium [77] : « Filio proditori nihil inest boni. » Sine dubio quia hic factus extraneus, et in alienam a sanctis stirpem insertus, indignus erit paschali epulo. « Alienigena non comedet ex eo [78]. » Sic Judas Pascha sese celebrare putabat, sed quia proditionem adversus Salvatorem præconceperat, factus est supernæ vocationi et apostolorum sodalitio extraneus. Lex quidem Pascha festinanter comedere jubebat [79]; verumtamen ipse dum comederet, a dæmone correptus fuit, qui in ejus animam introivit.

[61] Matth. XXVI, 38. [62] Psal. IX, 15; XXXIV, 9. [63] Psal. XXXII, 1. [64] Psal. XCIV, 1. [65] Isa. LIII, 7. [66] Psal. XXXIX, 7. [67] Psal. XCV, et alibi. [68] Psal. CL, 6. [69] Luc. XV, 7. [70] 1 Cor. XV, 55. [71] Psal. XLI, 5. [72] Isa. II, 3. [73] Psal. XXIII, 3, 4. [74] ibid. 5. [75] Matth. XXV, 34. [76] Prov. XIV, 15. [77] Exod. XII, 45. [78] ibid. 11.

Digitized by Google

12. Nos interim festum agamus non tanquam in terra versantes, sed cum angelis quasi in cœlo degentes. Laudemus Dominum cum castitate atque innocentia cæterisque virtutibus. Non in nobis sed in Domino exsultemus, ut sanctorum simus cohæredes. Feriemur cum Moyse, vigilemus cum Davide, qui septies consurgens, nocte media, judicia justitiæ Dei collaudabat [80]. « Præoccupemus [81], » ut ipse ait : « Mane astabo tibi : conspicies me in matutinis, et vocem meam exaudies [82]. » Jejunemus tanquam Daniel : oremus assidue, ut Paulus jubet, cum orandi tempus nobis annuntiabitur, **71** ii præsertim qui honorabili conjugio juncti sunt ; ut in prædictis rebus feriantes, intrare in gaudium Domini nostri, in regnum scilicet cœlorum, possimus (52). Sed quemadmodum Israel, dum Hierosolymam versus tenderet, antea semet in deserto mundabat erudiebatque, ut Ægypti consuetudinum oblivisceretur, ita æquum est ut in sancta Quadragesima, quæ a nobis suscepta est, purgationem nostram et emundationem prosequamur ; ut hinc profecti, et jejunii memores, ad cœnaculum cum Domino possimus ascendere, et cum eo cœnare, gaudiumque in cœlo participare. Secus enim neque Hierosolymam ascendere, neque Pascha comedere, nisi observata Quadragesima, nobis liceret.

13. Quadragesimam igitur exordiemur die primo mensis Phamenoth, qua decurrente usque ad diem v Pharmuthi, cum Dominicarum et præcedentium Sabbatorum vacatione, die mox Pharmuthi sexto sanctos Paschalis temporis dies incipiemus ; et undecimo ejusdem mensis jejunium finiemus, Sabbato tenebris vespertinis ; post quas illucescet nobis die XII Pharmuthi sancta Dominica ; quæ radium suum immensa cum gratia ad omnes reliquas sanctæ Pentecostes hebdomadas protendet : quo demum tempore quiescentes Paschalem solemnitatem semper absolvemus, in Christo (53) Jesu Domino nostro, per quem gloria sit et imperium Patri ejus in sæcula sæculorum. Amen.

72 Salutant vos cuncti, qui mecum sunt, fratres. Salutate omnes cum osculo sancto.

Explicit sexta epistola festalis sancti ac deiferi Athanasii.

EPISTOLA VII (54).

(Ch. anno 335.)

HÆC EST SEPTIMA ATHANASII EPISTOLA, JUXTA QUAM (PASCHATIS) DOMINICA ERAT DIE XIV PHARMUTHI, IN KAL. APRILIS, LUNÆ XX, ANNO LI DIOCLETIANI, CONSULIBUS JULIO CONSTANTIO, FRATRE ILLIUS ADORABILIS (55), ET RUFINO ALBINO, EODEM PHILAGRIO (56) PRÆFECTO, INDICTIONE VIII.

1. Beatus Paulus semper mortificationem Jesu in corpore suo circumferebat, prout ipse ad Corinthios [83] scribebat ; non ut gloriaretur tantummodo, fratres mei, sed ut illi, et nos pariter, hac in re imitatores ejus essemus. Gloriatio hæc ubique occurrit ; namque et David hac utebatur in Psalmis, dicens [84] : « Propter te quotidie mortificamur, et tanquam agni ad macellum æstimati sumus. » Hoc idem oportet a nobis quoque fieri, præsertim diebus ejus festi, in quo commemoratio peragitur mortis a Salvatore nostro obitæ. Qui mortem ejus imitatus fuerit, et virtutis operibus studium impenderit, membra in hac terra mortificans [85], et carnem cum passionibus concupiscentiisque crucifigens [86], hic spiritu vivet, et spiritui se conformabit, **73** semper Dei memor, nullaque oblivione captus, nec mortis opera unquam perficiet. Propterea, ut mortificationem Jesu in corpore nostro circumferamus, statim pergit demonstrare hujusce abstinentiæ viam, dicens [87] : « Habentes nos eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est [88] : Credidi, propter quod locutus sum : et nos credimus, propter quod et loquimur. » Addidit etiam illam, quæ est a scientia gratiam, dicens : « Scientes, quoniam qui suscitavit Jesum, et nos cum Jesu suscitabit, et constituet vobiscum coram eo. »

2. Age vero cum sancti veram hanc vitam tuli cum fide scientiaque amplexi fuerint, sine dubio gaudium illud cœlorum consequentur : improbi autem vitam ejusmodi cum neglexerint, jure meritoque felicitate illinc manante carebunt. « Extolletur autem impius, ne videat gloriam Domini [89]. » Et quanquam communem promissionis prædicationem audituri sint, id est « Expergiscere qui dormis, atque a mortuis resurge [90] » ipsi utique surgent, et in cœlum usque pervenient, pulsabuntque dicentes [91] : « Aperi nobis ; » verumtamen Dominus nullius rei indigus, cum ipsi ab ejus notitia recesserint, increpabit eos dicens : « Nescio vos [92]. » Spiritus vero sanctus eisdem inclamabit [93] : « Convertantur impii in infernum, omnes gentes quæ oblitæ sunt Dei. » Nos quidem impios mortuis connumerabimus, quia non opponunt peccato abstinentiam, neque in corpore suo mortificationem circumferunt more sanctorum ; sed animam peccatis atque insaniis **74** quasi sepulcro obruunt, mortuis propinquantes ;

[80] Psal. CXVIII, 164. [81] Psal. XCIV, 2. [82] Psal. V, 4. [83] II Cor. IV, 10. [84] Psal. XLIII, 22. [85] Coloss. III, 5. [86] Galat. V, 24. [87] II Cor. IV, 13, 14. [88] Psal. CXXXV, 12. [89] Isa. XXVI, 10, *sec.* LXX. [90] Ephes. V, 14. [91] Luc. XIII, 25. [92] ibid. [93] Psal. IX, 18.

(52) Cosmas loc. cit. in ed. et in cod. Vat. hoc adamussim fragmentum ex sexta Athanasii festali epistola laudabat. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ς' ἑορταστικῆς · Καὶ οὕτως ἑορτάσαντες δυνηθῶμεν εἰσελθεῖν εἰς τὴν τοῦ Κυρίου χαρὰν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. *Ejusdem ex sexta epistola festali : Et sic festa celebrantes ingredi possimus in illam quæ in regno cœlorum adest, Christi lætitiam.*

(53) Ita cod. Vat. cum Syro. At ed. Montfauc., Χριστοῦ.

(54) Hæc quoque epistola nonnisi in supplementis pag. 7 Syriace apparet editionis Londinensis.

(55) Ita hic et alibi Syrus. Intelligitur autem magnus Constantinus Augustus, σεβαστός.

(56) Ita Syrus hic et in præcedente epistola. Verumtamen in Chronico utrobique legebatur *Paterno*.

Digitized by Google

eamque quolibet escarum mortuarum genere alunt; aquilinorum instar pullorum, qui de cœlo in cadavera involant; quorum avium esum lex vetabat, figurate præcipiens[94] : « Neque aquilam, neque animal quodvis quod cadavere pascitur. » Imo quidquid morticino vescitur rejiciebat. Ili suam animam propriis passionibus enecarunt, nec aliud aiunt[95], nisi « Comedamus et bibamus, cras enim moriemur. » Talem porro referunt fructum. De his, inquam, qui ita delicias sectantur, statim dicere pergit[96] : « Atque hæc manifesta sunt auribus Domini Sabaoth, quod nempe minime vobis condonabitur hoc peccatum, donec moriamini. » Sed et adhuc viventes, in ignominia erunt, quia ventrem suum dominum existimaverunt : et post obitum cruciabuntur, quia hujusmodi morte gloriati sunt. Quamobrem contestatur Paulus dicens[97] : «Esca ventri, et venter escis : Deus autem et illum et has destruet.» Divina vero vox de illis prænuntiat[98] : « Mors peccatorum pessima. Et qui justum odio habent, peccabunt. » Molestus erit vermis ille, duræque tenebræ quas impii hæreditabunt.

3. Secus autem viri sancti, et virtutis causa vere abstinentes, qui membra sua in terra mortificaverunt, scilicet fornicationem, immunditiam, passionem, pravam concupiscentiam; ideoque mundi ac sine macula effecti; promissioni insuper Salvatoris nostri fidentes qui ait[99] : « Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt; » hi mundo mortui, et a mundi communione alieni, pretiosa morte fruentur, quatenus scilicet « Pretiosa est coram oculis **75** Domini mors justorum ejus[1]. » Hi præterea poterunt, capientes de Apostolo exemplum, dicere[2] : « Christo confixus sum cruci. Vivo ego, jam non ego; vivit vero in me Christus. » Si vivamus in Christo, hæc vera vita est, quanquam mundo mortui simus. Tum de rebus supernis cogitantes, ita afficiemur, quasi jam cœlum incoleremus; æque ac ille videlicet talis habitaculi amator, qui ait[3] : « Ambulantes in terra, habitamus in cœlo. » Qui ita vivunt, et hujusmodi virtutem participant, soli Deum laudare valebunt. Sibi igitur unusquisque suadeat, propriam festi ac solemnitatis vim, haud epularum amplificatione confieri, neque vestium splendore, neque feriis agendis, sed ingenuo erga Deum affectu, gratiarum actione, et laudis retributione. Hæc autem nonnisi a sanctis fiunt in Christo viventibus; etenim scriptum est[4] : « Mortui non laudabunt te, Domine; neque omnes illi qui ad inferna descendunt. Sed nos qui vivimus, benedicemus Domino nunc et in æternum. » Velut etiam Ezechias, qui morte liberatus, propterea Deum laudabat dicens[5] : « Non illi qui sunt in inferno laudabunt te, neque mortui tibi benedicent; sed viventes, æque ac ego, tibi benedicunt. » Viventium tantummodo in Christo propria laus est, atque erga Deum benedictio : cujus rei causa ad festum conveniunt. Etenim non est ethnicorum Pascha, neque eorum qui adhuc carne Judæi sunt; sed illorum **76** potius qui veritatem in Christo noverunt, prout ille exclamat, qui ad festum hoc promulgandum missus fuit : « Pascha nostrum immolatus est Christus[6]. »

4. Quamobrem etiamsi impii solemnes esse nituntur, et Deum quasi in festo laudare, ad justorum Ecclesiam confluentes, Deus tamen reluctabitur, peccatori dicens[7] : « Quare tu enarras justitiam meam? » Benignus autem spiritus id vetat dicens[8] : « Non est speciosa laus in ore peccatoris. » Neque sane consistit cum Dei laude peccatum. Peccatoris os perversitatem loquitur, ut in Proverbiis dicitur[9] : « Os impiorum redundat malis. » Qui enim fieri potest ut impius impuro ore Deum laudet? Res contrariæ consistere nequeunt. « Quænam communio justitiæ cum iniquitate? Vel quæ commistio tenebrarum cum luce[10]? » Hæc videlicet ait Paulus Evangelii minister. Propterea peccatores, cunctique catholicæ Ecclesiæ extranei, hæretici, et sectarum alumni (57), cum a Justorum laudatione sint alieni, merito solemnes non erunt. Justus autem, etiamsi mundo mortuus existimetur, fiducialiter agit, dicens[11] : « Non moriar, sed vivam, et narrabo omnia mirabilia tua. » Simulque ipse Deus non renuet invocari Deus ab illis, qui membra sua in terra mortificaverint, et tamen in Christo vivunt. Porro Deus, vivorum Deus est, non mortuorum; imo per suum vivum Verbum omnem hominem vivificat; quod nimirum cibi vitæque causa sanctis largitur, ut Dominus ipse clamat[12] : « Ego sum panis vitæ. » Cui rei Judæi, **77** gustu infirmo, et animi sensibus ad virtutem minime exercitis, neque sermonem de hoc pane probe intelligentes, obtrectabant, quia dixerat[13] : « Ego sum panis qui de cœlo descendit, et vitam hominibus dat. »

5. Sed enim peccatum quoque peculiaris quidam panis est, mortem continens; et quando deliciarum amatores et vecordes invitat, ait illis[14] : « Contrectate suaviter panes absconditos, dulcesque furtivas aquas. » Verumtamen ille qui eos contrectabit, ignorat perituros ibi esse terrigenas[15]. Existimabit peccator se voluptatem inde capturum, sed haud jucundus finis hujus panis erit, quemadmodum Dei quoque Sapientia dicit[16] : « Dulcis fuit peccatori panis mendacii, sed postea implebitur os ejus calculo[18]. Mel destillat de ore mulieris fornicariæ,

[94] Levit. xi, 13. [95] Isa. xxii, 13. [96] ibid. 14. [97] I Cor. vi, 13. [98] Psal. xxxiii, 22. [99] Matth. v, 8. [1] Psal. cxv, 15. [2] Galat. ii, 19. [3] Philipp. iii, 20. [4] Psal. cxiii, 17, 18. [5] Isa. xxxviii, 18. [6] I Cor. v, 7. [7] Psal. xlix, 16. [8] Eccli. xv, 9. [9] Prov. xv, 28. [10] II Cor. vi, 14. [11] Psal. cxvii, 17; ix, 2. [12] Joan. vi, 41. [13] ibid. 35. [14] Prov. ix, 17. [15] ibid. 18. [16] Prov. xx, 17.

(57) S. August. adv. Cresc. ii, 9 : *Schisma est recens congregationis ex aliqua sententiarum diversitate dissensio; hæresis autem, schisma inveteratum.* Certe schismati veterascenti obrepit hæresis.

Digitized by Google

et os tuum parumper mulcet; postremo tamen amarius absynthio experieris, et ancipiti gladio exactius [17]. » Ideo comedens brevi tempore gaudet; sed retro deinde procul abscedet, quia non noverat infelix, eos qui a Deo se elongant fore perituros. Et nihilominus propheticum monitum id vetabat, dicens [18] : « Quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam Gehon? Et quid tibi cum via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis? » Jam et Dei erga homines benigni Sapientia hoc ipsum vetabat clamans [19] : « Sed cito præteri, neque oculum tuum in illa defigas. Sic alienas aquas prætergradieris, et extranea flumina saltu transmittes. » Atque hos ad se invitat dicens [20] : « Sapientia ædificavit sibi domum, **78** eamque septem fulcivit columnis. Immolavit victimas suas, miscuit in hydriis vinum suum, et mensam suam apparavit. Misit servos suos, ut elata voce vocarent ad hydrias dicendo : Si quis est stultus, declinet ad me. Et insipientibus ait : Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis. » Quænam igitur his supersit spes? « Derelinquite stultitiam, ut vivatis; quærite prudentiam, ut sitis longævi [21]. » Nam sapientiæ panis, vitæ fructus est, ut ait ipse Dominus : « Ego sum panis vivus qui de cœlo descendit : si quis de hoc pane comederit, vivet in æternum [22]. » Fuit enimvero delicatus cibus atque mirabilis manna, dum illud Israel comederet; qui nihilominus mortuus est : quia nequaquam ille cibus manducanti erat ad vitam æternam. Revera enim omnis illa multitudo in deserto exstincta est. Dominus autem docet dicendo [23] : « Ego sum panis vitæ : patres vestri manducaverunt manna in deserto, et mortui sunt. Hic est panis qui de cœlo descendit, ut qui de eo comederit, non moriatur. »

6. Impii interim et animæ indifferentes (58) panis hujus famem patiuntur; dum vir sanctus huic idoneus saturatur et dicit [24] : « Ego autem cum justitia faciem tuam videbo; et cum mihi apparuerit gloria tua, satiabor. » Qui divinum panem participat, perpetuam desiderii famem experietur : et qui ita esurit, gratiam sine fine habebit, ut promittit Sapientia dicens [25] : « Non interficiet **79** Dominus fame animam innocuam. » In Psalmis quoque promisit dicens [26] : « Venationibus (59) ejus benedicens benedicam, pauperes ejus saturabo pane. » Audiamus nostrum quoque Salvatorem dicentem [27] : « Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quia saturabuntur. » Oportet itaque ut sancti vitæque in Christo amatores, ad hujus cibi desiderium se extollant, orantesque dicant [28] : « Sicut desiderat cervus fontes aquarum, ita anima mea te, Deus, desiderat. Anima mea Deum vivum sitit; quandonam veniam, et faciem Dei videbo? » Item [29] : « Deus meus, ad te anticipo : te sitit anima mea, multipliciter caro mea. In terra deserta et invia et inaquosa, sic in sanctuario apparui tibi, ut viderem potentiam tuam et gloriam tuam. »

7. Quæ cum ita se habeant, nos quoque, fratres mei, membra in terra mortificare debemus, et pane vivo vesci, cum fide et charitate erga Deum; quandoquidem scimus, sine fide impossibile esse hunc panem participare. Noster ipse Salvator, quo tempore ad se omnes vocabat, ait [30] : « Si quis sitit, veniat ad me et bibat. » Moxque intulit de fide mentionem, sine qua nemo hujusmodi alimoniam deberet suscipere, aitque [31] : « Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. » Quamobrem ipse discipulos semper alebat verbis suis, credentes scilicet, vitamque ipsis propinquitate divinitatis suæ conferebat. At vero mulierem **80** illam Chananæam, quæ nondum ad fidem accesserat, ne responso quidem dignatus est, quanquam ab ipso ali valde indigebat. Ita porro se gessit, non contemptim, absit! quia benignus bonusque est Dominus, propterque illam ad partes Tyri ac Sidonis perrexerat; sed quia ipsa nondum crediderat, et quia stirpis suæ causa nullo jure potiebatur. Merito id egit, fratres mei, quia nihil proderat, quod ante fidem susceptam preces obtulisset, nam fidei conformandæ erant ab ea preces suæ. Quapropter qui ad Deum accedit, ante omnia credat in eum necesse est, qui rem petitam tunc retribuet. Etenim impossibile est sine fide placere, ut Paulus docet [32]. Cum igitur illa adhuc fide careret, atque insuper esset alienigena, sic magistrali ore effatus est : « Non est [33] bonum sumere panem filiorum, et projicere canibus. » Sed mox illam verborum vi objurgatam, et omissa jam gentilitate sua fidem adeptam, non quasi canem sed ut hominem allocutus est dicens [34] : « Magna est fides tua. » Cumque illa credidisset, statim ipse fructum eidem contulit fidei suæ, aitque [35] : « Fiat tibi sicut vis, et sanata est filia ejus ex illa hora. »

8. Justus autem fide se nutriens, et scientia, et divinorum verborum obsequio, anima semper utetur incolumi. Ideo (Paulus) mandabat, ut infirmum in fide ad nos reciperemus, eumque aleremus, si pani nondum comedendo sit idoneus, saltem oleribus. « Qui autem infirmus est, olus manducet [36]. » Ne Corinthii quidem panem hunc participare valebant, cum adhuc **81** parvuli essent, et

[17] Prov. v, 3, 4. [18] Jer. II, 18. [19] Prov. v, 8 seqq. [20] Prov. IX, 1-5. [21] ibid. 6. [22] Joan. VI, 51, 52. [23] ibid. 59, 50. [24] Psal. XVI, 15. [25] Prov. x, 3. [26] Psal. CXXXI, 15. [27] Matth. v, 6. [28] Psal. XLI, 2, 3. [29] Psal. LXII, 2, 3. [30] Joan. VII, 37. [31] ibid. 38. [32] Hebr. XI, 6. [33] Matth. XV, 26. [34] ibid. 28. [35] ibid. [36] Rom. XIV, 2.

(58) S. Augustinus serm. LXXI, 17 : *Multi vel corde fixo carnem illam manducant et sanguinem bibunt; vel cum manducaverint et biberint, apostatæ fiunt.* Confer etiam serm. CCXXVII, circa finem.

(59) Vulgatus *viduam.* Constat enim legisse χήραν pro θήραν. Syrus cæteris textibus consonat.

Digitized by Google

cœu parvuli lac biberent : « Omnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonis justitiæ [37], » juxta viri divini verba. Dilecto autem filio Timotheo præcipiebat Apostolus in prima Epistola [38], ut verbis fidei se nutriret, et bonæ doctrinæ, « quam assecutus, inquit, es. » In secunda vero [39] : « Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti, in fide et in dilectione, in Christo Jesu. » Panis hic, fratres mei, non hic tantummodo justorum alimonia est, nec soli sancti in terra tali pane vescuntur et sanguine; sed eum in cœlo quoque nos comedemus : namque omnium supernorum spirituum atque angelorum Dominus æque nutrimentum est, ac cœlestium omnium potestatum voluptas, eritque omnia omnibus, atque omnium ob benignitatem suam miserebitur. Dominus primo dedit nobis panem angelorum ; nunc vero pollicetur iis qui una secum tentationes tolerant, dicens [40] : « Ego autem promitto vobis, sicut promisit mihi Pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo, et sedeatis super duodecim thronos, judicantes duodecim tribus Israel. » Pro illius nimirum cœnæ dignitate, fratres mei, quanta erit concordia et exsultatio eorum, qui in cœlesti illa mensa vescentur ! Utique epulis vescentur, haud illis tamen quæ sint evacuandæ, sed iis quæ vitam æternam efficiunt. Quis erit illo cœtu dignus ? Quis ita felix, ut ad cœnam illam divinam vocari mereatur ? Beatus vero ille, qui panem in regno **82** tuo comedet [41] ! ille scilicet qui cœlestem vocationem meritus est, et ob hanc ipsam vocationem sanctus evasit !

9. At qui hæc negligit, et dum abluitur, contaminatur, reputans quasi simplicem (id est κοινόν) sanguinem illum Testamenti, quo sanctificatus fuit; spernensque spiritum gratiæ [42], sibi dictum audiet : « O sodes, quomodo huc intrasti non habens vestem convivalem [43] ? » Etenim pura est et immaculata sanctorum cœna : « Multi sunt vocati, pauci vero electi [44]. » Judas ad cœnam venit, sed ea contempta, de conspectu Domini exiit (60); et quoniam vitam suam dereliquerat, laqueo sibi gulam fregit. At vero qui cum Salvatore manserunt discipuli, cœnæ delicias participarunt. Adolescens ille, qui peregre profectus dissipat substantiam suam vivendo luxuriose [45], si eum caperet divinæ cœnæ cupiditas, atque in se reversus diceret : « Quot patris mei famuli pane abundant, ego autem hic fame pereo [46] ! » atque illinc surgens, ad patrem suum veniret, confitensque diceret : « Peccavi in cœlum, et coram te : jam non sum dignus vocari filius tuus ; fac me sicut unum de mercenariis tuis [47] ; » si ita, inquam, confiteretur, tunc foret plane dignus qui a patre reciperetur, nec quasi mercenarius, aut tanquam extraneus haberetur, sed osculo ut filius exciperetur, et quasi mortuus ab eo vitæ restitueretur, ad **83** divinam cœnam dignanter admissus, stola prima pretiosa donatus, gaudio ob id et canticis in paterna domo sonantibus.

10. Hic est benignitatis bonitatisque paternæ actus, non vitam tantummodo mortuis reddendi, sed gratiæ quoque medelam per Spiritum suppeditandi. Idcirco pro corruptela, induit hominem incorruptione; famis loco, vitulum immolat : et ne ille peregre abscedat, curam gerit reditus ipsius, pedes ejusdem calceans : quodque mirum est, divinum annulum manui inserit [48] ; per hæc illum regenerans, ut sit forma gloriæ Christi. Sunt hæc patris dona, quibus Dominus eos exornat et alit, qui cum ipso perseverabunt; necnon et illos qui pœnitentia tacti ad eum revertentur; quibus pollicetur dicens [49] : « Ego sum panis vitæ. Qui venit ad me, non esuriet; et qui credit in me, non sitiet in æternum. » His utique bonis nos quoque digni essemus, si Salvatorem nostrum semper sectaremur; et si non his tantum sex Paschatis diebus mundaremur, sed totam nostram solemnitatis instar vitam reputaremus; semperque adhærentes, et nunquam recedentes, diceremus ei [50] : « Verba vitæ habes; quo ibimus ? » Quod si forte nos elongavimus, cum nostrarum confessione transgressionum (61) revertamur, nulla adversus quempiam simultate retenta, sed actus corporis spiritu mortificemus. Certe si rebus his nutrire animam hic prævertemus, **84** mensæ illius cœlestis ac spiritalis participes fiemus eum angelis : neque excludemur, cum pulsabimus, quinque illarum fatuarum virginum more ; sed cum Domino ingrediemur, prout illæ prudentes sponsi amicæ; mortem Jesu in corporibus nostris ostentantes, et ab eo vitam regnumque obtinentes.

Itaque quadragesimæ initium faciemus die XXIII mensis Mechir ; sanctum vero beatæ solemnitatis jejunium die XXVIII Phamenoth. Tum transigentes sex quoque subsequentes dies cum jejuniis atque vigiliis, pro suis quisque viribus, die III mensis Pharmuthi finem jejunio imponemus vespere Sabbati. Moxque illa dies (62) sancta ac beatissima, Christi Onomastica, id est Dominica, nobis illucescet. Post quam sancta Pentecoste celebrata, Patrem semper adorabimus per Christum, per quem

[37] Hebr. v, 13. [38] I Tim. IV, 6. [39] II Tim. I, 13. [40] Luc. XXII, 29, 30. [41] Luc. XIV, 15. [42] Hebr. X, 29. [43] Matth. XXII, 12. [44] ibid. 14. [45] Luc. XV, 13. [46] ibid. 17. [47] ibid. 18, 19. [48] ibid. 22, 23. [49] Joan. VI, 35. [50] ibid. 69.

(60) Videtur existimare Athanasius, ut et alii quidam veteres, Judam recessisse de cœnaculo ante sanctissimæ Eucharistiæ institutionem, vel ejus sumptionem. Sed contradicit sanctus Augustinus Enarr. in psal. X, 6, et CXLII, 16, itemque apud nos in hoc volumine Theodorus Andidensis, necnon ibi laudati a nobis in adnotationibus Petrus Damiani, et Petrus Laodicenus.

(61) Rursus Athanasii testimonium pro confessione.

(62) Quæ prosequitur hujus epistolæ clausula, legitur extra proprium locum (quia posterius inventa) in pagina Syriaca 45 editionis Londinensis. Nos vero eam justa in sede hic attexuimus.

Digitized by Google

et cum quo sit ei gloria et imperium per Spiritum sanctum in sæcula sæculorum. Amen.

Salutant vos cuncti qui mecum sunt fratres. Salutate invicem cum osculo sancto.

(Octavam ac nonam (epistolas) prædictam ob causam (65) non misit.)

Explicit septima epistola festalis sancti Athanasii patriarchæ.

85 EPISTOLA X.

(Ch. anno 338.)

HÆC EST DECIMA (ATHANASII EPISTOLA), CONSULIBUS URSO ET POLEMIO, GUBERNANTE THEODORO HELIOPOLITANO CATHOLICO PRÆFECTO; CUI POST BIENNIUM SUCCESSIT PHILAGRIUS; INDICTIONE XI, CUM ESSET DOMINICA PASCHATIS VII KAL. APRILIS, DIE XXX PHARMUTHI, LUNÆ XVIII AC DIMIDIO, DIOCLETIANI ANNO LIV.

1. Non quia a vobis absum, fratres mei, idcirco meæ erga vos consuetudinis oblitus sum, quam a Patrum traditione accepi; ita ut silendum mihi sit, nec annui sancti festi tempus cum ipso solemnitatis die annuntiandum. Et quanquam iis tribulationibus teneor, quas vos sine dubio fando audistis; et quamvis graves tentationes nobis incumbunt, hostesque veritatis jamdiu nos vestigant, insidioseque dant operam inveniendo alicui scripto nostro, ut inde accusationem instruant, et nostrorum vulnerum dolorem augeant; nihilominus quia Dominus vires suggerit, et consolatur nos in angustiis nostris, haud metuimus proclamationem hanc facere: et licet molestiis fraudibusque obsessi, vobis nihilominus ab extremis terræ partibus salutare Pascha nostrum significamus. Jam quo tempore ad Alexandriæ scribebam presbyteros, in mandatis dedi ut litteræ vobis manu ipsorum traderentur: idque agebam, quia impendere illis ab inimicis timorem sciebam. Contestabar insuper, apostolicæ **86** fiduciæ memor, dicens[51]: « Nihil nos separabit a charitate Christi, nec tribulatio, nec angustiæ, nec persecutio, nec fames, nec nuditas, nec periculum, neque gladius. » Jam cum ego sic festum agam, opto ut vos quoque, fratres mei, pari modo celebretis. Cumque me faciendæ hujusmodi proclamationis debitorem sciam, nihil moror officium exsequi; secus enim ab apostolico monito me damnatum iri timerem, quod ait « Reddite omnibus debita[52]. »

2. Cum igitur res meas cunctas Domino commendaverim, dedi operam ut vobiscum festum peragerem, quia non arbitror me a vobis abesse: nam etsi locus nos separat, attamen festorum donator Dominus, imo qui festum nostrum est, quique Spiritum concedit, congregat nos spiritaliter per concordiam pacisque vinculum. Dum autem sic affecti animo sumus, easdemque preces extollimus, nullus nos dividit locus, sed adunat nos Dominus atque copulat: etenim ubi duo vel tres in nomine ejus conveniunt, ipse, ut promisit[53], in medio eorum erit. Porro iis notissimum est, qui quolibet in loco congregabuntur, Dominum in ipsorum societate fore, cunctorum recepturum orationem, tanquam si proximi essent, atque omnes exauditurum cum clamaverint: Amen (64). Profecto angustias atque omnes tribulationes, quas sum perpessus, tunc subindicavi, cum alias litteras ad **87** vos dedi, fratres mei. Sed ne quid vos angat, nunc etiam paucas ex his vobis memorabo (65).

3. Non enim expedit homini, ut quietis tempore dolorem in angustiis toleratorum obliviscatur, ne extra divinum sodalitium fiat. Sed ne laudes quidem canere deberet, nisi postquam ex angustiis emerserit; nec gratias agere, nisi post quietem a tentationum labore; Ezechiæ more, qui, peremptis Assyriis, laudabat Dominum, gratiasque agens dicebat[54]: « Salva me, Domine; neque desinam tibi benedicere cithara cunctis diebus vitæ meæ, coram domo Domini (66). » Illi pariter beati viri, qui Babylone tentati fuerunt, id est Ananias, Misael et Azarias, media in quiete, dum flamma esset ipsis roris instar, cum canticis gratias agebant, et laudes Deo attollebant[55]. Ita ut isti, sic ego quoque opinor, fratres mei, atque hæc scribo. Quæ non sunt temporibus nostris apud homines possibilia, ea Deus facit possibilia: quodque homines minime potuerunt, id Deus facile factu demonstrabit, nos videlicet ad vos revocando, non autem prædam iis tradendo qui nos pulsare contendunt. Hæc vero omnia non tam in nos intorquentur quam in Ecclesiam et rectam fidem, quam isti iniquitate sua obruere moliebantur.

4. Attamen bonus Deus, benignitatem suam erga nos prodigebat, non **88** tunc tantummodo cum universalem salutem per Verbum suum procurabat, sed nunc etiam cum nos inimici persequebantur, et occupare nitebantur, ceu alicubi narrat beatus Paulus de incomprehensibilibus divitiis Christi, dicens[56]: « Deus autem cum sit dives in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos; et cum essemus mortui propter peccatorum insaniam, convivificavit nos in Christo. » Etenim vires hominum et creaturarum debiles miseræque sunt: at vis illa, hominibus altior et in-

[51] Rom. VIII, 35. [52] Rom. XIII, 7. [53] Matth. XVIII, 20. [54] Isa. XXXVIII, 20. [55] Dan. III, 50 seqq. [56] Ephes. II, 4, 5.

(63) Nempe causa superius cognoscitur in Chronico ad annos 336 et 337.

(64) Hoc solemni vocabulo respondebat populus liturgicis precibus, præcipueque in sumendo Christi corpore; de qua re nos diximus in Missæ Græcæ descriptione.

(65) Hic est lacuna in Londinensi editione; sed quem nos subjungimus longum tractum usque ad verba *centenarium numerum procreat* (sive continua sit textus series, quod non videtur, sive secus) is illic est in supplementis p. 15.

(66) Ita in Græco textu Isaiæ quo utebatur Athanasius. Aliter autem Latinus vulgatus ex Hebraica

Digitized by Google

creata, dives est et incomprehensibilis, caret dissolutione, ac sempiterna est. Itaque non uno tantum modo sanitatem operata est; sed cum dives sit, multimodis salutem nostram per Verbum suum perfecit : quod neque coactum neque a nobis attractum fuit, sed quia dives est et multiplex, ipsummet quoque variat pro cujusque animæ habitu. Verbum autem est potentia ac sapientia Dei, prout de Sapientia testatur Salomon [57] quæ cum una sit, « omnia potest; » et in se manens, omnia renovat; et cum ad sanctas animas accedit, tunc Dei amatores et prophetas efficit. Iis autem qui nondum perfectum iter insistunt, quasi ovis lactans flet : qua similitudine utitur Paulus [58] : « Lac vobis potum dedi, non escam. » Porro iis qui puerili statu excesserunt, cum adhuc imperfectione laborent, flet esca illorum gustui idonea; qua locutione utitur Paulus [59] : « Qui autem infirmus est, olus manducet. » Simul ac vero perfectam viam terere cœperimus, haud diutius prædictis rebus homo se alet, panem rationalem comedet et cibum carneum. Scriptum est enim [60] : « Perfectorum autem est solidus cibus, eorum scilicet qui exercitatos consuetudine sensus habent. » Propterea cum verbum seritur, haud simplicem mortalitatis fructum in humana vita germinat, sed flavescens atque maturescens centenarium numerum procreat . . .

5. . . . lugebat. Si quæ in Psalmis scripta sunt intellexissent, vanam audaciam adversus Salvatorem non exprompsissent; quoniam Spiritus dixerat [61] : « Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? » Si Moysis vaticinium [62] considerassent, haud suam vitam de medio abstulissent. Et si mente sua revolvissent scripta oracula, haud trepidanter de prophetiis loquerentur, quæ contra ipsos sunt : verbi gratia, quod eorum urbs destruenda foret, quod eripienda iis gratia, quod legis bono-spoliandi, quod filiorum nomen amissuri; prout in Psalmis exclamatur his verbis [63] : « Filii alieni mentiti sunt mihi. » Atque ut Isaias ait [64] : « Filios peperi et enutrivi, ipsi autem oppresserunt me. » Et quod posthinc ne populus quidem vocandi forent, nedum populus Dei atque gens sancta, sed principes potius Sodomorum, et Gomorrhæ natio : quoniam ipsi hoc pacto Sodomitarum nequitiam superaverunt, ut ait propheta [65] : « Justificata sunt Sodoma præ te. » Sodomitæ quidem adversus angelos peccaverunt; at Judæi occidere 90 ausi sunt Dominum Deum, regem universalem, Dominum angelorum : nescii profecto Christum ab ipsis occisum vivere. Mortui sunt Judæi, qui contra Dominum conspiraverunt; et breviter temporalibus rebus gavisi, ab æternarum possessu exciderunt. Magnopere in hoc errarunt : etenim immortalis promissio est non deliciarum brevi peritarum, sed æternarum quæ sperantur. Per angustias multas, ærumnas atque dolores introibit vir sanctus in regnum cœlorum; illucque perveniet, unde dolor et mœstitia exsultabunt atque anxietas. Quiescet tunc, velut apte vaticinatus est Job, qui postquam hic tentatus fuerat, confabulatus postea cum Domino est. At vero deliciarum amator, brevi gaudebit, sed postea tristem vitam exiget; quemadmodum Esau, qui brevis momenti esca potitus, postea ob hanc ipsam damnatus fuit.

6. Figura autem, ut aliquis dicet, quæ utramque conditionem discernit, illa est Israelitarum Ægypto egredientium, et ipsorum Ægyptiorum. Hi quidem, postquam brevi tempore adversus Israelem inique exsultaverant, ad extremum in exitu, submersi abysso sunt. Contra autem, Dei populus brevi, ut diximus, tempore afflictus atque detritus persecutorum opera, mox in exitu ab Ægypto, mare incolumis tranavit, atque in deserto non secus ac in exculta regione iter fecit : et si loca illa a frequentia hominum deserta erant, non tamen a legis beneficio deserebantur, neque ab angelorum 91 colloquio, imo qualibet bene habitata regione potiora erant. Veluti etiam Elisæus dum se putabat solum esse in deserto, reapse in angelorum turba versabatur [66]. Similiter, quanquam initio populus in deserto molestiis conflictatus est, ii qui nihilominus permansere fideles, promissam in terram ingressi sunt. Similiter, qui brevi nunc tempore afflicti, constantem patientiam retinuerint, ad solatium pervenient : qui autem hic persecutorum vice funguntur, corripientur demum, et malum exitum experientur. Dives ille, ut Evangelium demonstrat [67], postquam hic voluptati brevi tempore indulserat, illic esuriit : et hic ebrietati deditus, illic vehementer sitivit; secus vero Lazarus mundanarum rerum angustias passus, requiem in cœlo adeptus est; et esuriem panis qui de tritico molitur perpessus, esca illic satiatus fuit meliore quam manna, id est Domino ipso qui de cœlo descendit, dixitque [68] : « Ego sum panis, qui de cœlo descendit, et vitam hominibus dat. »

7. O dilecti atque charissimi, si ex angustiis ad solatium, si ex labore ad requiem, si ex infirmitate ad sanitatem, si ex morte ad immortalitatem fit transitus; haud est nobis tristandum ob ea quæ hominibus parumper accidunt, neque vicissitudinum causa dolendum est. Non est expavescendum, si mundus (67) Christo repugnat, et contra timorem bonum conspirat : quin potius Deo placere in

[57] Sap. x, 12. [58] I Cor. III, 2. [59] Rom. XIV, 2. [60] Hebr. V, 14. [61] Psal. II, 1. [62] Deut. XXVIII, 66. [63] Psal. XVII, 46. [64] Isa. I, 2. [65] Ezech. XVI, 48. [66] IV Reg. VI, 17. [67] Luc. XVI, 19 seqq. [68] Joan. VI, 33.

(67) Syrus *habitaculum*, pro *mundus*. Nimirum in Græco fortasse fuit οἰκουμένη, *mundi pars habitata*, quod Syrus legit tanquam οἶκος. Vel Græce item fuit σκῆνος, pariter *habitaculum*, id est *corpus* animæ habitaculum, ut loquitur Paulus. Corpus autem sæpe Christo repugnat.

Digitized by Google

rebus hujusmodi studeamus, quas loco experimenti **92** atque exercitii virtutum habere debemus. Quomodo enim patientiam quisquam exerceat, nisi ex adverso sint labores atque ærumnæ? Quomodo fortitudinem cognoscat, si nullus inimicorum impetus fiat? Quomodo magnanimitas appareat, nisi injuria et offensio præcedat? Quis longanimitatis notionem habeat, nisi Antichristorum iniquitas antevertat? Atque, ut summatim dicam, quis virtutem præ oculis habeat, nisi malum in antecessum exsistat? Dominus quoque et Salvator noster Jesus Christus pejora his mala sustinuit, ut suam hominibus patientiam demonstraret : cum percuteretur, tolerabat : cum injuria afficeretur, non referebat injuriam : cum pateretur, non irascebatur [69] : sed dorsum suum flagellis, genas alapis concedebat, faciem a sputis non avertebat [70] : denique, prout voluit, ad necem ductus est, ut nos in ipso virtutum omnium imaginem, una cum immortalitate, teneamus.

8. Si unusquisque nostrum ad hæc exempla se conformaverit, sine dubio serpentes ac viperas, cunctasque inimici vires calcabimus. Sic etiam Paulus ex norma Domini nos hortabatur dicens [71] : « Estote mei imitatores, sicut et ego Christi. » Hac nimirum ille ratione turbæ universæ adversarii diaboli prævaluit; nam scriptum reliquit [72] : « Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque dominationes, neque instantia, neque futura, neque potestas, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, poterit me separare a charitate Dei quæ est in Christo Jesu. » **93** Etenim inimicus tentationibus ærumnisque pugnat, omni ope nitens ad exterminium. At homo, qui adversus hæc per Christum se comparat, dum iræ opponit longanimitatem, contumeliæ humilitatem, malo virtutem, victor evadet, dicetque : « Omnia possum per Christum, qui me confortat [73]. » Sic vincemus per Christum, qui nos dilexit. Hæc est gratia Domini; hæc est doctrina Domini ad homines. Ipse passus est, ut immortalitatem homini acquireret, qui pro eo foret passurus : descendit, ut nos extolleret : nativitatem experiri consensit, ut nos eum diligeremus qui nativitati non est obnoxius : ad corruptibilitatem se depressit, ut quod est corruptibile indueret incorruptibilitatem : pro nobis infirmatus est, ut nos fortes exsurgeremus : ad mortem venit, ut immortalitatem nobis concederet, et mortuos vita donaret. Ut compendio dicam, hominem se fecit, ut nos mortales homines vitam habeamus, neque mors nobis dominetur. Mors, inquam, nobis non dominabitur; sic enim Apostoli locutio prædicat [74].

9. At vero Arius, et Manes, atque hæretici, his quas diximus rebus non consideratis, Christum oppugnant, Salvatorem lingua sua pulsant, liberatorem blasphemant, atque omnia contraria opinantur de salutis auctore. Nam quia descendit propter homines, ipsi divinitatem ejus naturalem negarunt : quia natum de Virgine viderunt, quominus Dei sit Filius suspicantur : et dum factum hominem animadvertunt, æternitatem ejus negant; et dum ejus **94** pro nobis passionem considerant, non credunt esse Filium incorruptibilem ex Patre incorruptibili. Generatim denique, quia is pro nobis passus est, naturalem ejus immortalitatem inficiantur; ingrateque se gerentes, benefactoremque aspernantes, nedum gratias agunt, sed contumeliam retribuunt. His merito dicendum foret : O incredule Christi oppugnator, scelestissime Domini tui interfector, cæcum animæ oculum gerens, mente Judæe; si libros intelligeres, si sanctis auscultares dicentibus : « Illumina faciem tuam, et salvi erimus [75]; » vel, « Emitte lucem tuam et veritatem tuam [76]; » tunc utique agnosceres, Dominum haud sui gratia descendisse, sed nostri; magisque ejus benignitatem admirareris. Si, quid sit Pater, et quid Filius considerares, profecto non blasphemares, quasi Filius ab illo diversus sit : et si benignitatis ejus operam nobis impensam intelligeres, Filium a Patre non abalienares, neque extraneum reputares illum qui Patrem nobis reconciliavit.

10. Novi equidem hæc non solum Christo contradicentibus displicere, verum etiam sectarum alumnis qui eadem fere opinantur, atque inter se conspirant; quia didicerunt indivisibilem Dei tunicam dividere; neque absurdum se facere judicant a Patre Filium separando. Scio, dum hæc dicuntur, ipsos contra nos dentibus stridere æque ac illum qui eos concitat, **95** adversarium diabolum, quia veram Salvatoris laudem ægre fert. Sed Dominus, qui adversarium illum semper ridet, et cum eo etiam hos neotericos, dixit [77] : « Ego sum in Patre meo, et Pater meus in me est. » Id est Dominus ille, qui in Patre conspicitur et in quo conspicitur Pater, cum verus Patris Filius esset, homo postremo pro nobis factus est, ut semet pro nobis Patri offerret, et per sui oblationem ac sacrificium nos salvaret. Hic est qui olim populum Ægypto eduxit : et qui denique nos, imo universum hominum genus, morte liberavit, atque ex inferis eripuit. Hic est qui antiquitus tanquam agnus immolabatur, quia sub agni figura agnoscebatur. Postremo se hominem fecit pro nobis. « Pascha nostrum immolatus est Christus [78]. » Hic est qui de laqueo venantium [79] nos expedivit, sectariorum, inquam, et Christi oppugnatorum, nosque, Ecclesiam suam videlicet, salvavit.

11. Quid vero nunc agere decet, fratres mei, prædictarum rerum causa, nisi laudes extollere, regique omnium Deo gratias agere, præoccupantes psalmis, exclamantesque [80] : « Benedictus Dominus,

[69] I Petr. II, 23. [70] Isa. L, 6. [71] I Cor. IV, 16. VI, 9. [72] Rom. VIII, 38, 39. [73] Philipp. IV, 13. [74] Rom. [75] Psal. CXVIII, 135. [76] Psal. XLII, 3. [77] Joan. XIV, 10. [78] I Cor. V, 7. [79] Psal. CXXIII, 7. [80] ibid. 6.

Digitized by Google

qui non dedit nos in captionem dentibus eorum ! » A Celebremus viam, quam ipse nobis instauravit ad salutem, diem, inquam, Paschatis, ut illam postea cœlestem solemnitatem cum angelis exigamus. Sic enim Judaicus olim populus, ex angustiis ad solatium egrediens, festum celebrabat, triumphalem illum recitans hymnum. Sic idem populus Estheris ætate, festum Domino persolvebat, **96** propterea quod denuntiatæ morti fuisset ereptus ; pensi hanc celebritatem habens, gratias Domino agens, ipsumque ob commutatam rerum vicissitudinem laudans. Igitur nos quoque reddentes Domino vota nostra, et peccata nostra confitentes, Dominum bonis moribus honoremus, dignaque ratione eum celebremus : qui etsi aliquantisper corripit, attamen non destituit, neque derelinquit usque in finem : neque tantummodo in causa nostra non tacet, sed ex perfida intellectuali nos abstraxit Ægypto illorum qui Christo contradicunt ; et per multas tribulationes angustiasque traductos, tanquam per desertum ad sanctam Ecclesiam suam deduxit : ut hinc more solito ad vos mittere vicissimque recipere litteras possemus. Quamobrem ego gratias Deo agens, oro vos ut magis magisque gratias mecum agatis et pro me, quia cum sit hæc apostolica consuetudo, ipsam quoque Christi oppugnatores et sectarum alumni antiquare atque abolere moliti sunt. Attamen Deus non annuit, sed renovavit potius et custodivit quod ipse per apostolos præformaverat, ut festum simul agamus, conjunctimque celebremus, juxta Patrum C traditionem atque præcepta.

12. Ergo initium Quadragesimæ faciemus die XIX mensis Mechir : sanctum autem Paschatis jejunium die XXIV mensis Phamenoth ; jejuniumque finiemus die XXIX mensis ejusdem Phamenoth in tenebris vesperarum Sabbati : atque ita Dominicam celebrabimus, quæ die XXX ejusdem Phamenoth **97** illucescet. Ex quo gradatim septem hebdomadas supputantes, Pentecostem celebrabimus : et debitum studium his diebus impendentes, digni fieri poterimus futurarum rerum, per Jesum Christum Dominum nostrum, per quem sit gloria et imperium Patri in sæcula sæculorum. Amen.

Salutate invicem cum osculo sancto, nostrique in sanctis orationibus vestris reminiscamini. Salu- D tant vos cuncti, qui mecum sunt, fratres, qui semper memores vestri sunt. Equidem oro ut in Domino nostro incolumes sitis, charissimi fratres, quos præ omnibus dilexi.

Explicit decima epistola sancti Athanasii.

EPISTOLA XI.

(Ch. anno 339.)

UNDECIMA ATHANASII EPISTOLA, IN CONSULATU SECUNDO CONSTANTII AUGUSTI ET PRIMO CONSTANTIS, GUBERNANTE ITERUM PHILAGRIO CAPPADOCE, INDICTIONE XII, CUM ESSET DOMINICA PASCHATIS DIE XVII KAL. MAII, PHARMUTHI XX, DIOCLETIANI ANNO LV.

1. Beatus ille Paulus, in omni virtute exercitus, et Domini appellatus fidelis [81], nihil tamen pensi habebat, nisi quod virtus et vera commendatio est, et charitati ac bono timori congruum. Hæ in eo erant peculiares dotes, donec ad cœlestes illas res se extulit, et in paradisum pervenit : prætergressus **98** videlicet humanam conversationem, superior evasit hominibus : et cum illinc rediit, prædicavit cuilibet dicens [82] : « Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus. Nunc cognosco ex parte ; tunc autem cognoscar, sicut et cognitus fui. » Et reapse a sanctis illis cœlestibus cognitus fuit tanquam ipsorum civis in omni re futura et perfecta. Quod dicit, « ex parte, » illud erat quod in præsenti ab eo cognoscebatur : verumtamen propter illa sublimia ipsi a Domino communicata, perfectus evasit, aitque [83] : « Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. » Et quoniam Christi Evangelium absolutio est atque finis illius ministerii, quod per legem traditum fuit Israeli, ita res futuræ finis erunt præsentium ; posteaquam completa fuerint Evangelia, et fideles homines illa acceperint, quæ nunc etsi non visa exspectant, sicut idem Paulus ait [84] : « Nam quod videt quis, cur exspectat ? Si autem quæ non videmus, speramus, per patientiam exspectamus. » Sic ille vir beatus, cui apostolatus gratia commissa fuit, scribebat, volens omnes homines similes ei esse [85]. Porro erga homines charitas, ea demum virtus est. Regni cœlestis turba infinita est : millia millium et decies centena millia sunt ibi in Domini obsequium. Illuc homo ingredietur per angustam arctamque viam : ingressus autem, immensum spatium conspiciet, et locum omnium maximum, ut ii narrant, qui spectatores atque hæredes talium rerum fuerunt. Posuisti ante nos angustias. Deinde post angustias aiebant : **99** « Eduxisti in latitudinem [86]. » Item : « In tribulatione dilatasti nobis [87]. » Revera, fratres mei, vita sanctorum hic angustia est, quia ipsi ærumnose laborant, rerum futurarum desiderio, ut ille dicit [88] : « Heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata est ! » Vel quia anguntur atque laborant ob aliorum salutem, ut ad Corinthios Paulus scribit [89] : « Fortasse cum venero, humiliabit me Deus; et mœrebo propter multos ex iis qui ante peccaverunt, et non egerunt pœnitentiam super immunditia et fornicatione et impudicitia, quas gesserunt. » Quemadmodum etiam mœrebat Samuel de Saulis perditione : et populi captivitatem deflebat Jeremias. Verumtamen post hanc afflictionem, dolorem, atque tristitiam, cum de hoc mundo abibunt, excipiet eos divina hilaritas, gaudium atque lætitia, unde exsulabunt miseria, mœror ac gemitus.

2. Quæ cum ita se habeant, fratres mei, ne,

[81] I Tim. I, 12. [82] I Cor. XIII, 9, 12. [83] Philipp. III, 15. [84] Rom. VIII, 24, 25. [85] I Cor. VII, 7. [86] Psal. XVII, 20 ; LXV, 11. [87] Psal. IV, 2. [88] Psal. CXIX, 5. [89] II Cor. XII, 21.

Digitized by Google

quæso, unquam a terenda virtutis via desinamus, sed ejus consilium sequamur, qui ait [90] : « Imitatores mei estote, sicut ego Christi. » Consilium autem hujusmodi haud solis Corinthiis dat, quia non horum tantummodo erat apostolus ; sed quia doctor erat gentium in fide ac veritate [91], nos pariter cum prædictis commonet generatimque omnibus hæc universalia præcepta scribebat. Propterea dum scriberet, quosdam exorabat, ut in Epistolis ad Romanos, ad Ephesios et ad Philemonem ; alios vero reprehendebat cum ira, veluti Corinthios et **100** Galatas ; aliis promittebat, ceu Colossensibus ac Thessalonicensibus ; Philippenses autem hilariter excipiebat ; Hebræos edocebat, legem apud eos tanquam umbram fuisse. Suos autem electos filios Timotheum ac Titum, ceu proximos erudiebat. Longinquos denique commonefaciebat. Prorsus ipse fiebat omnia omnibus [92]. Nam cum hic homo perfectus evasisset, dabat operam ut sua doctrina singulorum usibus esset idonea, ut omnimode ex his aliquos salvaret. Neque effectu doctrina illius caruit ; sed ea ubique disseminata, ad hunc usque diem fructum præbet.

3. Quam ob rem, dilecti mei, apostolicam mentem debemus agnoscere. Is precibus et exhortationibus usus est non initio suarum Epistolarum tantummodo, sed in earum conclusione ac medio. Spero itaque mihi propter vestras orationes concessum iri, ut nullo modo sancti viri mentem defraudem. Is in divinis rebus eruditus, doctrinæque vim probe sciens, necessarium putavit dilatare ab initio orationem circa Christum ejusque mysterium : deinde vero morum integritatem ostendere ; ita ut, cognito Domino, ac satis res ejus edocti, quidquid ipse jussisset, sedulo exsequi vellent. Etenim nisi legislator innotuerit, nemo mandata ejus diligenter exsequi poterit. Ita se gessit fidelis ille Moyses Dei minister, qui antequam divinæ legis verba promulgaret, Dei notitiam prædicavit [93] : « Audi Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est. » Mox initiato populo, et **101** credendarum rerum tenorem edocto, et refricata memoria de vero Deo, legem tulit earum rerum, quibus homo gratificari Deo posset, dicens [94] : « Non adulterabis, non furaberis ; » cum alio quolibet præcepto. Item secundum apostolicam doctrinam [95], oportet accedentem ad Deum credere illum esse, et inquirentibus se fore remuneratorem. Quæritur vero Deus per virtutis opera, ut ait Propheta [96] : « Quærite Dominum ; et cum inveneritis, invocate eum : et cum ad vos propinquaverit, derelinquat impius viam suam, et homo exlex cogitationem suam. »

4. Quod si quis testimonio Pastoris non offenditur, melius ei erit si ante omnia discat, quæ ille scripto tradidit : « In primis crede unum esse Deum, qui creavit disposuitque res omnes, quas ex nihilo ad exsistendum produxit (68). » Hinc beati evangelistæ memores verborum Domini, sub Evangeliorum initiis de Salvatore nostro locuti sunt ; ut, agnito primum Domino illo creatore, ea deinceps promulgare possent quæ credenda sunt. Secus enim quomodo creditum foret scriptis de illo a ventre matris suæ cæco, et de aliis qui visum recuperarunt cæcis, et de mortuis ad vitam revocatis, et de aqua in vinum mutata, et de mundatis leprosis, nisi de Creatore affirmavissent scribentes : « In principio erat Verbum [97]. » Et secundum **102** Matthæum : Et qui nascetur de semine Davidis [98], hic est Emmanuel Filius Dei vivi a quo Judæi pariter atque Ariani faciem avertunt ; sed nos eum cognitum adoramus. Sic Apostolus merito quibusdam scripsit, præcipueque filio suo, commonefaciens illum quominus id aspernaretur quod a se didicerat. Quam rem commendans ait [99] : « Memento Jesu Christi, qui surrexit a mortuis, qui est de semine Davidis, secundum Evangelium meum. » Atque ut hæc memoriæ illius semper occurrerent, illico hæc verba scripsit [1] : « Hæc meditare, et in his esto. » Sane studium perpetuum, et divinorum verborum memoria, bonum Dei timorem roborant. Apostolo quidem inerat charitas inseparabilis et inexpugnabilis erga Deum, prout de se ipse testatur, dum cum suorum consiliorum sociis fiducialiter sic disserebat, dicens [2] : « Quis nos separabit a charitate Dei ? » Alios autem (69) devinciebat, veluti in Proverbiis scriptum est [3] : « Peccatorum suorum funibus impius illigatur. »

5. Cum hæc Judæi moliti fuerint, et Domino injuriam intulerint, errarunt ut sibimet iram attraherent. Ideo Scriptura cum mœrore aiebat [4] : « Quare gloriatæ sunt (70) gentes, et populi meditati sunt inania ? » Vana erat Judæorum molitio, qui mortem machinabantur vitæ, et contra Verbum Patris absurda struebant. Quis nunc illorum dispersionem, urbisque ipsorum **103** exterminium spectans, haud jure meritoque dicat : Væ illis, qui male contra se meditantur dicentes [5] : « Circumveniamus justum, quia nobis minime placet. » Me-

[90] I Cor. IV, 16. [91] I Tim. II, 7. [92] I Cor. IX, 22. [93] Deut. VI, 4. [94] Exod. XX, 14, 15. [95] Hebr. XI, 6. [96] Isa. LV, 6, 7. [97] Joan. I, 1. [98] Matth. I, 1. [99] II Tim. II, 8. [1] I Tim. IV, 15. [2] Rom. VIII, 35. [3] Prov. V, 22. [4] Psal. II, 1. [5] Sap. II, 12.

(68) Citat hunc ipsum ex opere *Pastoris* locum Athanasius noster *De incarn. Verbi*, cap. 3, nec non *De decretis Nic. synodi*, cap. 18 : Πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. Quæ verba adamussim pertinent ad prædicti *Pastoris* librum II, mand. 1. Vide Cotelerium, *Patr. apost.* t. I, p. 85.

(69) Hic fit lacuna in editione Londinensi p. 56. Sed epistolæ deinde continuatio usque ad finem suppletur illic in additamentis p. 17.

(70) Verbum est polysemum φρυάσσειν, *gloriari*, vel *fremere*. Variat autem hujus loci verbum apud priscos interpretes.

Digitized by Google

ito, fratres mei, dum per libros vagi discurrerent, nequaquam tamen illud agnoscebant : « Qui foveam proximo suo fodit, in eamdem incidet [6]. » Item : « Qui sepem dissipat, mordet eum coluber [7]. » Et nisi faciem suam a Domino avertissent, haud ea formidarent quæ in divinis laudibus prædicuntur [8] : « Captæ fuerunt gentes fune quem ipsæ struxerunt; in laqueo quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. Cognoscetur Dominus judicia faciens; in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. » Hoc item animadvertite [9] : « Venient eis insidiæ, quas non cognoscebant; laqueus quem occultaverunt, capiet eos. » Hæc videlicet non intellexerunt; secus, Dominum gloriæ non crucifixissent [10].

6. Quamobrem justi atque fideles Domini famuli, disciplinam propter regnum cœlorum amplexi, hinc nova et vetera hauriunt, atque in verbis Domini meditantur, domi sedentes, dormientes, vigilantes, et in viis ambulantes, bona spe præditi, propter Spiritus promissionem qui dicit [11] : « Beatus vir qui non abiit in consilium impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentium non sedit; sed voluntas ejus in lege Domini, et in ipsius lege meditatur die ac nocte. » Firma autem fide, læti spe, quieti spiritu, fiducialiter dicent [12] : « Os meum loquetur sapientiam, et meditatio cordis mei prudentiam. » Item : « Meditatus **104** sum in omnibus operibus tuis; et opera manuum tuarum considerabam [13]. Si memineram tui super stratum meum, in matutinis meditabar de te [14]. » Deinde adhuc confidentius dicent : « Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper [15]. » Quis porro hujusmodi hominis finis ? Hic statim in verba erumpet : « Dominus adjutor meus ac liberator [16]. » Cum his ergo, qui apud semetipsos contemplabuntur, et in corde suo Domini memores erunt, nullus poterit hostis præliari; quia cor illorum ob suam erga Dominum fiduciam ita se habebit ut scriptum est : « Qui confidunt in Domino sicut mons Sion; non commovebitur in æternum qui habitat in Jerusalem [17]. » Quod si aliquando callidus ille præsumat, ausitque aciem præsertim sanctorum perrumpere, et discidium inter fratres efficere, ipsis quidem in hoc etiam aderit; qui non solum eos ulciscetur, sed interim etiam dum flagellantur, divina illa promissio eosdem liberabit : « Dominus pugnabit pro vobis [18]. » Propterea etiamsi angustiæ ac tentationes exterius invadant, hi nihilominus, verba Apostoli considerantes, angustiarum patientes, in precibus perseverantes, et ingruentibus casibus meditationem legis opponentes, Deum placaturi sunt, recitatis iis quæ scripta sunt verbis : « Tribulatio et angustiæ invenerunt me; et mandata tua, meditatio mea est [19]. »

7. Verumtamen quia hæc haud externis tantum actibus peragenda **105** sunt, sed mentis quoque cogitatione consideranda, quo virtutem exerceamus, idcirco ille subdidit : « Prævenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua [20]. » Oportet enim animi cogitationes in hominibus pueris, præire actibus qui corpore fiunt, et non vice versa. Noster quoque Salvator hanc doctrinam traditurus ab animi cogitationibus cœpit, dicens [21] : « Qui spectat mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est. Et qui fratri suo irascetur, reus homicidii est [22]. » Quippe ira non præcedente, homicidium excluditur : exclusa pariter cupiditate, crimen adulterii aberit. Necessaria est igitur, dilecti mei, legis meditatio, et continuum virtutis exercitium, quo nulla in re vir sanctus claudicet, sed in omni opere bono perfectus sit : etenim his vitæ æternæ promissio adnexa est, ut Paulus Timotheo scribebat, quo loco meditationem vocabulo exercitationis indigitabat, dicens [23] : « Exerce te ipsum ad pietatem : nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est; pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, et futuræ. »

8. Mirabilis est viri hujus virtus, fratres mei; qui dum monet Timotheum, mandat omnibus ut rei cuilibet exercitium pietatis anteferant; sed præ cæteris omnibus fidem erga Deum pensi habeant. Nam quæ hominis esset bonitas, qui dum inique peccat, nihilominus præcepti observantiam simularet? Imo vero nullam legis partem observare posset, qui iniquus est : namque animi sententiæ, opera quoque consentire necesse est, prout **106** Spiritus hos reprehendit dicens [24] : « Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus. » Mox eadem Scriptura, ut opera demonstret cogitationum pedissequa, ait [25] : « Corrupti sunt, et in studiis suis inquinati. » Homo ergo iniquus, corpore quoque corrumpitur, cum furatur, mœchatur, maledicit, ebriatur, atque his similia committit. Quemadmodum propheta quoque Jeremias, dum de his cum Israele expostularet, clamabat dicens [26] : « Quis mihi aliud donet in deserto diversorium, ut populum meum derelinquam, et ab eis recedam? Quia omnes adulteri sunt, cœtus prævaricatorum, et quasi arcum linguam suam tetenderunt. Mendacium et incredulitas invaluerunt super terram; de malo ad malum progressi sunt, et me non cognoverunt. » Igitur iniquitatis mendaciique vocabulis opera illorum vituperabat : et sub imagine illorum, qui increduli Deum ignorabant, populi scelera accusabat.

9. Fides ac pietas connexæ sunt atque sorores : qui Deo credit, pietate non caret, et qui pietatem habet, valde credit. Igitur qui in iniquitate versatur, sine dubio et in fide errat : et qui a pietate excidit,

[6] Eccli. XXVII, 29. [7] Eccle. X, 8. [8] Psal. IX, 16, 17. [9] Psal. XXXIV, 8. [10] I Cor. II, 8. [11] Psal. I, 1, 2. [12] Psal. XLVIII, 4. [13] Psal. LXXVI, 13. [14] Psal. LXII, 7. [15] Psal. XVIII, 15. [16] Psal. CXLIII, 2. [17] Psal. CXXIV, 1, 2. [18] Exod. XIV, 14. [19] Psal. CXVIII, 143. [20] ibid. 148. [21] Matth. V, 28. [22] I Joan. III, 15. [23] I Tim. IV, 7, 8. [24] Psal. XIII, 1. [25] ibid. [26] Jer. IX, 2, 3.

Digitized by Google

a vera pariter fide excidit quam possidebat. Paulus quidem discipulum suum præmonens, hoc ei consilium præbet[27] : « Impura verba devita, multum enim proficiunt ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit; ex quibus est Hymenæus et Philetus, » quorum patratam iniquitatem narrat dicens : « Qui **107** a veritate declinaverunt, dicentes resurrectionem esse jam factam[28]. » Deinde idem Apostolus, ut demonstret sociam esse fidei pietatem, ait[29] : « Et omnes qui pie vivere volent, propter Jesum Christum persecutionem patientur. » Quamobrem ne quis in persecutionibus pietati nuntium remittat, fidem conservandam suadet, subdens[30] : « Tu vero permane in iis quæ didicisti, et in quibus es confirmatus. » Nam quemadmodum si frater a fratre adjuvetur, ambo invicem loco mœnium fiunt; ita fides ac pietas, eodem stipite ortæ, inter se cohærent : et qui in una exercetur, necessario corroboratur in altera. Ideo cum vellet Paulus discipulum suum ad pietatem exerceri, et denique pro fide certare, suadebat ei, dicens[31] : « Certa bonum certamen fidei, et apprehende vitam æternam. » Cæterum ante omnia ab idolorum impietate recedendum homini est, firmeque credendum esse Deum. Tum deinde fide nixus cum adversariis depugnet.

10. Una est ambarum spes, id est fidei atque pietatis, scilicet vita æterna. Certa, inquam, bonum fidei certamen, et apprehende vitam æternam; exerce te ad pietatem, quoniam hæc habet præsentis vitæ atque futuræ promissionem[32]. Propterea Arius et Manes, qui nunc ab Ecclesia exiverunt, dum oppugnant Christum, infidelitatis foveam foderunt, in qua sunt confracti; et impietate provecti, fidem simplicium pervertunt, in Dei **108** Filium blasphemantes, quem creaturam esse dicunt, atque ex non exstantibus factum. Sed quomodo tunc adversus Philetum atque Hymenæum, ita nunc contra parem illis impietatem cavet unicuique Apostolus dicens[33] : « Nunc autem fidei fundamentum elevatum est, habens signaculum hoc : cognovit Dominus qui sunt ejus; et discedat ab iniquitate omnis qui invocat nomen Domini. » Bonum est ab impietate discedere, atque ab iniquitatis operibus, ut recte unusquisque festum agere queat. Qui autem impiorum sordescit impuritate. Pascha Domini nostri Dei immolare non poterit. Quare ille etiam tunc in Ægypto degens populus aiebat[34] : Nobis non licet in Ægypto Pascha Domini nostri Dei immolare. Idem quinimo omnium Deus, recedere Israelitas a Pharaone volebat, et a jugo ferreo, ut qualibet improbitate liberi, et omni extranea opinione spoliati, Dei notitiam suscipere possent, cum virtutis operibus. Idcirco aiebat : Recedite ab eis, egredimini de medio illorum : nolite tangere impuros; secus nemo peccato emerget; nemo virtutis opera sectabitur; nisi cum operum A studio et pietatis exercitio, fidei simul confessionem teneat, pro qua Paulus præliatus, coronam justitiæ adeptus est, quam dabit ille justus judex[35]; nec huic tantummodo, sed et omnibus eidem similibus.

11. Hujusmodi meditatio ac pietatis exercitium sanctis perpetuo familiare, **109** nunc quoque instat; vult enim Scriptura, ut, cum fuerimus ita affecti, cum illis festum celebremus. Quid enim aliud festum est, nisi ad Deum oratio continua, pietatis scientia, et preces non vaga quadam ratione, sed concordi cordium consensu actæ? Quapropter volens Paulus nos hoc modo semper esse dispositos, mandat dicens[36] : « Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. » Ne igitur seorsum, sed conjunctim atque concorditer cuncti simul festum B agamus, ceu hortatur Propheta dicens[37] : « Venite, exsultemus Domino, laudemus Deum Salvatorem nostrum. » Quis ita piger est, quis, inquam, audita divina voce, quodlibet haud omittit negotium, ut ad communem concionem festalemque conventum accurrat, qui non uno in loco celebratur? Non enim unius loci solemnitas, « sed in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum[38]. » Non uno in loco sacrificium offertur, sed in omni populo thus offertur mundumque sacrificium Deo[39]. Cum sic unanimiter extolletur laus et oratio ab iis, qui ubique sunt, ad Patrem illum clementem ac bonum; cum universa catholica Ecclesia, ubique diffusa, conjunctim et cum exsultante lætitia Deum C adorabit; cum unusquisque generatim laudem extollet, dicetque amen; quam bene nobis erit, fratres mei! Quis non gaudebit, cum recte orabit? Tunc ipsa hostilis artificii mœnia, tanquam Jerichuntis[40] subito cadent : tunc purum Spiritus sancti donum in singulos copiose effundetur, **110** ita ut omnes agnito Spiritus adventu dicturi sint[41] : « Repleti sumus mane misericordia tua, et lætati sumus, atque exsultavimus in diebus nostris. »

12. Quæ cum ita se habeant, cantemus cum sanctis, nemoque nostrum hæc officia negligat, quolibet angustiarum respectu habito aut tentationum, præcipueque illarum, quas nunc per invidiam nobis suscitant Eusebiani, nobisque crimini et accusationi vertunt usque ad necem rectum nostrum cultum, D qui tamen in Dei tutela est; sed tanquam fideles Dei famulos nosmet geramus, quandoquidem scitis salutem nostram ipso angustiarum tempore confieri. Dominus quoque jampridem promisit dicens[42] : « Beati estis cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et malum adversus vos dixerint, mentientes propter me. Gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. » Item Salvatoris effatum est, haud omnes in mundo angustiis corripi, sed qui Deum timent[43]. Quapropter quoties nos inimici gravius affligunt, nos solamine utimur : et

[27] II Tim. II, 16, 17. [28] ibid. 18. [29] II Tim. III, 12. [30] ibid. 14. [31] I Tim. VI, 12. [32] I Tim. IV, 7, 8. [33] II Tim. II, 19. [34] Exod. VIII, 26. [35] II Tim. IV, 8. [36] I Thess. V, 16. [37] Psal. XCIV, 1. [38] Psal. XVIII, 5. [39] Malach. I, 11. [40] Josue VI, 20. [41] Psal. LXXXIX, 14. [42] Matth. V, 11, 12. [43] Joann. XV, 19.

Digitized by Google

quamvis illi injuriam inferant, nos concordiæ vincula astringimus : quoties denique impedire nos a recta religione satagunt, nos eam cum fiducia prædicamus, dicentes [44] : « Omnia hæc nobis supervenerunt, quia tui non sumus obliti, » neque impietatem commisimus cum Ario ac Manete, qui dicunt te ex non exstantibus factum, cum tamen Verbum semper cum Patre fuerit, ex eoque sit.

111 13. Ergo nos quoque, fratres mei, solemnes simus ; non enim rem celebramus tristificam vel molestam. Neque misceamur hæreticis, propter tentationes, quæ pietatis causa brevi tempore accidunt ; verum ita nos geramus tanquam gaudio elati ac lætantes ; ne sit cor nostrum mœrore pulsatum, ceu Caini ; sed tanquam servi fideles bonique dictum audiamus : « Intra in gaudium Domini tui [45]. » Neque omnino Paschalia hæc quasi tristitiæ atque angoris loco habeamus, ut forte quis arbitrabitur, sed hilaritate redundantes et gaudio, festales simus, neglecta Judæorum fraude et Arianorum prædicatione, quæ deitatem Filio eripit, eumque in creaturis connumerat : sed justitiam illam a Domino patratam consideremus. Certe dolus Judæorum et effrenis Arianorum improbitas nihil aliud quam tristitiam meditantur : etenim primo illi Dominum interfecerunt ; hi autem triumphum ejus de morte abolent, quam ipse a Judæis depulerat, dum aiunt haud creatorem esse, sed creaturam. Atqui si creatura fuisset, mors eum detinuisset ; verumtamen cum ipsum, Scriptura teste [46], non detinuerit, sequitur ut non creatura, sed creaturarum sit Dominus ; quod festi hujus immortale argumentum est.

14. Mortis Dominus mortem voluit destruere ; quodque Dominus voluit omnino peractum est. Omnes nos de morte ad vitam transibimus. Judæorum consilium, nec non eorum qui his assimilantur, vanum evasit ; neque **112** prout voluerant contigit, sed res in contrarium cessit. Utrosque irridet qui in cœlis residet, et eos Dominus ludibrio habet [47]. Hujus rei causa Dominus cum ad necem duceretur, subsequentes feminas flentesque objurgabat, dicens : « Nolite me deflere [48] ; » volens his verbis significare, mortem suam haud tristificam esse, sed lætificam ; et quod etiamsi pro nobis moreretur, ipse vivit ; et quod nequaquam ex nihilo exstitit, sed ex Patre. Res enim vero gaudio digna ! triumphalis nempe victoria adversus mortem, nostraque simul imputribilitas, per Dominicum illud corpus : etenim eo resuscitato, futura pariter nostra resurrectio est : cumque ejus corpus corruptionis immune fuerit, sine dubio id nostræ incorruptibilitatis causa fit. Sicut autem propter unum hominem, ut veraciter Paulus ait [49], ad omnes homines peccatum transiit, sic ob Domini nostri Jesu Christi resurrectionem omnes resurgemus : oportetque, ait, corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem [50]. Id tempore passionis accidit, qua Dominus noster pro nobis obiit, et Pascha nostrum immolatus est Christus. Propterea igitur quia immolatus fuit, unusquisque eo vescetur, et hilariter seduloque alimoniam hanc participabit. Ipse vero sine invidia unicuique semet communicabit ; et in singulis commorans, fiet fons aquarum decurrentium in vitam æternam [51].

15. Exordiemur itaque quadragesimam die IX mensis Phamenoth, Deoque per hos dies servientes cum continentia, nosque in antecessum **113** purificantes, initium sancti Paschatis faciemus die XIX mensis Pharmuthi. Dein jejunia nectentes usque ad Sabbatum, nempe ad XIX mensis diem, finem illorum faciemus obscuro serotino, post quod orietur nobis lux Dominicalis, sancta, inquam, Dominica nobis splendescet, qua Dominus noster surrexit. Decet autem nos lætari et illo gaudio exsultare, quod ex operibus bonis provenit, per illas reliquas septem hebdomadas, quæ est Pentecoste, gloriam Patri dantes dicentesque [52] : « Hæc dies quam fecit Dominus, lætemur et exsultemus in ea, » per Dominum ac Salvatorem nostrum Jesum Christum, per quem eidem et ejus Patri, gloria sit atque imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Salutate invicem cum osculo sancto. Salutant vos cuncti qui mecum sunt fratres. Oro ut valeatis in Domino, dilecti fratres.

Sancti Athanasii epistola undecima explicit.

EJUSDEM SANCTI ATHANASII EPISTOLA AD SERAPIONEM THUMEOS EPISCOPUM.

(Chr. anno 340 vel 341.)

Dilecto fratri nostroque in ministerio collegæ, Serapioni (71).

1. Gratiæ sint providentiæ divinæ, propter ea quæ singulis horis tribuit nobis beneficia, et quia nunc quoque ad hoc festi tempus pervenire concessit. Interim misi tibi, dilecte noster, epistolam quam more solito de præsenti festo lucubravi, ut per te fratres pariter omnes lætitiæ diem cognoscant. **114** Quoniam vero Meletiani, cum de Syria venerunt, gloriati sunt id obtinuisse, quod minime ad eos spectabat, id est se quoque catholicæ Ecclesiæ ascriptos fuisse, idcirco misi tibi exemplar unius epistolæ illorum ministerii nostri collegarum, qui sunt de Palæstina, ut tu hac lecta cognoscas hypocritarum illorum circa id fraudem. Nam quia, ut supra dixi, semet jactabant, necesse fuit ut ad Syriæ episcopos scriberem ; nobisque illico Palæstini responderunt, judicium de illis editum confirmantes, ceu tu ex rei expositione cognosces. Ne tu enim

[44] Psal. XLIII, 18. [45] Matth. XXV, 21, 23. [46] Act. II, 24. [47] Psal. II, 4. [48] Luc. XXIII 28. [49] Rom. V, 12. [50] I Cor. XV, 53. [51] Joan. IV, 14. [52] Psal. CXVII, 24.

(71) Hujus Serapionis epistolas Græcas duas nos ante hos annos vulgavimus ; priorem brevem in *Class. AA.*, tom. V, pag. 362 ; alteram libelli instar prolixam in *Spicil. Rom.*, tom. IV, pag. 45-67.

Digitized by Google

cunctorum episcoporum epistolas continuatim legeres, misi tibi cæterarum unum conforme exemplum, ut hinc omnium voluntatem rescias. Et sane intelligo, quod ex hoc convicti, summum omnium hominum odium incurrent. Sic itaque propter hos hypocritas apprime necessarium impenseque urgens existimavi rem hanc modestiæ vestræ significare. Scripsi autem singulis fore ut tu quadragesimam indiceres fratribus, eisque jejunium suaderes, ne, dum universus orbis jejunat, nos Ægyptii risui essemus, quia non jejunemus, atque hos dies in hilaritate transigamus (72). Ac ne hac excusatione quisquam utatur, quod epistola (non) sit lecta, quominus jejunii debitum agnoscamus, hunc oportet obtentum de medio auferre, dareque operam ut ante quadragesimam omnino legatur, ne aliqua ansa capta, jejunium omittatur. Profecto ex hujus lectione **115** jejunii officium discent; sed et tu nihilominus, dilecte, sive hoc sive alio modo, suade illis atque eos edoce ut quadragesimale jejunium obeant : pessimum quippe foret, si cum orbis universus ita se gerit, soli Ægyptii jejunii loco voluptati indulgerent. Equidem ægre ferens quod nonnulli hanc nos ob causam irrideant, ad te scribere coactus sum. Porro his acceptis lectisque litteris, mihi, dilecte noster, rescribes, ut hac notitia exhilarer.

2. Necessarium insuper judicavi vos certiores facere, substitutos fuisse defunctis episcopos, Tanis Theodorum loco Eliæ; Arsinoite Silvanum pro Calosyrio; Parali Nemesianum pro Nonno; Bicheli (72*) Heraclium; Tentyris Andronicum pro Saprione parente ipsius; Thebis Philonem pro Philone : Maximianopoli Herminium pro Atra (73); Apollone inferiore Serapionem pro Polotione (74); Aphroditi Serenum pro Theodoro; Rhinocorura (75) Salomonem; Setatmæ (76) Arabionem. Itemque in Marmarica, Geruatis (77) orientalibus Andragathium pro Hierace; Geruatis australibus, Chenitum pro Nicone (78). Hæc aio, ut his scribatis, mutuoque canonicas epistolas recipiatis.

116 Salutate invicem cum osculo sancto. Salutant vos cuncti qui mecum sunt fratres.

Hanc epistolam ex urbe Roma scripsit (79). Deest autem duodecima.

EPISTOLA XIII.

(Chr. anno 341.)

HÆC EST ATHANASII XIII EPISTOLA (80), IN CONSULATU MARCELLINI ET PROBINI (81), CUM ESSET PRÆFECTUS LONGINUS, INDICTIONE XIV, XIII KAL. MAII, DIE XXIV PHARMUTHI, DIOCLETIANI ANNO CVII.

1. Nunc quoque, fratres mei dilectissimi, haud demoror vobis indicare Salvatoris (82) juxta annuam consuetudinem solemnitatem. Si hostes Christi vos una nobiscum molestiis et cruciatibus oppresserunt, Deus tamen nos per fidem mutuam consolatur. En ex urbe Roma ad vos scribo (83), in qua cum fratribus festum exigens, vobiscum etiam spiritu ac voluntate id celebrabo; preces pariter Deo illi attollens, qui nobis concessit non solum in **117** ipsum credere, sed etiam pro ipso nunc pati. Quanquam vero abesse a vobis dolemus, Deus nihilominus nos ad scribendum vobis exstimulat, ut epistolarum saltem commercio recreemur, cunctique ad bonam frugem excitentur. Multæ sane oppressiones et persecutiones acerrimæ contra Ecclesiam et contra nos peractæ fuerunt. Quidam enim hæretici homines, corruptam mentem gerentes, nec in fide probati, bello adversus virtutem suscepto, violenter Ecclesiam insectantur, ita ut fratres nonnulli seduci se patiantur, alii vero propter cruciatus fiant desertores : quodque acerbius

(72) Hoc videlicet contingebat, si quando diverso die a Christianis Pascha celebraretur, quod ante Nicænum decretum reapse usuvenerat. Urget itaque Athanasius Paschalis diei indictionem, quo ex debita norma cognito, concorditer Christiani Ægyptii solemnitatem celebrarent.

(72*) Stephanus Byz. *De urb.*: Μέτηλις πόλις Αἰγυπτία, πλησίον Ἀλεξανδρείας, ἡ νῦν Βῆχυς λέγεται. Ergo *Bichelis* eadem videtur quæ *Metelis*, urbs cognita episcopalis.

(73) An *Hermion* et *Atla* et mox *Politiano?*

(74) Legendum *Plutione*, prout scribit ipse Athanasius, *Apol. contra Arianos*, n. 40 et 74.

(75) Syr. *Dinocorturi*. Sed patet mendum.

(76) Syrum vocabulum legi potest etiam *Statemæ*. Num *Semnudæ* aut *Semmenut*, id est *Sebennyti?*

(77) *Gereatis* in itin. Ant. ed. Wess. pag. 71. At Theophilus in Paschali an. 404, scribit *Geras*.

(78) De his urbibus episcopalibus *Or. Ch.* t. II, col. 534, 535, 582, 570, 517, 611, 605, 586.

(79) Scilicet Athanasius Romam profugerat sub Julio pontifice, ut aiunt scriptor anonymus Vitæ illius n. 15, aliique historici. Nam verba *deest duodecima* Syrus interpres posuit vel amanuensis. Atqui undecima data fuit an. 339, coss. Constantio II et Constante I. Quæ autem mox sequitur tertia decima, anni est 341, coss. Marcellino et Probino. Ergo duodecima scribi debuerat anno intermedio, coss. Acindyno et Proclo. Jam vero in Chronico dictum fuit non potuisse illo anno 340 mitti ab Athanasio *more solito* (id est publico) epistolam festalem. *More solito*, inquam, ideo fortasse dixit, quia clanculum et serius miserit. Et tamen in *Epistola ad Serapionem* ait Athanasius se includere consuetam festalem, ab illo in Ægypto diribendam. Hæc vero inclusa utrum duodecima fuerit an tertia decima, quam æque se ex urbe Roma scribere ait divus Pater, non omnino definio. Etenim Cosmas certe Indicopleustes tot heortasticas numerat, quot Athanasiani episcopatus annos, videlicet 45. Etsi enim annis 46 præfuit Alexandrinæ sedi Athanasius, primo tamen non scripsisse narratur in Chronico.

(80) In Chronico ad an. 341, coss. Marcellino et Probino, dicitur Athanasius non scripsisse; mendose tamen dicitur, ut ex hac apparet.

(81) Syr. hic *Probiani*, sed in Chronico recte *Probini*.

(82) Syr. *salutarem*. Sed sine dubio Græce fuit σωτήριον ἑορτήν, quod pro linguæ genio transferendum erat, ut fecimus.

(83) Indidem scripserat ad Serapionem anno præcedente, vel hoc ipso, prout criticis definire placuerit.

Digitized by Google

est, illorum contumeliæ ad episcopos usque pertingunt. Haud idcirco tamen festi oblivio nos capiat; imo magis recordemur, atque ejus identidem commemorationem mente versemus. Profecto quæ huic festali tempori congruunt, ea increduli homines minime curant, quorum universa vita ebrietate ac vitiis consumitur : quæ vero ipsi festa agunt, ea tristitiam potius quam gaudium pariunt. Cæterum haud hi magnopere nobis obsint, qui vitam hic transitoriam degimus. Adhuc tempus superest : hæc vero eveniunt exercitii experimentique nostri causa, ut comperti stabiles probatique servi Christi, sanctorum hæreditatis filii simus. Namque, ut ait Jobus [53], « Mundus universus tentationis stadium est terricolis. » Probantur autem (homines) in hoc mundo gravibus molestisque anxietatibus, ut unusquisque dignam a Deo accipiat mercedem. Sic enim per prophetam dixit [54] : **118** « Ego Dominus scrutans corda, et vestigans renes, ut dem unicuique juxta vias suas. »

2. Homo sane dum experimento probatur, quid sibi eventurum sit non prænoscit; sed generatim tantum ante sententiam latam agnoscet. Verumtamen bonus atque amator hominum (Deus) singulos pro operum meritis remunerabitur; quo fit ut passim quisque dicere soleat : Justum est Dei judicium, sicut etiam Propheta ait [55] : « Dominus quod justum est inquirit, et scrutatur renes. » Propterea singillatim nos vestigat, vel ut iis qui non intelligunt, manifestetur virtus ab illis quorum fit experimentum, prout Jobo dictum fuit [56] : « Credisne memet tibi denique manifestasse, ut tu justus appareas? » Vel quod ubi propria opera inspexerint, cujusmodi fuerint agnituri sint; ideoque a malitia sua resipiscent, aut in vera fide manebunt. Interim beatissimus Paulus, dum angustiis premeretur, persecutionem, famem, sitimque pateretur, omnibus superior erat per Jesum Christum qui dilexit nos. Patiebatur in infirmo corpore, credebat, sperabat, atque ita spiritu roborabatur, virtusque ejus in infirmitate perficiebatur.

3. Cæteri quoque sancti homines, Deo pariter confidentes, probationem hanc cum gaudio excipiebant, ut Jobus aiebat [57] : « Sit nomen Domini benedictum. » Psalmista item [58] : « Proba me, Domine, et tenta me; scrutare cor meum et renes meos. » Reapse virtutis probatio ignavos coarguit. **119** Quamobrem gnari ipsi quanta fieret purgatio et utilitas ab igne divino, in ejusmodi tentationibus animum non despondebant, imo et fortius perstabant, detrimenta patientes, nullis casibus territi, et tanquam aurum ex igne splendidiores prodibant.

Sic ille, qui in pari palæstra exercitus fuit, aiebat [59] : « Probasti cor meum, et visitasti nocte; vestigasti, et nihil in me iniquum reperisti; ut non loquatur os meum opera hominum. » At illi qui illegitimis moribus sunt, quia nihil nisi comedere, potare, ac mori, cogitant, tentationes præcipitii instar reputant. Hi nimirum facile in hujusmodi casibus corruent : et quia in fide non sunt probati, reprobo sensui se tradent, et flagitiis semet inquinabunt. Ideo beatissimus Paulus ad ejusmodi exercitia nos excitat, seque apprime in exemplum præbet, dicens [60] : « Propterea angustias opto (Gr. εὐδοκῶ) et infirmitates. » Additque : « Exerce te in timore Domini [61]. » Sciebat enim quas fuissent tentationes perpessi ii qui in timore Domini vivere constituerant. Atque ut sui discipuli in his exercerentur, optabat ipse labores, propter timorem Domini; ut tentationibus supervenientibus, et angustiis ingruentibus, tanquam experti homines eas facile tolerarent. Nam qui animum suum in his occupat, consuetudine ipsa fit interius peritus (84). Hinc beatissimi martyres, cum se ab initio ærumnis assuefecissent, repente exstiterunt perfecti in Christo, et ignominiam **120** corporis teruncii fecerunt, quia speratam requiem intentis oculis prospiciebant.

4. Cuncti autem qui promulgarunt nomina sua super terram [62], et quorum cura ad ligna et stipulas herbasque, et (idola) his similia, conversa erat, hi ærumnarum inexperti, a cœlorum regno se abalienarunt. Quod si contra scivissent, ab angustiis patientiam perfici, a patientia fieri probationem, ex probatione spem oriri, spem denique non pudefacere; hi sane exercitationes illas adamassent, Paulum imitantes qui ait [63] : « Subjugo corpus meum, et in servitutem redigo; ne, cum aliis prædicaverim, ipse reprobus forte fiam. » Porro facilius molestias illas sibi identidem incidentes pertulissent, si prophetæ monitis paruissent dicentis [64] : « Beatus homo, qui portaverit jugum tuum ab adolescentia sua! Sedebit humi solitarius, quia jugum tuum tulit : maxillam percutienti se tradet, satiabitur contumeliis; quia Dominus non repellet in perpetuum; sed dum humiliat, clemens est, secundum multitudinem misericordiarum suarum. » Quidquid inimici agunt, flagella, ignominiæ, contumeliæ sunt, quæ tamen numerum misericordiarum Dei superare non poterunt. Harum molestiarum nonnullæ adhuc manent, nihilo tamen minus temporaneæ sunt; sed Deus omni tempore miseretur, abundanter tribuens misericordias suas volentibus. Ideo, fratres dilectissimi, haud temporanea hæc spectare debemus, sed

[53] Job VII, 1. [54] Jer. XVII, 10. [55] Psal. VII, 10. [56] Job XXXIII, 32. [57] Job I, 21. [58] Psal. XXV, 2. [59] Psal. XVI, 3, 4. [60] II Cor. XII, 10. [61] I Tim. IV, 7. [62] Psal. XLVIII, 12. [63] I Cor. IX, 27. [64] Thren. III, 27-32.

(84) Mirum! Nos in hujus collectionis tomo II, pag. 493, fragmentum edideramus ex codice quodam Vaticano sumptum, cum titulo Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τῆς ιγ' ἐπιστολῆς, *sancti Athanasii ex* 13 *epistola*, ibique in adnotatione suspicati fueramus pertinere reapse ad divi viri heortasticas, quod nunc feliciter ita se habere comperimus. En itaque Græcum fragmentum : Οἷς ἄν τις τὴν διάνοιαν ἀσκηθῇ, ἐν τούτοις λανθάνουσαν τὴν προθυμίαν πρὸς τὴν συνήθειαν ἔχει.

Digitized by Google

æterna. **121** Et si angustiæ instant, harum finis erit: et si ignominiæ persecutionesque non desunt, nihil tamen hæ sunt præ illa quæsita spe. Præsentia hæc omnia ineptiæ sunt præ futuris illis. Non sunt æquales passiones hujus temporis spei futuræ [60]. Quid reapse exæquaverit regnum Dei? Vel quid æternæ vitæ comparabitur? Quanti demum est, quod hic contribuimus, ut hæreditatem illic consequamur? Nos quippe erimus Dei hæredes, et filii hæreditatis Christi.

5. Itaque, dilecti mei, ne quæso intueamur angustias et persecutiones, sed spem potius, quæ persecutionum causa nobis proposita est. Qua in re prodest nobis patriarchæ Issacharis exemplum, prout in Bibliis dicitur [61]: « Issachar pulchritudinem concupivit, requiescens inter possessiones, vidensque requiem quod esset bona, et terram quod pinguis, supposuit humerum suum labori, fuitque vir agricola. » Divino amore vulneratus fuit, ut illa Cantici sponsa [62], atque utilitatem de sacris libris percepit: neque ex Veteri Testamento tantum, verum ad possessionem utramque cogitationes suas intendit. Interim velut ille, cui natæ sunt alæ, cœlestem requiem spectabat: nam terrena quidem requies in operibus bonis habetur; verum enimvero genuina illa et cœlestis, nova semper est nec veterascit. Terrena requies transitoria est, teste Domino; sed futura, quæ sanctos complectetur, immortalis. His itaque consideratis patriarcha Issachar libenter gloriabatur molestiis et ærumnis, atque humerum supponebat **122** labori; sine querela erat cum percutientibus se; neque animum demittebat in ignominiis, sed quasi vir fortis de omnibus triumphabat, et majore cum alacritate terram suam excolebat. Verbum quidem serebat, ipse autem vigil agricolabat, donec maturescens fructus pene centuplex factus est.

6. Quid est hoc, dilecti mei, nisi quod cum inimicos patienter ferimus, tunc de angustiis gloriamur? Et cum persecutionem patimur, concidere animis nequaquam oportet, sed potius erga coronam decurrere supernæ vocationis in Christo Jesu Domino nostro. Et cum injuria afficimur, ne, quæso, commoveamur, sed maxillam nostram percutientibus præbeamus, simul humerum nostrum inclinantes. Deliciarum quidem et jurgiorum amatores tentantur, ut beatus Jacobus apostolus ait [63]: « Abstracti et illecti a concupiscentia sua; » nos tamen scimus pro veritate nos pati, nec nisi a negatoribus Dei percuti et infestari: speramusque plenum gaudium obtinere, juxta Jacobi dictum [64]: « Cum in varias probationum tentationes inciderimus, scimus quod probatio fidei nostræ patientiam operatur. » Et dum festum agimus, fratres mei, læto animo simus, probe scientes salutem nostram in angustiarum tempore esse repositam. Neque enim Salvator noster requiescendo nos salvavit; sed pro nobis patiendo, mortem destruxit. Propterea prædixit [65]: « Pressuram in mundo habebitis. » Neque hoc de omnibus dixit, sed de illis qui cum fide constante ei deservient: prævidit, inquam, fore ut ii qui Deum metuent, persecutionem patiantur.

123 7. Homines scelesti. ac nebulones eo deveniunt, ut prave agendo fallant et fallantur, velut ii qui somnia explanant, aut falsi prophetæ qui miracula a se patratum iri spondent, hi videlicet insipientes, non vino ebrii sed nequitia sua, stabilitatem promittunt, et comminationes jactant. Cavete quominus his credatis; sed cum tentationes ingruunt, mansuetudinem tenere discamus, nec ab his irretiamur. Sic enim Israeliticum populum ore Moysis Deus admonebat [66]: « Si surrexerit in medio tui propheta, aut somniorum somniator, ediderítque signa aut portenta, et evenerint ea signa ac portenta quæ prædixerat; dixeritque: Eamus ad serviendum diis alienis quos vos ignoratis; cavete ne audiatis verba prophetæ illius aut somniatoris, quia tentat vos Dominus Deus vester, ut dignoscat, utrum toto corde vestro Dominum Deum vestrum diligatis. » Quamobrem si in hisce rebus tentati fuerimus, a charitate Dei separari non debemus. Sed nunc quoque festum agamus, dilecti mei; ad idque accedamus non tanquam ad diem mœroris, sed lætitiæ potius in Christo, quo quotidie vescimur (85). Tum memores ejus (agni), qui diebus Paschalibus occidebatur, Pascha celebremus in quo Christus fuit occisus. Ille (agnus) populum ex Ægypto eduxit; Christus mortem destruxit, simulque eum qui imperium mortis habebat, id est diabolum, quem nunc pudefacere possumus; opemque iis conferre, qui in angustiis sunt, atque ad Deum noctu diuque clamant.

124 8. Ergo quadragesimale jejunium incipiemus die XIII Phamenoth; sancta vero Paschatis hebdomada ordietur die XVIII Pharmuthi. Finiemus demum jejunia Sabbato, die XXIII. Denique magna Dominica erit die XXIV ejusdem mensis Pharmuthi. Ex quo supputabimus tempus usque ad Pentecostem. Porro in cunctis Christum laudemus, qui nos vocavit; atque ita ex hostibus liberabimur, per Jesum Christum Dominum nostrum; per quem gloria sit et imperium Patri ipsius in sæcula sæculorum. Amen.

Salutate omnes cum osculo sancto. Salutant vos, qui mecum hic sunt, cuncti. Oro, fratres atque dilecti, ut per Dominum nostrum valeatis.

Hanc quoque (epistolam Athanasius) Roma scripsit.

Explicit decima tertia epistola.

[60] Rom. VIII, 18. [61] Gen. XLIX, 14, 15. [62] Cant. IV, 9. [63] Jac. I, 14. [64] ibid. 2, 3. [65] Joan. XVI, 33. [66] Deut. XIII, 1-3.

(85) Videsis eucharisticæ communionis, vel certe sacerdotalis liturgiæ seu missæ, usum quotidianum.

Digitized by Google

EPISTOLA XIV.

(Chr. anno 342.)

HÆC EST XIV ATHANASII EPISTOLA IN CONSULATU TERTIO CONSTANTII, ET SECUNDO CONSTANTIS, GUBERNANTE EODEM LONGINO, INDICTIONE XV, JUXTA QUAM PASCHATIS DOMINICA ERAT III IDUS APRILIS, ID EST DIE XIV PHARMUTHI, ANNO DIOCLETIANI LVIII.

1. Solemnitatis nostræ lætitia, fratres mei, semper instat, neque unquam recedit ab illis qui festum agere avent. Proximum nobis est Verbum **125** illud, quod pro nobis omnia factum est, Dominus, inquam, noster Jesus Christus, qui apud nos indesinenter spondet se esse mansurum. Quamobrem clamat dicens [67]: « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus sæculi. » Quemadmodum autem ipse pastor est, summus sacerdos, via, et janua, simulque omnia pro nobis factus est, ita etiam festum atque solemnitas nobis apparuit, ceu beatus ait Apostolus [68]: « Pascha nostrum immolatus est Christus, » qui exspectabatur. Sed ad Psalmistæ quoque preces illuxit dicentis [69]: « Exsultatio mea, erue me a circumdantibus me. » Hæc est vera exsultatio, hæc est germana solemnitas, malorum nempe depulsio; ad quam ut unusquisque perveniat, rectis omnino moribus sit, suaque mente meditetur in quiete timoris Dei. Sic etiam sancti dum viverent, omni ætate sua lætabantur, tanquam in festo; quorum unus, nempe beatus David [70], noctu surgebat haud semel sed septies, et Deum precibus propitiabat. Alter, magnus videlicet Moyses, hymnis exsultabat, laudesque canebat [71] ob victoriam de Pharaone relatam, et de iis qui laboribus (Hebræos) oppresserant. Postremo alii assidua cum hilaritate sacro cultu perfungebantur, veluti magnus Samuel, et beatus ille Elias; qui morum suorum merito libertatem sunt adepti, et nunc festum agunt in cœlo, et de sua in umbra olim peregrinatione lætantur, et jam veritatem a figura discernunt.

2. Nos autem nunc solemnitatem agentes, quas vias corripimus? Et festo **126** huic propinquantes, quem ducem habebimus? Neminem profecto, dilecti mei, nisi quem vos ipsi mecum dicetis Dominum nostrum Jesum Christum, qui ait [72]: « Ego sum via. » Ipse est qui, ut beatus inquit Joannes [73], tollit peccatum mundi: ipse animas nostras purificat, ceu dicit alicubi Jeremias propheta [74]: « State super vias, et videte, et dispicite quænam sit via bona, et in ea invenietis animarum vestrarum emendationem. » Olim vero hircorum sanguis, et cinis vituli super immundos aspersus, purificando tantum corpori aptus erat: nunc per Verbi Dei gratiam unusquisque abunde mundatur: quod si mox sectabimur, licebit nobis hic tanquam in vestibulis cœlestis Jerusalem festum illud æternum præmeditari: A sicut etiam beati apostoli, qui ducem suum Salvatorem sequebantur, et tunc erant, et adhuc in præsenti sunt hujusmodi gratiæ magistri; namque aiebant [75]: « Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te. » Videlicet nos sequimur Dominum; et festum Domini, non verbis tantum sed operibus adimplemus. Jam quælibet legis mandatique exsecutio duplici actu (id est re verboque) constat: atque ita magnus ille Moyses, cum hieraticas leges ferebat, sponderi sibi a populo exsecutionem volebat; ne postquam obedientiam spopondissent, mendacii criminationem vellent incurrere, si forte verba in rem minime contulissent. Sic ergo festi et Paschatis peractio quæ sit, extra quæstionem est, nec ullo responso eget; sed facti cum dicto copula efficitur, B dicente **127** Moyse [76]: « Et peragant filii Israelis Pascha: » nimirum ad præceptum quod attinet, actus a dicto non absit; namque ipsa exsecutio operam levat.

3. De his rebus prudenter me facere arbitror, si vos erudiero. Sane haud semel et in aliis epistolis spartam hanc adornavimus; nunc vero præcipue necessarium est, ut vobiscum ego meminerim, Scripturam sacram nolle nos simpliciter ad Paschatis festum accedere, sed non sine allegoriis, traditionibus, legisque observantia, quemadmodum ex historia didicimus [77]: « Alienigena autem, et empticius, aut incircumcisus, Pascha non comedat. » Nec vero id omni in domo comedendum erat; sed festinanter jubebatur fieri [78]: quia antiquitus afflicti fuimus et contristati sub Pharaonis servitio, C atque eorum jussibus qui ad labores compellebant. Ita se antiquitus gesserunt Israelis filii, et hanc habendi figuram digni habiti sunt. Atqui illa propter hæc nostra fuerunt, et ad hoc nos festum per illud priscum adducimur. Sicut etiam Dei Verbum, cum hoc ipsum optaret, aiebat discipulis [79]: « Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum. » Atque illa quidem historia est admirabilis: etenim cum id opus fieret, unumquemque vidisses quasi ad pompam choreamque pergentem; quippe calceati prodibant cum baculis atque azymo; quæ omnia cum in umbra præcederent, non sine allegoria sunt. Proxima nunc nobis est veritas, D imago illa Dei invisibilis, Dominus noster Jesus Christus, lux vera. Ipse **128** loco baculi, sceptrum nobis est; pro azymo, panis qui de cœlo descendit; pro calceamentis, Evangelii apparatum instruit; atque ut summatim dicam, ipse omni in re ad Patrem suum nos dirigit. Quod si nos inimici persecutionibus premerent, is Moyse melius ejusque verbis, nobis animos adderet dicendo [80]: « Confidite, ego vici malignum. » Et si, Rubro mari transmisso, æstus fervor nos opprimeret, et aliqua

[67] Matth. xxviii, 20. [68] I Cor. v, 7. [69] Psal. xxxi, 7. [70] Psal. cxviii, 62, 164. [71] Exod. xv, 1. [72] Joan. xiv, 6. [73] Joan. i, 29. [74] Jer. vi, 16. [75] Matth. xix, 27. [76] Num. ix, 2. [77] Exod. xii, 43. [78] ibid. 11. [79] Luc. xxii, 15. [80] Joan. xvi, 33.

Digitized by Google

aquæ amaritudo occurreret, illic Dominus appareret, suamque nobis dulcedinem impertiretur, cum suo vivifico fonte, dicens [84] : « Si quis sitit, veniat ad me et bibat. »

4. Cur ergo differimus aut demoramur, quominus ad solemnitatem cum omni hilaritate ac sedulitate veniamus, Jesu fidentes qui invitat nos; qui pro nobis omnia factus est, salutis nostræ curam modis plurimis gerens? Qui nostri causa esuriit atque sitivit, is alit potatque per sua salutaria dona. Hæc est ejus gloria, hoc ejus divinitatis miraculum, qui dolorum nostrorum naturam sua bonitate immutavit. Cumque ipse vita esset, ut nos vivificaret est mortuus ; et Verbum cum esset, in carne exstitit, ut Verbum carnem erudiret ; et vitæ fons cum esset, sitim nostram adeptavit, ut nos idcirco ad festum cohortaretur dicens : « Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. » Moyses olim festi initium intimavit dicendo [85] : « Mensis iste, vobis principium mensium erit. » Dominus autem, qui in fine sæculorum descendit, alium diem proclamat, non ut legem destruat, absit ! sed ut **129** lex statuatur, atque ut culmen legi imponatur. « Finis enim legis Christus est, ad justitiam omni credenti, » ut beatus Paulus ait [86] : « Num legem fide destruimus ? absit ! sed legem statuimus [87]. » Hæc nimirum stupore affecerunt ministros illos abs Judæis missos, qui demirantes Pharisæis dixerunt [88] : « Nunquam sic locutus est homo. » Quid porro stupori ministris fuit? vel quid sic homines miraculo interesse impulit ? Nihil profecto aliud nisi fiducia illa et auctoritas Salvatoris nostri. Olim vero quotiescunque propheta aut legisperiti sacras Scripturas legerunt, cavebant prorsus ne quid ad se traherent, sed potius ad alios referendum curabant, quod legebant. Nam Moyses propheta [89], « Dominus, inquit, constituet vobis prophetam ex fratribus vestris ; ipsi auscultate in omnibus, quæ præcipiet vobis. » Isaias autem [90] : « Ecce virgo concipiet in utero suo, et pariet filium, et vocabitis nomen ejus Emmanuel. » Alius alia de Domino vaticinabatur. Secus tamen Dominus, qui non ad alium verba referebat, sed de seipso omnia recitabat, dicens [91] : « Si quis sitit, veniat ad me : » non ad alium, inquam, sed « ad me. » Nonnullos quidem ex iis de meo adventu narrantes audiet ; ex me tamen, non ex aliis bibat.

5. Igitur etiam nos cum ad festum veniemus, haud tanquam ad priscas umbras (veniamus) ; hæ quippe finem nactæ sunt ; neque veluti ad simplex festum ; sed ad Dominum, qui ipsemet festum est, festinemus : **130** neque arbitremur festum esse voluptatem quamdam et ventris oblectamentum, sed virtutis potius ostensionem. At vero ethnicorum solemnitates ingluvie et omni pigritia scatent. Illi solemniter agere putant, si inertes sint ; et dum festum agunt, perditionis opera patrant. At festa nostra virtutis exercitationes sunt, abstinentiæ, castitatisque ; ceu prophetica quoque dictio testatur alicubi dicens [92] : « Jejunium quarti, et jejunium quinti, et jejunium septimi, et jejunium decimi, erunt domui Juda in gaudium, et lætitiam, et in solemnitates præclaras. » Cum id ergo veluti quædam schola nobis propositum sit, diesque hujusmodi instet, et propheticum dictum festum agere jubeat, conveniamus sane omnes ad hanc egregiam prædicationem : et more illorum qui in palæstra æmulantur, in unum congregemur cum puritate, jejunio, precum vigiliis, et librorum lectionibus, cum largitione ad pauperes, pace cum inimicis nostris, discordes conciliando, superbiam omittendo, humilitatem recuperando, pacifici ad omnes, fratresque nostros ad charitatem hortando. Sic etiam beatus Paulus in jejuniis sæpe vigiliisque erat [93], et anathema pro fratribus esse volebat [94]. Beatus quoque David jejuniis semet humilians, versabatur in fiducia dicens [95] : « Domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala ; decidam merito ab inimicis meis inanis. » Hæc si egerimus, mortemque superaverimus, regni cœlorum arrham recipiemus.

131 6. Exordiemur itaque sanctum Paschatis festum die x Pharmuthi, et jejunia sancta finiemus die xv ejusdem mensis Pharmuthi, vespere Sabbati, sanctamque celebrabimus solemnitatem die xvi mensis (ejusdem) Pharmuthi ; atque hinc nectentes ex ordine sanctam Pentecosten, quam veluti aliud ex alio festum indicimus, Spiritus solemnitatem celebrabimus qui jam proximus nobis est, per Christum Jesum, per quem et cum quo sit gloria et imperium (Patri) in sæcula sæculorum. Amen.

Decima quinta et decima sexta desiderantur.

EPISTOLA XVII.

(Chr. anno 345.)

HÆC EST XVII ATHANASII EPISTOLA, CONSULIBUS AMANTIO ET ALBINO, PRÆFECTO NESTORIO GAZÆO, INDICTIONE III, CUM PASCHATIS DOMINICA ESSET VII IDUS APRILIS, ID EST DIE XII PHARMUTHI, LUNÆ XIX, DIOCLETIANI ANNO LXI.

Athanasius presbyteris, diaconis, fratribusque dilectis in Christo, gaudium.

More solito vobis Pascha annuntio, dilecti mei, ut vos pariter longinquis provinciis juxta consuetudinem nuntietis ; nempe quod præsens solemnitas fiet die xx mensis Pharmuthi, VII Idus Aprilis, id est, secundum Alexandrinos, die XII Pharmuthi. Hoc itaque provinciis illis significate, **132** nempe Paschatis Dominicam incidere in diem VII Idus Aprilis, nempe secundum Alexandrinos die XII Pharmuthi.

Oro, fratres mei dilecti, ut valeatis in Christo.

[84] Joan. VII, 37. [85] Exod. XII, 2. [86] Rom. X, 4. [87] Rom. III, 31. [88] Joan. VII, 46. [89] Deut. XVIII, 15. [90] Isa. VII, 14. [91] Joan. VII, 37. [92] Zach. VIII, 19. [93] II Cor. VI, 5. [94] Rom. IX, 3. [95] Psal. VII, 4, 5.

Digitized by Google

EPISTOLA XVIII.

(Chr. anno 346.)

HÆC EST XVIII ATHANASII EPISTOLA IN QUARTO CONSULATU CONSTANTII AUGUSTI, ET TERTIO CONSTANTIS, NESTORIO EODEM PRÆFECTO, INDICTIONE IV, CUM PASCHATIS DOMINICA ESSET III KAL. APRILIS, DIE IV PHARMUTHI, LUNÆ XXI (86), ANNO DIOCLETIANI LXII.

Athanasius presbyteris et diaconis Alexandriæ, fratribus et dilectis in Domino, gaudium.

1. Recte egistis, amabiles et dilecti fratres, cum more solito sanctam Paschatis Dominicam provinciis illis nuntiastis, cujus rei certam jam notitiam accepi. Aliis vero litteris vobis significavi, quomodo præsenti exacto anno, sequentem quoque cognoscere-tis. Nunc necessarium putavi eadem ad vos scribere, ut de his certiores facti, nulla mora interposita scribere possitis, instantem solemnitatem fore die XII mensis Pharmuthi, III Kal. Aprilis. Itaque Paschatis Dominica agetur III Kal. Aprilis, die secundum Alexandrinos IV Pharmuthi.

133 2. Significate igitur iis provinciis, juxta veterem consuetudinem, fore Paschatis Dominicam III Kal. Aprilis, id est, secundum Alexandrinos, die IV Pharmuthi. Nemo de die ambigat, neque contendat dicendo, Pascha fieri debere die XXVII mensis Phamenoth. Etenim in sancta synodo quæstio ventilata fuit, cunctique definierunt festum esse agendum III Kal. Aprilis, videlicet die IV mensis Pharmuthi. Propterea (Kalendæ) valde infra sunt, usque ad præcedens Sabbatum. Nemo igitur pertinaciter agat, sed bona cum voluntate. Idem hoc ad Romanos quoque scriptum fuit. Quod ergo vobis significavi, ad publicam transferte notitiam, Pascha videlicet fore tertio Kal Aprilis, id est, secundum Alexandrinos, die IV Pharmuthi.

Oro, fratres amabiles ac dilecti, ut valeatis in Domino.

EPISTOLA XIX.

(Chr. anno 347.)

HÆC EST ATHANASII XIX EPISTOLA, IN CONSULATU RUFINI ATQUE EUSEBII, NESTORIO EODEM PRÆFECTO, INDICTIONE V, JUXTA QUAM PASCHALIS DOMINICA ERAT PRIDIE IDUS APRILIS, NEMPE DIE XVII PHARMUTHI, LUNÆ XV, ANNO DIOCLETIANI LXIII.

1. Benedictus Deus Pater Domini nostri Jesu Christi. Pulchrum est hujusmodi initium epistolæ, præsertim quia, veluti nunc, Apostoli verbis fit, **134** cum gratiarum actione ad Dominum, propterea quod nos de longinquis regionibus reduxe-

A rit, et fiducia instruxerit ut paschales de more litteras ad vos mitteremus. Festale tempus, fratres mei, est, et quidem proximum. Nec vero tubis nuntiatur, prout in historicis libris scribitur, sed a Salvatore patefit, qui pro nobis passus resurrexit; et jam prope est, ut Paulus proclamat dicens [93]: « Pascha nostrum immolatus est Christus. » Nostra porro est, et nullius præterea extranei, ac ne Judæorum quidem, Paschalis solemnitas. Umbrarum tempus desiit, res veteres interdictæ, novarumque frugum mensis advenit, quo unusquisque solemnitatem agere debet, cum audit dicentem [94]: « Observa mensem novarum frugum, ut facias Pascha Domino Deo tuo. » Ethnici quoque festum sibi mente confingunt; Judæi vero cum hypocrisi simulant (87). At-

B tamen (Deus) ethnicorum festa tanquam epulis inhiantium objurgat; a Judæis autem ceu jam legi extraneis, faciem avertit dicens [95]: « Odit anima mea vestrorum mensium Kalendas et vestra Sabbata. »

2. Quidquid extra legis pietatisque normam fit, quamvis credatur actum, nihilominus futile est; imo magis aperteque reprehenduntur ii, qui ita se gerere audent: ideoque hujusmodi homines, etiamsi sacrificia offerre simulant, Patrem audient sibi dicentem [96]: « Holocausta vestra non sunt accepta, **135** sacrificia vestra minime mihi jucunda fuerunt: si offeratis similam, cassa res est; thus mihi abominabile. » Deus nulla re eget; cumque nihil

C impurum habeat, horum satietate tenetur, sicut apud Isaiam testatur dicens [97]: « Plenus sum. » Porro lex horum rituum lata fuit ob populi eruditionem, et futurarum rerum figurationem. Ait Galatis Paulus [98]: « Priusquam veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quæ in nobis manifestanda erat. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificaremur. » Verumtamen Judæi non agnoverunt hoc, neque intellexerunt: quamobrem in die tanquam in tenebris ambulabant; palpabant, sed veritatem nostram non contingebant, quæ in lege est; Scripturæ figuram sectabantur, sed spiritui non propinquabant; Moysem dum esset absconsus exspectabant, comparentem aversabantur; quæ legebant, nesciebant, sensu-

D que perverso commentabantur. Igitur propheta inclamat illis dicens [99]: « Mendacium et incredulitas prævaluerunt in eis. » Tunc autem Dominus sic de iis loquebatur [1]: « Filii extranei mentiti sunt mihi, filii alieni inveterati sunt. » Nunc vero pacifice reprehendit dicens [2]: « Si Moysi crederetis, utique et mihi crederetis; de me enim ille scripsit. » Cum

[93] 1 Cor. v, 7. [94] Deut. xvi, 1. [95] Isa. i, 14. [96] ibid. [97] ibid. 11. [98] Galat. iii, 23, 24.
[99] Ose. iv, 2. [1] Psal. xvii, 46. [2] Joan. v, 46

(86) In chronico est XXIV

(87) Quomodo hodierni Judæi pascha agnumque paschalem simulent, narrat Buxtorfius *Synag. Jud.* cap. 18. Sanctus vero Augustinus, in psal. xci, 2, reprehendebat sui temporis Judæos male pariter sabbatizantes: *Sabbatum otio quodam corporaliter languido et fluxo et luxurioso celebrant Judæi: vacant enim ad nugas.* Idem tomo V, serm. IX, 3, ait similiter eos prave otiari, et viros in theatro seditiose se gerere, feminas autem toto die in menianis suis impudice saltare.

Digitized by Google

increduli fuerint, legem nunc ejerant, dum pro libito blaterant, nihil eorum intelligentes, quæ scripta sunt. Ideo dum hypocrisim in nuda Scriptura simulant, et in hac credulitate versantur, Deus illis irascens per **136** Isaiam ait [3]: « Quis hæc de manibus vestris exquisivit? » Et jam audaciores factos, per Jeremiam increpat [4]: « Vestras utique victimas cum holocaustis vestris coacervate, carnes comedite: neque enim ego talia patribus vestris indixi; neque eo die, quo de Ægypto eduxi, de holocaustis aut victimis mandata tuli. » Nequaquam hi prout fas erat agebant, neque legis observantia rite fiebat; sed iis potius diebus, prout eis improperat propheta [5], voluntatibus suis satisfacere studebant, servos suos opprimebant, judicia exercebant et rixas, humiles pugnis verberabant, et omnia ad voluptates referebant. Ideo in sempiternum solemnes non erunt, quanquam id modo præ se ferunt: carnem enim extra locum tempusque comedunt, et pro legali agno, sacrificare Baali dicerunt. « Et qui verum azymum conficere debuissent, nunc [filii eorum] ligna colligunt, eorumque patres ignem suscitant, feminæ eorum farinam subigunt ut offas militiæ cœli conficiant, atque libationes diis extraneis immolant, ut me ad iram concitent, dicit Dominus [6]. » Sed talium operum mercedem referent: quamvis enim Pascha agere simulant, attamen ablatum est ab ore eorum gaudium et exsultatio, prout Jeremias ait [7]: « Desiit in Judæ civitatibus, et in viis Jerusalem vox lætantium et vox jubilantium, vox sponsi et vox sponsæ. » Nunc igitur, quisquis eorum immolat vitulum, idem facit hominem percutienti: et qui de grege sacrificat, instar illius est **137** qui canem victimet: et qui similam offert, perinde est ac si suillum sanguinem offerat: et qui thus exhibet, ut se Deo commendet, par blasphemo habetur. Hæc nunquam Deo placuerunt, neque ejus mandatum talia exegit, verum ipsimet vias suas elegerunt, et eam quam anima ipsorum adamavit abominationem.

3. Verumtamen quid est hoc, fratres mei? Sane oportet prophetæ verba a nobis perpendi, præcipueque quasnam isti hæreses adversus legem meditati sint. Deus per Moysem sacrificia imperavit; nam liber Leviticus mandatis hujusmodi redundat: ut (cognoscatur) quomodo gratus fiat qui offert, vicissimque contumaciæ reus agatur qui hæc contemnit. Atqui is ore prophetarum dicit: Hæc de manibus vestris non exquisivi, neque de sacrificiis verba ad patres vestros feci, neque illis holocausta imperavi. Videtur itaque, siquidem Scriptura sibi non consonat, Deus mentiri qui præcipit, quandoquidem dictorum concordia nulla est. Absit tamen! nam veritatis parens non mentitur, quia impossibile est, ut Paulus affirmat [8], mentiri Deum. Quippe hæc omnia æqua sunt recte considerantibus, et cum fide Scripturas legis suscipientibus. Credo itaque Deum per vestras orationes concessurum, ut quæ ego dicam, a veritatis tramite nequaquam devient. Mandatum ac lex de sacrificiis, antiqua non fuerunt, neque holocausta erant ex mente Dei qui legem statuit; sed ejus potius rei **138** gratia exstiterunt quæ in figuris antecedebat: lex autem bona illa adumbrabat, quæ depositi loco erant usque ad tempora reparationis.

4. Non ergo lex universa propter sacrificia erat, sed in lege præceptum continebatur sacrificiorum, quorum ope Deus Hebræos præmuniebat, atque ab idolorum cultu arcebat, et ad se trahebat, præsentia simul tempora portendens. Propterea Deus ne initio quidem cum populum Ægypto eduxit, sacrificia huic indixit aut holocausta, neque tum quidem cum ad Sinai montem pervenerunt. Non est Deus homini similis, ut harum rerum curam in antecessum gerat; sed utique præceptum ejus erat, ut se verum Deum agnoscerent; idque ob eum finem ut falsos deos contemnerent qui nihil sunt. Sic rem illis innotescere voluit, et ipsorum phantasiam imbuit, per eductionem ex Ægypto, et transitum maris Rubri. Postquam vero socium Deo creare voluerunt, et iis sacrificare sunt ausi qui nulli sunt, miraculorum in Ægypto propter eos patratorum immemores, et illuc reverti machinati sunt, tunc demum lex lata fuit, et imperata fuere sacrificia, ut illi mentem suam avocarent a priore vanorum idolorum cogitatione, seque verum Deum agnoscerent; et nedum sacrificia coram offerre, sed faciem ab idolis avertere discerent, atque ad illud accederent, quod Deus imperabat dicens [9]: « Nihil de sacrificiis effatus sum, holocausta non imperavi. » **139** Statimque addidit [10]: « Verumtamen hoc verbum eis intimavi: Audite vocem meam, et ero vobis Deus, vosque populus meus eritis; atque in cunctis viis meis ambulate, quas vobis mandavero. » Nempe ut sic imbuti et edocti, nemini præterquam Domino obsequium exhibere condiscerent, et quandiu duratura umbra foret scirent, neque fallerentur circa tempus jam adventans, quo Deo amplius non immolaretur vitulus taurorum, neque aries ovium, neque hircus caprarum; sed hæc omnia spiritaliter exsequenda forent, per assiduam orationem, rectam morum regulam, cum verbis pietatis, veluti psallit David [11]: « Jucunda sit ei laudatio mea. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Elevatio manuum mearum, ceu sacrificium vespertinum [12]. » Spiritus autem per os ejus præcipit dicens: « Sacrificate Deo sacrificium laudis. Redde Domino vota tua [13]. Sacrificate sacrificium justitiæ, et sperate in Domino [14-15]. » Ille pariter magnus Samuel, haud perfunctorie, sed districte Saulem increpabat dicens [16]: « Nonne verbum melius dono

[3] Isa. I, 12. [4] Jer. VII, 21, 22. [5] Isa. LVIII, 3, 4. [6] Jer. VII, 18, 19. [7] Jerem. XXXIII, 11. [8] Hebr. VI, 18. [9] Jer. VII, 22. [10] ibid. 23. [11] Psal. CIII, 34, [12] Psal. CXL, 2. [13] Psal. XLIX, 14. [14-15] Psal. IV, 6. [16] I Reg. XV, 22.

Digitized by Google

est? » His agendis rebus homo legem exsequitur, A Deoque placet dicenti [17] : « Sacrificium laudis honorificabit me. » Unusquisque autem quale id sit, compertum habebit, videlicet [18] : « Misericordiam volo, et non sacrificium. » Neque Deus contrariis delectatur.

5. At hi nihilominus intelligere haud salegerunt : « Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent [19]. » Et cujusmodi horum **140** exitus futurus esset, propheta vaticinabatur clamans : Væ illorum animabus, qui perversa cogitatione machinati sunt dicentes [20] : « Circumveniamus justum, quia non est nobis jucundus. » Exitiosus hujusmodi exitus nihil aliud quam error est, teste Domino qui eos reprehendit dicens [21] : « Erratis, nescientes Scripturas. » Quamobrem hac increpatione commoti, B majore adhuc audacia dicebant [22] : « Nos Moysis discipuli sumus : nos scimus quia Moysi locutus est Deus : » sic (Christi) verbis vehementius contradicentes, ac semet accusantes ; nam si his quæ audierant fidem adhibuissent, Dominum non negassent, qui præsentialiter cum Moyse collocutus est. At non ita se gessit credens ille, quem apostolorum Actus memorant [23] ; audiens enim sibi dictum : « Putasne intelligis quæ legis? » non puduit eum confiteri ignorantiam suam, seque edoceri rogavit. Ideo Spiritus gratia datur iis qui se doceri curant : at ii qui permanent inemendati, mortem incurrunt, ut ait Proverbium [24] : « Morietur stultus in peccatis suis. »

6. Ita se habent qui sectantur hæreses ; namque a vera intelligentia excidentes, callide sibi impietatem asciscere audent, et « Dicit insipiens in corde suo : Non est Deus. Corrupti sunt atque inquinati in operibus suis [25]. » Quorum mens insanit, eorum sunt opera quoque pessima, quemadmodum ipse (Christus) aiebat [26] : « Num bona loqui possetis, cum sitis mali? » Perversi sunt, quia impie cogitant. Quomodo autem juste agant, qui studium opprimendi **141** fovent? Qui fieri potest ut diligat, qui se antea odio imbuit? Quæ sit in eo charitas, qui pecuniæ amore tenetur? Quomodo castimoniam sectetur, qui ad mulierem oculos cupiditatis injicit? De corde enim prodeunt pravæ cogitationes, fornicationes, adulteria, homicidia ; quibus perturbationibus stultus tanquam fluctibus agitatur, carnis suæ deliciis abstractus et illectus. De hoc pariter scriptum est [27] : « Valde agitatur omnis caro stultorum. » Nempe cum se insania implicuerit, tunc tempestate jactabitur atque peribit, ut inquit in Proverbiis Salomon [28] : « Simul insipiens et stultus peribunt, et relinquent alienis divitias suas [29]. » Male isti habebunt, quia sanæ mentis ducatu carebunt : at ubi sapientia est, illic animarum dux Verbum ratem gubernabit. Homo intelligens recto regimine utetur ; sed qui tali regimine carent, ceu frondes decident. Nonne hic prorsus corruit, ut Hymenæus et Philetus corruerunt [30], quia male de resurrectione senserunt, atque hac omnino opinione semet imbuerunt? Nonne et Judas proditor a ducis sui latere excidit, et cum Judæis disperiit? At vero cordati discipuli, Domino suo adhærentes, mare licet intumesceret, ac navis fluctibus jam mergeretur, et procella simul ventusque contrarius flarent, animo non conciderunt, sed Verbum secum navigans somno excitaverunt ; moxque mare Domino suo jubente deferbuit [31] ; ipsique incolumes facti sunt prædicatores, imo et doctores, miraculorum scilicet Salvatoris nostri narratores ; nos **142** pariter admonentes, ut ipsorum exempla imitemur. Quæ quidem propter nos nostræque eruditionis causa scripta B fuerunt, ut ex miraculis Dominus illorum auctor innotescat.

7. Porro nos cum Magistro per discipulorum fidem conversamur. Etenim, fratres mei, mundus hic nobis est veluti mare, de quo scriptum est [32] : « Hoc mare magnum et spatiosum : illic naves pertransibunt. Draco hic quem creasti ad illudendum ei. » Hoc in mari pro venti opportunitate navigamus : unusquisque autem pro arbitrio suo, quo mavult tendit ; et in requiem ingreditur, si modo Verbum sit ei dux ; secus autem naufragium patitur, si voluptas prævaleat. Periculum quidem a tempestate est : et quomodo in mari concitantur procellæ et C fluctus, sic in mundo angustiæ multæ ac pericula sunt. Homo interim incredulus, superveniente pressura vel persecutione, scandalum, ut ait Dominus [33], patitur quia firmus in fide non est : siquidem temporalia spectans, laborem de pressuris scatentem non perferet : vique ventorum domus illa corruet, quam stultus in arena ædificavit. Ita hic cum sit vecors, tentationum impetu victus procumbet. Secus vero sancti cum sensus suos consuetudine bona exercitos habeant, atque in fide solidati sint, Verbique vim cognoscant, quamvis tentationum commotio identidem adversus eos validior consurgat, nihilominus fideles persistent, Dominum itineris comitem suscitabunt, et salutem **143** consequentur ; perque ignem et aquam transeuntes, recreati D simul festum agent, gratiarum actionem extollentes liberatori Deo. Hi si forte tentarentur, semet instar Abrahami præberent ; si malis vexarentur, Jobum repræsentarent ; si oppressi et proditione divenditi, tanquam Joseph ille patienter ferrent ; persecutione instante, haud se præoccupari sinerent, sed veluti scriptum est [34], Deo freti transgredientur iniquitatis murum ; qui fratres separat, atque arcet a veritate. Ita etiam beatus Paulus gaudebat infirmitatibus suis, delectabatur ignominia propter Christum, nec non tentationibus, persecutionibus, atque carceri-

[17] Psal. XLIX, 23. [18] Matth. XII, 7. [19] I Cor. II, 8. [20] Sap. II, 12. [21] Matth. XXII, 29. [22] Joan. IX, 28. [23] Act. VIII, 30. [24] Prov. XXIV, 9, *sec.* Græc. [25] Psal. XIII, 1. [26] Matth. XII, 34. [27] Prov. XXVI, 10, sec. Græc. [28] Prov. I, 27. [29] Psal. XLVIII, 11. [30] II Tim. II, 17. [31] Matth. VIII, 25, 26. [32] Psal. CIII, 25, 26. [33] Matth. XIII, 21. [34] Psal. XVII, 30.

Digitized by Google

bus, nosque omnes lætari volebat, dicens [36] : « Semper gaudete, in omnibus gratias agite. » Quid autem huic festo aptius, quam conversio a malo, morum rectitudo, precum sine intermissione oblatio ad Deum cum gratiarum actione?

8. Igitur, fratres mei, dum gaudium illud sempiternum celebrare in cœlo præstolamur, nunc quoque læti id frequentemus, sine intermissione orantes, in omnibus gratias agentes Domino. Ego pariter Deo gratias ago ob hæc nova miracula atque adjumenta nobis suppeditata : quamvis enim nos castigavit, neci tamen non tradidit, sed a remotissimis terræ finibus nos revocavit, vobisque festi causa celebrandi copulavit. Quare et curæ mihi fuit magnum Paschatis festum vobis nuntiare, ut ad Jerusalem ascendentes, non divisim sed tanquam una in domo, Pascha manducemus; non **144** tanquam aqua elixatum (88), quo molle fiat verbum Dei; neque ossa frangentes, quasi præcepta evangelica dissolventes; sed igne tostum cum felle; spiritu ac fervore optantes jejunia persolvere atque vigilias cum chaumeniis, pœnitente animo, et confessione (89).

9. Quadragesimam ergo incipiemus die VI Phamenoth, atque hanc jejuniis et orationibus transigentes, ad diem sanctum pervenire licebit. At vero qui Quadragesimæ observantiam aspernabitur, is Pascha non celebrabit; more ejus, qui incaute impureque res sanctas pedibus calcat. Quare invicem memores simus, a negligentia caveamus, sed apprime his diebus jejunemus, donec jejuniis continuatis, solemnitatis celebrationi feliciter occurramus.

10. Initium itaque, ut supra diximus, Quadragesimæ faciemus die VI Phamenoth; et deinde magnam Passionis hebdomadam die XI Pharmuthi; ac jejunio finem imponemus die XVI ejusdem mensis, Sabbati tenebris vespertinis : solemnesque denique crimus exoriente Dominica, mensis Pharmuthi die XVII. Additis posthinc septem continuatim Pentecostes sanctis hebdomadis, jubilabimus Deumque laudabimus, qui per hæc nobis in antecessum denotavit gaudium illud requiemque æternam, paratam in cœlo nobis et iis qui vere credunt; per Jesum Christum Dominum nostrum, **145** per quem et cum quo gloria sit et imperium Patri ejus et ejusdem Spiritui sancto per sæcula sæculorum. Amen. Salutate invicem cum osculo sancto. Salutant vos qui mecum sunt fratres.

Necessarium putavi vobis quoque significare factam episcoporum promotionem, beatorum loco nostrorum ministerii collegarum; ut ad quos scribendæ, et a quibus accipiendæ sint epistolæ, probe sciatis. Ergo Syene (90) pro Nilammone, alter pari nomine Nilammon. Latopoli (91) Masis pro Ammonio. Copti (92) Psenosiris (93) pro Theodoro (94). Panopoli (95), quia Artemidorus ipsemet senii sui corporisque infirmi causa, preces obtulit, factus est ei coepiscopus Arius. Hypselæ datus est Arsenius (96), qui in concordiam cum Ecclesia rediit. Lycopoli (97) autem Eudæmon pro Plusiano (98). Antinoi Orion pro Ammonio (99) et Tyranno. Oxyrynchi Theodorus pro Pelagio. Nilopoli Amatas et Isaacus, qui ad concordiam inter se redierunt, pro Theone. Arsinoite Andreas pro Silvano. Prosopi (1) Tarnadelphus (2) pro Serapammone. Diosphaci (3) ad mare Theodorus pro Serapammone. Saite Paphnutius **146** pro Nemesio. Chusis (4) Theodorus pro Anubione (5); cum eo etiam Isidorus qui ad Ecclesiæ concordiam rediit. Sethroite (6) Arius pro Potammone. Clysmate Titus pro Jacobo, cum eoque Paulus, qui item ad pacem Ecclesiæ rediit (7).

[36] I Thess. v, 16, 1

(88) Quippe Judæi partem agni paschalis elixabant; de quo ritu scribit inter alios Bartoloccius, *Biblioth. rabb.*, t. I, p. 736, n. 41.

(89) Animadvertamus Athanasii testimonium de peccatorum confessione paschali.

(90) Syr. corrupte *Sivani*, vel potius ex *Asowani*, ut pronuntiant Arabes.

(91) Syr. *Laton*. Reapse Strabo simpliciter Λατόν, et in Meletii Breviario Λητώ.

(92) Syr. *Chipton*.

(93) *Psenosiris* episcopus memoratur in Athanasii *Historia Arianorum*, n. 72.

(94) Syr. corrupte *Terodos*. Theodorum ordinaverat Meletius.

(95) Syr. *Panos*, id est Panis civitas.

(96) Homo hic satis est celeber in rebus Athanasianis. Exstat (in collect. Conc. ed. Florent., t. II, col. 1137) hujus Arsenii epistola ad patriarcham Athanasium, qua suum a Meletiano schismate ad ejus concordiam ac subjectionem reditum denuntiat. In *Apologia* autem Athanasii *contra Arian.*, n. 8, Ἀρσένιος μεθ' ἡμῶν εὔχεται συνάγεσθαι.

(97) Syr. *Leuchon*.

(98) Ita hic codex.

(99) In prædicta Arsenii epistola dicitur *Ammonianus*. Ibidem nominatur etiam *Tyrannus*. At in Breviario Meletii (quod est in *Apol. contr. Arian.*, n. 71) ex his nostris nominantur *Ammonius*, *Theodorus*, *Pelagius*, *Theon*, *Amos* (idem qui apud nos *Amatas*), *Eudæmon*, *Tyrannus*, *Isaacus*, qui plerique fuerant Meletiani.

(1) Syr. *Prosoponte*; sed *Prosopis* fuit urbs Ægypti, teste Stephano Byzantino.

(2) Supra p. 10, *Triadelphus*.

(3) Syr. *Diosphacos*.

(4) Syr. *Chesuanes*. Sed *Chusas* vel *Cusas* scimus urbem episcopalem fuisse Ægypti, dictam etiam *Cais*, *Keis*, aut *Kis*. Curetonus ponit *Xois*, quæ fuit item episcopalis.

(5) Anubion episcopus apud Athanasium *Apol. contr. Arian.*, n. 79 et 87.

(6) Syr. *Sithruanti*.

(7) De harum urbium et episcoporum nominibus, præter indices Athanasianos, consulatur *Oriens chr.*, t. II, col. 615, 609, 607, 601, 599, 577, 588, 585, 565, 519, 621, 587. Videmus autem tum ex hoc catalogo, tum etiam ex superiore in epistola ad Serapionem, non parum lucis affundi Ægypti episcopologio. Lequinii enim opus posthumum *Or. ch.* valde esse imperfectum, alibi docuimus.

Digitized by Google

EPISTOLA XX.

(Chr. anno 348.)

HÆC EST ATHANASII EPISTOLA XX IN CONSULATU PHILIPPI ET SALIÆ, EODEM NESTORIO PRÆFECTO, INDICTIONE VI, JUXTA QUAM PASCHATIS DOMINICA ERAT III NONAS APRILIS, PHARMUTHI DIE VIII, DIOCLETIANI ANNO LXIV, LUNÆ XVIII.

1. Nunc quoque, fratres mei, solemnes sumus. Quomodo autem tunc Dominus noster discipulis suis significavit, sic nobis pariter nunc prædicit post dies aliquantos Pascha fore, quo tempore Judæi Dominum prodiderunt. Nos illius mortem cum gaudio celebramus, quia postea tristari desinemus. Nunc sedulo congregamur, quia dispersi atque errantes antea, demum convenimus : remoti, invicem propinquamus : extranei pridem, **147** nunc illius familiares facti sumus, qui pro nobis passus est et crucifixus, et peccata nostra portavit, ut ait propheta [36]; et nostri causa mœstus fuit, ut nostrum omnium finem imponeret afflictioni, miseriæ atque dolori. Si nos sitis vexabit, ipse nostræ occurret necessitati, exclamans in die festo : « Si quis sitit, veniat ad me et bibat [37]. » Est hic semper sanctorum affectus, nempe ut nullo temporis intervallo subsistant, sed necessaria quadam assiduitate ad Dominum tendant, eum semper sitiant, ab eoque potum exquirant, quemadmodum David psallit [38] : « Deus, Deus meus, ad te anticipo, te sitivit anima mea, tibi multoties caro mea. In terra deserta et invia et inaquosa, sic in sancto apparui tibi. » Propheta vero Isaias ait [39] : « Nocte anticipat in matutino ad te spiritus meus, quia lux sunt mandata tua. » Alius vero ait [40] : « Dilexit anima mea desiderare judicia tua semper. » Et idem quoque inquit [40a] : « In judiciis tuis speravi, et legem tuam semper custodiam. » Idem adhuc cum fiducia clamabat dicens [41] : « Oculus meus semper ad Dominum. » Idem ait [42] : « Meditatio cordis mei coram te semper. » Item Paulus hortatur [43] : « Semper agite gratias Deo, sine intermissione orate. » Hi qui ita semet semper exercent, sine dubio Dominum exspectabunt dicentes [44] : Sequemur, ut cognoscamus Dominum : et tanquam paratam auroram eum inveniemus, et ad nos veniet tanquam imber autumnalis et vernus telluri. Neque in matutino tantummodo tribuet eis sufficienter : neque pro postulatis solum potabit, sed copiose largietur pro magna benignitate sua, **148** Spiritus gratiam

Ejusdem ex vicesima secunda festali.

Ut Dominus noster Jesus Christus, qui mortem pro omnibus suscepit, non in quodam infimo terræ A semper concedens. Quem vero denotet vocabulum illud sitient, ipse statim dicere pergit : qui in me credit. Sicut autem frigidæ aquæ sitienti gratæ sunt, ut ait Proverbium [45], ita erit Spiritus sancti adventus credentibus Domino, omni requie gaudioque potior.

2. Nos quoque oportet his Paschatis diebus cum sanctis vigilare, atque ad Dominum accedere cum omnimoda animæ corporisque munditie, cum gratiarum actione, et cum religiosa erga eum fide, ut hic primo bibentes, divinisque illius aquis perfusi, sedere in cœlo possimus cum sanctis, ibique fieri participes cantici ejusdem et gaudii, a quo merito peccatores excludentur, quia tantam rem neglexerunt, sibique dictum audient [46] : « Amice, quomodo B huc intrasti, non habens vestem convivalem? » Peccatores sitient, gratiæ scilicet spiritalis penuriam patientur, cum sint nequitia inflammati, et voluptatibus prorsus exusti, ut est in Proverbiis [47] : « Tota die desiderat desideria improba. » Propheta vero contra eos exclamat dicens [48] : « Væ illis qui consurgunt mane ad ebrietatem sectandam, in eaque se conterunt usque ad vesperam, et vino æstuant : » atque ita crapulati circumeuntes, aliis quoque sitim commovere audent ad perniciem. Priores illi mendacii et incredulitatis aquas bibunt; hique a propheta denotantur dicente [49] : « Plaga mea dura est; quomodo sanabor? Facta est mihi quasi mendaces aquæ infideles. » Alteri vero cum sodalibus C potitantes seducent mentem sanam atque pervertent, a qua stulti **149** recedent, prout Habacuc exclamat [50] : « Væ qui potum dat proximo suo vappam turbidam, et inebriat ut aspiciat nuditatem ejus! » Hi vero cum simulant et veritatem suffurantur, conscientia sua excidunt, rebus jam hujusmodi ebrii, et illius Proverbiorum fornicariæ verba usurpant [51] : « Suaviter attingite panem absconditum. » Et in dulcedine furtivarum aquarum delitescunt; quia virtutis libertate carent, et fiducia sapientiæ quæ publica luce gloriatur, et in plateis confidenter versatur, et in mœnium sublimitate prædicatur. Propterea monentur ut suaviter attingant, quia in securitate atque deliciis emolumentum habent, veritatis dulcedinem suffurantes, atque D in amaris aquis suis simulate versantes, ut propriæ nequitiæ criminationem vitent, quæ eis facile aperteque posset inferri. Ideo lupus agninam pellem sibi induit, et dealbata mortuorum sepulcra exteriore facie fallunt. Diabolus autem... *Reliqua desiderantur.*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς κβ' ἑορταστικῆς (8).

Ἵν' ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ (9) Χριστὸς, ὁ τὸν ὑπὲρ πάντων (10) ἀναδεξάμενος θάνατον, οὐκ ἐν γῇ τινι

[36] Isa. LIII, 4. [37] Joan. VII, 37. [38] Psal. LXII, 2, 3. [39] Isa. XXVI, 9, *sec.* Gr. [40] Psal. CXVIII, 20. [40a] ibid. 43. [41] Psal. XXIV, 15. [42] Psal. XVIII, 15. [43] I Thess. V, 17, 18. [44] Ose. VI, 3. [45] Prov. XXV, 25. [46] Matth. XXII, 12. [47] Prov. XXI, 26. [48] Isa. V, 11. [49] Jer. XV, 18. [50] Habac. II, 15. [51] Prov. IX, 17.

(8) Hoc et sequens Græcum fragmentum epistolarum 22 et 24, a Cosma Indicopleuste sumimus, vellato tamen codice antiquissimo Vatic. 699, qui complures emendationes nobis suppeditavit.

(9) Deest ὁ in editione.

Digitized by Google

κάτω, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ ἀέρι τὰς χεῖρας ἤπλωσεν, ἵνα πάντων τῶν πανταχοῦ τὸ διὰ τοῦ σταυροῦ σωτήριον εἶναι δειχθῇ (11), τὸν μὲν ἐν τῷ ἀέρι ἐνεργοῦντα διάβολον καθελών, τὴν δὲ εἰς οὐρανὸν ἡμῖν ἄνοδον ἐγκαινίσῃ, καὶ ἐλευθέραν καταστήσῃ.

A loco, sed in ipso aere manus expandit; quo hinc demonstretur, illud per crucem salutare omnibus ubique prodesse : ut sic **150** eo, qui in aere operabatur, diabolo sublato, ascensum nobis in cœlum novum pararet, ac liberum constitueret.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς κδ' ἑορταστικῆς.

Καὶ τότε μὲν ἐξιόντων καὶ περώντων (12) αὐτῶν τὴν Αἴγυπτον, οἱ ἐχθροὶ θαλάττης ἐγένοντο θρύλημα (13)· ἄρτι δὲ ἡμῶν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν περώντων, αὐτὸς ὁ Σατανᾶς ὡς ἀστραπὴ (14) λοιπὸν ἀπ' οὐρανοῦ καταπίπτει.

Ejusdem ex vicesima quarta festali.

Et tunc quidem illis exeuntibus ex Ægypto, inimici eorum maris ludibrium fuerunt; nunc vero nobis a terra in cœlum trajicientibus, ipse deinde Satanas sicut fulgur de cœlo cadit [52].

Ex epistola vicesima septima (15) *festali Athanasii Alexandriæ episcopi et confessoris, quæ incipit : « Denuo dies Paschatis adest. »*

Quæ est exsultatio nostra et gloria, nisi Dominus noster, atque Salvator noster Jesus Christus, qui pro nobis est passus, Patremque nobis revelavit? Ipse ille idem est qui olim per prophetas locutus est, et nunc unicuique dicit : Ego sum qui loquebar, ego adsum. Optimé id Scriptura declarat; etenim non is est qui modo loquatur, modo sileat, sed semper et omni tempore (loquitur). Ab initio unumquemque confirmat sine intermissione, et singulorum corda affatur.

B

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς κη' ἑορταστικῆς.

Ἵν' (16) αὐτὸς μὲν ὑπὲρ πάντων θυσία γένηται· ἡμεῖς δὲ, ἐντρεφόμενοι τοῖς λόγοις τῆς ἀληθείας, καὶ ζώσης αὐτοῦ διδασκαλίας (17) μεταλαμβάνοντες, δυνηθῶμεν μετὰ τῶν ἁγίων καὶ τὴν ἐπουράνιον (18) ἀπολαβεῖν χαράν· ἐκεῖ γὰρ ἡμᾶς, ὡς ἐπὶ τὸ ἀνώγαιον τοὺς μαθητὰς, ἐπὶ τὴν θείαν καὶ ἄφθαρτον ὄντως ἑστίασιν (19) ὁ Λόγος καλεῖ μετ' αὐτῶν· ἐνταῦθα μὲν παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, ἐκεῖ δὲ τὰς οὐρανίους σκηνὰς ἑτοιμάζων τοῖς μάλιστα προθύμως ὑπακούσασι πρὸς τὴν κλῆσιν (20), καὶ ἀνενδότως καὶ κατὰ σκοπὸν ἀκολουθήσασιν εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, ἔνθα τοῖς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐρχομένοις τε καὶ πρὸς τοὺς ἐμποδίζοντας ἀγωνιζομένοις ἀπόκειται καὶ στέφανος καὶ ἡ ἄφθαρτος εὐφροσύνη· εἰ γὰρ καὶ πολὺς ὡς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ὁ κάματος τῆς τοιαύτης ἐστὶν ὁδοῦ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ ταύτην ἐλαφρὰν τε καὶ χρηστὴν κατεσκεύασεν.

C

Ejusdem ex vicesima octava epistola.

151 Ut ipse quidem pro omnibus hostia fieret; nos autem veritatis innutriti sermonibus, viventisque ejus doctrinæ participes, cum sanctis cœlestem quoque lætitiam adipisci valeamus. Illuc quippe nos tanquam discipulos ad cœnaculum, ad divinum atque incorruptibile convivium cum iisdem Verbum invitat : hic quidem passum pro nobis; illic vero cœlestia tabernacula præparans iis, qui prompte et non remisse vocationi obediverint, atque desinenter ac secundum scopum secuti fuerint ad bravium supernæ vocationis; ubi illis qui ad cœnam accesserint, et adversus cohibentes se certaverint, reposita est corona et incorruptibilis lætitia. Etiamsi enim multus apud homines talis viæ labor sit; at ipse Servator expeditam eam et commodiorem effecit.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς.

Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, οἱ τὸν ἀμπελῶνα παρὰ τοῦ Σωτῆρος παραλαμβάνοντες καὶ εἰς τὴν οὐράνιον εὐωχίαν κληθέντες, ὡς ἤδη τῆς ἑορτῆς ἐγγιζούσης, λάβωμεν τὰ βάΐα τῶν φοινίκων, καὶ νικηταὶ τῆς ἁμαρτίας γενόμενοι (21), ὡς οἱ ἀπαντήσαντες τῷ Σωτῆρι τότε, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἕτοιμοι γινώμεθα (22), ταῖς πράξεσιν, ἵνα καὶ ἀπαντήσωμεν ἐρχομένῳ, καὶ συνεισελθόντες αὐτῷ τῆς ἀθανάτου μεταλάβωμεν τροφῆς, καὶ ἀϊδίως λοιπὸν ζήσωμεν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

D

Ejusdem ex eadem epistola.

Nos autem, fratres, qui vineam a Servatore accepimus, et ad cœleste convivium invitamur, utpote jam imminente die festo, ramos palmarum accipiamus; ac peccati victores effecti, quemadmodum illi qui tunc Salvatori obviam iverunt, ita et nos operibus ipsis parati simus, ut venienti occurramus, ut cum illo ingressi, immortalis cibi participes simus, ac denique immortaliter vivamus in cœlis.

[52] Luc. x, 18.

(10) Ed. ἁπάντων.
(11) Ed. διδαχθῇ.
(12) Ita cod. At editio hic et infra περωώντων.
(13) Ed. melius θρύλλημα. Sed miror Montfauconium, qui liberius interpretatur : *mari absorpti fuerunt.*
(14) Verba ὡς ἀστραπὴ desunt in editione Montf.
(15) Syriacum hoc fragmentum sumpsit D. Curetonus ex opere Severi Antiocheni adversus Joannem grammaticum Cæsariensem, seu contra Apologiam hujus pro concilio Chalcedonensi; ex qua quidem Joannis Apologia nos multa inedita, illic citata, Cyrilli Alex. fragmenta decerpta dedimus in hujus *Bibliothecæ* tomo II, p. 445 seqq. Contraria itaque opera expilavimus, Curetonus Severi, nos grammatici; ex illo Athanasius, ex altero Cyrillus incrementum acceperunt. Opus vero prædictum (cui titulus fuit etiam φιλαλήθης) scripsit Severus ante episcopatum, cum esset hegumenus in Palæstino monasterio, ut in codice Syriaco Vaticano legitur, cujus nos alibi rationem habebimus.
(16) Ed. ἵνα, et mox ἁπάντων.
(17) Ed. καὶ τῆς ἀληθινῆς καὶ ζωηρᾶς διδασκαλίας αὐτοῦ.
(18) Ed. ἐν οὐρανοῖς.
(19) Ed. ἑσθίασιν.
(20) Deest in ed., πρὸς τὴν κλῆσιν.
(21) Ed. γινόμενοι.
(22) Ed. γενώμεθα.

Digitized by Google

152 *Ejusdem ex vicesima nona festali.*

Et ea quidem quæ hominum sunt, finem habent; quæ autem bonitatis Dei sunt, nunquam desinunt. Quamobrem nos mortuos, et ex natura nostra infirmos suscitat, atque ex terra plasmatos deducit in cœlum.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς κθ' ἑορταστικῆς.

Καὶ τὰ μὲν τῶν ἀνθρώπων παύεται· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ ἀγαθότης οὐ παύεται· ὅθεν καὶ ἀποθανόντας ἡμᾶς καὶ ἀσθενησάσης τῆς ἰδίας ἡμῶν φύσεως ἀνεγείρει, καὶ ἐκ γῆς γεγονότας εἰς οὐρανοὺς ἀνάγει.

(25) *Ex vicesima nona epistola, quæ incipit : « Satis huic tempori erant, quæ antea scripta a nobis fuerunt. »*

Ipse Dominus experimentum capiebat de suis discipulis, quo tempore pulvinari innixus dormiebat[23], et cum id patravit miraculum, quod etiam improbos pudore potest afficere. Cum is surrexit et mare increpuit tempestatemque sedavit, duo apprime demonstravit, nimirum illam maris a ventis tempestatem non fuisse, sed a Domini sui potius terrore, qui mare decurrebat; et quod Dominus, a quo fuit increpitum, haud res creata erat, sed illius creator : neque enim creatura alii obtemperat creaturæ. Et quamvis olim Moyses Rubrum mare divisit, non tamen ipse Moyses id patravit; nec quia is jussit, illud effectum est; sed quia Dei mandatum erat. Rursus, quamvis sol in Ghibeon substitit, et luna in valle Ilon, haud ea res filio Nun tribuenda est, sed Domino qui illius precibus annuit. Hic nimirum mare increpuit : idem hic in cruce pendens solem obscurari præcepit.

153 *Ex epistola tricesima nona sancti Athanasii Alexandriæ episcopi de Paschatis festo, in qua definit canonice, quinam sint libri quos Ecclesia recipit.*

Quot et quinam sint libri quos Ecclesia recipit (24).

Quoniam nonnulli ausi sunt libros sibi conficere, qui occulti dicuntur, et a Græcis appellantur apocryphi, eosque permiscere dictatis a Spiritu sancto libris, de quibus a Patribus edocti fuimus, quomodo traditi fuerint, atque ab iis provenerint, qui ab initio spectatores ac ministri verbi fuerunt, visum est et mihi (rogantibus qui veritatem diligunt fratribus et me ipso hujus rei sponsore, prout anterius cognovi) canonice definire quinam sint divini libri sanctæ Ecclesiæ commissi ac traditi; ut nimirum quicunque errarunt, jam reprehendant erroris sui auctores; et qui in sua puritate permanserunt, librorum horum mentione lætentur.

Veteris ergo Testamenti libri sunt XXII. Ita traditum est, ut audio, tot fuisse Hebræorum litteras. Horum autem ordo et titulus hujuscemodi est.

In primis Genesis, deinde Exodus, mox Levitarum liber, postea Numeri, exin Deuteronomium. Post hos Josue filius Nun, tum Judices, postea **154** Ruth, dehinc Regum liber, in quatuor tomos distri-

[23] Marc. IV, 28.

B **155** *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς κα' ἑορταστικῆς ἐπιστολῆς.*

Ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ μὲν τῶν αἱρετικῶν ἐμνήσθημεν ὡς νεκρῶν, περὶ δὲ ἡμῶν ὡς ἐχόντων πρὸς σωτηρίαν τὰς θείας Γραφάς· καὶ φοβοῦμαι (25) μήπως, ὡς ἔγραψε Κορινθίοις Παῦλος, ὀλίγοι τῶν ἀκεραίων ἀπὸ τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς ἀγνότητος πλανηθῶσιν ἀπὸ τῆς πανουργίας τῶν ἀνθρώπων καὶ λοιπὸν ἐντυγχάνειν ἑτέροις ἄρξωνται τοῖς λεγομένοις ἀποκρύφοις, ἀπατώμενοι τῇ ὁμωνυμίᾳ τῶν ἀληθινῶν βιβλίων· παρακαλῶ ἀνέχεσθαι, εἰ περὶ ὧν ἐπίστασθε, περὶ τούτων κἀγὼ μνημονεύων γράφω, διά τε τὴν ἀνάγκην καὶ τὸ χρήσιμον τῆς Ἐκκλησίας. Μέλλων δὲ τούτων μνημονεύειν, χρήσομαι πρὸς σύστασιν τῆς ἐμαυτοῦ τόλμης τῷ τόπῳ τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ, λέγων καὶ αὐτός· Ἐπειδήπερ τινὲς ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι ἑαυτοῖς τὰ λεγόμενα ἀπόκρυφα, καὶ ἐπιμίξαι ταῦτα τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ, περὶ ἧς ἐπληροφορήθημεν, καθὼς παρέδοσαν τοῖς πατράσιν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ Λόγου· ἔδοξε κἀμοί, προτραπέντι παρὰ γνησίων ἀδελφῶν, καὶ μαθόντι ἄνωθεν, ἐξῆς ἐκθέσθαι τὰ κανονιζόμενα καὶ παραδοθέντα, πιστευθέντα τε θεῖα εἶναι βιβλία· ἵνα ἕκαστος, εἰ μὲν ἠπατήθη, καταγνῷ τῶν πλανησάντων· ὁ δὲ καθαρὸς διαμείνας χαίρῃ πάλιν ὑπομιμνησκόμενος.

Ἔστι τοίνυν τῆς μὲν Παλαιᾶς Διαθήκης βιβλία τῷ ἀριθμῷ τὰ πάντα εἰκοσιδύο· τοσαῦτα γάρ, ὡς ἤκουσα, καὶ τὰ στοιχεῖα τὰ παρ' Ἑβραίοις εἶναι παραδέδοται· τῇ δὲ τάξει καὶ τῷ ὀνόματί ἐστιν ἕκαστον οὕτως· Πρῶτον Γένεσις, εἶτα Ἔξοδος, εἶτα Λευϊτικόν, καὶ μετὰ τοῦτο Ἀριθμοί, καὶ λοιπὸν τὸ Δευτερονόμιον· ἐξῆς δὲ τούτοις (26) ἐστὶν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, καὶ

(23) Alterum hoc quoque sumpsit Syriacum fragmentum D. Curetonus ex prædicto Severi opere. Utrum vero sit prævertendum Græco, an secus, hactenus latet.

(24) Sequentem SS. librorum canonem, scriptum anno 367, ut ex chronico Syriaco agnoscimus, et epistolæ festali 39 subjunctum, conservarunt nonnulli codices Græci, laudaveratque jampridem Theodorus Balsamon in suis ad canones scholiis, edit. Paris, p. 636, et Maurini in Athanasii editionem non sine variis lectionibus receperunt (t. I, part. II, ed. Ven. p. 767).—Versionem Latinam juxta textum Syriacum adornatam exhibemus, sub eodem conspectu posito textu Græco qui in multis variat. Ed. Patr.

(25) Codex alius, θείας Γραφὰς χρὴ πιστεύειν· καὶ γὰρ φοβοῦμαι.

(26) Codex alius, τούτων.

Digitized by Google

Κριταί· καὶ μετὰ τοῦτο ἡ Ῥούθ· καὶ πάλιν ἑξῆς Βασιλειῶν τέσσαρα βιβλία· καὶ τούτων τὸ μὲν πρῶτον καὶ δεύτερον εἰς ἓν βιβλίον ἀριθμεῖται· τὸ δὲ τρίτον καὶ τέταρτον ὁμοίως εἰς ἕν· μετὰ δὲ ταῦτα Παραλειπομένων α' καὶ β', ὁμοίως εἰς ἓν βιβλίον ἀριθμούμενα· εἶτα Ἔσδρας α' καὶ β', ὁμοίως εἰς ἕν· μετὰ δὲ ταῦτα βίβλος Ψαλμῶν, καὶ ἑξῆς Παροιμίαι· εἶτα Ἐκκλησιαστής, καὶ Ἆσμα ἀσμάτων· πρὸς τούτοις ἐστὶ καὶ Ἰώβ, καὶ λοιπὸν Προφῆται· οἱ μὲν δώδεκα εἰς ἓν βιβλίον ἀριθμούμενοι· εἶτα Ἡσαΐας, Ἱερεμίας, καὶ σὺν αὐτῷ Βαρούχ, Θρῆνοι, Ἐπιστολή, καὶ μετ' αὐτὸν Ἰεζεκιὴλ καὶ Δανιήλ· ἄχρι τούτων τὰ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης ἵσταται. A

Τὰ δὲ τῆς Καινῆς πάλιν οὐκ ὀκνητέον εἰπεῖν· ἔστι γὰρ ταῦτα· Εὐαγγέλια τέσσαρα, κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον, κατὰ Λουκᾶν, κατὰ Ἰωάννην· εἶτα μετὰ ταῦτα Πράξεις ἀποστόλων, καὶ ἐπιστολαὶ Καθολικαὶ καλούμεναι τῶν ἀποστόλων ἑπτά· οὕτως μέν, Ἰακώβου α', Πέτρου δὲ β', εἶτα Ἰωάννου γ', καὶ μετὰ ταύτας Ἰούδα α'· πρὸς τούτοις Παύλου ἀποστόλου εἰσὶν ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες, τῇ τάξει γραφόμεναι οὕτως· πρώτη πρὸς Ῥωμαίους· εἶτα πρὸς Κορινθίους δύο· καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς Γαλάτας· καὶ ἑξῆς πρὸς Ἐφεσίους· εἶτα πρὸς Φιλιππησίους, καὶ πρὸς Κολασσαεῖς· καὶ μετὰ ταύτας πρὸς Θεσσαλονικεῖς **156** δύο· καὶ ἡ πρὸς Ἑβραίους· καὶ εὐθὺς πρὸς μὲν Τιμόθεον δύο· πρὸς δὲ Τίτον μία· καὶ τελευταία ἡ πρὸς Φιλήμονα· καὶ πάλιν Ἰωάννου Ἀποκάλυψις. B

Ταῦτα πηγαὶ τοῦ σωτηρίου, ὥστε τὸν διψῶντα τῶν ἐν τούτοις ἐμφορεῖσθαι λογίων· ἐν τούτοις μόνοις τὸ τῆς εὐσεβείας διδασκαλεῖον εὐαγγελίζεται. Μηδεὶς τούτοις ἐπιβαλλέτω, μηδὲ τούτων ἀφαιρείσθω τι. Περὶ δὲ τούτων ὁ Κύριος Σαδδουκαίους μὲν ἐδυσώπει, λέγων· « Πλανᾶσθε μὴ εἰδότες τὰς Γραφάς· » τοῖς δὲ Ἰουδαίοις (27) παρῄνει· « Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφάς, ὅτι αὐταί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ. » Ἀλλ' ἕνεκά γε πλείονος ἀκριβείας προστίθημι δὴ τοῦτο γράφων ἀναγκαίως, ὡς (28) ὅτι ἔστι καὶ ἕτερα βιβλία τούτων ἔξωθεν, οὐ κανονιζόμενα μέν. τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν Πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον· Σοφία Σολομῶντος, καὶ Σοφία Σιρὰχ, καὶ Ἐσθήρ, καὶ Ἰουδίθ, καὶ Τωβίας, καὶ διδαχὴ καλουμένη τῶν Ἀποστόλων (29), καὶ ὁ Ποιμήν. Καὶ C

But us; primus quidem ac secundus tanquam liber unus habentur, tertius quartusque pariter quasi unus. Sequitur Paralipomenon liber, namque horum primus ac secundus instar unius habentur. Hinc Esdræ primus ac secundus, quasi pariter liber unus. Post hos Psalmorum liber unus. Exin Salomonis Proverbiorum liber unus. Mox Ecclesiastæ liber unus. Tum Cantici canticorum liber unus. Sequitur item Jobi liber unus. Deinde duodecim prophetæ qui instar libri unius reputantur. Tum Isaiæ liber unus: et mox Jeremias et Baruch cum lamentationibus et epistola (30), similiter liber unus. Sequitur Ezechielis unus, itemque Danielis liber unus. Hactenus Testamentum Vetus.

Sed neque Novi negligenda mentio est. Sunt autem Evangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ et Joannis. Exin Actus apostolorum. Tum septem Epistolæ, quæ sunt hujusmodi: Jacobi una, Petri duæ, Joannis tres. Post has Judæ una. Sequuntur Pauli quatuordecim hoc ordine positæ: prima ad Romanos, tum ad Corinthios duæ, ad Galatas una, ad Ephesios una, ad Philippenses una, ad Colossenses una, ad Thessalonicenses duæ, postea ad Hebræos una: deinde ad Timotheum duæ, ad Titum una, et ad Philemonem alia. Denique Apocalypsis Joannis.

Hi sunt salutis fontes, unde satiantur ii qui viventium verborum ibi **157** contentorum sitim præse ferunt. Per hos tantummodo pietatis magisterium traditur; nemo eos augeat, nemo deminuat. De his Dominus noster Sadducæis prædicans aiebat [84]: « Erratis, quia libros nescitis. » Tum et Judæos increpabat dicens [85]: « Scrutamini libros, quoniam ipsi de me testantur. » Sed tamen majoris accurationis gratia, hoc etiam addam festinanti scripto; quod cum alii præter hos libri exstent, nequaquam canonice definiti, Patrum sententia est, ut hi legi possint ab iis qui eruditionem quærunt et pietatis doctrinam. Sunt autem, Sapientia Salomonis, Sapientia filii Sirach (31), Esther, Judith, Tobias, Apostolorum dicta didascalia, et liber Pastoris. Verumtamen, dilecti mei, cum priores illi canonice sint definiti, et hi etiam legantur; nusquam tamen librorum occultorum mentio est, quos Græci vocant apocryphos (32). Hoc enim hæreticorum commentum est, qui libros illos pro libito scribunt, eisdemque gra-

[84] Matth. XXII, 29. [85] Joan. V, 39.

(27) Duo codices τοὺς δὲ Ἰουδαίους.

(28) Deest ὡς in tribus codd.

(29) Codex Colbertinus hoc habet in margine scholion: Διδαχὴν τῶν ἀποστόλων λέγουσιν εἶναι τὰς διὰ τοῦ Κλήμεντος γραφείσας διατάξεις τῶν ἀποστόλων, ἃς ἡ ς' λεγομένη σύνοδος ἀναγινώσκεσθαι οὐ συγχωρεῖ: *Doctrinam vocant apostolorum, constitutiones apostolorum a Clemente scriptas: quas legi, ea quæ dicitur sexta synodus, non concedit.*

(30) Syr. *epistolæ*.

(31) S. Augustinus *De doctr chr.* II, 13, de his duobus sic: *Sapientia et Ecclesiasticus, quoniam in auctoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt.* Sed et alios agnoscit canon Damasi in paraphrasi (apud Sedul. ed. Arevali, pag. 451). *Tobiam* admittit Ben-Assali, cap. 2 cod. Vat. Arab. D

151. Denique *Pastorem* memorat antiquissimus omnium N. T. canon apud Murator. *Antiq. M. Æ.* t. III, col. 854.

(32) Animadvertamus sedulo distingui ab Athanasio libros Sapientiæ, Esther, Judith, etc., ab *occultis*, seu *apocryphis*; et hos quidem vitandos dici, utpote hæreticorum commenta; illos autem legendos pietatis ergo ex Patrum sententia. Ergo Athanasius in illorum numero est, qui libros, ut nos loquimur, *deuterocanonicos* distinguunt omnino ab *apocryphis*. Quare jam prorsus nolim (quidquid aliqui veteres libere secureque interdum fecerint) duo hæc vocabula promiscuo sensu usurpari; præsertim si id heterodoxo animi sensu fiat, ut in externis sæpe editionibus videre est. Cæterum haud nunc vacat, gravissimum biblici canonis argumentum at-

Digitized by Google

tiam tribuunt, dum remotam ipsis ætatem appingunt, nec secus ac priscis libris utuntur, ut fallendi simplices ansam habeant.

μὲν ὅτε θέλουσιν αὐτὰ, χαριζομένων δὲ καὶ προστιθέντων αὐτοῖς χρόνους, ἵν', ὡς παλαιὰ προφέροντες, πρόφασιν ἔχωσιν ἀπατᾷν ἐκ τούτου τοὺς ἀκεραίους.

Ejusdem ex quadragesima festali.

« Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis; et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater, regnum; ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo [56]. » Ad magnam itaque et cœlestem cœnam per Evangelium invitati ad cœnaculum illud scopis mundatum, nosmet mundemus, ut præcepit Apostolus [57], « ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei, » ut intrinsecus et extrinsecus immaculati; extrinsecus quidem induti temperantia et justitia, **158** intrinsecus autem spiritu intelligentes recte doctrinam veritatis (33) audiamus : « Intra in gaudium Domini tui [58]. »

Ejusdem ex quadragesima secunda festali.

Vocati enim sumus, fratres, et nunc convocati a Sapientia, necnon secundum evangelicam parabolam, ad cœnam illam magnam et cœlestem omnique creaturæ sufficientem; ad Pascha videlicet, sive immolatum Christum : « Nam Pascha nostrum immolatus est Christus [59]. » Et paucis interjectis. Illi quidem sic ornati, ingredientes audient : « Intra in gaudium Domini tui. »

Ejusdem ex quadragesima tertia festali.

Nostrum autem, quorum est Pascha, vocatio item superna est, et conversatio nostra in cœlis, cum Paulo dicente [60] : « Non enim habemus hic manentem civitatem; sed futuram inquirimus : » quo respicientes probe festum celebramus. Et quibusdam interpositis : Excelsum sane cœlum est, infinitoque a nobis spatio distat : nam « cœlum cœli Domino », ait [61]. Verumtamen haud idcirco ad torporem et metum declinandum est, quasi nempe via ad cœlum trajici nequeat; imo potius alacriter agendum. Non enim ut illi olim ab oriente profecti, reperto campo in terra Sennaar, (turrim) aggressi sunt, opus est et nos lateres igne coquere, ac bitumen pro cæmento quærere. Eorum quippe linguæ confusæ fuerunt, opusque dissolutum. Nobis vero **159** Dominus novam per proprium sanguinem viam munivit, ipsamque facilem et expeditam paravit. Et iterum : Neque solum circa cœli distantiam consolatus nos est, sed etiam quia portam hanc olim clausam, ipse veniens

ὅμως, ἀγαπητοὶ, κἀκείνων κανονιζομένων, καὶ τούτων ἀναγινωσκομένων, οὐδαμοῦ τῶν ἀποκρύφων μνήμη· ἀλλὰ αἱρετικῶν ἐστιν ἐπίνοια, γραφόντων

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς μ' ἑορταστικῆς.

« Ὑμεῖς δέ ἐστε οἱ διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου (34)· κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν καθὼς διέθετό μοι ὁ Πατήρ μου βασιλείαν, ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου ἐν (35) τῇ βασιλείᾳ μου. » Ἐπὶ δεῖπνον τοίνυν τὸ μέγα καὶ οὐράνιον διὰ τοῦ Εὐαγγελίου κληθέντες εἰς τὸ ἀνώγαιον ἐκεῖνο τὸ σεσαρωμένον, καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς, ὡς παρήγγειλεν ὁ Ἀπόστολος, « ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ· » ἵν' ἔσωθεν καὶ ἔξω (36) ἄσπιλοι τυγχάνοντες, ἔξωθεν μὲν περιβεβλημένοι σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην, ἔσωθεν δὲ τῷ πνεύματι ὀρθοτομοῦντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, ἀκούσωμεν· « Εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου. »

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς μβ' ἑορταστικῆς.

Κεκλήμεθα γὰρ, ἀδελφοὶ, καὶ νῦν συγκαλούμενοι (37) ὑπὸ τῆς σοφίας καὶ κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν παραβολὴν ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐκεῖνο τὸ μέγα τὸ ὑπερκόσμιον καὶ πάσῃ τῇ κτίσει (38) διαρκοῦν, ἐπὶ τὸ Πάσχα δὴ λέγω, τὸν τυθέντα Χριστόν· « Τὸ γὰρ Πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Οἱ μὲν οὖν οὕτω κεκοσμημένοι ἀκούσονται· Εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου. »

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς μγ' ἑορταστικῆς.

Ἡμῶν δὲ, ὧν ἐστι καὶ τὸ Πάσχα, ἡ κλῆσις ἄνωθέν ἐστι, καὶ τὸ πολίτευμα ἡμῶν ἐν οὐρανοῖς ἐστι (39), μετὰ Παύλου λέγοντος· « Οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν, » ἔνθα καὶ ἀποβλέποντες, ἑορτάζομεν καλῶς. Καὶ πάλιν (40) μεθ' ἕτερα· Ὑψηλὸς μὲν ὁ οὐρανὸς ἀληθῶς, καὶ ἀπέραντον τὸ τούτου διάστημα πρὸς ἡμᾶς· « ὁ γὰρ οὐρανὸς, φησὶ, τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ. » Ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἀποκνητέον, οὐδὲ φοβητέον, ὡς ἀδύνατον οὖσαν τὴν πρὸς ἐκεῖνον ὁδόν· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον προθυμητέον· οὐ γὰρ, ὡς οἱ ἀπὸ ἀνατολῶν τότε κινήσαντες καὶ εὑρόντες πεδίον ἐν γῇ Σεναὰρ ἐπεχείρησαν, χρεία καὶ ἡμῖν ὀπτῆσαι πλίνθον ἐν πυρὶ, καὶ ζητεῖν ἄσφαλτον ἀντὶ πηλοῦ· συνεχύθησαν γὰρ ἐκείνων αἱ γλῶσσαι, καὶ κατέλυθη τὸ ἔργον. Ἡμῖν δὲ ὁ Κύριος τὴν ὁδὸν ἐνεκαίνισε διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, καὶ εὔκολον αὐτὴν κατεσκεύαζε. Καὶ πάλιν· Οὐ γὰρ μόνον ἐν τῷ διαστήματι καὶ παρακλήσει παρεμυθήσατο, ἀλλ' ὅτι καὶ κεκλεισμένην ταύτην ποτὲ τὴν

[56] Luc. xxii, 29, 30. [57] II Cor. vii, 1. [58] Matth. xxv, 21. [59] I Cor. v, 7. [60] Hebr. xiii, 14. [61] Psal. cxiii, 16.

tingere, de quo jamdiu docti catholici sive in singulorum librorum præfationibus, sive in separatis tractatibus plenissime disputarunt; post Tridentinum præsertim decretum, quod libros omnes πρῶτον ac δεύτερον canonicos in auctoritatis arce pariter collocavit.

(33) Discessimus hoc loco ab interpunctione simul et ab interpretatione Montfauconii.

(34) Verba, ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου, desunt in ed.

(35) Ed. ἐπί.

(36) Ed. ἵν' ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν.

(37) Ita cod. 1 m. συνκ. pro συγκ., qui est notus Archaismus.

(38) Editio addit τό.

(39) Desunt præcedentia septem verba in editione.

(40) Deest πάλιν in editione.

Digitized by Google

πύλην ἐλθὼν ἠνοιξε· κέκλειστάι γὰρ ὄντως ἐξ ὅτου τὸν Ἀδὰμ ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, καὶ ἔταξε τὰ χερουβεὶμ (41) καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν τὴν στρεφομένην φυλάσσειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς· νῦν δὲ ἐκτεταμένην· καὶ πλείονι χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ ἐμφανεὶς αὐτὸς ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν (42) χερουβεὶμ, εἰσήγαγεν εἰς μὲν τὸν παράδεισον μεθ' ἑαυτοῦ τὸν ὁμολογήσαντα λῃστήν· εἰς δὲ τὸν οὐρανὸν ὁ (43) αὐτὸς πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσελθὼν, πᾶσιν ἀνεπέτασε τὰς θύρας. Καὶ πάλιν· Ὁ δὲ Παῦλος, κατὰ σκοπὸν διώκων εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, ἡρπάσθη δι' αὐτῆς ἕως τρίτου οὐρανοῦ, ἑωρακὼς τά τε (44) ἄνω, λοιπὸν κατερχόμενος, κατηχεῖ (45) καὶ ἡμᾶς εὐαγγελιζόμενος τὰ πρὸς Ἑβραίους γραφέντα· « Οὐ γὰρ προσεληλύθατε, » λέγων, « ψηλαφωμένῳ ὄρει, καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ, καὶ γνόφῳ, καὶ σκότῳ, καὶ θυέλλῃ, καὶ σάλπιγγος ἤχῳ, καὶ φωνῇ ῥημάτων· ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς. » Τίς οὐκ ἂν εὔξαιτο μετὰ τούτων ἔχειν τὴν ἄνω σύνοδον; τίς οὐκ ἀγαπήσει μετὰ τούτων ἀπογράφεσθαι; ἵνα καὶ μετ' αὐτῶν ἀκούσῃ· « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου,' κατακληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. »

A aperuit. Vere etenim clausa fuit, ex quo Adamum expulit ex paradiso voluptatis, atque cherubim et flammeum gladium versatilem deputavit ad viam ligni vitæ custodiendam; quæ quidem nunc aperta est. Ac majore gratia clementiaque usus, adveniens ipse qui sedet super cherubim, in paradisum quidem latronem, qui ipsum confessus fuerat, introduxit; in cœlum vero ipsemet præcursor pro nobis ingressus, portas omnibus aperuit. Ac rursum: Paulus vero secundum scopum persequens ad bravium supernæ vocationis, per hanc raptus est usque ad tertium cœlum: postquam autem superna vidisset, deinde descendens, nos quoque edocet, annuntians ea quæ ad Hebræos scripta sunt, dicensque: « Non enim accessistis ad tractabilem montem, et accen- B sum ignem, et turbinem, et tenebras, et procellam, et tubæ sonum, et vocem verborum; sed accessistis ad Sion montem Dei viventis, Jerusalem cœlestem et multorum millium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui descripti sunt in cœlis. [64] » Quis non optaverit superno horum consortio frui, et cum illis describi, ut simul audiat: « Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi [65]?

160 *Item ex epistola* XLIV, *quæ incipit:* « *Cuncta hæc quæ Dominus noster ac Salvator Christus Jesus nostri causa et propter nos fecit* (46). »

Cum ergo pontificum ministri nec non scribæ hæc animadverterunt, et Jesum audierunt dicentem [66]: « Qui sitit, ad me veniat et bibat, » satis cognoverunt non esse hunc parem ipsis simpliciter hominem, sed illum potius qui aquas sanctis suppeditavit, quique ab Isaia propheta prædicatur. Hic est revera quasi splendor lucis, et verbum Dei, quasi C fluvius de fonte qui tunc paradisum irrigabat; nunc autem Spiritum unicuique donat, aitque: « Si quis sitit, veniat ad me et bibat. Qui in me credit, ut inquit Scriptura, flumina viventium aquarum de ventre ejus fluent [67]. » Hæc de homine dici nequeunt, sed de vivente Deo, qui vere vitam tribuit, qui Spiritum sanctum donat.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς μεʹ ἑορταστικῆς.

Ἄρωμεν πάντες τὰς θυσίας ἑαυτῶν, τὴν πρὸς τοὺς πτωχοὺς κοινωνίαν ἐπιγινώσκοντες, καὶ εἰσπορευόμεθα εἰς τὰ ἅγια, ὡς γέγραπται, ἔνθα καὶ πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς (47), αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος. Ἐκ τῆς αὐτῆς (48) ά . . Τοῦτο δὲ μέγα τεκμήριον τὸ ξένους ἡμᾶς ὄντας ἀκοῦσαι οἰκείους, καὶ ἀλλοτρίους ποτὲ ὄντας, γενέσθαι συμπολίτας τῶν ἁγίων, καὶ τέκνα χρηματίσαι τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἧς τύπος ἦν ἣν ᾠκοδόμησε Σολομών. Εἰ γὰρ κατὰ τὸν δειχθέντα ἐν τῷ ὄρει πάντα πεποίηκεν Μωσῆς (49), τύπος ἦν δηλονότι ἡ ἐν τῇ σκηνῇ λατρεία τῶν ἐν οὐρανοῖς μυστηρίων, εἰς ἃ θέλων καὶ ἡμᾶς εἰσελθεῖν ὁ Κύριος ὡδοποίησεν ἡμῖν τὴν ὁδὸν πρόσφατον καὶ μένουσαν· ὡς δὲ πάντα τύπος ἦν τὰ πάλαι (50) τῶν νέων, οὕτω τύπος τῆς ἄνω χαρᾶς (51)

Ejusdem ex quadragesima quinta festali.

Afferamus omnes sacrificia nostra, communionem cum pauperibus agnoscentes: et ingrediamur in sancta, ut scriptum est [68], quo præcursor pro nobis ingressus est Jesus, æterna redemptione inventa. Ex eadem... Magnum id argumentum est quod nos, qui extranei eramus, familiares dicamur; et qui alieni eramus, concives sanctorum efficiamur, atque filii **161** supernæ Hierosolymæ, cujus figura D erat illa, quam Salomon ædificavit. Nam si Moyses omnia secundum exemplar, quod sibi in monte monstratum fuerat [67], effecit, sane exploratum est cultum in tabernaculo exhibitum, mysteriorum cœlestium figuram fuisse; ad quæ mysteria cum nos ingredi vellet Dominus, viam paravit nobis novam et permanentem [68]. Quemadmodum autem omnia vetera

[62] Hebr. XII, 18. [63] Matth. XXV, 34. [64] Joan. VII, 37. [65] ibid. 37, 38. [66] Hebr. IX, 12. [67] Exod. XV, 40. [68] Hebr. X, 20.

(41) Ed. χερουβίμ.
(42) Ed. τά.
(43) Deest ὁ in ed.
(44) Ed. τε τά. Plures fortasse erant varietates, sed hoc loco valde est evanidus codex Vat.
(45) Male Montf. Gr. κατέχει, et Lat. *continet.*
(46) Hoc item tertium fragmentum ex prædicto Severi opere sumpsit D. Curetonus.
(47) Ed. Χριστός.
(48) Ed. καὶ πάλιν.
(49) Ed. Μωῦσῆς.
(50) Ed. παλαιά.
(51) Cod. χώρας.

Digitized by Google

novorum figura erant, sic hæc solemnitas superni gaudii typus est, ad quod pergentes cum psalmis et canticis spiritalibus jejuniorum initium faciamus (52).

A καὶ ἡ νῦν ἐστιν ἑορτὴ, εἰς ἣν ἐρχόμενοι μετὰ ψαλμῶν καὶ ᾠδῶν πνευματικῶν ἀρχώμεθα τῶν νηστειῶν.

DE CHRONICO QUODAM LATINO RERUM SANCTI ATHANASII.

Inter opuscula ecclesiastica a cl. Scipione Maffeio ex codicibus Veronensibus eruta, illud valde pretiosum est, quod inscripsit : Fragmentum insigne historiæ ecclesiasticæ quarti sæculi (*quod a nobis legitur in editione Tridentina anni 1742, post ejusdem Maffeii vernaculo sermone historiam quæstionum de divina gratia, etc., quanquam etiam Gallandius in suam* Bibliothecam *intulit tom. V, nec operum Athanasii Venetus editor omisit*). *Ibi inter præclara oppido multa, duæ quoque Athanasii nostri epistolæ novæ sunt, prior ad Ecclesias Mareoticas, altera ad presbyteros et diaconos Ecclesiæ Alexandrinæ ; quæ cum de genere heortasticarum non sint, illic a nobis relictæ sunt. Non tamen omittendum judicavimus chronicon acephalum rerum Athanasii sub Theophilo episcopo* (*qui post annos duodecim successit Athanasio*) *scriptum Græce, ut putamus, sed Latine tantum in antiquissimis Veronæ membranis servatum, manu Theodosii diaconi exaratis. Nam chronicon hoc Latinum tantam chronico nostro Syriaco lucem aspergit, tantamque vicissim ab eo accipit, ita se invicem emendant aut augent, ut separari omnino non debeant. Cæteroqui quidquid erat in Latino chronico ad res Athanasii non pertinens, prætermisimus.*

1. Scripsit autem et imperator Constantius de B reditu Athanasii, et inter imperatoris epistolas hæc quoque habetur :

2. Et factum est post Gregorii mortem, Athanasius reversus est ex Urbe, et partibus Italiæ, et ingressus est Alexandriam Paophi XXIV (AN. 346), consulibus Constantio IV et Constante III, hoc est post annos VI, et remansit quietus apud Alexandriam annis XVI et mensibus VI.

3. Post hoc tempus Athanasius audiens adversum se turbam futuram, imperatore Constante in Mediolano constituto (AN. 353), direxit ad comitatum navigium cum episcopis quinque, Serapionem Thmuitanum, Triadelphum Niciotanum, Apollinem Cynopolitanum superioris, Ammonium Pachemmonensem et presbyteros Alexandriæ III, Petrum medicum, Astericium, et Phileam (52*). Post quorum navigationem de Alexandria, consulibus Constantio VI Aug. et Constante Cæsare II, Pachon XXIV die : mox post IV dies Montanus Palatinus ingressus Alexandriam Pachon XXVIII, ejusdem Augusti litteras Constantis dedit episcopo Athanasio, per quas vetabat eos occurrere ad comitatum ; ex qua re nimis vastatus est episcopus, et omnis populus fatigatus est valde : ita Montanus nihil agens profectus est, relinquens episcopum Alexandriæ.

162 4. Postmodum autem Diogenes, imperialis notarius, venit Alexandriam mense Mesuri (53), consulatu Arbitionis et Lolliani (AN. 355) : hoc est post annos II et menses V ex profectione Montani D de Alexandria : et incubuit omnibus Diogenes, expellens egredi episcopum civitate, et omnes satis afflixit, VI autem die Toth mensis acriter incumbens expugnabat Ecclesiam ; et fecit insistens menses IV, hoc est mense Mesuri, sive ex die intercalarioruri usque Choiac (54) XXV diem. Populo vero resistente Diogeni vehementer, et judicibus, reversus est Diogenes sine effectu prædicti mensis Choiac die XXVI, consulatu Arbitionis et Lolliani post menses IV, sicut dictum est.

5. Itaque dux Syrianus, et notarius Hilarius de Ægypto Alexandriam venerunt, Tybi decimo die (AN. 356), post consulatum Arbitionis et Lolliani, ac præmittentes omnes per Ægyptum ac Libyam militum legiones, ingressi sunt dux et notarius per noctem cum omni manu militari ecclesiam Theonæ Mechir (55) XIII die per noctem supervenientem XIV, et frangentes ostia ecclesiæ Theonæ, ingressi sunt cum infinita manu militari. Episcopus autem Athanasius effugit manus eorum, et salvatus est die C prædicto Mechir XIV. Hoc tamen factum est post annos IX, et menses III, ac dies XIX, quam Italia reversus est episcopus. Liberato autem episcopo, presbyteri ipsius et populus remanserunt obtinentes ecclesias, et colligentes mensibus IV, donec ingrederetur Alexandriam Cataphronius præfectus, et Heraclius comes mense Payni, XVI die, consulatu Constantis VIII et Juliani Cæsaris primo.

6. Et post dies IV, quam sunt ingressi, Athanasiani ejecti sunt ecclesiis, et traditæ sunt ad Georgium (56) pertinentibus, et episcopum exspectantibus. Susceperunt autem ii ecclesias die XXI, mense Payni. Advenit etiam Georgius Alexandriam consulatu Constantii IX, et Juliani Cæsaris II (AN. 357), Mechir XXX die, hoc est post menses octo, et dies XI, quando susceperunt ecclesias ad eum pertinentes. Ingressus itaque Georgius Alexandriam, tenuit ecclesias mensibus XVIII integris ; et tunc plebs ag-

(52) Maurini editores in parte secunda tomi I Operum Athanasii (edit. Ven., pag. 772) posuerunt Latinum quoddam epistolæ Athanasianæ fragmentum incipiens *Deus quidem*, etc., idque in *Monito* diserte aiunt, prout sibi sponte persuaserunt, ex aliqua ejus heortastica epistola sumptum. Verumtamen cum nullo id argumento suffulciant, nullumque ipsi fragmento insit heortastici generis indicium, nos minime illud admisimus, ne res certas cum incertis vel potius omnino arbitrariis confunderemus.

(52*) Apollo, Ammonius, et Phileas desunt in chron. Syr.

(53) Ed. *Mensore*. Sic et infra.

(54) Ed. *Cyac*. Sic et infra.

(55) Ed. *Methir*. Sic infra.

(56) Ed. *Gregorium*. Notum est autem Georgium Cappadocem successisse Gregorio item Cappadoci qui jam obierat Alexandriæ.

Digitized by Google

gressa est illum in Dominico Dionysii, et vix cum periculo et magno certamine liberatus est, die primo mensis Toth, consulatu Tatiani et Cerealis. Ejectus est autem Georgius de Alexandria die x factæ seditionis, hoc est Paophi die v. Ad Athanasium vero episcopum pertinentes, post dies IX profectionis Georgii, hoc est XIV die mensis Choiac (AN. 358), ejicientes Georgii homines, tenuerunt ecclesias mensibus duobus et diebus XIV, donec advenit dux Sebastianus de Ægypto, et ejecit eos, et iterum ad Georgium pertinentibus ecclesias consignavit mense Choiac die XXVIII.

7. Post menses autem IX integros profectionis Georgii de Alexandria, Paulus notarius advenit Payni XXIX, consulante Eusebio et Hypatio (AN. 359), et proposuit imperiale præceptum pro Georgio, et domuit multos ob ejus vindictam. Et post menses V, Georgius venit Alexandriam, Athyr XXX die, consulatu Tauri et Florentii, de comitatu; hoc est post annos III et menses duos quam fugerat.

8. Ingressus autem, sicut prædictum est, Georgius Alexandriam, Athyr die XXX (AN. 361), degit in civitate securus dies III, hoc est dies III Choiac, nam IV die mensis ejusdem præfectus Gerontius nuntiavit mortem Constantii imperatoris, et quod solus Julianus tenuit universum imperium. Quo audito cives Alexandrini, et omnes contra Georgium clamaverunt; eodemque momento sub custodia illum constituerunt; et fuit in carcere ferro vinctus ex prædicto die Choiac IV, usque ad XXVII ejusdem mensis diebus XXIV. Nam XXVIII die ejusdem mensis mane pene omnis populus illius civitatis perduxit de carcere Georgium, nec non etiam comitem, qui cum ipso erat, insistentem fabricæ Dominicæ, quæ dicitur *Cæsareum*, et occiderunt ambos, et eorum corpora circumduxerunt per mediam civitatem, Georgii quidem super camelum, Dracontii vero homines funibus trahentes; et sic injuriis affectos circa horam VII diei, utriusque corpora combusserunt.

9. Proximo autem die Mechir, X die mensis (AN. 361), post consulatum Tauri et Florentii, Juliani imperatoris præceptum propositum est, quo jubebatur reddi idolis et neocoris et publicæ rationi, quæ præteritis temporibus illis sublata sunt.

10. Post dies autem III, Mechir XIV, datum est præceptum Gerontio præfecto ejusdem Juliani imperatoris, nec non etiam vicarii Modesti, præcipiens episcopos omnes factionibus antehac circumventos, et exsiliatos reverti ad suas civitates et provincias. Illæ autem litteræ sequenti die Mechir XV propositæ sunt: postmodum autem (AN. 362) et præfecti Gerontii edictum propositum est, per quod vocabatur episcopus Athanasius ad suam reverti Ecclesiam. Et post dies XII hujus edicti propositionis, Athanasius visus est apud Alexandriam, ingressusque est ecclesiam eodem mense Mechir die XXVII: ut sit ex ejus fuga, Syriani et Hilarii temporibus facta, usque ad reditum ejus, Juliano... Mechir XXVII. Remansit in ecclesia usque Paophi XXVI, consulatu Mamertini et Nevittæ, mensibus VIII integris.

11. Prædicto autem die Paophi XXVII, proposuit Juliani imperatoris edictum, ut Athanasius episcopus recederet de Alexandria, et eodem momento quo propositum est edictum, episcopus egressus est civitatem, et commoratus est circa Thereu (57). Quo mox egresso, Olympus præfectus obtemperans eidem **163** Pythiodoro, et his qui cum ipso erant, hominibus difficillimis, misit ad exsilium Paulum et Astericium presbyteros Alexandriæ, et direxit eos habitare Andropolitanam civitatem (58).

12. Olympus autem idem præfectus, mense Mesuri, XXVI die, consulibus Juliano Augusto IV et Sallustio (AN. 363), nuntiavit Julianum imperatorem esse mortuum, et Jovianum Christianum imperare; et sequente mense Toth XVIII, imperatoris Joviani litteræ advenerunt ad Olympum præfectum, ut tantum Deus excelsus colatur, et Christus, ut in ecclesiis colligentes se populi celebrent religionem. Paulus vero et Astericius, prædicti presbyteri, reversi sunt de exsilio Andropolitanæ civitatis, et ingressi sunt Alexandriam Toth X die, post menses X.

13. Episcopus autem Athanasius moratus, sicut prædictum est, apud Thereon, ascendit ad superiores partes Ægypti, usque ad Hermopolim superiorem Thebaidos, et usque Antinoum: quo in his locis degente, cognitum est Julianum imperatorem, mortuum, et Jovianum Christianum imperatorem. Ingressus igitur Alexandriam latenter episcopus, adventu ejus non pluribus cognito, occurrit navigio ad imperatorem Jovianum: et post, ecclesiasticis rebus compositis, accipiens litteras, venit Alexandriam, et intravit in ecclesiam, Athyr XIX die, consulatu Joviani et Varroniani (AN. 364): ex quo exiit Alexandria secundum præceptum Juliani, usque dum advenit prædicto die Athyr XIX, post annum unum, et menses III, dies XX-I.

14. Cum autem episcopus Athanasius veniret de Antiochia Alexandriam, consilium fecerunt Ariani Eudoxius, Theodorus, Sophronius, Euzoius, et constituerunt Lucium presbyterum Georgii, inter-

(57) Athanasium tunc temporis fugam capessivisse Thebas versus dicitur in chronico Syriaco, nec non in Vita ejusdem Athanasii apud Maurinos ad hunc annum (edit. Ven., tom. I, pag. 82). Cæteroqui ne *Thereu*, de quo ambigunt Maffeius in Adn. et Mamachius in Ratione temporum Athanasianorum, pag. 8, vanum esse vocabulum existimemus, docet nos ipse Athanasius in *Vita sancti Antonii*, n. 86, ubi *Chereu* (quod idem putamus ac *Thereu*) dicitur prima statio ab Alexandria: τὴν πρώτην μονὴν Ἀλεξανδρείας τὴν λεγομένην Χαιρέου. Illuc ergo primum fugit divus vir; deinde, urgente periculo, longius secessit Thebas. Etenim pessimus Julianus imp., præter publicum de Athanasii exsilio edictum, in mandatis dederat ut clam si fieri posset occideretur.

(58) Andropolis urbs Ægypti episcopalis. *Or. ch.* t. II, 523.

Digitized by Google

pellare imperatorem Jovianum in palatio, et dicere quæ in exemplaribus habentur.

Hic autem minus necessaria intermisimus (59).

15. Post Jovianum autem citius ad imperium vocatis Valentiniano et Valente, ipsorum præceptum ubique manavit, quod etiam redditum est Alexandriæ, Pachon die x, consulatu Valentiniani et Valentis, continens ut episcopi sub Constantio depositi et ejecti ab ecclesiis, Juliani autem imperii tempore sibi vindicaverant et receperant episcopatum, nunc denuo ejiciantur ecclesiis, interminatione posita curiis mulctæ auri librarum ccc, nisi scilicet ecclesiis et civitatibus episcopos minaverint (60). Ex qua re apud Alexandriam magna est confusio et turba exorta, ut Ecclesia universa fatigaretur, cum etiam principales essent numero exigui, cum præfecto Flaviano, et ejus officio, et ob imperiale præceptum, et auri mulctam, imminebant egredi episcopos civitate, multitudine Christiana resistente et contradicente principalibus et judici; et affirmante episcopum Athanasium non esse subjectum huic definitioni et præcepto imperiali, quod nec Constantius eum persecutus est, sed et restituit. Similiter et Julianus persecutus est; universos revocavit, et eum propter idololatriam (61) denuo ejecit; at Jovianus reduxit. Remansit hæc contradictio, et turba usque ad sequentem mensem Payni XIV; hoc enim die præfectus Flavianus relatione facta, declaravit consuluisse principes de hoc ipso, quod apud Alexandriam motum est. Et ita omnes exiguo tempore quieverunt.

16. Post menses IV et dies XXIV, hoc est Paophi VIII (AN. 365), episcopus Athanasius noctu latenter egressus ecclesia, recessit in villam juxta fluvium novum. Præfectus autem Flavianus, et dux Victorinus, ignari recessisse eum, eadem nocte ad ecclesiam pervenerunt Dionysii cum manu militari, ac fractis posterulis ingressi atrium, et partes superiores domus, hospitium episcopi quærentes, non invenerunt eum. Nam paulo ante recesserat, et remansit degens in prædicta possessione a memorato die Paophi VIII, usque Mechir VI (AN. 366), hoc est mensibus IV integris. Post hæc notarius imperialis Bresidas, eodem Mechir mense, venit Alexandriam cum litteris imperialibus jubentibus eumdem episcopum Athanasium reverti ad civitatem, et consuete tenere ecclesias; et VII die Mechir mensis, post consulatum Valentiniani et Valentis, hoc est in consulatu Gratiani et Dagalaifi, idem notarius Bresidas cum duce Victorino et præfecto Flaviano convenientes in palatio nuntiaverunt præsentibus curialibus et populo, quod præceperant imperatores episcopum reverti ad civitatem. Et eodem momento idem Bresidas notarius egressus cum curialibus et multitudine ex populo Christianorum ad prædictam villam, et assumens episcopum Athanasium, cum præcepto imperiali induxit in ecclesiam, quæ dicitur Dionysii, mensis Mechir die VII.

17. Consulatu Gratiani et Dagalaifi, usque ad sequentem Lupicini et Jovini consulatum, et Valentis secundo, Payni XIV, in consulatu finiuntur Athanasiani XL (AN. 367). Ex quibus mansit Treveris in Galliis (62) menses XC, et dies III. Apud Alexandriam in incertis locis latens, quando ab Hilario notario, et duce fatigabatur, menses LXXII, et dies XIV. Apud Ægyptum et Antiochiam in itineribus, mensibus XV, et diebus XXII. In possessione juxta novum fluvium menses IV. Fient pariter menses VI, et anni XVII, et dies XX. Remansit autem quietus apud Alexandriam annos XXII, et menses V, dies X. Sed et bis cessavit modicum tempus extra Alexandriam in novissima profectione, et Tyri (63) et Constantinopoli. Fiunt ergo episcopatus Athanasii, ut prædixi, usque ad consulatum Valentiniani et Valentis, **164** Payni IV, anni XL. Et sequenti consulatu Valentiniani et Victoris, Payni XIV, annus I. Et sequenti consulatu Valentiniani et Valentis III, Payni XIV. Et sequenti consulatu Gratiani et Probi, et alio consulatu Valentiniani et Valentis IV, Pachon VIII, dormiit.

18. Prædicto autem consulatu Lupicini et Jovini (AN. 367), Lucius Arianorum specialiter sibi volens vindicare episcopatum, post profectionem de Alexandria multo tempore advenit consulatu prædicto, et ingressus est civitatem latenter per noctem XXVI diei Toth mensis; et, sicut dictum est, mansit in quadam domuncula, latens diem illum. Postero autem die intravit domum, ubi mater ejus commanebat; cognitoque statim ejus adventu per civitatem, universus populus collectus incusabant ejus ingressum. Et Trajanus dux, et præfectus nimis moleste tulerunt irrationabilem ejus et audacem adventum, et miserunt principales ut eum ejicerent de civitate. Advenientes itaque principales ad Lucium, et considerantes omnem populum iratum, et valde tumentem adversus illum, timuerunt eum per se producere de domo, ne a multitudine occideretur: et hoc ipsum nuntiaverunt judicibus: et paulo post ipsi judices, dux Trajanus, et præfectus Tatianus ad locum cum multis militibus ingressi domum, produxerunt per semetipsos Lucium, hora diei VII, Toth die XXVII. Lucius autem cum sequeretur judices, et omnis populus civitatis post eum Christianorum, ac paganorum, ac diversarum religionum, cuncti pariter uno spiritu, et ex una sententia, et eodem decreto non cessaverunt ex domo qua ductus est, per mediam civitatem, usque ad domum ducis vociferantes, ac turpia et scelerata eidem ingerentes, et clamantes: *Extra civita-*

(59) Sic adnotatum est antiquitus in codice Veronensi. At nos partem hanc etiam historiæ non levi desiderio desideramus.

(60) Ita ed. et cod. pro *exterminaverint.*

(61) Ed. *idolatriam.*

(62) Ed. *Gallias*

(63) Ed. *Tyro.*

Digitized by Google

tem ducatur. Tamen dux introduxit eum in domum suam, et apud eum mansit, et custodiebatur reliquis horis diei, ac tota nocte, et sequenti die XXVIII mensis prædicti, dux manicans, et habens eum usque Nicopolim, tradidit militibus Ægypto deducendum.

19. Defuncto autem Athanasio VIII (64) Pachon mensis (AN. 373), ante diem V dormitionis suæ ordinavit Petrum episcopum de antiquis presbyteris, qui in omnibus eum secutus gessit episcopatum. Post quem Timotheus frater suus (65) suscepit episcopatum annis IV. Post hunc Theophilus ex diacono est episcopus ordinatus (AN. 385). Explicit.

(64) Syr. VII. Jam quod Syriacum Chronicon dicit Athanasium prodigiose (seu cum prodigio) vita excessisse, nullam dicti ejus causam hactenus inveniebam, nisi quod in calce Vitæ Arabicæ Athanasianæ dicitur is moriens prædixisse idoli cujusdam destructionem, quæ reapse septimo post ejus obitum die contigit.

(65) Id est *Petri* decessoris *frater*.

SYLLABUS CODICUM

Quibus ad duos priores tomos Operum Athanasii usi sumus,

Cum variis lectionibus omissis, quæ quidem alicujus pretii videntur.

—

Ad orationem contra gentes, tom. I, col. 1.

Codice Segueriano num. 133, quingentorum annorum, et Colbert. 3931, mutilo in fine, optimæ notæ, et lectionibus Felckmanni, Basiliensis, Anglic. Gobler. ac I, II, et III.

Col. 8, B 3, καί deest in Segueriano et in tribus Felckmanni. C 12, quinque mss. πάσαις ἐπιθυμίαις habent. Col. 9, A 8, aliqui codices λαμβάνοντες, ibid. καί deest in duobus. Col. 28, C 9, sic optimi codd., alii Διόσκοροι. Col. 57, B 11, in hæc verba, Ἡλίου μὲν ὑπὸ γῆν, etc. scholiastes Basiliensis codicis ad marginem notat, Τὸ περιστρέφεσθαι τὸν ἥλιον, καὶ ὑπὸ γῆν γίνεσθαι, καὶ οὐκ ἄψυχον εἶναι, καὶ ὅσα τοιαῦτα, τῇ δόξῃ τῶν ἔξω ἀκολουθῶν λέγει, οὐ πάντως δογματίζων αὐτὸς ταῦτα εἶναι, ἀλλ' ἐκ τῶν αὐτοῖς ὁμολογουμένων ἀνατρέπων τὰ αὐτῶν σεβάσματα.

Ad orationem de incarnatione, I, 103.

Codice Segueriano, et sub finem Regio 3489, ac lectionibus Felckmanni codicum Basil., Anglic., Gobler. anonym. I et II. Col. 112 B, in hæc verba, Ἀντίψυχον ὑπὲρ πάντων, hæc habet scholiastes Basil.: Ὅτι πᾶσιν ἠνώθη ἀνθρώποις ὁ Λόγος κατὰ σχέσιν ἤτοι ὁμοουσιότητα διὰ ἑνὸς σώματος τοῦ ἰδίου αὐτοῦ, καὶ σωματικὸν ὄργανον τὸ καθ' ὑπόστασιν αὐτῶν ἑνωθὲν μόνον· ἁπλῶς δὲ ὅτι ἀψυχωμένον ψυχῇ λογικῇ νοερᾷ.

Ad Expositionem Fidei, I, 199.

Codicibus Segueriano. Regio num. 2502, et lectionibus Felckmanni codicum Basiliensi, Gobler., Felckman. I et VI.

Ad tractatum in illud : « Omnia mihi tradita sunt a Patre, » I, 207.

Codicibus Regio 1284, egregiæ notæ Segueriano, et lectionibus Felckmanni codicum Basiliensis, Gobleriani et primi anonymi.

Ad encyclicam ad episcopos epistolam, I, 219.

Codice Regio 1284, lectionibus codicis Vaticani, lectionibus codicum Basiliensis, Anglicani et anonymi I et V.

Ad Apologiam contra Arianos, I, 239.

Codice Regio 1284, et lectionibus Felckman. cod. Basil. et VII anonymi.

Ad epistolam de Nicænis decretis, I, 415.

Codice Regio 2284 et lectionibus Felckman. codd. Basil. et II. In lectionibus Felckman. memorat tractatum Athanasii *De doctrina*, Περὶ διδασκαλίας, qui excerptus est ex *Orationibus contra Arianos*.

Ad epistolam de sententia Dionysii, I, 477.

Codice Regio 2284, Colbert. 4956, eminent. cardin. Bullonii, cod. cœnobii Sancti Taurini Ebroicensis RR. PP. Jesuitarum collegii Ludovici Magni. Et Felckmanni codd. Basiliens. III et Fr. I. Laudatur opusculum a Theodoreto. Lectiones quæ tantilli pretii sunt accurate ad imum paginæ notantur ut et in superioribus.

Ad epistolam ad Dracontium, I, 521.

Codd. Reg. 2284 et lectionibus codd. Felck., Basil., Anglic. II, VII.

Ad epistolam ad episcopos Ægypti et Libyæ, I, 535.

Codice Segueriano, Colbert. 4956, eminent. card. Bullonii S. Taurini Ebroicensis, RR. PP. Jesuitarum, et lectionibus codd. Felckman., Basil., Anglican., Goblerian. I, II, V et Fr. I.

Col. 537, A 5, Seguer., μετὰ πάντων αὐτοῦ καὶ τοῦτο θαυμάσαι τῆς ἀγαθότητος.

Ad Apologiam ad Imperatorem Constantium, I, 601.

Codice Regio 2284 et lectionibus Felckm. codicis Basiliensis.

Ad Apologiam de fuga, I, 643.

Codice Regio 2284 et lectionibus Felckman. codd. Basil., Anglic. V, VII, et Socratis atque Theodoreti editis.

Ad Epistolam ad Serapionem de morte Arii. I, 685. *Epist. ad monachos*, 691. *Et ad Hist. Arianorum ad monachos*, 695.

Codice Regio 2284 et lectionibus Felckman., Basil. et VII.

Ad orationem I *contra Arianos*, II, 9.

Codicibus Segueriano, et Regio, num. 200, bombycino, bonæ notæ, et variis lection. Felckm. ex Basil., Anglic., Gobler. I, II, V.

Col. 15, A 7. Sotades auctor impuri carminis Cretensis dicitur a Suida, sed Athanasius Ægyptium dicit; forte varii sunt.

Ad orationem II *contra Arianos*, II, 147.

Codicibus et lectionibus iisdem et præterea Felckmanni IV.

Ad orationem III *contra Arianos*, II, 321.

Regiis 200, 2284, Segueriano et Felckmanni lectionibus iisdem.

Ad orationem IV *contra Arianos*, II, 377.

Iisdem codicibus.

Ad epistolam ad Serapionem de Spiritu sancto, II, 529.

Digitized by Google

Codicibus Regio 2284 et 2502, recenti manu, sed bonæ notæ, Segueriano, eminentissimi cardinalis Ottoboni, et lectionibus Felckm. codicum Basil., Anglic., Gobler. I et II.
Ad epistolam II *ad Serapionem*, II, 607.
Iisdem codicibus et lectionibus.
Ad epistolam III *ad Serapionem*, II, 623.
Codicibus Regio 2284, Segueriano et lectionibus Felckm. codd. Basil., Gobler. I.
Ad epistolam IV *ad Serapionem*, II, 637.
Iisdem codicibus et lectionibus.
Ad epistolam de Synodis Arimini et Seleuciæ, II, 681.
Codice Regio 2284 et duobus eminent. cardinalis Ottoboni codicibus, et lectionibus Felckman. ex Basil. II et III, insuperque ex scriptoribus ecclesiasticis.
Ad tomum ad Antiochenos, II, 793.
Codicibus Regio 2284 et Segueriano, ac lectionibus Felckm. codicum Basil., Gobler. I.
Ad epistolam Joviani ad Athanasium, II, 843.
Codice Regio 2284 et lectionibus Felckman., Basiliensis.
Ad epistolam Athan. ad Jovianum, II, 844.
Codice Regio 2284 et lectionibus Felckm. ex Basiliensi et VII. Insuperque editis Theodoreti *Hist. eccles.*
Ad petitiones ad Jovianum imp., II, 851.
Codice Regio 2284 et lectionibus Felckm. ex codice Basiliensi.
Ad Vitam S. Antonii, II, 855.
Codicibus Regiis, 2004, 493. Colbertinis 430, 357, 2536. Vaticano uno RR. PP. Jesuitarum collegii Ludovici Magni, lectionibus D. Hœschelii. Ad versionem Evagrii Colbertino uno. Sangerman. duobus, Gemmeticensibus tribus, Desmarezii uno.
Epistola prima ad Orsisium, II, 977.
Ex Vita Pachomii, in appendice ad *Acta SS.* ad decimam quartam Maii, pag. 49.
Epistola secunda ad Orsisium, ibid.
Indidem, pag. 50.
Narratio Athanasii ad Ammonium, II, 979.
Ex appendice eadem, pag. 71, in epistola Ammonii.
Ad librum de Incarnatione Dei Verbi, et contra Arianos, II, 981.
Codice Segueriano, et lectionibus Felckman. codicum Basil., Anglic., Gobler. I, II, III, V. Insuper *Hist. eccles.* Theodoreti.
Ad epistolam ad Afros, II, 1029.
Codice Regio 2284 et lectionibus Felckm. codicibus Basil., Anglic.
Ad epistolam ad Epictetum, II, 1049.
Codice Segueriano, RR. PP. Jesuitarum collegii Ludovici Magni, Epiphanii editis, Leonis edit. et lectionibus Felckman. codicum Basil., Anglican., Gobler.
In epistolam ad Adelphium, II, 1069.
Codice Segueriano, et lectionibus Felckm. codicum Basil., Anglic, Gobler. et I.
Ad epist. ad Maximum philosophum, II, 1085.
Iisdem codicibus et lectionibus.
Ad librum primum contra Apollinar., II, 1093.
Codice Segueriano, et Felckm. lectionibus codicum Basil., Anglic., Gobler. et I.
Ad librum secundum contra Apollinar., II, 1131.
Iisdem codicibus et lectionibus.
Ad tres epistolas, scilicet ad Amunem, II, 1169.
Heortastica seu festali, II, 1175, *et ad Rufinium*, II, 1179.
Codicibus Reg. 2038, 2043, 2044, 2502, 2505, 2508, 2509, 3027, et Colb. 924, 4262, 4956.
Ad epistolas duas ad Luciferum, II, 1181.
Codicibus Regio et Sangermanensi.
Ad epistolam ad monachos, II, 1185.
Nullum codicem nacti sumus, sed ex Felckm. appendice edidimus.
Fragmentum Epistolæ sancti Athanasii Filiis suis, II, 1189.
Prodit ex codice Colbertino, 1785.
Ad librum de Trinitate et Spiritu sancto, II, 1191.
Codicibus Regio et Sangermanensi.

ONOMASTICON

VOCUM

Vel insolentiam, vel quarum significationes peculiares aut inobservatæ sunt, quæ in duobus prioribus tomis occurrunt.

Revocatur lector ad numeros crassiores.

A

Ἀβλεπτέω, cæcutio, 736.
Ἀβραμιαῖος, epitheton senibus ascriptum. De Hosio dicitur, 293.
Ἀγαπᾶν κοινωνίαν, communionem amplecti alicujus, 279. Eadem sententia, 283, Τὸν μονήρη βίον ἠγάπησαν, *Monasticam vitam amplexi sunt.*
Ἀγαπητός, idem qui, μονογενής, unigenitus. Τὸ δὲ ἀγαπητὸν καὶ Ἕλληνες ἴσασιν οἱ δεινοὶ περὶ τὰς λέξεις, ὅτι ἴσον ἐστὶ τῷ εἰπεῖν μονογενής. *Cæterum norunt ipsi Græci, qui litterarum periti sunt*, dilectum *idem esse atque* unigenitum, 507, pro qua re afferuntur Homeri carmina.
Ἀγέννητος et ἀγέννητος. Harumce vocum varias significationes videsis, 184 et seqq., et in *Monito* ad *Epistolam de decretis Nicænis* et ad *Orationes contra Arianos.*
Ἀγεντισηρίβους, agentes in rebus, 239. Erant ii palatii officiales. Ibid. in notis.
Ἀθέλητος, involumtarius, qui involuntarie gignitur. Id de Filio negatur contra Arianos, quod præter voluntatem Patris gignatur. Nam licet non ex voluntate et arbitrio Patris genitus sit, at non ἀθέλητος est, sive non involuntarie genitus est, 487.
Ἀθιγής, illibatus, intactus, integer, 738.
Ἀθιγῶς, intactili modo, 748.
Ἀκαθήκων, inofficiosus, 296.
